This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANNEX

1782
Melai
~~3/8 G~~
Y.A


POMPONIUS
MELA
A. GRONOVII
Legd. Bat:
apud

Geography - History: Ancient: Rome:

# POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LIBRI III.

Cum notis integris

HERMOLAI BARBARI, PETRI JOANNIS OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDREAE SCHOTTI, ISAACI VOSSII, ET JACOBI GRONOVII.

Accedunt

PETRI JOANNIS NUNNESII

*Epiſtola de Patria Pomponii Melae, & Adnotate in Prooemium, atque quo priora Capita Libri* I.

ET

JACOBI PERIZONII

*Adnotata ad Libri* I. *Capita ſeptemdecim.*

CURANTE

ABRAHAMO GRONOVIO.

*Editio tertia.*

THE LIBRARY NEW-YORK

*LUGDUNI BATAVORUM,*
Apud SAMUELEM ET JOHANNEM LUCHTMANS,
*Academiae Typographos.* 1782.

ficii ratio praecepit. Quotieſcunque enim in praeterita redeo, ante oculos meos verſari ſolent ſingularia Tua officia, quae quatuor abhinc annos, quum in fidelisſima illa optimarum artium ac virtutum fautrice Britannia non absque ſumma voluptate agebam, in me contuliſti: quo quidem ex tempore me incognitum, neque ullis excellentis fortunae inſignibus Tibi commendatum, amicitia Tua haudquaquam ambitioſa complexus es, atque ad incomparabilem Tuam bibliothecam variis & antiquisſimis libris refertam aditum mihi incredibili benevolentia Tua muniviſti; ſed & poſteaquam ad patrios lares redux factus eram, gratia Tua me proſequi, & abſentium colloquiorum commercium mihi largiri non gravatus es. Haec igitur praeclara merita Tua dum ſaepius animo contemplor, interea hoc litterarium monu-

numentum, tanquam certisſimum grati animi pignus ad Te defero; quod ut eadem facilitate, qua me olim in amicitiam Tuam recepiſti, admittere digneris, Te etiam atque etiam rogo. Vale, Vir Nobilisſime, & conatibus meis favere perge.

*Lugduni ad Rhenum*
*A. D.* XII. *Kalend. Februar.*
MDCCXXII.

## AEQUO ET ERUDITO LECTORI

S. P. D.

# ABRAHAMUS GRONOVIUS.

Quamvis nupera Pomponii Melae editione, quae ad fidem optimorum exemplarium tam manu quàm typis exaratorum a me caſtigata, in minori forma prodiit, Praeſtantisſimi Luchtmanni deſiderio abunde a me ſatisfactum fuisſe exiſtimasſem; is nihilominus pro ſuo rei literariae promovendae ſtudio, ut ad novam elegantisſimi Geographi editionem cum Eruditorum Virorum animadverſionibus procurandam denuò animum adjicerem, enixè & feriò me hortari coepit: & ſane pro mutua, quae inter nos viget, amicitia Praeclaro Viro hanc meam qualemcunque operam denegare haud potui: praeſertim quum ad illius vota etiam accederet ſingularis & prona erga me voluntas Celeberrimi. & in Graecis Latinisque literis Summi Viri, Caroli Andreae Dukeri, luculentam ſymbolam ad meliorem novae editionis ornatum mihi offerentis. Hiſce igitur ſtimulis, quos acuebat non ſpernendus apparatus, quo inſtructum me videbam, ad hanc editionem adornandam incitatus, brevi quantum potero ſtilo, quid in ea a me praeſtitum ſit, Tecum, Benevole Lector, communicabo.

In ipſo Pomponii Melae contextu conſtituendo

endo Paternam editionem ſecutus ſum, niſi ubi venuſtiores ac nitidiores codicum MSS. lectiones me aliò vocarent: idque locis evenit haud paucis; pluribus evenisſet, ſi ſtrictiore jure voluisſem uti, quemadmodum facilè ex notis conſtabit. Octo autem Codicibus MSS. uſus fui, quorum ſeptem mihi ſubminiſtravit Bibliotheca Lugduno-Batava, cujus cura a Splendidisſimis Illuſtrisſimisque Academiae Curatoribus, & Amplisſimis Gravisſimisque Civitatis Lugduno-Batavae Conſulibus, mihi demandata eſt. Horum primum in charta exaratum, atque inter Codices Latinos MSS. ejusdem Bibliothecae adſervatum, Leidenſem in notis appellavi; ſecundum, tertium, quartum, quintum, & ſextum, quorum duo quidem chartacei, tres vero membranacei, codicibus Latinis, qui olim Cl. Viri Iſaaci Vosſii fuerunt, adnumerantur, iisdem numeris diſtinxi, quibus illos deſignaverat Cl. Perizonius, cujus ultima voluntate ſeptimus, idemque chartaceus, cum inſigni aliorum MSS. Codicum copia in eandem Bibliothecam pervenit. Octavum membranaceum Parenti meo olim donavit Vir Politisſimus, Petrus Deinotus. Inſuper adjutus fui variantibus lectionibus trium Codicum MSS. Mediolanenſis, Chiſiani atque Gudiani, quorum ope plurima loca in integrum reſtituit Parens, qui de iisdem egit in Praefatione II. Ex hiſce undecim Codicibus reliquos longe poſt terga relinquunt primus Vosſianus, qui a Clarisſimis Viris, Vosſio & Perizonio, tanquam omnium MSS. praeſtantisſimus merito laudatur, atque Mediola-

nenſis. Praeter hoſce Codices MSS. etiam uſus fui variis Editionibus, partim ex publica, partim ex mea Bibliotheca depromtis, inter quas excellit omnium princeps Mediolani excuſa A. MCCCCLXX. e qua tamen plus adjumenti & fructus tulisſem, niſi ab Hannibale Cruceo ſingulis fere paginis plurimae voces ſcalpello eraſae, & in earumdem locum ſubſtitutae fuisſent emendationes Hermolai Barbari; Aldina quoque, quae Venetiis A. MDXVIII. & Juntina, quae Florentiae A. MDXIX. impresſa eſt, ac Pariſienſi ab Eruditisſimo Viro, Elia Vineto, A. MDLXXII. edita, & praecipuis adnumeranda Editione Iſcana ſive Exonienſi, quam ad omnium Angliae & Hiberniae Codicum MSS. fidem ſumma diligentia recognitam & collatam, Tabulisque Geographicis illuſtratam A. MDCCXI. publicavit Vir Doctisſimus Joannes Reynoldus, Scholae publicae apud Iſcanos Moderator. Hactenus de Codicibus MSS. atque Editionibus, quibus adjutus, hanc editionem adgresſus fui. Reſtat igitur, ut de Eruditorum Virorum in Pomponium Melam animadverſionibus, quae in hanc editionem a me collatae ſunt, disſeram.

Contextui ſubjunctae ſunt notae Hermolai Barbari, Petri Joannis Olivarii, Fredenandi Nonii Pintiani unà cum ejusdem Retractationibus, & Andreae Schotti, atque Parentis mei; easque excipiunt Definitiones Geographicae P. J. Olivarii; Geographica & Hiſtorica Herodoti, quae Latine Mela exſcripſit, παραλλήλως concin-

cinnata ab A. Schotto, & Petri Ciacconii notae integriores, & ex ipſo exemplari, quod in Bibliotheca publica adſervatur, a me trans-ſcriptae a Capite xvii. Libri i. usque ad finem Libri iii. illas enim, quae Caput xvii. praecedunt, in uſum ſuum deſcribi jusſerat, & ad ipſum apographum adnotata adjecerat Cl. Perizonius, quae una cum ſuis in easdem animadverſionibus benigne mecum communicavit tam eruditione quàm humanitate conſpicuus Vir, modò laudatus, Carolus Andreas Dukerus, cujus benevolentiae etiam acceptas refero adnotationes, quas Cl. Perizonius ad margines editionis Voſſianae & utriusque Paternae adſcripſerat. Exemplar autem, quo notae Ciacconii comprehenduntur, duas easque a ſe invicem diverſas manus praeſerebat, quarum prima ſatis venuſta & lectu facilis in iisdem exarandis ad Caput xvii. Libri i. procesſerat; ſecunda verò Graecè ſcribendi prorſus ignara, & in Latinis exarandis admodum ſordida, auctorum Graecorum Latinorumque loca a Ciacconio laudata tribus quatuorve ſaepe tantùm verbis exhibebat, ea quae jungenda erant, ſeparans, & quae ſeparanda erant, conjungens, eademque ſaepe repetens, adeò ut crediderim cuncta, quae ſecunda manus exaravit, ex editione, ad cujus margines animadverſiones ſuas adnotaverat Ciacconius, ὕστερον πρότερον esſe transſcripta: idemque etiam viſum fuit Cl. Perizonio, qui ad calcem editionis Antverpienſis ſequentia verba adſcripſerat: „ Ciacconii „ notulae incondite ex margine ſunt excerp-

„ tae, ubi ſparſim fuerant ſcriptae, prout qui
„ novi inciderat. Hinc ab indocto homin
„ conjuncta ſaepisſime, quae diverſisſima eran
„ & ad alias pertinebant notas, & de eaden
„ re ſaepe bis vel ter in aliis notis agitur.
Cunctas igitur Cacconii notas a Capite XVII Libri I. a me ex ipſo apographo transſcriptas in juſtum ordinem, quantum potui, redegi, & loca Auctorum veterum, quae mutila plerumque erant, ex iisdem editionibus, quibus uſus fuiſſe mihi viſus fuit Ciacconius, ſupplevi. Haſce autem ſequuntur Petri Joannis Nunneſii de Patria Pomponii Melae Epiſtola, & Adnotata in Prooemium, & duo priora Capita Libri primi, eodem volumine, quo Ciacconii notae continentur, comprehenſa, atque ante undecim annos cum notis Clarisſimorum Virorum Perizonii & Dukeri Miſcellaneis Obſervationibus Criticis Vol. VII. Tom. I. inſerta: itemque Iſaaci Vosſii Obſervationes, & Cl. Perizonii Adnotata in Prooemium & XVI. priora Capita Libri I. cum praefatione atque animadverſis Cl. Dukeri a Celeberrimis Duumviris; qui Miſcellaneis Obſervationibus Criticis edendis praefuerunt, A. MDCCXXXVII Vol. VII. Tom. III. & Vol. VIII. Tom. I. & II. publicata: eademque excipiunt meae in Melam notae, quas pro ſumma, qua noſmet invicem proſequimur, amicitia ſuis obſervatis auxit Eruditisſimus Vir, Franciſcus Oudendorpius, cujus eximiae benevolentiae me hoc nomine maximopere obſtrictum profiteor. Porrò Doctorum Virorum Dedicationibus atque Prae-

ſationibus, & Vitae Fredenandi Nonii Pintiani ab Andrea Schotto deſcriptae, ſubjeci quatuor Indices, quorum primus exhibet nomina Geographica a Mela adhibita; ſecundus res memorabiles; tertius verba & locutiones, quae in notis illuſtrantur; quartus denique Scriptores Graecos & Latinos, qui in iisdem emendantur, vel explicantur.

Hiſce igitur praefandi munere defunctus, Te, Benevole Lector, ad ipſum Melam lubens dimitterem; niſi jam aliquot abhinc annis mihi mirum quantum eveniſſet, quod elegantisſimi hujus de Situ Orbis ἐγχειρίδιου auctorem nullus fere Scriptorum, qui Melae aetatem exceperunt, mentione dignatus fuerit praeter Servium ad Virgilum, & Scholiaſten Juvenalis; quorum hic quidem ad illa Satyrae II. v. 160.

> *arma quidem ultra*
> *Litora Juvernae promovimus.*

notat: *Juberna inſula Britanniae, ſita in Oceano mari, a qua non longe ſunt triginta aliae Orcades inſulae, quas Mela ſcribit.*

ille verò ad v. 31. libri IX. Aeneid.

> *Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus*
> *Per tacitum Ganges.*

ſcribit de Gange: *Fluvius Indiae eſt, qui ſecundum Senecam in ſitu Indiae novem alveis fluit; ſecundum Melam ſeptem: qui tamen & ipſe-*

*ipſe commemorat nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat.* nempe lib. III. cap. 7. pag. 293. Melae Gangis exitum in mare deſcribentis verba haec ſunt: *Ille* (Ganges) . . . . . *in ſeptem ora diſpergitur.* Illorum verò, qui tribus alveis fluere Gangen adfirmant, nullam prorſus mentionem facit Mela, cujus idcirco teſtimonium hanc in rem a veterum Grammaticorum coryphaeo ad partes vocatum fuiſſe haud veriſimile eſt. Quare putem, librarios Melae adfinxiſſe verba, quae Senecae adſcripſerat Servius & quidem hoc modo: *Fluvius Indiae eſt, qui ſecundum Melam ſeptem alveis fluit; ſecundum Senecam in Situ Indiae novem: qui tamen & ipſe commemorat nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat.*

Hanc autem admirationem meam auxit larga copia MSS. Codicum Pomponii Melae in variis Bibliothecis adſervatorum, quae prorſus tanta eſt, ut fere omnes Abbatiarum, & Monaſteriorum praecipuas, Pomponii Melae exemplaribus inſtructas fuiſſe crediderim; neque ullus dubitem, quin plures medii aevi Scriptores; qui Geographica tractarunt, & quorum opera nondum typis ſunt deſcripta, Melae mentionem fecerint: idque tandem mihi conſtitit de duobus, quorum lucubrationes Geographicae in membrana exaratae in publica Bibliotheca inter Codices MSS. Voſſianos exſtant. Horum unus ſeculo nono, alter ineunte quinto & decimo vixit, utriusque Codicis vetuſtate proximè ad ipſam Scriptorum aetatem accedente, Prioris autem Codicis initium hujusmodi eſt:

„ D.

# PRAEFATIO.

„D. VENERABILLIMO REGIQUE GLORIOSIS-
„SIMO D̄. K̄. Ḡ. SERVORUM D̄Ī EXTIMUS.
„Cum olim quidem, ut nunc, Galliarum li-
„tora mari Oceano Mediterraneoque inmi-
„nentia, nec non earundem aliquatenus me-
„dia, videlicet quo variis fluminum (1) permea-
„tur alveis, dira Normannorum vaſtarentur
„ſaevitia, ſtudio quorundam Fratrum noſtro-
„rum admonitus; immo ob utriusque maris
„aliquantulum ignotos navigationis excurſus,
„Diſcipulorum mitisſima deprecatione accen-
„ſus, hunc de Situ Orbis libellum ex multo-
„rum praecedentium; qui (2) hinc tractave-
„runt, dictis excerptum componere ſtudui,
„& veſtrae quam praedicandae ſapientiae de-
„clarandum prae omnibus offerre ratum com-
„modumque duxi. Non igitur temere hoc
„adgreſſus ſum contexere opuſculum, nec
„propriis nitens viribus quaſi ob nominis fa-
„mam jactantiae celſitudinis plenam; ſed fra-
„ternis humiliter parens necesſitudinibus, ag-
„gregatis inſignisſimis hujusmodi lectionis ar-
„tificibus, quid in opuſculis ſuis de Orbis Situ
„ſenſerint, quidve egregio (3) affatu dixe-
„rint, cùm crebrò legens alios docuerim,
„nunc altius inſpicere curavi. Melam Pom-
„ponium dico, atque Aethicum Coſmogra-
„fum, Martianum Felicem Capellam, Soli-
„num Poliſtoriarum, Oroſium, nec non Iſi-
„dorum, ceteraque quam plurima argumenta.
„Quae ergo horum relatione perneceſſa-

„ria.

(1) Leg. *permeantur*. (2) Leg. *hunc*. (3) Leg. *effatu*.

„ ria exinde repperi, quantum mihi pro innu-
„ meris tam ſaecularium rerum curis, quam
„ noſtri propoſiti habenis, mellifluis hujus
„ opuſculi paginis, vel eisdem eorum ſenten-
„ tiis, vel certe brevitati operam tribuens,
„ meis verbis ordinare ſategi, totumque opus-
„ culum in duobus libellis diſtinxi, ita ut pri-
„ mus utriusque maris vocabulorumque eorum
„ cauſas, nec non inſularum, quae in eis ſunt
„ ſitae, quamvis breviter digeſtis, contineret:
„ ſecundus autem faciem terrarum, auctore
„ vigente ratione, ſuccincte aliquantula de-
„ monſtratione patefaceret.

In ſequentibus Auctor maria atque inſulas, & libro II. magnam continentis Europae partem deſcribit iisdem fere verbis, quibus Scriptores ab eo laudati fuerant uſi: quare etiam operae pretium duxi, ut cuncta, quae a Pomponio Mela mutuatus fuit, cum edito exemplari compararem, eademque cum optimis MSS. amicè conſentire didici, & *Excerpta* I. in notis appellavi. Quum vero ex ipſo titulo non prorſus dilucide conſtet de nomine Auctoris, atque etiam Regis, cui iſtud opus Geographicum inſcriptum eſt; ex tribus tamen poſtremis vocibus, *Servorum Dei extimus*, facilè colligi posſe videtur, iſtud compoſitum fuiſſe ab Eccleſiae Gallicanae Epiſcopo circa illud tempus, quo Normanni Sequanam invecti, Rothomagum ceperunt & diripuerunt, atque inſcriptum Carolo Calvo, tunc temporis Aquitaniae Regi.

Poſterior Codex nitidisſimè exaratus, tabulas inſularum maris mediterranei variis coloribus

affabre delineatas exhibet, addita earumdem deſcriptione, atque ambitus per paſſuum numeros deſignatione, & mappas Geographicas Syriae, Britanniae, Hiberniae, Taprobanes, Italiae & Illyrici, Hiſpaniae, Galliae, aliarumque regionum. Primae autem paginae, quae frontem operis conſtituit, & in qua aliquot verſus elegiaci aureis literis ſupra fundum caeruleum exarati fuerunt, ſcriptura, quod dolendum, prorſus evanuit praeter voces ME DUCE QUI, a quibus poſtremus verſus elegiacus initium cepit: in ſecunda autem Auctor praefationem auſpicatur hiſce verbis: „ Omnium inſularum noſtri maris, quod Mediterraneum dicimus, exteri etiam pelagi, quod „ Oceanum appellant, quas quidem partim vidimus, partim ex antiquorum noſtrique temporis Auctorum monumentis ſcriptisque cognovimus, liber hic nuper a nobis elucubratus illuſtratas continet deſcriptiones, quarum poſitiones, ſitus, civitates, oppida, portus, flumina, fontes, ſilvas, promontoria, quas caeli plagas reſpiciant, ita examuſſim depingere expresſeque effigiare ſumus conati, ut & noſtrae diligentiae minimo nos poeniteat, & ſatis jocundos fructus eos percepturos fore arbitremur, qui noſtra haec legerent littora, & eorum, & quae „ *capita* vocant nautae, maxime eo inſtrumento, quod *chartam navigatoriam* iidem appellant, eas omnis circumſcribere ſtuduimus, ita ut credamus, navigationibus non parvo uſui futurum hunc laborem noſtrum.

„ Narra-

„ Narratiunculis praeterea ante ſingularum de-
„ ſignationes uſi ſatis dilucidis, quibus veteri
„ & nova earum nomina, ambitus, portuum-
„ que atque aëris qualitates, hominumque mo-
„ res, & qui in his claruerunt; praeterea ſoli
„ dotes, & quae deſertae, quaeve cultae ſint,
„ facilè ſimul verisſimeque Lector percipere
„ posſit. Adjecimus & juxta ejus navigato-
„ riae chartae normam littora continentis fere
„ omnia, locorum portuumque nominibus
„ ſcriptis, quibus noſtra utitur aetas: nec
„ praetermiſimus quasdam peninſulas nobilio-
„ res deſcribere, Italiamque clarisſimum totius
„ habitabilis decus, & Syriae partem, quam
„ Terram Sanctam appellant noſtri, Hiſpa-
„ niam, Galliam atque Germaniam hoc etiam
„ noſtro libello concluſimus. Nomina vero
„ inſularum cum priſca tum nova ſeries infra
„ ſcripta monſtrabit. „ Porrò pag. 56. poſt-
quam Britanniam verbis Iſidori deſcripſerat,
addit: „ Pomponius Mella: *Britannia qualis*
„ *ſit . . . . expertus.* " idque Melae fragmen-
tum a me quoque excusſum eſt, & *Exc.* 2. in
notis appellatum. Hiſce igitur fruere, Erudi-
te Lector, & vale.

# D E

# POMPONIO MELA

## ELIAS VINETUS.

Pomponium *Melam*, Geographum, inter Caeſaris Octaviani Auguſti, & Veſpaſianorum imperia floruisſe argumento eſt, quod Cajus Plinius, *Hiſtoriae Naturalis* ſcriptor, eum inter ſuos auctores laudat: quam Tito Veſpaſiano dedicabat, annis poſt natum Chriſtum circiter octoginta. & quod ipſe Mela Cornelium Nepotem citat libro tertio: quem Caeſaris Octaviani principatu mortem obiisſe, ex eodem Plinio didicimus. Iolque, Africae urbem, Caeſaream vocat libro primo: quam ſic in honorem Caeſaris Octaviani Iubam transnominasſe, Strabo & Eutropius nobis ſunt auctores. Itaque nemini dubium esſe debet, quum principum maximum Britanniam tam diu clauſam aperire dicit libro tertio, quin Claudius ſit accipiendus, Caji Caligulae ſucceſſor: qui primus poſt Julium Caeſarem, Caeſaris Octaviani patrem, Britanniam tentavit: uti Suetonius & Eutropius ſcripſerunt. ac ita ſub Tiberio, Caligula, & Claudio, Romanis principibus, vixerit Pomponius Mela: haecque Geographica, quae in quibusdam exemplaribus, *De Chorographia*; in aliis *De Geographia*; *De Situ orbis* in aliis inſcribuntur, ſub Claudio Auguſtorum quarto conſcripſerit. Ceterum ubicumque vitam tranſegerit, ex Tingentera Hiſpaniae civitate fuisſe ſe tradit lib. II. *Melas* autem aliquot alios memorant Latinae literae: ut, *Melam* equeſtris ordinis virum: quem hauſto porri ſucco ſub Tiberio Caeſare periisſe ſcribit idem Plinius: *Fabium Melam*, Juriſconſultum, qui citatur libro quadrageſimo Digeſtorum Juſtiniani, capite *de cloacis*, & alibi. *Lucium Annaeum Melam* à Nerone interfectum, fratrem Senecae Philoſophi, Lucanique Poëtae patrem. Quos omnes ſuſpicor Hiſpanos genere fuisſe.

# EX

# GERARDO JOANNE VOSSIO

# DE

# HISTORICIS LATINIS.

Pomponius Mela, natione Hiſpanus, Claudii temporibus fuit; ut recte primus adſtruxit Vadianus: quem iccirco & Vinetus ſequitur, & Schottus. Inde eſt, quod & ipſe meminit Cornelii Nepotis, ut recentis Scriptoris: & ad partes à Plinio advocetur in *Hiſtoria Naturali*; qui Vespaſiani temporibus claruit. Scio esſe, qui arbitrentur, vixisſe temporibus Julii Caeſaris; idque propterea, quia lib. III. cap. 6. loquatur hoc pacto: *Britannia qualis ſit, qualesque progeneret, mox certiora, & magis explorata, dicentur. Quippe tam diu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor; qui propriarum rerum fidem, ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Verum haec verba uni conveniunt Claudio: ut liquet ex Suetonio de imperatore eo cap. 17. At nunquam de Britannis triumphavit Julius. Quid quod Melae libro primo mentio fit Caeſareae? quae, cum prius Jol diceretur, nomen Caeſareae ab Caeſare Auguſto accepit. Ceterum etiam de patria ejus liticula eſt. Siquidem Mellariae, Baeticae oppido, quod nunc eſt in ditione ducum Methynnae, & Sidoniae, natum esſe, Hermolaus Barbarus arbitrabatur: imo ajebat ex eo Melae, vel, ut ipſe ſcribere maluit, *Mellae* nomen accepisſe. Sed inde *Mellarius*, aut *Mellarien-*

lariaſis potius diceretur. Et ſatis ex aliis conſtat, Mela, non patriae, ſed gentilitium eſſe nomen. Alii igitur Cingenterati, (quod MSS. Melae codicum fidem ſecuti, itidem Baeticae oppidum ſtatuunt) natum fuiſſe veriſimilius putant: atque id è ſecundo ejus libro colligunt: ubi, de Baeticae oppidis loquens, ait ipſe: *Atque, unde nos ſumus, Cingenteratum, Mellaria, & Bello.* Ubi Hermolaus *cingente freto* legebat, ut Mellarienſem faceret. Vinetus maluit *Tingentera*, quod in ſuis repererat libris. Pintianus voce *Cingenteratum*, tanquam nihili plane ejecta legebat: *Atque unde nos ſumus Mellaria.* Schottus corrigebat: *Atque unde nos ſumus ex gente ea. Tum Mellaria.* Eam vero emendationem acceptam ferebat Franciſco Sanctio Brocenſi: uti ille Petro Ciacconio Toletano. Anteceſſerat autem proxime apud Melam oppidi Cartejae, ſeu Tarteſſi mentio: quam iccirco patriam Melae fuiſſe arbitratur. Caſaubonus *commentario & caſtigationibus in lib.* III. *Strabonis* emendat hoc pacto: *Atque unde nos ſumus Tingi contraria Mellaria.* Vel. *Tingi è regione ſita Mellaria.* Solet enim Mela meminiſſe locorum, quae ex adverſo ſita. Ergo, ſi MSS. codicibus ſtandum, patria Melae erit *Cingenteratum*, vel *Tingentera.* Sin emendationem ſequimur, quae placuit Schotto, fuerit Cartejus, ſive Tarteſſius. At juxta correctionem Barbari, Pintiani, &, quae imprimis placet, Caſauboni, Mellarienſis erit. Utcumque ſe habet civitatis nomen, Baeticum fuiſſe Melam, ſatis indicant verba illa, *unde nos ſumus.* Inclaruit Mela libris III. *de Chorographia;* ut eſt in pleriſque libris: ſive potius, ut in aliis vocantur, *de orbis ſitu.* In iis, & perſpicua eſt brevitas, & mira elegantia. Imo, ut Strabo ab eruditione, à diligentia Plinius, ita ab arte commendatur Mela: quod judicium eſt Alfonſi Garſiae Matamori in *commentario de doctis Hiſpaniae viris, atque ejuſdem Academiis* (1). Nomen hujus Scriptoris corruptum eſt apud Servium *in lib.* IX. *Aeneid.* ubi à Melone dici ait, ſeptem eſſe Gangis oſtia: quod apud Melam legas lib. III. cap. 7. Valde autem ridiculus eſt Claudius Verderius (2), cum dictionem Melae, elegantiſſimi ſane Scriptoris, culpare non veretur. Objectat, quod dixerit, *Britanniam feris ſcatere.* Quaſi non expreſſum hoc ſit de iſto Lucretii lib. V. 40.

Ita

(1) *Habes T.* II. *Scriptorum Hiſpaniae illuſtratae.*
(2) *Cenſione in Auctores pene omnes.*

*Ita ad ſatiatem terra ferarum*
*Nunc ſcatit.*

At, inquit ille, *ſcatere* eſt à σκάτος (1): unde idem ali-bi (2) *ſcatere* vocat latrinarum verbum. At nos ſcimus שְׁדָא Chaldaeis & Syris notare *fudit*: unde שָׁדֵי, *fundens*. Hinc *ſcateo*, quod iccirco dicitur de terra liquorem fundente: uti etiam indicant derivata, *ſcatebra*, & *ſcaturire*: & Plautinum illud in *Aulularia*:

*Quae mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet,*
*Corinthienſem fontem Pirenen poteſt.*

(1) *Berneus.*
(2) *Pag.* 27.

POM.

# POMPONII MELAE
## DE
# SITU ORBIS
## LIBRI III.

---

## PROOEMIUM.

ORBIS Situm [2] dicere aggredior, impeditum opus, & [3] facundiae minimè capax; ( conſtat enim ferè Gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo

Pomponii Melae] Cognomen is notum in gentibus Romanis od in collectione ab Andrea otto facta, & Roſini Antiquibus addi ſolita, attribuitur Aneis, & Pomponiis: in Indice, em dicitur feciſſe Savotius, & Car. Patino auctus adjicitur libro miliarum Romanarum, vinditur familiae Baebiae, quum ip- nummus, unde id colligitur. plicet *Aquino*, *Baebii* vero cogmen ſit *Tampilus*. Sed longe ribus id placuit, quum & in ulchro Ceſtii memoretur PON- L. F. CLA. MELAE, quod atur etiam ab Urſino ad numos Ceſtiae gentis; & jam Vineus ex L. 1. §. 12. D. *de Cloacis*, & alibi producat *Fabium Melam*, cujus ſolum cognomen appellatur L. 27. §. 34. D. *ad Leg. Aquil.* Quin & maxime vicinus hujus aetati *Mela*, quem Plinius lib. xix. cap. 33. memorat & ſcribit, *famam eſſe, reum ex procuratione a Tiberio principe arceſſitum, in ſumma deſperatione, ſucco porri hauſto, confeſtim exſpiraſſe ſine cruciatu.* Ubi ſummopere nugatur Harduinus, quum ſcribit, *ſimile quidem veri videri eum Melam eſſe, cujus Geographici libri nunc manibus omnium teruntur, ut idcirco vel ex illo Plinii loco vana eorum conjectura intelligatur, qui Claudii principatu Melam vixiſſe aſſeverent.* Sive illud cognomen à flumine Galliae Tranſpadanae prope Brixiam venerit Romam, ſive ex oppido, quod citatur à Livio lib. xxiv. cap. 20. Quamquam noſter Auctor quidem in Hiſpaniam nos videtur revocare, ubi hoc tempore etiam ſatis frequens fuiſſe *Pomponium* nomen docent nummi.

plexo ſatis ordine, [4] quem perſequi, [5] longa eſt magis quàm [6] benigna [7] materia) verùm adſpici tamen cognoſcique digniſſimum, [8] & quod ſi non

qui reperiuntur ſub Auguſto, & Tiberio illic cuſi, cum variis praenominibus, unde etiam in nummo Carthaginis Novae Saluti Auguſtae dicato ſub Duumviris legendum videtur CN. ATELLIO FLACCO CN. POMPONIO FLACCO. ubi tamen Cl. Vaillantius potuit intelligere *Pompejum*, opinor ob ſolum praenomen CN. quod ut *Pompejis* crebrum novimus, ita non poteſt negari *Pomponiis*. Alioqui poteſt etiam eſſe Graecum Μίλα, qua voce poculi genus indicari docet Athenaeus lib. XI. pag. 487. Quid? quod etiam Μέλα πρεσβευτῇ Archelai meminerit Joſephus lib. XVI. *Antiq. Jud.* cap. 16. GRONOV.

1. *Orbis ſitum* &c.] Praefatur operis pondus, varietatem, obſcuritatem, & perplexum argumentum: deinde quid in hoc libro & in aliis perſequetur. OLIVAR.

2. *Dicere*] Nam orator praefatur; dicunt enim oratores: ſed nove *dicere* pro deſcribere dixit. IDEM.

3. *Facundiae minime capax*] Impeditum opus eſſe Naturae tractationem, totiusque Univerſi deſcriptionem, nec ullos oratorios colores admittere, Plinius, qui jam periculum fecerat, in erudita illa Praefat. *Naturalis Hiſt.* teſtatur: *Nam neque ingenii ſunt*, inquit, *capaces*, *neque admittunt exceſſus*, *aut orationes* &c. Et libri III. Praefat. *Infinitum id opus exiſtimatur*, *nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatum*. *Haud ullo in genere venia juſtior eſt*: *ſi modo minime mirum eſt*, *hominem natum non omnia noviſſe*. Et Cicero lib. II. *ad Attic.* Epiſt. 6. Γεωγραφικὰ, *quae conſtitueram*, *magnum opus eſt*: *ita valde Eratoſthenes*, *quem mihi propoſueram à Serapione*, *& ab Hipparcho reprehenditur*: *quid cenſes ſi Tyrannio acceſſerit*? *& hercule ſunt res difficiles ad explicandum*, *&* ὁμοειδῆ: *nec tam poſſunt* ἀνθηρογραφεῖσθαι, *quam videbatur*. Huc & Manilii verſus pertinet.

*Ornari res ipſa negat*, *contenta doceri*. SCHOTTUS.

4. *Quem perſequi longa eſt magis*] Scribo, *quod perſequi longa eſt magis* &c. Nam & paulo poſt ſequitur, *quod ſi non ope ingenii orantis*. PINTIAN. Dixi commodiorem videri mihi lectionem, *quod perſequi*, quam *quem perſequi*, ut illud *quod* referat *opus*, non *ordinem*, quoniam ſequitur paulo poſt: *& quod ſi non ope ingenii orantis*, *at ipſa ſui contemplatione* &c. Huic ſententiae meae plerique reclamant, & priorem lectionem retinere malunt. Jus ergo liberum optionis eſto, ſequaturque unusquisque, quod ſibi viſum ſit magis ad mentem Auctoris accedere. IDEM. Nihil neceſſe eſt *quem* in *quod* mutare, cum auctoritate libri calamo exarati, quicum Lutetiae Melam comparavimus, vulgatam lectionem tuente: tum quod ſenſus per ſe planus eſt, ſi operae, ut juſſimus, parentheſi haec omnia includant, & ad *ordinem* proxime referatur. SCHOTT.

5. *Longa magis quam benigna materia*] Saepe hoc nomine queſtus Mela, lib. III. cap. 3. De montibus Germanorum: *quorum*, inquit, *nomina vix eſt eloqui ore Romano*. Et *quorum nomina noſtro ore concipi nequeunt*: de Cantabris, qui vulgo Biſcaini, quorum ho-

autem ut quaeque erunt clariſſima, & ſtrictim. Ac primò quidem quae ſit [12] forma Totius, quae maximae Partes, [13] quo ſingulae modo ſint, atque habitentur, [14] expediam; deinde rurſus Oras omnium & litora, ut [15] intrà extràque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit Pelagus; [16] additis quae in natura Regionum incolarumque memoranda ſunt. [17] Id quo faciliùs ſciri poſſit atque accipi, paulo altiùs ſumma repetetur.

ne intra pauca verba repetatur inutiliter. PINTIAN.

12. *Forma* ] An videlicet ſphaerica, rotunda, aut alterius figurae. OLIVAR.

13. *Quo ſingulae modo ſint, atque habitentur* ] Ita nunc quoque edidi obſecutus libris MSS. quomodo jam Voſſius notat ſe reſcripſiſſe ſecutum fidem optimorum Codicum, quum non modo per ipſum apparata editio, ſed etiam nupera Franequerana inſulſe praeferant illud anterius, *utque habitentur.* GRONOV.

14. *Expediam; deinde rurſus* ] Neque enim majorem diſtinctionem neceſſariam puto, qua tamen Editiones omnes utuntur, & forſan multi quoque libri manu exarati, ſed praeter regulam; quum ab illo verbo iſta ſequentia pendeant. GRONOV.

15. *Intra* ] Ad ſinus refertur OLIVAR.

16. *Additis his quae in natura regionum incolarumque* &c.] Πρὸς τὴν τοπογραφίαν ſpectat. OLIVAR. Delenda quoque videtur praepoſitio, ut verba ſint pauciora, ſenſus elegantior. PINTIAN.

17. *Id quo facilius ſciri poſſit atque accipi* ] Duo ultima verba non eſſe Auctoris perſuaſum habeo: quid enim aliud hic *accipi* quam *ſciri*. PINTIAN. Gloſſematis foedatus hic Auctor, natura Laconicus; cum ſupra ſcripta eſſent poſt in ſeriem admiſſa. Ut & cap. 12. *permutat ac miſcet.* SCHOTT.

POM-

# POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LIBRI III.

## PROOEMIUM.

[1] ORBIS Situm [2] dicere aggredior, impeditum opus, & [3] facundiae minimè capax; (conſtat enim ferè Gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo

POMPONII MELAE] Cognomen ſatis notum in gentibus Romanis quod in collectione ab Andrea Schotto facta, & Roſini Antiquitatibus addi ſolita, attribuitur Annaeis, & Pomponiis: in Indice, quem dicitur feciſſe Savotius, & a Car. Patino auctus adjicitur libro Familiarum Romanarum, vindicatur familiae Baebiae, quum ipſe nummus, unde id colligitur, adplicet *Aquino*, *Baebii* vero cognomen ſit *Tampilus*. Sed longe pluribus id placuit, quum & in ſepulchro Ceſtii memoretur PONTI. L. F. CLA. MELAE, quod citatur etiam ab Urſino ad nummos Ceſtiae gentis; & jam Vinetus ex L. 1. §. 12. D. *de Cloacis*, & alibi producat *Fabium Melam*, cujus ſolum cognomen appellatur L. 27. §. 34. D. *ad Leg. Aquil.* Quin & maxime vicinus hujus aetati Mela, quem Plinius lib. XIX. cap. 33. memorat & ſcribit, *famam eſſe, reum ex procuratione a Tiberio principe arceſſitum, in ſumma deſperatione, ſucco porri hauſto, confeſtim exſpiraſſe ſine cruciatu.* Ubi ſummopere nugatur Harduinus, quum ſcribit, *ſimile quidem veri videri eum Melam eſſe, cujus Geographici libri nunc manibus omnium teruntur, ut idcirco vel ex illo Plinii loco vana eorum conjectura intelligatur, qui Claudii principatu Melam vixiſſe aſſeverent.* Sive illud cognomen à flumine Galliae Tranſpadanae prope Brixiam venerit Romam, ſive ex oppido, quod citatur à Livio lib. XXIV. cap. 20. Quamquam noſter Auctor quidem in Hiſpaniam nos videtur revocare, ubi hoc tempore etiam ſatis frequens fuiſſe *Pomponium* nomen docent nummi,



qui

[2] uno ambitu ſe cunctaque amplectitur. [3] Partibus dif-

dem lib. II. *De Nat. Deorum* Ennius: *Cui quod in me eſt, exſecrabor hoc quod lucet, quidquid eſt.* Hinc illa Plauto, Terentioque familiaria: *Luceſcit hoc jam.* Plinius lib. II. ex Mela: *Mundum & hoc, quod alio nomine Caelum appellare libuit.* SCHOTT. Particulam *id* quae praeponebatur verbo ſubſtantivo, rejeci ad ſequentia *unum id eſt*, quum & antiqui codices apud Voſſium ſic haberent, & ternos ſcirem quoque ſic velle; immo & Antonius Francinus apud Philip. Juntam Florentiae ſic edidit. Sed voculam *hoc*, quam ſcio in quibusdam MSS. non eſſe, & expelli quoque vult Voſſius, retinui, quum in MSS. multis appareat, & falſe pronuncietur ab Voſſio, veriorem procul dubio eam lectionem eſſe; quum retenta ea tanto veriſimiliorem faciat lectionem, quanto crebrius fuit uſurpata ab eruditis Romanis, ut docent notae And. Schotti, quod & tetigit Muretus ad Catulli carmen XIV. Forſan nec Mela noſter nunc immemor fuit ejus Pacuviani apud Varronem lib. IV. L. L. *Hoc vide circum ſupraque, quod complexu continet terram.* Utique Scaliger tale quid conſiderans videtur legiſſe ita Naevianum illud in Varrone lib. VI. L. L. *Hoc ubi aethra caerula ſeptum ſtat hemiſphaerium.* Unde nec poſteriores aut aequales omiſerunt. Seneca epiſt. 95. *Omne hoc, quod vides, quo divina atque humana concluſa ſunt, unum eſt.* Unde ferme apparet, quod Stoicum erat, à Pomponio traduci ad Geographiam: procedit enim inde Philoſophus ad alia & ipſos potiſſimum homines, ut pateat eos cognatos eſſe ceteris rebus: ita ſane actum fuit in pluribus. Sed ſcias principium eſſe totum Graecum: unde Suidas: *Σύμπαν, ὃ λέγομεν κόσμον τὸ σύμπαν τόδε.* ut mirari non oporteat placuiſſe etiam Lucretio v. 319.

*Denique jam tuere hoc circum ſupraque, quod omnem*
*Continet amplexu terram.*

GRONOV.

2. *Uno ambitu ſe* &c.] Igitur ſphaericum eſt, refertur ad ea verba Prooemii, *Quae ſit forma totius.* OLIVAR.

3. *Partibus differt*] Haec diviſio, ab Pomponio deſcripta verbis, ab antiquis ſic excogitata, ſolet praeclare exhiberi in nummis, duas transverſas faſcias in





globo ſibi ſuperductas habentibus, per quas in quatuor partes ille

differt; unde ſol oritur, [4] Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, [5] Occidens, vel Occaſus: quâ [6] decurrit, [7] Meridies: ab adverſa parte, Septen-

ille ſeparatur, qualis eſt hic ab Auguſto cuſus, & ſecundus ab Conſtante. Ubi vides in priore nullas notari ſtellas, ut pateat orbem vere terrarum oſtendi & partem habitatam; quum in altero ſtellae impoſitae dictent caelum innui, atque adeo hanc diviſionem utrobique obtinere. Quod ſi placet, infauſtae ignorantiae. ſed tamen per alti aenigmatis ſuſpicionem coloratae, verba cognoſcere; en tibi. quae ſcribit Oudanius pag. 93. *dat 'er eenige banden dwers over en weder gaan, 't zy dit zijn de ringen, waar mede men de Sphera uytbeelt, ofte om te betoonen: dat met banden en wetten de wereld by een gehouden word.* Quanta ſapientia! Rectiſſime ad nummos & Melam Lucretius lib. VI. v. 1109.

*Quatuor à ventis & caeli partibus eſſe.*

His partibus primis & maximis deinde minores adſtruxit ingenium humanum, quas moneta ſua celebrare voluerunt incolae Amorgi inſulae, cuius nummi ſunt apud Gelzium hi duo.




Itaque hinc etiam Cicero II. *de Divin.* 18. *Caelum in* XVI. *partes diviſerunt Etruſci.* Sic vero agit Auctor, quaſi haec excerpſiſſet ex Agatharchide, cuius fragmentum eſt pag. 40 τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι μεριζομένης μέρεσι, ἀνατολῇ λέγω, δύσει, ἄρκτῳ καὶ μεσημβρίᾳ. Vid. Schol. in Homer. *Odyſſ.* B. I. Gronov.

3. *Oriens*] Oriens dicitur omnis pars terrae, in qua ſol oritur: hinc eſt, quod punctum mobile vocatur, Graecis eſt ἀνατολὴ, Italis *Levante*, Germanis *Oſt.* Olivar.

5. *Occidens*] Occidens eſt, ubicumque ſol occidit: punctum etiam mobile. Graecis eſt δύσις, Italis *Ponente*, Germanis *Weſt.* Idem.

6. *Qua decurrit, Meridies*] Monet Voſſius lectorem, ut *decurrere* accipiat pro deorſum currere, ut ſaepe; ſummum enim ſolis punctum eſſe Meridiem; inde *decurrere* ſolem, hoc eſt, deſcendere. Sed primo *qua* non eſt aequivocum τῷ *unde*, deinde cur ma-

[8] Septentrio. [9] Huic medio Terra ſublimis cingi-
tur

maluit Auctor Meridiem deſignare à puncto ſummo, unde inciperet deſcendere, quam potius à termino, in quem deſinit adſcenſus? Naturalius enim erat deſcribere ab eo, quod fieret ante Meridiem, quam quod poſt Meridiem. Tum verbo *decurrere* utitur Auctor de Nilo & Cayco, ut Himera, & Baeti, non tam ut deſcenſum & lapſum eorum notet, quam ſpatium, per quod agunt alveum. Quum Manilius ſcribit lib. I. de Orione:

*& toto ſemper decurrere mundo.*
notat Scaliger, *Orionem occupare utriusque Hemiſphaerii magnas partes*, non quia deorſum currit. Omnino *Meridiem* vocat iſtud ſpatium. quod & in adſcenſu. & in deſcenſu accenſeri ſolet Meridiei: illud cum peragit ſol eſt in meridie, & ibi decurrit. non aliter quam miles Romanus in exercitatione campeſtri, aut funere. Ideo iſtam explicationem pro *deorſum currit* jam olim ut falſiſſimam traduxi. Convocari huc debent, quae ſcribit Feſtus Pompèjus in v. *Poſticum: Sic etiam ea caeli pars, quae ſole illuſtratur ad Meridiem, antica utique nominatur; quae ad Septentrionem eſt, poſtica: rurſumque dividuntur in duas partes Orientem & Occidentem.* Hinc igitur & ab auctore ad Herennium ſcribitur lib. III. cap. 22. *Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur.* GRONOV.

7. *Meridies*] Duo ſunt puncta fictitia, Meridies & Septentrio, ſed immobilia. Meridies Graecis eſt μεσημβρία, Italis *Mezo giorno*, Germanis *Zuyd*. OLIVAR.

8. *Septentrio*] Graecis eſt βόῤῥας, Italis *Tramontana*, Germanis *Norden*. IDEM.

9. *Hujus medio*] Non dico ſic à Pomponio ſcribi non potuiſſe; dubito an ſcripſerit. Equidem ſic video eſſe in editis: & ſane ad eundem modum legimus lib. III. cap. 2. *aliis populis media ejus habitantibus*. Sed tamen etſi taceant omnes, quod miror; ipſe in MS. vidi, & in alio eſſe ſcio *huic medio*; quod non dubito, quin ſervetur in pluribus vetuſtis exemplaribus. Et ſane ut τὸ *hujus* referatur ad praecedens *omne* vel *unum*, non patitur Pomponii ſubtilitas hoc relativum arctiſſime comprimentis & ad maxime vicinum & proxime praecedens nomen referentis, & nunc ſcripturi *horum* vel *harum* ſc. partium: ut omnino illud *hujus* debeat reſpicere ſeptentrionem, quod ſententia non patitur. *Huic medio* quod inter quatuor extrema patere deſcripſit, ſubintelligitur impoſita, vel inſidens, incluſa, ut Ovidio [lib. I. *Metam.* 48.] dicitur, & cincta atque ita locata in media mundi ſede, ut ait Cicero lib. II. *de Nat. D.* cap 89. Accedit & Graecos ſimpliciter dixiſſe τὴν γῆν ἐν μέσῳ εἶναι vel ἐν μέσῳ ἱδρῦσθαι. Sed etiam neceſſe non eſt quidquam ſubintelligere, quum dativi illius frequentatio, ſane conſpicua, ſit affatim annotata Eruditis, praeſertim ubi per modum, ut loquuntur, acquiſitionis ſupervenit. Unde μοχθηροὺς clamores relinquens Voſſio, reſtitui Pomponio velim, non quod mihi placet, ſed quod libri veteres mihi ſignificant, & doctius eſt, quam ut ab ſcioli manu veniſſe potuerit. Et ne ultra dubites, Antonius ille Francinus anno 1519 Florentiae ſic exhibuit ex antiquiſſimo codice litteris ſcripto Longobardis, ut notat: quin etiam cum maxime ſub oculis habeo membranas Pomponii, plane ſimiliter haec duo vocabula praeferentes, ut merito nunc ita ediderim. GRONOV.

10. *Eo*

tur undique Mari: [10] eodemque in duo latera, quae He-

10. *Eodemque in duo latera.*] *Eodemque* Hadrianus Turnebus Galliae lumen emendat, lib. xx. *Adverſ.* cap. 11. ſed de America nuper Hiſpanorum navigatione reperta non recte exponit, nec enim ea vel de nomine Romanis cognita. Locus difficilis, ex Ciceronis *Somnio* explicandus: *Omnis*, inquit, *terra*, *quae colitur à vobis*, *anguſtata verticibus lateribus latior*, *parva quaedam inſula eſt circumfuſa illo mari*, *quod Atlanticum*, *quod magnum*, *quod Oceanum appellatis in terris.* Ubi Macrobius lib. 11. cap. 9. *Comment.* Hemiſphaeria Oceani alveo in torrida zona (nec enim Bonae ſpei promontorium vel fando auditum) dividi: Ita fieri ut decuſſatim crucis in modum Oceanus ambiat globum terrae, à Septentrione in Meridiem: & ab Oriente in Occidentem; efficiaturque extentae chlamydis forma, quae ſu-



pra anguſta, infra latior. Dionyſius Alexandrinus Terrae globum ſundae comparat, quam chlamydi Macrobius: & magnam inſulam vocat, quam parvam Cicero, habita ratione totius Univerſi, orbiumque caeleſtium. Puncti enim inſtar: ſic enim ille:

Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.
Οὐ μὴν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος. ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίου κελεύθους,
Σφενδόνῃ εἰκυῖα.

Ubi εὐρυτέρη ferri poteſt, licet ὀξυτέρη alii legant: longitudo enim ab oriente Sole ad Occaſum: verum nunc certiora de terrae ſitu, & Antipodibus comperta Hiſpanorum navigationibus & Mathematicorum induſtria. Vide inf. lib. 111. cap. 5. extremo, & 10. de Antipodibus vero cap. 9. lib. 1. ubi de fontibus Nili Nicagorae opinionem refert. SCHOTT.

Sequuti & nos ſumus veriſſimam reſtitutionem Franciſci Sanctii, quem Voſſius ne nominare quidem dignatur. Scholion ejus inſignis viri hoc eſt, [Lego, *eodemque*, hoc eſt, eodem Oceano ex Macrob. & Mela cap. 9. de Nilo. Hic locus olim magnos viros exercuit.] Sed tamen And. Schottus jam ex Turnebo id ipſum produxit, perinde ut Ger. Jo. Voſſius de Mathematicis cap. 42. Filius tamen Iſaacus uno faſtidio deſpiciens ac ſeponens omnes, ſe jactitat ita reſcripſiſſe, ſecutum fidem codicis Vaticani. Ceterum haec duo latera vel hemiſphaeria videntur praeclare exprimi in nummo Tiberii inter Crojanos, ubi unam faſciam cernis longe latiorem, quam eſt altera, indicaturam diſcrimen grande ardentis

[11] Hemiſphaeria nominantur, ab oriente diviſa ad occaſum, Zonis quinque diſtinguitur. [12] Mediam aeſtus infeſtat, frigus ultimas: reliquae habitabiles paria agunt anni tempora, verùm [13] non pariter. [14] Antichthones alteram, nos alteram incolimus. [15] Illius ſitus ob ardorem intercedentis plagae incognitus; hujus dicendus eſt. Haec ergo ab ortu porrecta ad occaſum, & [16] quia ſic jacet, ali-




plagae intèr haec duo credita hemiſphaeria. Huic ſimilis eſt alter Auguſti in eadem Collectione, ac tertius Antonini Pii Tab. XLI. num. 19. GRONOV.

11. *Hemiſphaeria* ] Semiſphaeria. OLIVAR.

12. *Mediam aeſtus* ] Quia diu ſol decurrit per eam. IDEM.

13. *Non pariter.* ] Quia quando nobis eſt hyems, habitantibus alterum hemiſphaerium eſt aeſtas, & quando nobis aeſtas, illis hyems. IDEM.

14. *Antichthones* ] Adverſam terram habitantes, Antipodes. *Χθὼν terra* eſt, & *ἀντὶ adverſus, contra.* Nec eſt dubium, quin ſint Antichthones poſt apertas navigationes. IDEM.

15. *Illius ſitus ob ardorem* &c. ] Seculo Pomponii nemo auſus fuit mediterranea Africae peragrare: exiſtimabant enim hanc plagam adeo fervere aeſtibus, ut non poſſet habitari. Mela ſui ſeculi ſententiam refert. Dices, ſunt multi qui ibi agant. Fateor: ſed ſeculo Melae nemo fuit, qui hoc fateretur. Hallucinati ſunt (dices) quotquot fuere illo tempore? Quaſi vero ignoratio eſſet hallucinatio: fateor plane eos ignoraſſe hemiſphaerium Antichthonum: ſed nec propterea hallucinatos fuiſſe. Quid igitur erravit Mela, ſi cum ſuo ſeculo ignoraverit alterum hemiſphaerium & navigationem per zonam torridam? IDEM.

*Illius ſitu ob ardorem intercedentis plagae incognito* ] Hactenus nempe ut Geographiae pars etiamnum fieri nequeat, neque ut haec noſtra deſcribi. Interim tamen notum & ipſe habuit, dum illic ponit, & illi, quos in hac parte ſequitur. Notabilia ſunt verba Coſmae in Typographia Chriſtiana pag. 202. *Τὸ δὲ κυμάτιον τὸ στρεπτὸν κύκλῳ τὴν θάλασσαν πᾶσαν σημαίνει, τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς ἔξω ὠκεανόν· τὴν δὲ στεφάνην τὴν πέριξ, τὴν πέραν γῆν τοῦ ὠκεανοῦ σημαίνει, ἔνθα καὶ ὁ παράδεισός ἐστι.* GRONOV.

16. *Quia ſic jacet* ] Haec verba Pomponii non puto, nec ſi putarem, ita legendum cenſerem, ſed *quia ſic jacet*, hoc eſt, quia porrigitur ab Ortu in Occaſum. PINTIAN. Pintianus fruſtra eſt. Nihil


differt; unde ſol oritur, [4] Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, [5] Occidens, vel Occaſus: quâ [6] decurrit, [7] Meridies: ab adverſa parte, Septen-

ille ſeparatur, qualis eſt hic ab Auguſto cuſus, & ſecundus ab Conſtante. Ubi vides in priore nullas notari ſtellas, ut pateat orbem vere terrarum oſtendi & partem habitatam; quum in altero ſtellae impoſitae dictent caelum innui, atque adeo hanc diviſionem utrobique obtinere. Quod ſi placet, infauſtae ignorantiae. ſed tamen per alti aenigmatis ſuſpicionem coloratae, verba cognoſcere; en tibi. quae ſcribit Oudanius pag. 98. *dat 'er eenige banden dwers over en weder gaan, 't zy dit zijn de ringen, waar mede men de Sphera uytbeeldt, ofte om te betoonen: dat met banden en wetten de wereld by een gehouden word.* Quanta ſapientia! Rectiſſime ad nummos & Melam Lucretius lib. VI. v. 1109.

*Quatuor à ventis & caeli partibus eſſe.*

His partibus primis & maximis deinde minores adſtruxit ingenium humanum, quas moneta ſua celebrare voluerunt incolae Amorgi inſulae, cujus nummi ſunt apud Goltzium hi duo.




Itaque hinc etiam Cicero II. *de Divin.* 18. *Caelum in* XVI. *partes diviſerunt Etruſci.* Sic vero agit Auctor, quaſi haec excerpſiſſet ex Agatharchide, cujus fragmentum eſt pag. 40 τῆς ὅλης οἰκυμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσι, ἀνατολῆς λέγω. δύσεως, ἄρκτυ καὶ μεσημβρίας. Vid. Schol. in Homer. *Odyſſ.* B. 1. GRONOV.

3. *Oriens*] Oriens dicitur omnis pars terrae, in qua ſol oritur: hinc eſt, quod punctum mobile vocatur, Graecis eſt ἀνατολὴ, Italis *Levahte*, Germanis *Oſt.* OLIVAR.

5. *Occidens*] Occidens eſt, ubicumque ſol occidit: punctum etiam mobile. Graecis eſt δύσις, Italis *Ponente*, Germanis *Weſt.* IDEM.

6. *Qua decurrit, Meridies*] Monet Voſſius lectorem, ut *decurrere* accipiat pro deorſum currere, ut ſaepe; ſummum enim ſolis punctum eſſe Meridiem; inde *decurrere* ſolem, hoc eſt, deſcendere. Sed primo *qua* non eſt aequivocum τῷ *unde*, deinde cur ma-

guo ore, conjungitur. Id omne quâ venit, quâque diſpergitur, uno vocabulo Noſtrum mare dicitur. Anguſtias introitumque venientis, nos [25] Fretum, [26] Graeci [27] Πορθμὸν appellant. Quâ dif-

nos vidimus etiam in ſcripto exemplari *& magno & paludi cet.* ut notavit quoque Frater ex Mediolanenſi; ſed in altero, quod quondam fuit Pii II. Pontificis, inde venit in bibliothecam Cardinalis Chiſii, ſcio legi ſimpliciter *iterum & magnae paludi cet.* prout edidit Fr. Sanctius. Nec dubium poterit ultra eſſe, quin tam vera ſit haec ſcriptura, quam falſa eſt illa, quam tuetur ac recepit Voſſius, ſi vel attendas ad acumen Melae hanc quoque Boſpori Cimmerii & Maeotidis deſcriptionem ita breviter & velut in tranſcurſu perfectiſſimam dantis. Sed quod unice rem omnem decidit, obſervari meretur verbum *extendere* nunquam ab Auctore poni niſi de rectis littoribus, non incurvis & ambitum facientibus, ſic ut ex ſententia Melae *extendere ſe magno ambitu* Latinum non ſit, vel ſententiam bonam nullam faciat. Operae pretium eſt, inſpicere omnia loca. Sic lib. I. cap. 2. *Poſt ſe ingenti fronte ad Helleſponticum fretum extendit*, quum *ambitus* mox ibi praecedens jungatur cum τῷ *incurvat.* Sic lib. I. cap. 3. *Penè ut directo limite extenta eſt.* lib. I. cap. 17. *Anguſtiſque cervicibus reliqua extendit*; lib. I. cap. 19. *Longò rectoque limite extentus.* lib. II. cap. 3. *Non tam lata quam coeperat, ingens tamen iterum & quaſi peninſula extenditur.* lib. II. cap. 6. *Hiſpania ubi Galliis adhaeret, maxime anguſta paulatim ſe in noſtrum & oceanum mare extendit.* lib. II. cap. 7. *Ab Peloro ad Pachynum ora, quae extenditur Ionium mare attingens.* lib. III. cap. I. *Iterumque recto margine jacens ad promontorium Celticum extenditur.* lib. III. cap. 9. *An exhauſto fluctu ſine fine Africa ſe extenderet.* In his locis apud Melam eſt uſus ejus verbi, & egregie geographicus, & quidem ita, ut nunquam de quodam ambitu ſumatur. Quis igitur credat quum & praeclarus ille Vaticanus & tot alii codices aliter habeant, & facillimo remedio adjuvari poſſint, in uno tamen hoc loco contra indolem ſuam egiſſe Pomponium? Et quid? nonne haec ipſa variatio & brevitas ſtyli par eſt & gemina prorſus illis lib. II. cap. 3. *Facit ſinus qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* lib. II. cap. 6. de ſinu Sucronenſi: *Major hic & magno ſatis ore pelagus accipiens.* lib. III. cap. I. *Sinus ore anguſto admixtum mare non anguſto ambitu excipiens?* Nec ſeu veternum hic ſeu ſtomachum crepet Voſſius, etiamnum quidquam horum poenitet. Imo tanto ſunt haec veriora, quod ſi retineatur Voſſii lectio, Pontum quidem Mela dicet ingentem & magno ſe extendere ambitu, (ſi hoc poteſt intelligi) Boſpori Cimmerii exiguum eſſe os; Maeotin vero tantum paludem eſſe, non etiam qualem: quod procul dubio ſignificavit. Itaque Voſſianam lectionem rejeci. *Magno ambitu mollique circumagi* dixit lib. II. cap. 2. GRONOV.

25. *Fretum*] Dictum à fervendo, auctore Varrone. Vulgus hunc fervorem vocat *Corrente*: inde omnia freta navigantibus ſunt viſa. OLIVAR.

26. Πορθμὸν] Id eſt, trajectum, de Graeco verbo πορθμεύω, quod eſt

diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat. [28] Ubi primùm ſe arctat, [29] Helleſpontus vocatur. Propontis, ubi expandit. Ubi iterum preſſit, [30] Thracius Boſporus. Ubi iterum effundit, Pontus Euxinus. Quâ paludi committitur, Cimmerius Boſporus. Palus ipſa, Maeotis. [31] Hoc mari & duobus inclytis amnibus, Tanai atque Ni-

eſt *trajectio*. Primum fretum dicitur Gaditanum, vulgo *Gibraltar*, corrupto vocabulo: nam antea *Gibel* Lingua Arabica dicebatur, quae dictio ſonat montem. OLIVAR.


27. *Graeci* Πορθμὸν] In quibus eſt Polybius lib. XVI. cap. 14. Ὥσπερ δὲ πρός τινα λόγον τὰς τύχας συγκρίνοντες τὴν κατασκευὴν ἀμφοτέρων τῶν πορθμῶν πολλαπλάσιον εἶναι συμβαίνει τὸν καθ' Ἡρακλέους στήλας πόρον τοῦ κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. Ubi Caſaubonus πορθμὸν & πόρον eodem ſenſu intelligit, vertens, *multis partibus Helleſpontiaco majus eſt alterum ad columnas Herculis:* quum de magnitudine non agatur, quae quidem variè poteſt conſiderari; ſed vel trajectu, vel maris tranſitu, quem in altero ait eſſe ſtadiorum duorum, in altero ſexaginta, & ideo πολλαπλάσιον. Et ab Euſtathio ad Dionyſium pag. 24. πορθμὸς definitur θαλάσσης πόρος στενὸς, ἀνατέμνων γῆς μεσοσυναπτόμενος. Unde apparet in Lexicis non benè exponi *ſinum maris in anguſtias coarctati:* non eſt enim *ſinus*, ſed *tranſitus*, quorum proprietates adverſas ſibi eſſe docet Juſtinus lib. IV. cap. 1. GRONOV.

28. *Ubi primum ſe coarctat*] MSS. & editio Antonii Francini *arctat*, & eo ſolent uti. Seneca *Herc. Fur. Illa quae Pontum Scythen Symplegas arctat.* Vellejus ad Pomponii aetatem proximus eo verbo delectatur etiam, ut collegit Heinſius ad lib. II. cap. 10. Sed & Juſtinus lib. XLIV. cap. 1. *Hiſpania arctantibus freti littoribus in Pyrenaeum coit.* IDEM.

29. *Helleſpontus*] Nunc *El far di Gallipoli*. OLIVAR.

30. *Thracius Boſporus*] Nunc *El far di Conſtantinopoli*. *Far* ſignificat ſtrictum ſeu anguſtiam maris. IDEM.

31. *Hoc mari .... in três partes* &c.] Hoc ipſum eſt, quod Hadriani nummus indicare vult, dum in Herculis Gaditani manu tres orbes oſtendit in Crojan. Tab.




XXXVIII. Num. 10. Neque enim ſatis explicant, qui vident ſola mala Heſperidum aurea, in quibus eſt interpres Crojanorum, & Triſtanus Tom. I. pag. 486. nuper Comite Mediobarbo repetente, Herculis Gaditani praecipuum opus eſt induxiſſe mare, quo tres partes terrarum cognitae diſtinguerentur, ipſo cognomine illud ſa-


Nilo, [32] in tres partes [33] univerſa dividitur. Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit: & ex diverſo Nilus in Pelagus. Quod terrarum jacet à Freto ad ea flumina, ab altero latere [34] Africam vocamus; ab

fatente: illuc inferretur navigatio, quae per puppim appoſitam ſignatur, idque ex Oceano, cujus additur effigies, non fluvii, ut putabant omnino iidem, non ipſius freti Gaditani, ut ſtatuit interpres Crojanorum. GRONOV.

32. *In tres partes*] Varro in duas, Aſiam & Europam: veteres apud Herodotum in quatuor, Aſiam, Africam, Europam, & Ægyptum: recentiores in tres tantum: nam Ægyptum Aſiae partem faciunt. OLIVAR. Totidem agnoſcit Polybius lib. III. *Hiſt.* unde Mela tranſtuliſſe videtur. SCHOTT.

33. *Univerſum dividitur*] Unde ſic potuerint edere viri docti, aperuit denique Voſſius in Appendice. Et certe ſic quoque video legi in membranis, quas medio tempore poſſidere coepi. Sed quaeſo quod illud univerſum? Nullum univerſum ſtatuitur à Mela, niſi quod appellavit, *omne* vel *unum*. Atqui id aliis modis dividitur, ut dixit, non Tanai ac Nilo, & Mediterraneo mari, quibus dividitur noſter orbis, unde etiam dixit lib. III. cap. 5. *univerſum orbem mari circumfuſum eſſe*, ita integre dicturus nunc quoque non eliſione ſubſtantivi adhibita. Omnia autem quae antecedunt in neutro genere, reſpiciunt *mare;* unde haec vox regi nequit. Clarè etiam in MSS. tribus exſtat *univerſa*, quae veriſſima Auctoris manus eſt; ſubintelligitur zona quae cognita eſt, quam incolimus, & cujus ſitum dicendum ſibi propoſuit, quod & facit: unde ſic edidi. GRONOV.

34. *Africam vocamus, ab altero Europen &c.*] Hanc gaeodaeſian veterem docent & varii nummi, in quibus eſt primus Auguſti, in







Crojan.

ab altero, Europen: ad Nilum, Africam; ad Tanain, Europen. Ultra quicquid eſt, Aſia eſt.




Crojan. Tab. xv. Num. 18. alter Conſtantii editus ab Triſtano Tom. III. pag. 681. ubi omnes gentes denotantur per tres icunculas genu poſito adorantes Imperatorem, tiara ſignante Aſiam, media Africam, intima Europen: tertius Juliae Domnae vulgatus Triſtano Tom. II. pag. 126. quartus huic non valde diſſimilis Commodi editus ab Erizzo pag. 380. & peſſime expreſſus ab Oudanio Tab. XLVIII. ubi tres icunculae, ad totidem partes terrarum effingendas tranſeunt praeter globum ſtellatum, unde fata accipiunt. Nam quae vel in tertio Triſtanus de quatuor anni ſtationibus, vel Oudanius in quarto de tribus feminis manu aliquid portantibus (ſic ipſe finxit eas & expreſſit) commemorant, ludicra ſunt. Certe in primo & ſecundo deſignatur id ipſum, quod de Pompejo Vellejus lib. II. cap. 40, *Hujus viri faſtigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Aſia triumpharet*, IDEM.

## CAP. II.

### *Brevis ASIAE Deſcriptio.*

TRIBUS hanc è partibus tangit Oceanus, ita nominibus ut locis differens; Eous ab oriente, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus.

cus. Ipſa ingenti ac [1] perpetua fronte verſa ad orientem, [2] tantùm ibi ſe in latitudinem effundit, quantùm [3] Europe & Africa, & quod inter ambas Pelagus immiſſum eſt. Inde [4] cùm aliquatenùs ſolida proceſſit, ex illo Oceano, quem Indicum diximus, Arabicum mare & Perſicum, [5] ex Scythico Caſpium recipit: & ideo quâ recipit anguſtior, [6] rurſus expanditur, & fit tam lata, quàm fuerat. Deinde cùm jam [7] in ſuum finem aliarumque Terrarum confinia devenit, [8] media Noſtris aequoribus excipitur; reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. [9] Ora ejus cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in Pelagus,

1. *Perpetua fronte.*] Non interrupta, ſed integra verſus Orientem & Septentrionem. OLIVAR.

2. *Tantum ibi ſe in latitudinem*] Haec referuntur ad ſecula Melae, quibus nondum tota Africa innotuerat. IDEM.

3. *Europa*] Ne quid huc ſpectans omittamus, video in membrana Gud. legi *Europe*, ut eſt & in Mediolanenſi. Hanc terminationem genuinam Auctoris eſſe colligo vel ex fine capitis praecedentis, vel ex lib. II. cap. 6. *Junoni promontorium finit Europen.* Et hinc eſt, quod non opiner repudiandam ejusdem membranae ſcripturam lib. II. cap. I. *In Maeotida remeantibus ad dextram Europe. modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita:* ubi nunc editur, *Europa eſt*, in quibusdam MSS. etiam exſtet *Europae*, quum illud verbum illic ad nauſeam iteretur. Item lib. I. cap. 4. init. *quam Europe*, exſtat in Mediol. Similiter lib. II. cap. 3. teſtes habeo tres MSS. Auctorem ſcripſiſſe *Pelle* non *Pella*, ut antehac ſegniter illic exhibebant. GRONOV.

4. *Cum aliquatenus ſolida*] Ex ignoratione illarum regionum haec dixit Mela: non erant haec littora maris Indici plenè cognita Pomponii tempore: conſtat enim ex recentioribus navigationibus, non poſſe ſolidam eſſe ad Meridiem, ob Sinum Arabicum, Perſicum, Sinum Caticolpicum, Gangeticum, & Magnum. OLIVAR.

5. *Ex Scythico Caſpium*] Diximus ignoraſſe Antiquitatem diſtantiam ab Hyrcano Mari usque ad Oceanum ſeptentrionalem, & propterea incidiſſe in illum errorem. IDEM.

6. *Rurſus expanditur*] In littore maris rubri verſus Ægyptum. IDEM.

7. *In ſuum finem*] Hoc eſt, ad Caput Bonae Spei; nunc *Cabo de Bona Speranza*, verſus Meridiem, & Tanain, verſus Septentrionem. IDEM.

8. *Media*] Hoc eſt, mediam circumluit noſtrum mare, ſive Mediterraneum. IDEM.

9. *Ora ejus cum alveo & Nili amnis ripis deſcendit in pelagus*] Scribendum reor *ripa*, non *ripis*, ut ſit ſenſus, Aſiam ipſam deſcendere, unà cum alveo Nili amnis, ripam factam, ut paulò pòſt: *fit ripa*

lagus, & diu, ſicut illud incedit, ita ſua litora porrigit: [10] dein fit venienti obviam, & primùm ſe [11] ingenti ambitu incurvat, pòſt ſe ingenti fronte ad [12] Helleſponticum fretum extendit: ab eo iterum [13] obliqua ad Boſporum, [14] iterumque ad Ponticum latus curva, [15] aditum Maeotidos [16] transverſo margine attingit. [17] Ipſam gre-

*ripa quae Tanais eſt.* PINTIAN.

10. *Deinde fit venienti obviam* ] Ad flexum Syriacum. OLIVAR.

11. *Ingenti ambitu* ] A Peluſio oſtio, & oppido nunc *Damiata*, usque ad Cariam regionem Aſiae Minoris. IDEM.

12. *Helleſponticum fretum* ] Quum ſic & prius editi & multi MSS. certe noſtri tres habeant, non magis credi poteſt, quia teſte Voſſio quidam libri *Helleſpontum* habent. *Helleſpontium* nunc edidiſſe Mela, quam infra *Pontium.* Hoc credant illi, qui ſimilem audaciam Reineſii probant in Inſcript. pag. 937. concinnantis *Helleſpontium Jovinum* ex neſcio qua corruptela. Sed ut infra noſter *Ponticum*, ita nunc dedit *Helleſponticum.* Ita certe etiam ſtatuit D. Heinſius, qui in Maximi Tyrii diſſert. x. vertit *Helleſponticum* & *Helleſpontica:* ubi Graecus Ἑλλησπόντιον & Ἑλλησποντία, ut paſſim Graeca monumenta & in his Herodoti ac Pauſaniae. Ita & Lactantius lib. 1. *de Falſ. Rel.* cap. 6. *octavam Helleſponticam. Helleſpontius* Poëtis gratum eſt, ut in *Priapeiis* pag. 85. *ora Helleſpontio:* etſi norim non penitus abstinere alios proſa ſcribentes, ut ipſe Cicero in *Epiſtolis* utitur *aliquo Helleſpontio:* & inde *Helleſpontiacus.* Unde ille ipſe Voſſius in epiſtola ad Rivetum colligere & excerpere didicit: *Tenedos Helleſpontiaca inſula & numen Lampſacenum Helleſpontiacus Deus:* quod eſt Arnobii in lib. III. prout & Graecus Auctor apud Suidam in Συνεβάλλοντο. Fere miror quum lib. II. cap. 2. Voſſius egregie reſtitueret Ammianum, quare ejus corrupti verba *dudum Helleſpontum* correxerit *ductum Helleſponti*, & non ad hanc formam *Helleſpontium* quoque. GRONOV.

13. *Obliquat* ] Utcunque flectitur in Propontide. OLIVAR.

14. *Iterum curva* ] Ad Pontum Euxinum. IDEM.

15. *Aditum* ] Cimmerium Boſporum oſtendit. IDEM.

16. *Transverſo margine* ] Hoc eſt, angulum faciente. IDEM.

17. *Ipſam gremio ad Tanain usque complexa* ] Sic ſe emendaſſe Voſſius ait ex Vaticano & aliis exemplaribus, in quibus legitur *ipſa gremio*, non ut vulgo *inde eam gremio.* Sane & in membranis legimus, *ipſa gremio ad Tanain usque complexa:* & ita Priſcianus in verſione Dionyſii v. 292.

*Innumeras gentes gremio complexa reducto.*

Mirum eſt, ita vitioſe haberi in ſcriptis. Nam ſane nos quoque ſic vidimus. Sed praeterea, quod fieri non debebat, non in omnibus legitur *complexa*, ſed in nonnullis, ut manifeſte in Gudiano ſcriptura iſta ſic continuabatur, *ipſa gremio ad Tanain usque compreſſa*, hoc eſt, Aſia eo, quod gremium illic faciat ad excipiendam Maeotin, retroacta & quaſi compulſa ſe comprimere, reduce-

gremio ad Tanain uſque complexa, ſit ripa, quâ Tanais eſt. In ea primos hominum ab oriente accipimus, [18] Indos, & [19] Seras, & [20] Scythas. Seres media fermè Eoae partis incolunt, [21] Indi

re & retrahere, rurſus ad Tanain laxius ſe exporrigens, non aliter ac homo ſinu aliquid accipiens, quo id eſt grandius eo magis ſe in illis partibus comprimit, ut gremium fiat capacius. Prorſus hanc lectionem videtur παραφράζειν lib. I. cap. 19. *Oram, quae à Boſporo ad Tanain uſque deflectitur*, hoc eſt, quae gremio ad capiendam Maeotin comprimitur: & clarius lib. I. cap. 12. *Grandem ſinum inflexo tractu littoris accipit.* Infra lib. II. cap. 3. ait: *Qua terra dat gremium.* Livius lib. XXII. cap. 47. *Qui cuneus, ut pulſus aequavit frontem primum, deinde nitendo etiam ſinum in medio dedit.* & lib. XXX. cap. 2. *In ſinum terra conſedit.* Illud *conſidere* nonne compreſſionem notat? Apparet aut labdaciſmo dictantis & invalida litterae caninae pronunciatione exſtitiſſe primam labendi originem, aut notam mediae ſyllabae per litteram *p* cum aliquo ſigno expreſſae feciſſe lectores ancipites. Sic *complexus* & *compreſſus* certant in loco Valerii Flacci apud Heinſium lib. I. v. 491. GRONOV.

18. *Indos*] Ab Oriente & Meridie retinent nomen. Diviſa eſt India in Superiorem & Inferiorem: Inferior, in Indiam extra Gangem, & Indiam intra Gangem: Superioris ſunt regna praecipua, Cathai, Mulpha, Cyamba, Chairam, Thebet. Bocat, & regnum Murſuli, Moabor, Moabat, & regnum Var, nunc Synarum: Luſitani vocant *Chinarum.* India extra Gangem habet Lamay regnum. & propè Malaqua. India intra Gangem, Narſingam, regnum potentiſſimum, & prope caput Curiae Callicut, regnum & civitatem, ubi & Canamor, Tormapatain, Pandarani, Biſnagar, Bartacala. OLIVAR.

19. *Seras*] Orientalis regio Serica, & magis mediterranea, quàm Scythica & India ſuperior, inter Scythas & Indos ſita: hujus regionis ſunt provinciae Camul, & Chichitalis. IDEM.

20. *Scythas*] Quotquot ſunt à parte illa orientali, quae provincia *Tangut* vocatur, uſque ad Rha fluvium, omnes uno nomine Scythae dicuntur, & tota regio noſtro ſeculo Tartaria: principio ab Oriente ſunt Scythae: extra Imaum montem, ramentum Tauri, ſunt quidem Tartari, apud quos eſt Tangur, Cathaia & Halor, ſubjecta omnia magno Cham, regi Tartarorum: in Scythia intra Imaum ſunt alii Tartari uſque ad Rha, ut diximus: poſtea uſque ad Tanain ſunt Sarmatici Aſiatici. IDEM.

21. *Indi & Scythae ultima*] Voces mediae in nullo codice occurrerunt mihi, etſi taceant alii. Omiſit editio Juntina Antonii Francini, ignorat & ſcriptum exemplar Mediolanenſis Bibliothecae, & membranae, quas ſub oculis habeo. Etiam, ſi recte videas, nimia repetitio. Immo quam bellè poſſet legi? *In ea primos hominum accepimus ab Oriente Indos, Seres & Scythas. Seres media fermè Eoae partis incolunt, illi ultima, ambo latè patentes*, &c. Ita agit alibi noſter perinde & alii, ut planè debeat eſſe hoc genuinum, etſi mirer non ſcripſiſſe Auctorem *Seras & Scythas*, ut lib I. cap. 14. *adverſus Phoenicas.* lib. III.

di & *Scythae* ultima: ambo latè patentes, neque in hoc tantùm pelagus effuſi. [22] Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris ([23] niſi quoad aeſtus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant. Spectant & ſeptentrionem Scythae, ac litus Scythicum (niſi unde frigoribus arcentur) usque ad Caſpium ſinum poſſident. [24] Indis proxima eſt [25] Ariane, dein-

III. cap. 3. *liberas & Hyrcanos*. lib. I. cap 8. *apud Garamantas*: quod in poſtrema editione mutatum temerè eſt: ut & lib. III. cap. 6. *Caſſiteridas appellant*. Sic enim edidimus nunc ex MSS. ubi vulgo edunt *Caſſiterides*. Haec quum nuper annotaverim; nunc confirmor non temerè in hoc loco me ſuſpicatum aliquid fuiſſe: nam ex MS. Mediolanenſi prorſus notavit Frater *Seras*, ut omnino ſic edi oportuerit. Certè quum libro III. cap. I. in fine edunt *per Autrigones & Origeviones*, aliena edunt, non Pomponiana: nam Pomponii exemplaria vetuſta legunt *per Auarigines & Orgenomes*. GRONOV.

22. *Spectant enim etiam meridiem Indi*] Lego, *Spectant enim & meridiem Indi*: ut infra: *Spectant & ſeptentrionem Scythae*. PINTIAN.

23. *Niſi quod aeſtus*] Sic ait ſe feciſſe Voſſius, quum in omnibus ſcriptis legatur *quod*. Neſcio equidem: nam in Cod. Gudiano, quem nos adhibuimus, erat, eadem ſcilicet nota, qua etiam lib. I. cap. 8. *quoad poteſt* exprimebatur. Eademque nota occurrebat in eodem Codice lib. I. cap. 12. *Tyros nunc annexa terris deficit q, ab impugnante quondam Alexandro jacta opera*; ubi alii expreſſerunt *quondam*, alii *quando*, alii *quod*, Voſſius, ſententiam Pintiani dividens, penitus ejicit incertiſſima & ancipiti, ſi qua ulla, medicina. Et ſic lib. II. cap. 8. *Macedonum populique urbes*. Et notula involvi opinor voculam *qua*: quae optimè huc facit: & ſolet Mela nunc *qua*, nunc *ubi* ponere. Ut enim lib. II. cap. I. *niſi qua vident etiam ora veſtiti*: ſic infra lib. III. cap. 7. *Niſi ubi magis quam ut habitetur exaeſtuat*. At vero lib. II. cap. I. clarè idem Codex efferebat *quod Satarchae & Taurici tenent*. unde Voſſius verbum poſtremum expellit ſide librorum, quos adhibuiſſe dicit: at certe in tribus exſtare ſcio. Videbis easdem haeſitationes librorum veterum in epiſtola Ciceronis 2. lib. III. ex Notis Gebhardi. GRONOV.

24. *Ariadne, deinde Aria, & Cedroſis*] Scribendum *Ariane, deinde Aria, & Gedroſis*, ex Strabone, Plinio, Stephano, cujus illa quoque verba ſunt: Quoties, inquit, per C ſcriptum eſt *Cedroſis*, mendoſus Codex eſt. BARBARUS. Fortè *Carmania* leg. ex Pomponio lib. III. cap. 8. In *Caſpiani* nihil demuto. SCHOTT.

25. *Indis proxima eſt Ariane, deinde Aria*] Sic primus conjecit Hermolaus Barbarus ex vulgato *Ariadne*, eademque Ariane valde occupavit animum Voſſii nuper, ut non hic modò in ea diſputet, ſed infra quoque, ubi Aruſacen fluvium nominat Mela, teſtetur Auctorem de Ariane agere provincia Indo contigua. Accipio reliquas

[26] deinde Aria, & Cedroſis, & [27] Perſis ad ſinum Perſicum. Hunc populi Perſarum ambiunt, illum alterum Arabes. Ab his, [28] quod in Africam reſtat, Aethiopum eſt. [29] Illic Caſpiani Scythis proximi ſinum Caſpium cingunt. Ultra

quia; immo omnia hactenus. Sed quo pactò probabitur, ullam talem Arianen agnoſci ab Mela? an utique Mela mentem intentam habuit Aſiae, prout fuit ſub Alexandro & ducibus ejus, & aliquam maximam Arianen finxit, quae contineret Gedroſiam quoque, Drangianam & Carmaniam? ut ſcribit ac profert Voſſius. Planè non capio, & prorſus ſe opponit Auctori noſtro, qui Gedroſin omnino ab ea alienam nominat, ſic ut vel partem parvam ejus ſub illa comprehendiſſe Auctorem probari nequeat. Et profectò nimium eſt, ſtatuere Indis proximam eſſe Arianen in littorali tractu. Sed & deinde ab tribus MSS. ſcio confirmari vulgatum *Ariadne*, cui nunc accedit teſtimonium MS. Mediol. quum in Juntina editione exſtaret *Ariacne*; an licebit litteram ita confirmatam à continua Scribarum manu vilipendere? adeone iſta grandis *Ariane* ignota fuit Librariis, ut quaſi conſtituto omnes in ea peccare maluerint inſerta littera *d*, quam in τῷ *Aria*? Immo quomodo *Gedroſis* vel tota vel non tota credi poſſet comprehenſa fuiſſe ſub *Ariane* in hoc loco apud Auctorem noſtrum, qui inter *Arianen* & *Gedroſin* ponit mediam Ariam? Certè ſi Pomponius *Arianen* aliquam concepit tam grandem, ut putant; non neceſſe habuit infra dicere ad Meridiem easdem gentes interiora & littora tenere, ſed eandem modo gentem. Quin ego non dubito quin Auctor ſcripſerit *Arbiane*. Arbiane regio finitima Indi ripae occidentali ad mare, dicta ab Arbis populo notiſſimo & in *Hiſtoria Alexandrina* Arriani, & aliis tam Hiſtoricis quam Geographis. Hanc reor ſatis à me contra pertinax Voſſii caput defenſam, & ideo repoſui. IDEM.

26. *Deinde Aria, & Gedroſis*] Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Plinius *Gedroſia* enuntiant, non *Gedroſis*: unde gentile nomen *Gedroſii* Stephano. Ut corrigendus ſit Plinii Codex, in quo *Gedroſi* ferè ſemper pro *Gedroſii* ſcriptum eſt. Reprehenditurque Dionyſius Byzantius à Stephano, quod *Gedroſos* appellet, non *Gedroſios*. Strabo aliquando *Gedroſenos* vocat, ſed dubito, an ſit vitio exemplaris. Arrianus Hiſtoricus *Gedroſios* ſemper. Dicuntur etiam per C & duplex SS *Cedroſſi* Stephano. PINTIAN.

27. *Perſius*] Retinet nomen, cujus dominus eſt Sophus. OLIVAR.

28. *Quod in Africam*] Intellige Meridiem verſus: nam Septentrionem verſus Aegyptus eſt. IDEM.

29. *Illic Caſpiani Scythis proximi*] Etſi non me fugit à *Caſpia* deduci poſſe *Caſpiani*, ut à *Cardia*, *Cardiani*, auctore Stephano; malo tamen hic legere *Caſpii* quam *Caſpiani*: ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano, Plinio. Item ipſo Pomponio infra in tertio: *Intus*, inquit, *ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii*. Nec fuerit alienum admonere, duplices eſſe *Caſpios* Straboni in Selectis: quosdam magis occidentales Caduſiis, prope mare ab ipſis cognominatum Caſpium & Cambyſen fluvium; alios verò Parthis vicinos, quorum ſint

Caſpiae

Ultrà [30] Amazones, ultraque eas [31] Hyperborei eſſe memorantur. Interiora terrarum multae variaeque gentes habitant; [32] Gandari & Pariani, & [33] Bactri, Sugdiani, Harmatotrophi, Comarae, Co-

Caſpiae portae. PINTIAN.

30. *Amazones, ultraque eas Hyperborei*] Sic enim veram ſedem inclitis *his* feminis attribuit, certè quam docta & melior Vetuſtas agnovit, ut in fine hujus *libri* eadem repetat. Et huic convenit, quod exſtat inter *Fragmenta* Salluſtii: *Dein campi Themiſcyrii; quos habuere Amazones à Tanai flumine incertum quamobrem digreſſae.* GRONOV.

31. *Hyperborei*] Scythae ſunt & Tartari: ſunt tamen qui dicant eos Europaeos eſſe. OLIVAR.

32. *Gandari & Pariani*] Herodotus *Paricani*. BARB. Scribo *Gandarae*. *Paricani* ex Stephano & Plinio. *Gandaros* Plinius nominat. Stephanus *Gandros*. Hecataeus eodem auctore *Gandaras*. Sunt & *Gandarae* Ptolemaeo Indiae populi. PINTIAN.

*Candari*] Retineo hanc lectionem, ex Ptolemaeo lib. VII. in regione *Sogdiana*. SCHOTT.

*Gandari*] Sic edidi, non *Condari*, ut antehac, quum in duobus MSS. ſic ipſe reperiſſem, & L. Holſtenius idem de alio MS. teſtetur in Annotationibus ad Ortelium pag. 39. Et tale quid jam voluit Pintianus: cui cur non paruit Voſſius. GRONOV.

33. *Bactri, Suſiani*] Lege *Sogdiani*: *Suſiani* enim ad Perſicum ſinum porriguntur. Hic verò mediterraneae gentes enumerantur. Bactri & Pharmacotrophi Scythicae gentes ſunt, à quibus longiſſimè Suſiani abſunt. Monuit hoc Joſias Simlerus in Aethicum Coſmographum nuper P. Pithoei V. C. beneficio editum. SCHOTT. Sine ulla auctoritate nuper hic editum *Bactri & Sugdiani*; nos copulam temerè inſultam induximus, quam alii MSS. habent, tranſpoſitam ante nomen *Bactri*. Nam quod praecedit *Gandari & Pariani*, hi primi bini non dant exemplum ſecundis, & plane ut nos cenſuimus, agit mox Mela *Lycia & Pamphylia*, *Caria*, *Ionia*, *Aeolis*, ubi ſcimus, quid de copulativa notent viri docti. Florus lib. IV. cap. 2. *Thraciae*, *Cappadociaeque*, *Ciliciae*, *Macedoniae*, *Graeciae*, *Aetoliae* &c. Antonin. Liberal. cap. 7. νῆσοι μὲν [illegible] καὶ Ἄθ[illegible], Σχερνὸς, [illegible]. Similiter ludunt in editionibus, lib. I. cap 2. ubi edunt: *Abydos & Lampſacum*, *Parion & Priapos*. Non ſecus ac paria quaedam compoſuiſſet Auctor, quum in MS. clarè viderim illic ter copulam repetitam, etiam Frater in MS. Mediolanenſi, & in editione Juntina ſic exſtet, quod & nos nunc ſecuti ſumus. Contra ejusdem libri capite 19. Voſſius correxit ediditque, *& ideo Amazonium vocant*, ſed nos in neutro MS. reperientes copulam, delendam rurſus cenſemus, quum nihil proſit, etiam abſit à MS. Mediolan. & editione Juntae. In quo quum ſic agimus, malumus exſecrantes Voſſianum [illegible] in nugis, ſequi curam exactam Rhenani in Tacito lib. IV. *Hiſt.* cap. 78. ſupplentis, *Tutor & Claſſicus & Civilis*, Holſtenii in Stephano v. Αἶγυς, Salmaſii ad eundem in v. [illegible]. Quod ad *Sugdianos* attinet, equidem neſcio an Voſſius ſic ſe repoſuiſſe ſecutum veſtigia veterum Codicum debeat ſcribere, & nos verius veſtigia Joſiae Simleri, rela-

 te-

54 [34] Comani, [35] Paropaniſii, [36] Dahae, [37] ſuper Scythas, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum, Chomari, Maſſagetae, Caduſii, Hyrcani, Iberi. Super Amazo-

ta ab And. Schotto, à quo ſic hunc locum reſtitutum eſſe in Notis hic teſtatur. Sed Graeca iſta appellatio, *Harmatotrophi*, merè Voſſiana, meliorem forſan ſpeciem praeferens, quam aliorum *Pharmacotrophi*, aut *Pharmacatrophi*, ſed nil niſi ex caligine Lectorem demittens in tenebras, acerba tamen & importuna eſt inter meras Scythicas, praeſertim quum libri veteres omnes diſtincte innuant duas gentes indicatas à Pomponio fuiſſe *Fariani*, *Cotrophi*, vel *Faxiani*, *Cotophi*. In quorum poſtremis litteris confuſis videtur latere *Tochari*, vel *Tocharii*, ſicut in prioribus gens *Phruni*, quos jungit etiam Dionyſius in *Periegeſi*: aut ſi placet inhaerere litterae *a* illic ſatis notabili, proximè recedunt *Parymae* ab Juſtino memorari lib. XII. cap. 5. GRONOV.

34. *Coamani*, *Rophanes*] Legendum fortè non *Rophanes*, ſed *Ochani*, ex Plinio lib. VI. cap. 16. ubi *Ochanos* refert cum Pharmacotrophis, Bomarcis, Coamanis, & aliis, quorum hic mentio. PINTIAN.

35. *Paropaniſii*, *Dahae*] Ita ſuſtinuit facere Voſſius, quum in omnibus ferè, quos viderit, antiquis Codicibus ſcriberetur *Ropanes*, in optimo *Ropanis*, in editis *Rophanes*, idque ſperat neminem reprehenſurum. At quomodo quisquam probabit? An ab Oriente procedens per Indiae Scythis vicinae gentes Paropaniſios numerabit ante Dahas? Non poteſt probari, licet reprehenſionem lucretur. Eſt utique, teſte Stephano, Ῥωγάνα πόλις ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Hujus cives & accolae Ῥωγανοί, quos videtur innuere Auctor. GRONOV.

36. *Dache*] Scribo *Dahae*: Plinius & Silius. BARBARUS.

*Dahae. Super Scythas*] Sic interpunge, *Dahae ſuper Scythas*, *Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum* &c. SCHOTT.

37. *Super Scythas*, *Scytharumque deſerta*, *ac ſuper Caſpium ſinum*] Scribendum cum minore littera, *ſuper Scythas*, *Scytharumque deſerta*, & conjunctim cum ſuperioribus. Quae autem ſtatim ſequuntur, abjuncta praecedentibus & cum majore littera, ut inchoent novum ſenſum, ſic legito: *At ſuper Caſpium ſinum*, & reliqua: ut ſingula referas ad ſingula. Ad Scythas, Scytharumque deſerta, Gandaras, Paricanos & reliquos, quos ſubtexit. Ad Caſpium ſinum, Comaros, Maſſagetas, Caduſios & alios. Ad Amazonas autem & Hyperboreos, Scythas, Cimmerios, Heniochos, &c. Libuit etiam addere uſum duarum in Pomponio vocum, *ſuper*, & *ultra*: quam video ignorari à pleriſque etiam eorum, qui ſe pro doctis gerunt. Nam cùm ab exterioribus gentibus locisve Oceano finitimis, procedit ad interiora, ſuper exteriores gentes poſitas eſſe ait interiores. Cùm verò contrario ab interioribus ad exteriora, ultra interiores ait eſſe exteriores. Non tamen hoc ita perpetuum eſt, ut non aliquando ſecus cadat. Nihil enim ſine exceptione; ſed ferè hoc obſervat Pomponius. Exemplum & hic habes & in his quae ſequuntur paſſim occurrent. PINTIAN.

38. Ciſ-

zonas & Hyperboreos, Cimmerii, [38] Ciſſi, [39] Heniochoe, Georgi, Moſchi, [40] Cercetae, [41] Toretae, Arimphaei: atque ubi in Noſtra maria

38. *Ciſſerti*] Ad locum Plinii, quem citavit Voſſius, ita indicem hunc Melae citat viciſſim Harduinus. Sed haereo, an Voſſius, dum citat Fratrem, id non faciat ex animo non agnoſcente ſe auctorem. quum forſan Romae id didicerit ex Holſtenio, qui exemplar Theſauri Orteliani ſic conſcriptum habebat, niſi quod ſcripſerat, *Ciſſanthi*. GRONOV.

39. *Antiache georgili*] Arbitror ſcribendum, vel *Eniochae Georgi*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio; vel *Antacti*, ab amne dicti. vel *Achei*, iisdem ferè auctoribus, vel *Axiacae georgi*. Pomponius ſecundo libro, *Colunt*, inquit, *Georgi, exercentque agros. Axiacae furari quid ſit ignorant:* & ii à fluvio nomen habent. Plinio, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

40. *Corſitae, Phoriſtae, Riphaces*] Expenſis ſyllabatim dictionibus puto legendum, *Cercetae, Coraxi, Phthirophagi:* ex Geographis omnibus gregatim & ipſo praecipuè Pomponio in fine hujus primi voluminis; & paulo ante: *Cimmerii, Scythae, Heniochi, Georgi*, legendum eſt ordine inverſo, *Scythae, Cimmerii, Heniochi, Georgi*, ex Plinio lib. VI. cap. 13. *Ultra eos*, inquit, *plane jam Scythae, Cimmerii, Ciſſianthi, Georgi*, &c. & Strabo Cimmerios à Scythis ſedibus ſuis pulſos tradit, & Scythas à Graecia. PINTIAN.

41. *Pterophoritae, Riphaces:*] Hic fuit ille infauſtus linguae Graecae ſimul & Latinae Iſaaci Voſſii genius, ut nihil penſi habens & corruptus ab blandis hominibus effunderet, quidquid vellet. Nam quis non his *Pterophoritis* applauſit? quoties ſtudioſis explanari & commendari ſunt? Quid autem illis alienius & perverſius? An quia fuit & regio Cinnamophoros, inde & incolae reperiuntur dicti Cinnamophoritae? Imo licet id eſſet, (quippe futurum excuſabile) hic nemo talis diei aut ſupponi poſſet, quia nec alii poterant accedere, nec ab ullis hominibus poterat incoli. Ipſe Mela dicit Rhipaeos tantum montes eſſe, proxima per nives invia, tum adhuc regionem inhabitabilem; denique primos hominum Scythas. Non aliter in principio libri ſecundi. Quos fingemus igitur *Pterophoritas*, tanquam incolas regionis continuis nivibus obtectae? Quis autem ullus ab verbo φέρω finxit tale ſubſtantivum? An dicuntur Margaritophori? Paſſim audio μελανοφόρους, [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible]. Haec una vulpecula ſic audet inſultare Melae & humano generi, quum *Phoriſtae* aut *Phorſitae* legatur in omnibus libris. Id ſi ab nivibus voluit nominatum, cur non ex Ammiano petiti fuerunt *Chionitae* ἀπὸ χιόνος. Sed nugatorium eſt cogitare de incols regionis Pterophorae vel Chionophorae. Scribit Stephanus: [illegible] Vide, an tale quid lateat. Certè iſta Voſſiana natio eſt imaginaria, nec aliud niſi nnmen ipſa auctoris & procreatoris

 memo-

ria tractus excedit, [42] Matiani, Tibarani: & notiora

memoria meretur mitti in iſtud ἱερὸν ὕδωρ.. GRONOV.

42. *Mardi*, *Antibarani*] Aldus, *Mario Antibarani*. Scribo *Macrones*, *Tibarani*, ex Strabone, Stephano, Plinio, Herodoto, Xenophonte, Dionyſio Periegete, Marciano, Marcellino, Apollonio Rhodio, Valerio Flacco, & omnibus ferè Graecis ac Latinis non Geographis modo, ſed Hiſtoricis etiam ac Poëtis, qui de Boreali Aſiae plaga prodiderunt. Semper enim *Macronas*, *Tibaranos*, & *Moſynoecos*, ut finitimos inter ſe conjungunt. Nec me fugiunt, quae de Mardis Plinius & alii tradunt. *Macronas* Apollonius lib. I. *Argonaut.* *Macrieas* appellat, ſic dictos, ut ejus Enarratores exponunt, quod ſint coloni Euboeenſium. Euboea enim *Macris* alio nomine dicta eſt, quod ſit longa & toti praetenta Boeotiae, ut ſecundo volumine refert Pomponius. Hi poſtea *Sanni* dicti, ſi quid Strabo & Stephanus veri crepant. Nam Xenophon lib. IV. ſin. & lib. V. init. de Cyri adſcenſu *Macronas* alios à *Sannis* facit: quos *Drilas* ipſe nominat, referente Arriano in *Periplo Ponti Euxini*. Sed & ipſe Arrianus *Sanos* diſtinguit à Macronibus, quos tamen ipſe non *Macronas*, ſed *Machelonas* appellat. Plinius quoque Xenophonti & Arriano ſubſcribit lib. VI. At *Tibarani* etiam *Tibareni* & quidem frequentius dicuntur. Orpheus in *Argonauticis Stybarenos* vocat. PINCIAN. Nihil muto, Herodoti *Thaliae* auctoritatem ſecutus SCHOTT.

*Mantiani*, *Tibarani*] Vix ſcio, qui liqueat ex Herodoto vicinos hos fuiſſe populos, quod affirmat Voſſius, quum Herodotus bis nominet Τιβαρηνὰς, & nuſpiam cum Mantianis jungat, ſed cum Moſchis, Macronibus & Moſynoec's. Deinde monet eos Mantianos hic intelligendos, quos ad dextram Halyos ripam ponit Herodotus. Quaeſo, an jam ad Helyn usque pervenit recenſendo gentes illas ex Oriente verſus Occidentem ſitas? Utique nondum ad Armenios pervenit. Inſuper ſanè *Amardi* non ſunt notioris nominis, quam *Tibarani*; & cur hi nunc ita appellantur, quum lib. I. cap. 19. vocentur *Tibareni*, ubi locat inter Chalybas & Moſynoecos? à quo non alienus Stephanus ſcribit, Τιβαρηνία, χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ, πρόσοικος Χάλυψι καὶ Μοσσυνοίκοις; qui & ipſe in v. Βίσπορος novit, etſi in loco dubio, Τιβαρηνὸς & Τιβαρηνός. Apparet aliud latere. Nempe quum in MSS. legatur *Mathi antibarani*, vel *Mathi anthibarani*, in Mediolanenſi *Mati antibarani*, quum Juntina dediſſet *Mari*, *Antibarani*, inde videmus primam litteram *i* in reſtitutione addi. Id temerè fieri cenſemus, quum litterarum numerus ac forma doceat hic lectum fuiſſe *Ibarani*. Quod verum eſt, ſed in eo prima littera degeneravit ex O. Aut ſcripſit enim Mela *Obarani*; aut ſub τῷ *Ibarani* intelligi voluit Stephanus, Ὀβαρηνοί, μέρος Ἀρμενίας, planè ut de Amardis ex Ptolemaeo ſtatuit Voſſius, quos tamen neſcio qui ille è veteribus libris reſtituiſſe ſe dicat, quum nemo in illis aliter legi fateatur, quam in vulgatis *Medi*, qui ſanè propius accedunt ad Otenos, quos à Quadrato jungi Obarenis illic teſtatur Stephanus. Sed ruit in his omnibus Voſſius aequali auſu, quo ſuſtinuit impingere contextui Auctoris *Marianduni* pro vulgato *Murrani*.

Quo-

tiora jam nomina, Medi, [43] Armenii, Commageni, [44] Mariandyni, Veneti, [45] Cappadoces, Gallograeci, Lycaones, Phryges, Piſidae, Iſauri,

Quomodo ſi ſcripſit Auctor, quid illo inordinatius fieri potuit, ut & tam maturè ponat Mariandynos, & Bithynos, quos infra cum his conjungit, nunc omittat? Conjunxerint etiam alii Mariandynos cum Venetis, quod fieri poteſt ob varias cauſas. At nunc Mela in recenſendis nationibus verſatur adhuc extra Halyn amnem. Itaque credibile id profectò eſſe cuiquam nequit, & plane mihi imaginor, quum notiſſimi ſint Mariandyni, neminem priorem editorum tale quid proferre voluiſſe, quia nimis abſurdum videbatur, & infra lib. II. cap. 7. recte nominantur & collocantur, aequè ut hoc libro cap. 19. neque talis ordo cuiquam in mentem venire poterat, *qualis nunc* occurrit, ut Mariandyni ſequantur Commagenos, illos Veneti, tum Cappadoces, & Gallograeci? Immo & Gallograeci hi ſunt ficti falſique, quum nullus MS. Codex ex poſteriore voce plus agnoſcat quam τὸ *Graeci*, unde illi ab Hermolao fabricati & mira libidinis conſtantia ab omnibus deinde adſciti. Itane graſſari oportet in alienis ſcriptis? Equidem quid de τῷ *Murrani* ſtatuere me oporteat, haereo: hactenus tamen certus, ut quum portionem Armeniae Μυρανὴν vocari ab Ptolemaeo ſciverit notaveritque Voſſius ipſe, hanc rectius in Mela intelligi convenire, quam Voſſianos *Mariandynos*. Etiam Strabo lib. XI. pag. 531. ſcribit, *Θρακῶν τινας οἰκῆσαι ἐντὸς τῆς Ἀρμενίας, πλησίον Γουρανίων καὶ Μήδων*. Certè hi *Guranii* accedunt prope ad Pomponii *Marranos*, quos ideo ex contextu ejus non amovi. Deinde potius erit, ut vel retineatur vetuſta lectio, vel, ſi ita placet, ſcribamus *Veneti*, *Cappadoces*, *Pterii*, &c. *Pteria* enim tum regio fuit, tum urbs vel prope vel inter Cappadocas, ut clarè colligi poteſt ex Herodoti notiſſimo loco, lib. I. cap. 76. & quidem prima ab Haly accedentibus. GRONOV.

43. *Armenii*, *Comageni*] Scribendum cum duobus *m m*, *Commageni* ex Strabone & Ptolemaeo. PINTIAN.

44. *Myrrani*, *Vegeti*] Loco illius *Murrani* poſſet non abſurdè ſubſtitui *Morimeni*. Eſt enim *Morimena* praefectura Cappadociae Straboni lib. XII quam unà cum Lycaonia memorat, de qua mox paulò Mela. Poſſet autem pro *Vegeti*, *Eneti* legi. qui ſunt Paphlagoniae populi, ab Homero & omnibus ferè Geographis nobilitati, à quibus Veneti Adriatici ſinus fluxiſſe creduntur. Sed ſuper omnia ſedet, duas has voces barbaras plane eſſe, & ex illarum numero, quae non paucae huic operi irrepſerunt, temeritate quorundam, qui nihil penſi habentes, ineptias ſuas pro gloſſematis bonis Auctoribus affingunt: Itemque Librariorum ignorantia, qui eas ſtatim Auctoris lectioni inſerunt. Cujus notae ſunt, in Gallia, *Eluſaberris*; in Thracia, *Tritonice*; in Scythia, *Terreſtria*, *Sexolitae*; in Lesbo, *Cirava*; in Oceano Septentrionali, *Satmali*; & alia his comparia monſtra, quae propriis locis aeſtimabuntur. IDEM.

45. *Cappadoces*, *Graeci*] Legendum non *Graeci*, ſed *Gallograeci*, hoc eſt, Galatae. BARB.

ſauri, Lydi, *Syrocilices*. 46 Rurſus ex his quae meridiem ſpectant, 47 eaedemque gentes interiora litore tenent usque ad ſinum Perſicum. 48 Super hunc

64. *Rurſus ex his quae Meridiem ſpectant, eaedem gentes interiora littora tenent*] Quoniam haec verba negotium multis exhibent, libuit nonnihil eis lucis afferenti admonere Lectorem, pronomen illud, *eaedem*, antedictos populos referre, *Indos*, *Arianos*, *Arios Gedroſios*, *Perſas*. Ordinem vero in recenſendis Aſiae gentibus hunc obſervaſſe Melam. Differuit de ora Aſiae Orientali & ejus habitatoribus: Deinde de Meridiana, & Septentrionali. Reliquum videbatur monſtrare, à quibus interiora incolerentur. Incipiens igitur à Septentrione dixit habitari à multis variisque gentibus, Gandaris, Paricanis, &c. Poſtea verſus ad Meridiem, exponensque à quibus mediterranea tenerentur, ait eaſdem gentes incolere interiora, quas non multo antè dixerat tenere oram, hoc eſt, *Indos*, *Arianos*, *Arios*, *Perſas*, *Arabas* usque ad ſinum Perſicum: quem veluti umbilicum facit in hoc gentium Aſiae tractu. Exiſtimo itaque verbum illud *litora* adulterinum eſſe: aut ſi mavis, legatur *interiora litorum*, ſicut paulò antè *interiora terrarum* dixerat. Locus ſit aeſtimationi. PINTIAN. Τὸ *litora* obelo fodi, quòd gloſſam oleret. SCHOTT.

47. *Eaedem gentes* &c.] Quae multa dicit Voſſius ad conſiderandum modum deſcribendae Aſiae ab Mela habitum, non ſunt alia, quam quae attulit Pintianus, & afferre poſſet unusquisque. Sed oro, quid vult, quum ſcribit Melam nunc dicere gentes illas ſupra memoratas Meridiem verſus, Arianos nempe & Gedroſos, tam vaſtas eſſe, ut non littora & oras tantùm occupent, ſed etiam interiora terrarum teneant. An nullus ergo locus Ariis? nullus Perſis? quos antea ſimul junxit? Immo cur non indicavit in ſuis MSS. aliter legi, ſicut legi ſcio in tribus & editione Juntina *eae denique gentes*. Imò ubi dixit Mela Indos, Seras & Scythas poſſidere totum Aſiae tractum orientalem? Indos & Scythas latè patere dixit: Seribus nihil niſi media fermè Eoae partis attribuit, ut vix ad Gangen pertinuerint, quum tamen latè patens verſus Occidentem India fuerit, ut docet lib. III. cap. 7. non procul ab principio. Sunt omnia perturbata. Scripſit Mela, *Rurſus ex iis, quae Meridiem ſpectant, Eoae Indaeque gentes interiora*. Indiam mediterraneam, ſed vergentem ad Meridiem dicit tenuiſſe illas gentes, quas propriis appellationibus deſignare non poterat, nec tamen aliunde illuc intraſſe ut colonias audierat, Eoas à tergo Serum jacentes, & alias Indas ab poſtico littoralium Indorum poſitas. Tu, cui copia eſt, vide quaeſo, an non MSS. ſic habeant. Certe lib. III. cap. 9. pro illis *ad eoa*, editiones *ad ea* habebant. GRONOV.

48. *Super hunc ſunt Parthi & Aſſyrii, ſuper illum alterum Babylonii, & ſuper Aethiopas, Aegyptii ripis Nili*, &c.] Super ſinum Arabicum eſſe Babylonios falſum propalam eſt, vel unica Strabonis auctoritate, ut ceteri in re comperta omittantur. Is in lib. III. *Geograph. Deinceps*, inquit, *ſunt mare verſus quidem Perſae, & Suſii, & Babylonii, deſcendentes ad mare Perſicum*. Quapropter ne cogamur Pomponium in jus vocare, reſtituenda ſunt in

hunc ſunt [49] Parthi, & Aſſyrii: ſuper illum alterum Babylonii, [50] & ſuper Aethiopas Aegyptii. [51] Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii poſſident. Deinde Arabia anguſta fronte ſequentia litora attingit. Ab ea usque ad flexum illum, quem ſupra retulimus, Syria; & in ipſo flexu, Cilicia: extra autem, Lycia & Pamphylia, [52] Caria, Ionia, Aeolis, Troas usque ad Helleſpontum. Ab eo Bithyni ſunt ad Thracium Bosporum. Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, [53] uno omnes nomine Pon-

in priſtinum ſitum verba, tum luxato & praepoſtero ordine ſcripta, tum etiam corrupta. Lego igitur ſic: *Super hunc ſunt Parthi, Aſſyrii, & Babylonii: ſuper illum alterum & ſuper Aethiopas, Aegyptii. Ripis Nili amnis & mari proximis iidem Aegyptii poſſident,* &c. ex omnibus Geographis & Hiſtoricis: & ex ipſo Pomponio, qui de ſinu Perſico loquens lib. III. *in parte,* inquit, *quae pelagi oſtio adverſa eſt, Babyloniorum fines Chaldaeorumque ſunt, & duo clari amnes Tigris & Euphrates.* PINTIAN.

49. *Parthi*] Parthi & Aſſyrii ſub ditione Sophi Regis. OLIVAR.

50. *Et ſuper Aethiopes*] *Babylonii* ad ſuperiora tranſtulimus, & *Arabes* in ejus locum ſubjecimus. Paulò aliter igitur locum concepimus, atque in *Retractationibus* Pintianus. SCHOTT.

51. *Ripis Nili amnis & mari proxima*] Itane? Aegyptii modo poſſident proxima ripis Nili, non ipſas ripas? Voces enim, quibus ſua conſcripſit Auctor, arctiſſimè conſideravit, & quae ſunt ripis proxima exponit clarius lib. I. cap. 19. *Ripis ejus Sauromatae & ripis haerentia poſſident.* Ripis haerentia & ripis proxima ſunt eadem. Id de Aegyptiis dici nequit, quorum omnino medius eſt Nilus. Hoc vitium lectionis jam olim deprehendit Pintianus, unde is in *Retractationibus* tentabat, *Ripis Nili amnis & mari proximis* (male enim in editione Schotti *proximus*) *iidem Aegyptii poſſident.* Sed non ſic loquitur Pomponius. Propius ad verum eſt, quod in MSS. tribus exſtare ſcio, *ripis Nili amnis & mari proximo,* ut *poſſidere* conſtruatur tanquam neutrum, quod ſolent facere in verbo *colere* & *incolere.* Aut hoc igitur retineo, aut ex ſimilitudine loci citati videtur corrigendum *ripis Nili amnis & mari proxima.* GRONOV.

52. *Caria*] Ab ea usque ad Bithyniam regio Aſia Minor dicitur, nunc Anatolia & Turgiva. OLIVAR.

53. *Omnes uno nomine Pontici dicuntur*] Plane non egemus verbo poſtremo, quod à tribus MSS. abeſſe ſcio. Immo non eſt Melae. Itaque quum & Voſſius colere mecum in hoc teſtimonium compulſus ſit, delevi verbum iſtud, & laudi Voſſianae. quam ut proferret gaudeo me coëgiſſe, id dedi, ut vulgatum quoque ordinem mutarem, ex indicio etiam Mediolanenſis libri, ut lib. II. cap. 2. *aliis aliisque praediti & nominibus & moribus.* GRONOV.

54. Sau-

Pontici. Ad lacum, Maeotici: ad Tanain, [54] Sauromatae.

54. *Sauromatae*] Sarmatae Aſiatici, inter quos ſunt Magni Bulgari. OLIVAR.

## CAP. III.

### *Brevis* EUROPAE *deſcriptio.*

EUROPA terminos habet, ab oriente [1] Tanain & Maeotida & Pontum; à meridie reliqua Noſtri maris; ab occidente Atlanticum; à ſeptentrione Britannicum Oceanum. Ora ejus [2] forma litorum à Tanai ad Helleſpontum, quâ ripa eſt dicti amnis, [3] quâ flexum paludis ad Pontum redigit, [4] quâ Propontidi & Helleſponto latere adjacet, contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modò, verùm etiam ſimilis eſt. Inde ad Fretum, [5] nunc vaſtè retracta, nunc [6] prominens, tres maximos ſinus efficit, totidemque in altùm ſe magnis frontibus evehit. Extra Fretum ad occidentem inaequalis admodum, [7] praecipuè media, pro-

1. *Tanain*] Nunc *Tana* dicitur. OLIVAR.

2. *Forma littorum*] A Gloſſa eſt, ideoque ἰσκλίζω. SCHOTT.

3. *Qua flexum paludis ad Boſporum redigit*] Aldus, *qua flexum paludis ad Ponticum redigit*. Lego, *ad Ponti os redigit*. Appellat enim *Ponti os* Boſporum Cimmerium. Sic ſupra, *& paludi ceterum exiguo ore conjungitur*. PINTIAN.

4. *Qua Ponto, Propontidi, & Helleſponto latere adjacet*] Lego *objacet* non *adjacet* ex familiari loquendi modo Pomponii, ut ex ſequentibus conſtabit. *Latere* autem, quia latera ſunt illa Europae, quibus Aſiae obtenditur. De frontibus paulò pòſt. IDEM. Malim *objacet*, ut & cap. 12. SCHOTT.

5. *Nunc vaſtè retracta*] Ad ſinum Aegaeum, Adriaticum & ad Thuſcum refertur. OLIVAR.

6. *Prominens*] In Peloponneſo, & promontorio Calabriae. IDEM.

7. *Praecipuè media*] Verſus Pyrenaeos, ad fontem Rabiam. IDEM.

*Praecipuè media, qua procurrit ad*

procurrit ad ſeptentrionem, niſi [8] ubi ſemel [9] iterumque grandi receſſu [10] abducitur, penè ut [11] directo limite extenta eſt. Mare, quod primo ſinu accipit, [12] Aegaeum dicitur: quod [13] ſequenti, in ore, Ionium; Adriaticum, interius: quod ultimo, [14] nos Tuſcum. [15] Graii Tyrrhenum perhibent. [16] Gentium prima eſt Scy-

*ad Septentrionem: niſi* &c.] Cur ſic placuerit poſtremis & nonnullis priorum diſtinguere, cauſa nulla eſt. Et ſanè qua procurrit ad Septentrionem, non eſt inaequalis. Itaque Auctor, quum lib. III. cap. 2. in ora exteriore Galliae conſideraret partes ultra Garumnam, ait, *Tunc ad Septentriones converſa iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur*. nec poſt ea quidquam inaequale praeter ſinum Codanum amplius memorat ad ultima Europae. Diſtinguendum eſt, *inaequalis admodum, praecipuè media.* (nempe circa confinia Galliae & Hiſpaniae, ubi agnoſcit Pomponius ultima verſus Occidentem) *Qua procurrit ad Septentrionem, niſi ubi ſemel iterumque*, &c. Hanc, quum veriſſima ſit, & vellet eam Voſſius ab ſe inventam eſſe, in contextu obſervavi. Sed eſtne quid amplius: Immo animadverto in tribus MSS. non exſtare voculam *qua*; nec dubito, quin eadem ab pluribus abſit. Et ſanè illa prorſus non videtur eſſe Auctoris. Vide enim, quam leniter procedat haec deſcriptio: *inaequalis admodum, praecipuè media, procurrit. Ad Septentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, penè ut directo limite extenta eſt.* GRONOV.

8. *Ubi ſemel*] Apud fontem Rabiam. OLIVAR.

9 *Iterumque*] In Germaniam. Pomponius reliquit ſinum Danorum. IDEM.

10 *Abducitur*] Dictio familiaris Melae: trahitur. IDEM.

11. *Directo limite*] Directo margine & littore: id eſt, perpetua eſt, niſi in fine Pyrenaeorum, & in Germania: nam tres ſinus facit. IDEM.

12 *Aegaeum*] Dictum auctore Varrone ab hinnulis, quòd in eo mari ſcopoli à ſimilitudine caprarum, *αἶγες* vocantur. IDEM.

13. *Sequenti in ore*]. *Os* appellat, & non ſinum Corinthiacum; quanquam revera ſinus eſt. Mare Aegaeum protenditur ab Helleſponto uſque ad ſinum Megaricum, in Peloponneſo: à ſinu vero Megarico uſque ad ea ſinus Adriatici, Ionium. Mare Aegaeum nunc dicitur *Archipelago*: nam complectitur Syriacum, quod nunc eſt *El mar de Suria*: Mare Adriaticum ab Adria oppido dictum jam non exſtat: erat enim prope Venetias; nunc hoc mare dicitur *La Canal de Venecia*. IDEM.

14. *Nos Thuſcum, quod Graii Tyrrhenum perhibent.*] Dejiciendum eſt verbum *quod*. PINTIAN.

15. *Graii Tyrrhenum*] MSS. duo *Tyrrhenicum*. GRONOV.

16. *Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, à Tanai in media fermè Pontici lateris. Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia. Huic* &c.] Aliter diſtinguendum curavi, credens voluiſſe quoque diſtinguere Voſſium, licet prout nunc citavi, haec pars in ejus editione digeratur. Nam vel

*per-*

[17] Scythia, alia quàm dicta eſt, [18] à Tanai in media ferme Pontici lateris; [19] hinc in Aegaei partem pertinens Thracia Macedoniae adjungitur. [20] Tum Graecia prominet, Aegaeumque ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus [21] Illyris occupat. Inter ipſum Adriaticum & Tuſcum Italia procurrit. [22] In Tuſco intimo Gallia eſt, ultra Hiſpania. Haec in occidentem, [23] diuque etiam ad ſeptentrionem, [24] diverſis frontibus vergit. Deinde rurſus Gallia eſt, longè & [25] à Noſtris litoribus huc usque permiſſa. Ab ea Germani [26] ad Sarmatas porriguntur, illi ad Aſiam.

*pertinens* dependet ab verbo praecedente *eſt*: alioqui dixiſſet Auctor *pertinet* aequè ac *adjungitur*. IDEM.

17. *Scythia* ] Duplicem indicat Scythiam, ſicut duplicem Sarmatiam: Scythiam Aſiaticam, quae pars eſt Tartariae; & Europaeam, quae Hunnos, Moſchobitas, Lituanos comprehendit. OLIVAR.

18. *A Tanai media*] Forte rectius, *à Tanai ad media ferme* &c. SCHOTT.

19. *Hinc*] Hoc eſt, à medio latere Ponti uſque ad Aegaei partem eſt Thracia: cujus metropolis eſt Conſtantinopolis, ubi mediterranei ſunt Bulgarii & Valachi. IDEM.

*Hinc in Aegaei partem continens, Thraciae ac Macedoniae adjungitur* ] Caſtigo, *Huic in Aegaeum mare continens Thracia: Huic Macedonia adjungitur*. Nam Scythiae conjungi Thraciam; Thraciae autem Macedoniam adeò notum, ut nullo egeat teſtimonio. PINTIAN. Pintianus *huic*: Edita lectio magis adblanditur. Interpunctione locum ſanavi, adjutus etiam Pintiani εὐστοχίᾳ. SCHOTT.

20. *Tum Graecia prominet* ] Peloponneſum intelligit, nunc eſt *la Morea*. OLIVAR.

21. *Illyris* ] Nunc *Sclavonia*. IDEM.

22. *In Thuſco intimo Gallia* ] Ita eſt, ſi nomine Galliae comprehenderis Ciſalpinam & Tranſalpinam. IDEM.

23. *Denique etiam ad Septentrionem* ] Scribendum. *Eademque etiam ad Septentrionem*. PINTIAN. Malim, *dehincque etiam*. SCHOTT.

24. *Diverſis frontibus* ] Primum Sacro promontorio, quod nunc dicitur *Cabo de San Vincente*. Deinde Nerio, quod nunc eſt *Finis-terrae* in Compoſtella. Tum Gobeo, in Britannia Minore: nunc eſt *Sanctus Matthaeus*. Poſtea Dacico, ubi ſunt liberae civitates; quarum praecipua eſt Lubecum: dictae nunc *civitates Oſtrelingorum*. OLIVAR.

25. *A noſtris litoribus* ] Id eſt, à litoribus Maris Mediterranei. IDEM.

26. *Ad Sarmatas*] Nunc *Polonos*, id eſt, usque ad Viſulam amnem, diſtinguentem Sarmatiam à Germania. IDEM.

CAP.

# CAP. IV.

## *Brevis AFRICAE deſcriptio.*

AFRICA ab orientis parte [1] Nilo terminata, Pelago à ceteris, brevior eſt quidem quàm Europe, [2] quia [3] nec usquam Aſiae, [4] & non totis hujus litoribus obtenditur; [5] longior tamen ipſa quàm latior, [6] & [7] quâ ad fluvium attingit, latiſſima. Utque inde procedit, [8] ita media prae-

1. *Nilo terminata* ] Africam Catabathmo terminari auctor Heſodotus Μελπομένῃ. Salluſtius *Jugurth.* Strabo *Geograph.* ult. & Pomponius ipſe infra cap. 8. Sed ſunt, qui Nilum usque ad Catabathmon pertinere putent. Aliter vero Ptolemaeus lib. II. cap. I. Africam terminat. SCHOTT.

2. *Quia nec usquam Aſiae* ] Nusquam Aſiae littoribus contrà tenditur Africa. OLIVAR.

3. *Nec usque Aſiae, & non totis hujus litoribus obtenditur.* ] Res digna ſpectatu, quam ſibi potuerit blandiri Voſſius. Rogat acriter, [ Atqui cum ipſe inquiat Africam à Nilo terminari ab Aſia, qui fieri poteſt, ut nuſquam Aſiae obtendatur? ] Sed quis tamen inde exibit urceus? Nempe quia in omnibus libris manu exaratis ipſe invenit *usquam*, idque ipſe teſtatur, ideo ſcripſiſſe Melam *usque*. An potuit quidquam [illegible]? Quaſi vel *Aſiae* illic uſurparet Mela in tertio caſu, ut imprudentiſſimè ſibi fingit Voſſius; & non ſecundo: cohaerent enim τῷ *Aſiae litoribus*. Africa nusquam obtenditur Aſiae litoribus; id verum eſt, ſed tantum ripis ejus ad Nilum, id in hac ipſa nota ſignificavit Schottus: ſed cujus hanc partem ſapienti judicio ſcriptam praetermittit Voſſius, laetus inſultare parti poſteriori, quam ſanè omitti ab Schotto melius fuit. Et quaeſo qui ſuſtinerem illud *nec uſquam* in Mela mutare, quem novimus ſic repetere lib. III. cap. 3. *nusquam latè patet, nec usquam mari ſimile.* GRONOV.

4. *Et non totus* ] Alii *totius*. Malim *totis*. Nuſquam, inquit, obtenditur Aſiae litoribus, nec totis litoribus Europae. Si enim lineam à Nilo in Septentrionem ducas, nusquam Aſiae litora attinges; Europae tamen quaedam. SCHOTT.

5. *Longior tamen ipſa quàm latior* ] Nil verius, ſi ad ſecula Pomponii referas, quibus Africa usque ad principium Aethiopiae ſolùm cognita erat. OLIVAR.

6. *Et qua ad fluvium attingit* ] Videtur praepoſitio ſuperfluere, ut non longè pòſt, *peragratisque omnibus, quae mare attingunt*, & alibi: *Dictum eſt Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab Occidente contingeret.* PINTIAN.

7. *Qua ad fluvium* ] Nilum intellige. OLIVAR.

8. *Ita media praecipuè in juga* ] A Numidia, quae ſita eſt in media Africa, incipiunt exſurgere mon-

praecipuè in juga exſurgens, [9] pergit incurva ad occaſum, [10] faſtigatque ſe molliter: [11] & ideo ex ſpatio [12] paulatim [13] adductior, ubi finitur, ibi maximè anguſta eſt. [14] Quantum incolitur, eximiè fertilis: verùm quòd pleraque ejus inculta, & aut arenis ſterilibus obducta, aut [15] ob ſitim caeli terrarumque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vaſta eſt magis quàm frequens. Mare, quo cingitur à ſeptentrione, Libycum; à meridie, Aethiopicum; ab occidente, Atlanticum dicimus. In ea parte, quae Lybico adjacet, proxima Nilo provincia, quam [16] Cyrenas vocant: dein, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt, Afri-

montes; quanquam à Catabathmo uſque ad fretum ſemper exſurgit Africa, praecipuè tamen in Numidia. IDEM.

9. *Pergit incurva*] Id eſt, nullos facit ſinus: niſi voles Syrtes appellare ſinus. IDEM.

10. *Faſtigiatque ſe molliter*] Id eſt, erigitur, & contrahitur in cunei formam pedetentim. IDEM. Legendum, *faſtigat:* neque enim *faſtigiat* verbum Latinum eſt. PINTIAN.

11. *Et ideo ex ſpatio paulatim adductior*] Ex ſpatio, quaſi vix ſcires cognoſcere diſcrimen contractionis, niſi in magno ſpatio. OLIVAR.

12. *Paulatim adductior. Ubi finitur*, &c.] Non intelligo, cur ita placuerit Auctorem hunc ſecare in membra nimis tenuia. Nonne enim multo lenius cohaeret? *Et ideo ex ſpatio paulatim adductior, ubi finitur, ibi maximè anguſta eſt.* Sic ſanè edidi. GRONOV.

13. *Adductior*] Contractior. OLIVAR.

14. *Quantum incolitur*] Hoc eſt, totus tractus marinus eximie fertilis, mediterraneus ſterilis. IDEM.

15. *Ob ſitim caeli*] quidam, *ſitum caeli.* Hinc Proverbium, *Africa ſemper aliquid novi adfert:* quod ob ferarum diſſimilium congreſſum, tot monſtra pariat: & tanta leonum copia, ut urbes obſidere ferantur; ſi verè Plinius. Ad haec tanta illic ſerpentium vis, ut cervis idcirco deſtitutam putarit Herod. *Melpomene*, Ariſtoteles, Plinius Lucanus lib. x. & Seneca. Contrà verò cervos gigni affirmant Philoſtratus lib, vi. de *Vita Apollonii*, Virgil. I. *Aeneid.* & Oppianus II. *Cyneget.* Ut & Urſos Aelianus, Herodotus, Livius, Solinus, Strabo, Juvenalis, & Maro: tametſi neget Plinius: quod minimè mirandum eſt, cum illius & Pomponii aetate nondum ſatis notum Romanis Aethiopiae primum clima ultra Aequatorem: ut ex hac Africae deſcriptione apparet. SCHOTT.

16. *Cyrenas*] Nunc dicta *Corena.* OLIVAR.

17. *Afri-*

[17] Africa. Cetera Numidae & [18] Mauri tenent: ſed Mauri & in Atlanticum pelagus expoſiti. Ultra [19] Nigritae ſunt, & Pharuſii, usque ad Aethiopas. Hi & reliqua hujus, & totum latus, quod meridiem ſpectat, usque in Aſiae confinia poſſident. At ſuper ea, quae Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptii ſunt, & Leucoaethiopes: & natio frequens multiplexque Gaetuli. Deinde [20] latè vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, poſt [21] Augilas & Trogodytas, & ultimos ad occaſum Atlantas audimus. [22] Intrà (ſi credere libet) vix jam homines, magisque ſemiferi; [23] Aegipanes, & Blemyes, & Gamphaſantes, & Satyri, [24] ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi, [25] habent potiùs terras, quàm habitant.

Haec ſumma noſtri Orbis, haec maximae Partes: hae formae gentesque Partium. Nunc exactiùs Oras ſitusque dicturo, inde eſt commodiſſi-

17. *Africa*] Minor, nunc dicta *Barbaria*. IDEM.

18. *Mauri*] A potentiſſima civitate dicti, quae nunc eſt *Marruecos*, ubi agunt Alarabes. IDEM.

19. *Nigritae & Pharuſii*] Dicam poſtea, mediterranei ſunt. IDEM.

20. *Latè vacat regio*] Virgilium videtur imitatus III. *Georg.* —— *& longè ſaltus latéque vacantes.* SCHOTT.

21. *Augilas & Troglodytas*] Ptolemaeus *Augilas* modo per *i* modo per *y* enunciat. Plinius & Herodotus cum *i* ſemper. Stephanus *Augilitas* nominat. *Troglodytas* Strabo ſine *l* ſemper, *Trogodytas*. PINTIAN.

22. *Intra ſi credere libet*] Expende, an ſit commodior lectio, *Ultra ſi credere libet*, hoc eſt, Oceanum verſus Aethiopicum. IDEM.

23. *Aegipanes & Blemmyae*] Stephanus unico *m*, & quinta apud Graecos inflexione *Blemyes*, cui ſubſcribunt Dionyſius Byzantius & Theocritus, primam corripientes. Strabo duplici *Blemmyes*, à quo ſtat Suidas. *Blemmyae* Marcianus Capella uno tantùm & prima inflexione. IDEM.

24. *Sine tectis paſſim ac ſedibus vagi*] Ad Melae manum ſi attendas, rectius abeſſet τὸ *ſedibus*. *Sine tectis paſſim ac vagi*, ut lib. I. cap. 8. *paſſim ac ſine lege diſperſi*. Et ibidem: *confuſo parentum coitu paſſim incertique*. Sed in ſcripto codice legi *ſine tectis*, *ſedibus*, *ac paſſim vagi*; Mediol. *ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi*, ut & Juntina editio. GRONOV.

25. *Habent potiùs quam habitant.*] *Habere* tamen ſaepe pro habitare: lib. III. cap. 5. *Meroen*

diſſimum incipere, [26] unde terras Noſtrum pelagus ingreditur; & ab iis potiſſimùm, [27] quae influenti dextra ſunt: deinde ſtringere litora ordine quo jacent, peragratisque omnibus, quae [28] in mare attingunt, legere etiam illa, quae cingit Oceanus; donec curſus incepti Operis intrà extráque circumvectus Orbem, [29] illuc unde coeperit redeat.

*habent:* ubi *habitantes*, temerè Pintianus. Vide modos Habendi in Ariſtot. *Categoriis*. De his gentibus inf. cap. 8. SCHOTT.

26. *Unde terras noſtrum* &c.] Id eſt, à freto Gaditano. OLIVAR.

27. *Quae influenti dextra*] Ab Africa. IDEM.

28. *In mare attingunt*] Sic nuper edidi ex MSS. GRONOV.

29. *Illuc unde coeperit*] Id eſt, in idem fretum. OLIVAR.

## CAP. V.

### *Particularis AFRICAE deſcriptio.*

### MAURETANIA.

DICTUM eſt [1] Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab occidente contingeret. Hinc in Noſtrum mare pergentibus, laeva Hiſpania, Mauretania dextra eſt; [2] primae partes, illa Europae, haec Africae. Ejus orae finis, [3] Mulucha: caput atque exordium eſt promontorium, quod

CAP. V. De Africa vide Plinium lib. v. cap. 1. & 2 & Solinum cap. 30. SCHOTT.

1. *Atlanticum*] Atlas mons major Africam dividit, nunc dicitur *Majuſte*: Atlas minor, *Lante*. OLIVAR.

2. *Primae partes, illae Europae, hae Africae*] Rectius, ut ſentio, *illa Europae, haec Africae*. PINTIAN.

3. *Muluca*] Scribendum *Molucha*: nam Strabo vocat eum *Melochath*. Plinius tamen & Salluſtius *Mulucha*. Phocas Grammaticus, *Neutro*, inquit, *genere barbara duo lecta ſunt apud Salluſtium nomina fluminum, hoc Mulucha, & hoc Turia*, qui amnis eſt citerioris Hiſpaniae, de quo plura in Plinio. BARB.

quod Graeci [4] Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo, appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecum [5] Tinge oppidum pervetus, ab Antaeo (ut ferunt) conditum. Exſtat rei ſignum, [6] parma elephantino tergori exſecta, ingens, [7] & ob magnitudi-

BARB. *Mulucham* Salluſtius *Jugurth.* inter Mauros & Numidas collocat; inter duas Mauritanias terminum Plinius. SCHOTT.

4. *Ampeluſiam* ] A vinetorum copia, promontorium eſt: nec hodie vocatur *Cabo de Sparto*, ſed *Cabo de Cantero*. OLIVAR.

5 *Tingi* ] Nunc *Taniar*, Regis Luſitaniae. IDEM. Ptolemaeo *Tingis* eſt, quam Caeſaream nominat. Straboni *Tiga*; Stephano *Tingios*; Plinio *Tingi*. PINTIAN.

6. *Parma elephantino tergore exſecto* ] Legendum puto, *parma elephantini tergoris excedra*. Eſt *excedra* ſive *excetra* durities ferro invicta, telis impenetrabilis, quaſi ſine caede, quod caedi nequeat; unde & per *ae* diphthongon magis ex etymologia ſcriberetur. Niſi mavis deductam à *cedo*, quod non cedat, etſi hoc genus etymologiae parum Quintiliano placeat. Hydra itaque illa Lernaea, multiceps malum, *excedra* vocata eſt à Plauto in *Perſa*, & à Cicerone ſecunda *Tuſculana*. Plinius lib. XI. cap. 37. *Elephantorum* inquit, *tergora impenetrabiles ſetas habent.* Plinii vetuſtus Codex, qui in publica Salmanticenſis Academiae Bibliotheca aſſervatur, non *ſetas* habet, ſed *eſcaſedras*: ut legendum videatur *excedras*. Hoc enim melius, quam quod Hermolaus emendat *quaſi ſetas*, inſipida nimis caſtigatione. Hinc & *cetra* genus ſcuti, ex corio praeduro facti, quod non cedat. PINTIAN. Emendavi: *Exſtat rei ſignum, parma elephantini tergoris excetra*, ex auctoritate Plinii lib. XI. cap. 37. apud quem in exemplari Salmanticenſi legitur: *Elephantorum tergora impenetrabiles eſcaſedras habent:* quo in loco dixi pro *eſcaſedras* legendum videri, *excetras*. Nunc illud addo, in antiquisſimo Toletano apographo, quo in Plinio emendando uſus ſum, non *eſcaſedras* haberi, ſed *cetras* propalam; quod adhuc emendationem noſtram adjuvat. Et fortè apud Pomponium aptius legeretur diviſa dictione: *parma elephantino tergore, ex cetra.* unde & *cetram* ſcuti genus, denominatum crediderim. Sed quia hoc commentum multis non ſatis placet, in aliam conjecturam, poſt longam in hac ſalebra volutationem, deveni, an hic non *exſecto*, ſed *exucto* ſcribendum ſit: hoc eſt, nullo prius humore madefacto. Plinius de Hippopotamo lib. VIII. cap. 25. *Tergoris*, inquit, *ad ſcuta galeasque impenetrabilis, praeterquam ſi humore madeat.* IDEM. Tò *exſecto*, aliis delendum videtur: ego *tecto* tentabam. Exempla in mundo ſunt: & è littera accreviſſe, ut ſolet, videtur à priore voce; Salluſt. lib. IV. *Hiſtor. De pecore coria recens detracta quaſi glutino adoleſcebant*: vel *Cetera* ex *excetra*, quod in MS. eſt faciendum; ut *Cetera Graſus*. SCHOTT.

7. *Et ob magnitudinem nulli nunc uſuro habilis* ] Neſcio quinam illi manu exarati libri ſint, quorum fiducia Voſſius vocem *uſuro* ejecit, ſi quidem id ſponte ejus

tudinem nulli nunc uſuro habilis; quam locorum accolae ab illo geſtatam pro vero habent, traduntque, & inde eximiè colunt. Deinde eſt mons praealtus, ei, quem ex adverſo Hiſpania attollit, objectus: [8] hunc [9] Abylam, illum [10] Calpen vocant, Columnas Herculis utrumque. [11] Addit fama nominis fabulam, Herculem ipſum junctos olim perpetuo jugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc inundat admiſſum. Hîc jam mare latiùs funditur, ſummotasque vaſtiùs terras magno impetu inflectit. Ceterùm regio ignobilis, & vix quicquam illuſtre ſortita, parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit, ſolo quàm viris melior, & ſegnitia gentis obſcura. Ex his tamen quae commemorare non piget, montes ſunt alti, qui continenter & quaſi de induſtria in ordinem expoſiti, [12] ob numerum, ſeptem, ob ſimilitudinem Fratres nuncupantur. Ta-

contigit: nam in nota eſt citatio ſatis dubia; unde reſtituere debui. Quippe Pomponius ſuum vindicat lib. III. cap. 7 *ut elephantis etiam ſicut nos equis, facile atque habiliter utantur.* Iſidorus apud Lipſium lib. II. *Saturnal.* cap. 12. *omnes cum aureis galeis minoribus & habilioribus armis.* Habent omnes ab Livio lib. VII. cap. 10 *Hiſpano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.* Et, *in armis habilibus magis quam ſpecioſis.* GRONOV.

8. *Hunc Abylam, illum Calpen voçant*] Sic quidem Strabo, & Plinius *Abylam*, at Ptolemaeus & Dionyſius Byzantius permutatis litteris efferunt *Alybam.* PINTIAN.

9. *Abylam*] Nunc *Aceuta*: oppidum etiam Luſitanorum: hinc ſumit initium mons ille, qui nunc dicitur *La Siera dal Marca*: *Siera* Hiſpanicè ſonat *montem*: plenus eſt hic ſimiis. OLIVAR.

10. *Caipen*] Nunc *Gibraltar.* IDEM.

11. *Addit fama nominis fabulam*] Scribe *nomini*, non *nominis.* PINTIAN. Rectiu *nomini.* Fortè, *addit famae nominis fabula.* SCHOTT.

12. *Ob numerum ſeptem*] Hos ipſos eſſe, quos in nummo Hadriani Africa cubito premit. non levis eſt conjectura interpretis nummorum Crojanorum, quem ecce

[13] Tamuda fluvius, & [14] Ruſadir, & [15] Siga, parvae urbes; & portus, cui Magno eſt cognomen ob ſpatium. [16] Mulucha ille, quem diximus, [17] amnis eſt, nunc gentium, olim regnorum quoque terminus, Bocchi Jugurthaeque.




ecce hic appoſitum. GRONOV.

13. *Tum vada fluvius* ] Scribendum junctim *Tamuada*, ſive *Tamuda fluvius*, ex Plinio. BARB.

*Tamuada* ] Nunc *Bedie*: rigat regionem Alarabum. OLIVAR. Ptolemaeus *Thaluda*, Plinius *Tamuada*. PINTIAN.

14. *Ruſicada* ] Nunc *Aſtora*. OLIVAR. Lego, *Ruſadir*, ex Plinio lib. v. Ptolemaeus *Rhyſsadiron* vocat. Nam *Ruſicada* infrà dicetur in Africa propriè dicta, ubi & à Ptolemaeo locatur. Plinius in Numidia conſtituit. PINTIAN.

15. *Siga* ] Nunc *La Guardia* vulgo dicitur. OLIVAR.

16. *Mulucha ille, quem diximus, amnis eſt ingentium olim regnorum terminus* ] Rectius Aldus, *Mulucha ille, quem diximus, amnis eſt, nunc gentium, olim regnorum terminus.* Nec enim procedit Mauritanias appellari à Mela *ingentia regna*, de quibus pauló antè dixerat: *Ceterum regio ignobilis, vix quicquam illuſtre ſortita.* PINTIAN.

17. *Amnis eſt ingentium olim regnorum terminus* ] Antiqua lectio, *nunc gentium, olim regnorum quoque terminus.* Plinius lib. v. cap. 2. *Amnis Mulucha Bocchi Maſſaeſylorumque finis.* SCHOTT.

## CAP. VI.

# NUMIDIA.

Ab eo [1] Numidia ad ripas expoſita [2] fluminis Ampſaci, ſpatio quidem quàm Mauretania anguſtior eſt, verùm & culta magis & ditior. Ur-

1. *Numidia* ] Pars Africae minoris teſte Ptolemaeo. OLIVAR.

2. *Fluminis Ampſacis* ] Scribendum *fluminis Ampſagae*. BARB.

 3. *Cyr-*

Urbium quas habet, maximae ſunt, 3 Cirta procul à mari, nunc Sittianorum colonia; quondam regum domus, & Syphacis cùm foret, opulentisſima. 4 Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc, quia Jubae regia fuit, & quòd Caeſarea vocitatur, illuſtris. Citra hanc (nam in medio fermè litore ſita eſt) 5 Cartinna & 6 Arſinna ſunt oppida, & Quizá caſtellum, & Laturus ſinus, & Sardabale fluvius: 7 ultra, Monimentum com-

3. *Cyrtha*] Nunc *Conſtaena*. Olivar.

*Cyrtha procul à mari nùnc Sucianorum*] Plinius & Appianus *Sittianorum*. Barb.

*Cirta procul à mari nunc Sittianorum colonia*] Ordo verborum vitiatus eſt & verba ipſa mendoſa. Legendum videtur, *Cirta colonia procul à mari, cognomine Sittianorum*. Neque enim *Cirta* deducta fuit à Sittianis, ſed ab illis cognomen accepit, dictaque eſt *Sittianorum*. Plinius lib. v. *In mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine*. Marcianus quoque *Cirtae coloniae* mentionem faciens, non addit *Sittianorum*. Unde autem *Cirta* & alia Africae loca dicta fuerint *Sittianorum*, oſtendit Appianus lib. IV. *Bell. Civil.* Pintian.

*Cirtha procul mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regia domus*] H. Stephanus ſic in vett. codd. ſe reperiſſe affirmat; & mox; *regum domus*: *& quum Siphacis foret opulentisſima*. Fides ſit penes auctorem. Malim tamen Plinii auctoritate, qui hinc exſcripſit, minori quam Pintianus audacia, oblitteratis tantum duabus vocibus, legere: *Cirta procul mari Sittianorum, quondam regia domus Iubae & Siphacis, cum foret opulentiſſima*. Ceterum *Cirta* ſcribo, Appianum, Strabonem & Ptolemaeum Graecos ſecutus. Non illud celabo Lectorem, Strabonem lib. XVII. extremo *Geogr.* Μασανάσση καὶ τῶν ἑξῆς διαδόχων βασιλέων facere. Schott.

4. *Iola ad mare*] Scribendum *Iol ad mare*, Plinius, Ptolemaeusque. Barb.

*Iol*] Nunc *Bugia*. Olivar.

5. *Cartinna*] Plinius *Carcenna*. Ptolemaeus tamen & Antoninus, *Cartenna*. Barb.

*Cartenna*] Nunc *Silefae*. Oliv.

6. *Arſinna*] Plinius & Ptolemaeus & Antoninus, *Arſenaria*. Barb.

*Arſenaria*] Nunc *Arſen*, Olivar.

7. *Ultra, monumentum commune regiae gentis. Deinde Icoſium & Uthiſia urbes*] Non exprimitur his verbis, quis locus, urbsve fuerit monumentum commune regiae gentis. Proinde legendum puto permutatis verbis, *Ultra monumentum commune regiae gentis Icoſium; Deinde Uthiſia urbes*. Aeſtimandum etiam an ſit fidelior lectio, *Uia*, triſyllabum, quàm *Uthiſia* ex Ptolemaeo, qui *Icoſium* & *Uiam* conjungit in quarto. Pintian.

*Ultra, monumentum commune regiae gentis, deinde Icoſium*] Sic repoſui vulgatam lectionem ab omnibus MSS. confirmatam, quos ita fervidè contemnere, ut pro ea ſubſtituas, *Deinde munimentum commune regiae gentis, ultra Icoſium*, mera

commune regiae gentis, deinde Icoſium & Ruthiſia urbes, & fluentes inter eas Aveus & Nabar,

mera impotentia eſt. Explicatur tamen, & dicitur Mulucha vocari munimentum commune regiae gentis. & nihil eſſe clarius. Quod mirari ſatis nequeo: nam cur hanc notabilem deſcriptionem non adjunxit capiti praecedenti & ipſi mentioni amnis Muluchae. quod profectò fieri decuit? Deinde Mulucha non eſt magis munimentum Numidiae quàm Mauritaniae, ſi modò hic ſenſus erit, & ipſos Numidas Maurosque intelligemus regiam gentem: in hoc autem ſenſu ita loqui profectò non eſt eruditi Latini, qui tunc nunquam aliter quàm munimentum regnorum regnive dicturus fuit. Sic memini Curtium ſcribere de fluviis extremis imperii Perſici, etſi Perſae aequè ac Numidae fuerint regia gens. Et ejusmodi regia gens potius dilata paulum ab Pomponio fuisſet, & ad Baſilidas inferius relata. Praeterea hic ipſe ſenſus jam editus eſt à Mela in prioribus, ubi hunc amnem dixit ingentium regnorum terminum: ut ita prorſus idem nunc recoxerit. Sed videlicet poteſt *munimentum regiae gentis* non de ipſis populis accipi, verum de familia regia, & ſic debere intelligi putamus; in quo ſenſu equidem non video, qui intelligere & percipere debeam Mulucham amnem munimentum commune regiae gentis? Sic noſtri nec rure loquuntur. Quare omnino retinemus vulgatum, & monumentum commune regiae gentis interpretamur locum ſepulchro omnium è regia Numidarum familia deſtinatum, ut lib. III. cap. 8. *Erythrae regis monumentum.* Neque verò hic nobis imaginamur inſulam, neque quia vel non ab aliis indicatur, vel non exprimitur locus urbsve fuerit, an quid aliud, ideo quidquam ſcrupuli hic videmus. Satis eſt, quod unus Mela ex reſiduis Scriptoribus id nobis dicat, & illi credimus fuisſe locum ſecretum & immunitum, qui Numidico ſermone tale quid ſignificaverit, quod nomen Latino ore concepit Auctor. Icoſium eſſe id nequit, ſi credimus Solino, ex Graeca Lingua deducenti, quaſi ab XX. Herculis comitibus appellatum. Sed ſine haeſitatione ſtatuimus nunc facere Auctorem, quod facit lib. I. cap. 13. ubi ſcribit in parvo tumulo Arati poëtae monumentum, nec tamen indicat, quod iſtius tumuli aut loci poſtea notabilis nomen fuerit. Sed Latinè ſcripſit *monumentum regiae gentis*, ſic interpretans vocem Africanam, ut non modo facit in his barbaris vocabulis, ſed & in aliis. Sic lib. II. cap. 3. in Argolide maluit dicere praeter Argos & Mycenas eſſe *templum Junonis vetuſtate & religione percelebre.* An cauſa fuit, cur non dixerit Heraeum? nulla, niſi ipſius genius, cui ſua fuit cauſa & juſſa. Sic lib. II. cap. 4. maluit *Petrae quas Sirenes habitavere*, quum tamen lib. II. cap. 3. non tantum dicat *Scironia ſaxa*, ſed & cauſam appellationis explicet. Id autem regiae Numidarum gentis monumentum ubi melius ſtatueretur. quam circa Iol, regiam ſedem ferè in medio litoris & regni ab ea parte? Sed neque magis mirum eſt, id fuisſe ad litus. Nam & ſic ab Plinio ſcribitur lib. VII. cap. 2. *Similis & in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, à Pſyllo rege dicta, cujus ſepulchrum in parte Syrtium majorum eſt.* Sic apud Pauſaniam in *Atticis*, Μνῆμα ἐςὶ πρὸς θαλάσσῃ Ἀλεγ[illegible], & paſſim alia principum virorum, maximè circa Tro-

bar, aliaque quae taceri nullum rerum famaeve diſpendium eſt. Interiùs, & longè ſatis à litore (ſi fidem res capit) [8] mirum ad modum, ſpinae piſcium, muricum oſtrearumque fragmenta, ſaxa attrita (uti ſolent) fluctibus, & non differentia marinis, infixae cautibus ancorae, & alia ejusmodi ſigna atque veſtigia effuſi olim usque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe invenirique narrantur.

Trojam. Immo ipſum Cadmi & Harmoniae monumentum: nonne ait Dionyſius: Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικύδεα τύμβον; Ravennas Anonymus inter Ruſicade & Hipponem ſic notavit, *Monumentum Annibal.* GRONOV.

8. *Mirum admodum* ] Gloſſema in inſulam deportetur: & mox illud, *non differentia marinis*, irrepſit ex ora. Lege igitur, & *infixae cautibus anchorae: aliaque hujusmodi ſigna*, &c. Horatius I. *Carm.* Oda XI. *Quae nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare Tyrrhenum.* & Mela de Araxe lib. III. cap. 5. *Frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium.* SCHOTT.

## CAP. VII.

### *AFRICA propriè dicta.*

1 REGIO, quae ſequitur à promontorio [2] Metagonio ad [3] aras Philaenorum, propriè nomen

1. *Regio quae ſequitur à promontorio Metagonio* ] Benè habet. Non quia nuper inceperunt exiſtimare, errasſe accuratisſimum alias Auctorem, ideo etiam erravit, id pro certo admitti debet. Ita tamen ſcribit Voſſius, idque ideo, quia Polybius, Strabo, Ptolemaeus, omnes gentem illam haud procul à freto collocant, ipſum vero promontorium Metagonium flumini Molochath vicinum faciunt. De duobus poſterioribus non eſt, quod ſatagam: de Polybio, unico horum & fidelisſimo arbitro, videamus. Is lib. III. cap. 35. ſcribit ab Annibale Hiſpanos milites, Therſitas & Maſtianos in Africae praeſidia traductos eſſe, πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δὲ εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα. Ex quo loco apparet perſpicuè *Metagonia* fuiſſe ſub imperio Carthaginienſium. At Mauritania vel propinqua flumini Molochath nunquam probabuntur fuiſſe ſub Carthaginienſibus hoc tempore, de quo Polybius, quum in Numidia eſſet Syphax, Mauritania

nomen Africae uſurpat. In ea ſunt oppida, [4] Hippo Regius, & [5] Ruſicade, [6] & Thabraca. Dein tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, vaſtè projecta in altum, duos grandes ſinus efficiunt. Hipponenſem vocant proximum [7] ab Hippone Diarrhyto, quod litori ejus appoſitum eſt. In altero ſunt caſtra Dellia, caſtra Cornelia, [8] flumen Bagrada, urbes [9] Utica & Cartha-

tania diu adhuc poſt habuerit reges ſuos. Immo plus fidei in his partibus mereretur Pomponius, quàm alii, ut qui in oppoſitis Hiſpaniae locis natus, haud dubiè peritiſſimus fuit litoris Africani. Quin etiam hoc ipſum confirmant verba Ariſtotelis clarè dicentis ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων fuiſte τὸ Γάιον. Itaque viderint alii, quid in diſcrepando ab hac ſententia ſequuti ſunt. Nam quae Voſſius praeterea addit, voluit opinor compoſitae fabulae lepidum dare ἀνωνύμον. Quod monere etiam debeo, Africam Minorem in Mela uſpiam occurrere non video, ut neque alias illas diviſiones regionum quarundam in majores, & minores, ſi Baleares excipias. Hic autem quum Mela ſe ipſum ſatis oſtendat in ipſo mox principio, putavi titulum concipiendum, non *Africa Minor*, ut paſſim in editionibus, quas ſecutus eſt Voſſius, ſed *Africa proprie dicta*. Certè Pintianus iſti capiti *Caſtigationum* ſuarum praeſcripſit EX AFRICA PROPRIE VOCATA; & in MS. vidi praenotatum *Africa prima*, incertum unde & qui. Ipſe Mela ſe ſervat lib. II. cap. 3. *quos propriè Illyricos vocant.* Et lib. III. cap. 5. *in eum quem propriè & totius nomine Caſpium appellant.* GRONOV.

2. *Metagonio* ] Nunc dicitur *El Cabo de tres Arcas.* OLIVAR.

3. *Aras Philaenorum* ] Hodie ſunt *Porto de Saba.* IDEM.

4. *Hippo* ] Nunc *Bona.* IDEM.

*Hippo regius* ] Silius Italicus lib. III.

*& antiquis dilectus regibus Hippo.*

*Promuntorium* vero MS. codd. ferè per *u* praeferunt, quaſi à *prominendo*; & *Opidum* ſimplici *p* ab *Ope*, Varro IV. de *L. Lat.* & Cicero *de Gloria* apud Feſtum derivant. SCHOTT.

*Hippo Regius* ] Ita edidi, non ut Voſſius & alii *regius*, quum mox à majuſcula littera incipiant voces *Hippone Diarrhyto.* GRONOV.

5. *Ruſicade* ] Ptolemaeus *Ruſicada.* Plinius *Ruſicade.* PINTIAN.

6. *Et Tabraca* ] Ptolemaeus cum adſpiratione in prima *Thabraca.* IDEM.

7. *Ab Hippone Diarito* ] Scribendum, *ab Hippone Diarrhyto.* Duplex enim *Hippo*, Regius & Diarrhytus, ex Plinio, Antonino, ceteris. BARB.

8. *Flumen Bragada* ] Nomen retinet. OLIVAR.

*Bagrada* ] Sic Aethicus Coſmographus, ubi mirari ſe ait, à majoribus inter flumina non relatum. Alii *Bragada* ſcribunt: ὁ Βαγάδρας Strabo lib. XVII. infra *Magrada* Hiſpaniae fl. nominatur lib. III. cap. 1. SCHOTT.

9. *Utica* ] Nunc *Biſartha.* OLIVAR.

[10] Carthago, ambae inclytae, ambae à Phoenicibus conditae: illa fato Catonis inſignis, haec ſuo; nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax aemula; jam quidem iterum opulenta, [11] etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quàm ope praeſentium clarior. [12] Hadrumetum,

10. *Carthago*] Nomen retinet. Idem.

*Karthago inclyta*] Septingenta hominum millia habitaſſe Karthagine jam à Rom. obſeſſa, & dedita, auctor ibidem Strabo, qui πόλιν ἀντίπαλον τῇ Ῥώμῃ vocat, quam hic, *imperii aemulam.* Schott.

11. *Etiam nunc tam priorum excidio rerum*] Lego, *nec tam priorum excidio rerum:* ut particula illa *etiam* redundet. Pintian.

12. *Hadrumentum*] Ptolemaeus, Stephanus, Strabo, Plinius, Cornelius Tacitus, omnes ſine adſpiratione. Sed Ptolemaeus *Adrumitios* enunciat, Stephanus tum *Adrumetos*, tum *Adrumeton.* Strabo *Adrume.* Cornelius Tacitus, & Plinius cum *n* in penultima *Adrumentum.* Idem.

*Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphrure*] In uno MS. inveni *Adrumentum Leptis Dupea adromathe* (*habromacte* Mediol.) *phire.* In altero erat *Hadrumetum Leptis Dupea Abromacte phyre*, quae ſatis conveniunt ad varias lectiones ab aliis prolatas. Quibus antequam medicina à me admoveatur, nihil mihi nocuerit ante deprecor littera *m*, in τῷ *abroma*, quae non aliunde facta eſt, niſi ex coaleſcentibus lineolis III, ut ſaepe accidit in hoc ſcripto. Sic lib. II cap. 7. *Aegina* editum fuit pro *Aegilia:* ſic ibidem edebatur *Iginium* pro *Igilium.* Immo inopinanter ſaepe & undecunque per vitium augeſcentibus, ut in noviſſimo illo *ini* increvit pro *ili*, interdum diminutis lib. III. cap. I. pro *Ullam* vel *Uliam* obtinuit *Uiam.* Sic vitio aut temeritati dari mihi nequit, ſi rear illud *m* ex tribus lineis male auctis ortum, quum duas tantum esſe debuisſe modo ſit futurum manifeſtum. In his autem variae lectionis ſcrupulis vel accuſare neſcio quos imperitos, ignorantes Adrumen & Hadrumentum esſe eandem, hanc quoque addidiſſe, & hoc praetextu integram illam *Hadrumentum* ejicere, aut concedere tandem gemina fuiſſe oppida idem nomen ſortita Abrotonum, ſi nihil aliud, varietatis & haerentis animi ſigna ſunt. Mirum eſt in his Pomponianis ſe exercuiſſe aliquem imperitum, & non etiam lib. II. cap. 7. ubi Graeca appellatione utitur Pomponius ſcribens *Acragas*, interveniſſe aliquem imperitum, qui adjecerit *Agrigentum.* Sed ut illic non intervenit, ita nec hoc loco, niſi fortasſis nuperrimus. Alia hic circumſpicienda. Videlicet ut in *Clupea* in MSS. coaluit prima littera in *d*, juncto malè ductu, ſic quoque factum in *adroma*, ubi ex *dr* ſi concinnes *ch*, (ubi vides ductus eosdem) quàm prope aberis ab *Acholla?* Ejus enim urbis vocabulum hic exoleviſſe opinor, & nihil ſupererit ſcrupuli. *Adrumetum*, (ſic enim malui ex MSS) *Leptis*, *Clupea*, *Acholla*, (vel *Achollas*, quae poſtrema littera manifeſtè habetur in MSS. quibusdam, & antiquis editis, ex quibus citat Hermolaus *abromachte phyre*, & ſic quoque dixerunt)

Ta-

metum, Leptis, [13] Clupea, [14] Acholla, Taphrure, [15] Neapolis, hinc ad [16] Syrtim adjacent, ut inter ignobilia celeberrimae. [17] Syrtis ſinus eſt [18] centum ferè milia paſſuum, quâ mare accipit,

*Taphryre.* Ab Appiano in *Punicis pag.* 95. junguntur Ἀδρυμητοῦ, Ἀχόλλας, Θάψου, (Ortelius Θαψῶ, ut Hannibalis turris inter Achollam & Thapſum fuiſſe ſcribit Livius lib. XXX.) Τρίτωνα καὶ Χάλκη: ſab Anonymo Ravennate *Adrimetum*, *Ruſpina*, *Lepti minus*, *Tapſum*, *Sublecte*, *Acola*, *Ruſpe*. Unde jam ſic edidi, deridens inanes impetus, quibus poſtea Voſſius hanc Achollam petivit. Sed dum de hac ipſa regione & earundem urbium vocabulis inſpicio accuratius, incido in eximium locum in *Periplo* ſub Scylacis nomine, in capite de Lotophagis, ubi haec ſunt verba: Ἀπὸ δὲ Θάψου τῆς μικρᾶς καὶ Ἀβροτόνου ἐστὶ κόλπος ἔσω, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶν ἡ μικρὰ Κερκινῖτις καλουμένη. In quibus verbis praeterquam quod Voſſii editio fruſtretur Lectorem damno vocis μέγας poſt vocem κόλπος, cum poſt editionem duorum inſignium hominum nihil ſani eſſe video; nec quicquam minus quàm ſanat ille qui pro Ἀβροτόνου corrigit Τριτωνίτης. Quae enim veritas eſt, poſt Thapſum minorem ponere Tritonites ſinum ac Syrtim minorem? Immo quae eſt illa minor Thapſus? Sed & quis Syrtin minorem vocavit Cerciniticam? Nihil his imperfectius. Lego: Ἀπὸ δὲ Θάψου Λέπτις μικρὰ καὶ Ἀδρύμης ἐστί. Κόλπος εἴσω Κερκινῖτις, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶν ἡ μικρὰ καλουμένη, πολύ, &c. *Poſt Thapſum Leptis parva & Adrymetum eſt. Intus ſinus Cercinites, in quo Syrtis eſt minor appellata.* Senſu apertiſſimo, & quem adfirmat omnis Geographiae Africanae notitia. Praeterea Adrymeti mentionem hoc loco fieri debere & ab Scylace factam eſſe apparet ſatis ex ſequenti pagina, in qua notat, quanti ſpatii ſit praeternavigatio Neapolin Adrymeto; id quod non ſolet facere, niſi praemiſſo loci utriusque ſitu. GRONOV.

13. *Clupea*] *Quippia* vulgo. OLIV.

14. *Abromachte phyre neapolis*] Scribendum, *Abrotonum*, *Taphrae*, *Neapolis*, ex Plinio, Strabone, ceteris. BARB.

15. *Neapolis*] Nunc *Mahometa*. OLIVAR.

16. *Syrtim*] *Syrtes* Luſitani vocant *Baxos de Barbaria*, alii *Banquos*. IDEM.

17. *Syrtis ſinus eſt centum ferè millia paſſuum, quà mare accipit, patens: trecenta quà cingitur*] Confirmatur haec lectio auctoritate Plinii, non impreſſi modò, ſed etiam ſcripti, lib. V. cap. 4. Ceterùm Strabo movet me, ut putem ſcribendum *ducenta quà cingitur*, non *trecenta*; ſcribens ultimo libro minorem Syrtin patere aditu LXXV. M. paſſ. ambitu CC. millia. Majoris Syrtis numerus adeò eſt apud eundem depravatus, ut curationem nullam recipiat plaga. PINTIAN.

18. *Centum ferè millia*] Minor Syrtis Plinio quoque C. M. paſſ. aditu, CCC. ambitu. Straboni verò lib. ult. aditu LXXV. ambitu CC. M. habere. Major verò DC. XXV. ambitu eidem Plinio & Marciano Capellae, aditu CCC. XIII. M. paſſ. diverſo à Mela numero. SCHOTT.

19. *Atros*

cipit, patens; trecenta, quâ cingit: verùm importuoſus atque [19] atrox & ob vadorum frequentium brevia, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis ac refluentis infeſtus. Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipſa Tritonis: unde & [20] Minervae cognomen inditum eſt, ut incolae arbitrantur, ibi genitae: faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quòd quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter ſe decertantium celebrant. Ultra eſt [21] Oea oppidum, & [22] Cinyps fluvius per uberrima arva decidens: tum Leptis altera, & Syrtis, nomine atque ingenio par priori: ceterùm altero ferè ſpatio quâ dehiſcit, quâque flexum agit, amplior. Ejus promontorium eſt [23] Borion, ab eoque incipiens ora, quam [24] Lotophagi tenuisſe di-

19. *Atrox*] Hinc *barbaras Syrtes* vocat Flaccus II. *Carm.* & *inhoſpita Syrtis litora* Lucanus, qui lib. IX. eas deſcribit, ut & Salluſtius *Jugurth.* ἀπὸ τȣ̃ σύρειν ab attrahendo dictae, quòd modò arenis congeſtis vadoſae, rurſum depulſis vi tempeſtatis in praeceps ſint profundae: qua varietate reciprocante infamis reddita ejus litoris ora. IDEM.

20. *Minervae cognomen*] Hinc *Tritonia Pallas*, apud Varronem lib. VI. *de L. Lat.* & Probum Gramm.

*Corpore Tartarino prognata palude virago*,

quomodo leg. Franc. Sanctius, utriusque Linguae apud Salmant. Profeſſor, putat, tametſi *Paluda* Virgo, Homero τριτογένεια eſt. SCHOTT.

21. *Oza oppidum*] Scribo, *Oea oppidum*, ex Plinii quinto libro. BARB.

*Oea oppidum*] Ptolemaeus *Eoam* profert trium ſyllabarum. Sed prior lectio verior. PINTIAN.

22. *Et Cinyphs*] Scribendum ſine ulla adſpiratione *Cinyps*, etiamſi in obliquis eam habeat. Nam Graecis nomina finita in *pſ.* in obliquis per *p.* efferuntur, praeter quaedam quae *b.* habent. Notatur hoc nomen *Cynyps*, quod in obliquis per *ph.* flectitur. Ita Technicus, Theodorus Prodromos & Moſchopulus, antiquisſimi & probatisſimi Grammatici. Herodotus quoque, Plinius, & Claudianus, *Cinyps* in recto, nec aliter proferunt. IDEM.

23. *Bryon*] Ita clarè legitur in MS. Chiſiano, ut propterea non dubitaverim illud recipere in contextum pro ficto *Borion*, etſi norim id exſtare in aliis, & non minus ficto Voſſiano Βρυῶν αἰγιαλόν. Ubi legit in Graecis libris Βρυῶν? Cur in Ptolemaeo malè ſcribitur Βρύων. GRON.

24. *Lotophagi*] Nunc *Los Chelbens*, OLIVAR. Diſcedit Mela & Plinius ab Homero X. *Odyſſ.* Strabone

dicuntur, usque ad [25] Phycunta (& id promontorium eſt) importuoſo litore pertinet. Arae ipſae nomen ex Philaenis fratribus traxere, [26] qui [27] contra Cyrenaïcos miſſi Carthagine ad dirimendum conditione bellum, diu jam de finibus, & cum magnis amborum cladibus geſtum; poſtquam in eo, quod convenerat, non manebatur, ut ubi legati concurrerant, certo tempore utrinque *dimiſſi*, ibi termini ſtatuerentur; [28] pacti *de integro*, ut quicquid citrà eſſet, popularibus ce-

bone ult. *Geogr.* & Herodoto [illegible], qui Lotophagos Syrtim minorem habuiſſe affirmant. Mox quidem legunt: *& ad promuntorium importuoſo litore pertinax*. SCHOTT.

25. *Phiconta* ] Scribendum *Phycunta*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

26. *Qui contra Cyrenaïcos* ] Locus iſte eſt mutilus: quaedam enim deſiderantur, ut ſit integra Pomponii lectio. Ubi enim eſt, *pacti de integro*, deeſt Pomponio pactum. Neſcies ex lectione Pomponiana, quid pacti fuerint, niſi ex Salluſtio addideris, ut vel illi quò fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione ſeſe quem in locum vellent proceſſuros. Philaeni, conditione probata (mirum & memoria digniſſimum facinus) hic ſe vivos obrui pertulerunt. OLIVAR.

*Qui contra Cyrenaïcos miſſi* ] Aldus *Cyrenicos*: ſcribo *Cyrenaeos*: nam à *Cyrene* gentile nomen *Cyrenaeus* delucitur. *Cyrenaïcus* poſſeſſorem ſignificat, auctore Stephano. Etſi non hoc ad obruſam ſervetur. PINTIAN.

27. *Contra Cyrenaïcos* ] Quum in Aldi editione *Cyrenicos* inveniret Pintianus, voluit pro eo legere *Cyrenaeos*. Id perperam factum pronuntiat Voſſius, quia ab Cyrene oppido ἐθνικὸν eſt *Cyrenaeus*. & à Cyrenaïca provincia nullum aliud poteſt gentilitium formari, quàm *Cyrenaïcus*. Quid igitur? an *Cyranenſis* non dicitur ab *Cyrene*? Item [illegible] apud Stephanum?. Id certè ἐθνικὸν elegit Salluſtius. Et utique hi ab oppido ipſo Cyrene profecti ſunt, ut alteri ab Carthagine. Quid igitur vult iſta Voſſiana diſtinctio? Porro non quaeritur, an ab Cyrenaïca provincia nequeat aliud gentilitium formari, ſed an Mela ſic ſcripſerit? Id videtur Aldus non ita ſtatuiſſe vel ſponte, vel ab codicibus antiquis inductus. Et id verum eſt. Non ita ſcripſit Mela; *ſed contra Cyrenaricos*, ut mox etiam *Cyrenaeica*. Sic enim ipſe vidi in MS. certè uno ex bonis. Id tam probum puto, quam eximius ille Mediceus in Tacito lib. 1. *Hiſtor.* cap. 10. legit *bellum Judeicum*. & cap. 76. *Judeicum excercitum*: quae opinor prorſus propriae Auctoris ſcripturae documenta. Mediolanenſis manifeſtè *Cyreneïcos* & *Cyreneïca*. GRONOV.

28. *Pacti de integro* ] Mancum locum credidit Olivarius Valentinus. Ego verò nihil deeſſe puto, cùm ex fide libri MS. tum habita ratione brevitatis Pomponianae, quae

cederet (mirum & memoria dignisſimum facinus!) hîc ſe vivos obrui pertulerunt.

quae illi cum Criſpo communis: qui de his verè laudis amatoribus eleganter *Jugurthino*, & Val. Maximus lib. v. cap. 6. SCHOTT.

## CAP. VIII.

## CYRENAICA.

INDE ad Catabathmon Cyrenaïca provincia eſt; in eaque ſunt, [1] Hammonis oraculum, [2] fidei inclytae: & [3] fons, quem Solis appellant: & [4] rupes quaedam Auſtro ſacra. Haec cùm hominum manu attingitur, ille immodicus exſurgit, areuasque quaſi maria agens, [5] ſic ſaevit, ut fluctibus. [6] Fons media nocte fervet; mox

1. *Ammonis oraculum*] Nunc *El Cancarron de Makoma.* OLIVAR. Magnam hîc divinitatis opinionem fuiſſe auctor Plutarch. *de Defectu Oraculorum*, & Herodotus *Euterpe*, ubi multa de oraculo Jovis Dodonaei: Ἄμμωνος χρηστήριον κελεῦσαι τὰς Λιβύας ποιέειν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Διός. Quod & Alexandrum conſuluisſe, eſſetne filius illius, narrat Diod. Sic. lib. XIII. SCHOTT.

2. *Fidei inclitae*] Concinnius fort. *fide inclitae*, vel *inclitum.* IDEM.

3. *Fons, quem Solis appellant*] De hoc in Plinio pluscula notavimus lib. v. quoniam duos fontes pro uno Pomponius accepisſe videbatur: meminit & libro ultimo Lucretius. BARB.

4. *Rupes Auſtro ſacra*] Plinius lib. II. cap. 45. *Quin & in Cyrenaica provincia rupes quaedam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro volvente arenas.* SCHOTT.

5. *Siccis ſaevit fluctibus*] Simile illud Martialis lib. IV. epig. 3.

*Qui ſiccis laſcivit aquis, & ab aethere ludit,*
*Suſpicor has pueri Caeſaris eſſe nives.*

GRONOV.

6. *Fons media nocte*] Hujus miraculi Auctores, Herodotus *Melpom.* Diodorus, Arrianus, Q. Curtius, Auguſtinus & Lucretius lib. VI. & Plinius lib. II. cap. 103. Solinus verò cap. 30. de fonte Solis diverſa: cap. 32. de fonte non diſſimili apud Garamantas. Poſt, lego, *atque ut illa procedit:* non ut vulgati, *illo.* SCHOTT.

7. Mox

[7] mox & paulatim tepeſcens, fit luce frigidus; tunc ut ſol ſurgit, ita ſubinde frigidior, per meridiem maximè riget: ſumit dein tepores iterum: & prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior, rurſus cùm eſt media, perſervet. [8] In litore promontoria ſunt Zephyrion & Nauſtathmos, [9] portus Paraetonius, urbes

7. *Mox & paulatim tepeſcens*] In MS vidi *& perpaulatim*, quod etſi Voſſius ſcribat ſe non probare, quia *perpaulum* & *perparum* Latinum eſt, illud verò non item, qui probabit: quae definitio vel terminus apponendae huic particulae ſtatuetur? Duntaxat & ordo loquendi ſuaviter ſic procedit, & ego ut Pomponii proprium aſſerere non dubito: quum in hoc etiam gradus eſſe, & aliquid minus lenti procedens quàm *paulatim* doceant Hebraei, apud quos *paulatim paulatim* Exod. 23. 30. Paſſim etiam haec compoſita amat, ut oſtendunt illa *pernoxius*, *pernobilis*, *percelebris*, *perviridis*, *perſaeva*, *pergrandis*. Immo nec temere lib. III. cap. 1. MS. Gudianus *tantis permeatibus*, ubi vulgo *meatibus*. GRONOV.

8. *In litore promontoria ſunt Zephyrium, & Nauſtathmos portus Paraetonius. Urbis Heſperia* &c.] Corrupta omnia, & inverſa, vel potius everſa. Legendum arbitror, *In litore promontoria ſunt Zephyrium & Cataeonion. Nauſtathmos portus. Urbes Heſperia*, &c. Ante omnia *Paraetonium* nullo modo tolerari poteſt: quia Cyrenaïcae, quae hic deſcribitur à Mela, finis eſt Catabathmos, ut ſtatim ipſe ſubjicit, & Plinius ſcribit *lib. v.* Catabathmos porro totam claudit Africam, & aperit vel Aegyptum ſecundum ipſum, vel Maraeotin Libyam conterminam Aegypto, cujus finis eſt Paraetonium, ut tradit Plinius libro quinto. Ergo cùm antedictae Cyrenaïcae civitates ſint intra Catabathmon, *Paraetonium* autem ſit ultra Catabathmon octoginta millia paſſuum Plinio, & in Mareotide Libya, ſive Marmarica, ut Ptolemaeus appellat, non in Cyrenaïca, conſequitur nullo hic modo legi poſſe *Paraetonium*. Probabilior lectio *Cataeonion*, quod eſt promontorium circa Catabathmon, Cyrenaïcae Pomponio, Marmaricae Ptolemaeo. *Nauſtathmos* autem portus eſt Ptolemaeo & Straboni: ſed neutra terminatione *Nauſtathmon*. Praeterea *Heſperiam* urbem Ptolemaeus; & Ammianus Marcellinus *Heſperidas* nominant; Plinius *Heſperidum*, Stephanus *Heſperidem*, quae poſtea dicta ſit *Berenice*. PINTIAN.

9. *Portus Paraetonius*] Equidem in ea ſum ſententia, ut nihil temerè in Auctoribus antiquis mutandum cenſeam: malo enim in eam partem peccare, quod timidè nimis, modò religioſe, Auctores tractem; quam ut audaculus vel temerarius audiam. Strabone igitur auctore lib. XVII. *Paraetonius* retineatur: ſic enim ait: *πόλις ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τεσσαράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτόνιον, τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν.* *Nauſtathmon* verò neutro gen. potius leg. facilè largiar Pintiano. Ubis Paraetonii meminit & Oroſius lib. I. cap. II. ubi in Aethico, unde exſcripſit, *Parthenius*, ſemper legitur. Adda[m]

bes [10] Heſperia, [11] Apollonia, [12] Ptolemaïs, [13] Arſinoë, atque (unde terris nomen eſt) ipſa [14] Cyrene. Catabathmos [15] vallis devexa in Aegyptum, finit Africam. Orae ſic habitantur, ad noſtrum maximè ritum moratis cultoribus, niſi quòd quidam linguis differunt, & [16] cultu Deûm, quos pàtrios ſervant, ac patrio more venerantur. [17] Proximis nullae quidem urbes ſtant, [18] tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur. Victus aſper, & mundi-

di-

dam illud *Paraetonius*, cum diphthongo ſcrib. Graeca conſuetudine. SCHOTT.

*Portus Paraetonius. Urbes* &c.] Cum Schotto aliisque Voſſius putavit ita puncti nota diſtinguendum poſt ſecundam vocem, quod ego non magis illic ponendum judicans, quàm poſt τὸ *Nauſtathmos*, delevi, & ſubſtitui, quod fuit Melae. GRONOV.

10. *Heſperia*] Nunc *Bernic.* OLIVAR.

11. *Apollonia*] Nunc *Bonadria.* IDEM.

12. *Ptolemaïs*] *Tolomita* nunc. IDEM.

13. *Arſinoe*] Hodie *Trochara.* IDEM.

14. *Cyrene*] *Cornena* vulgo. IDEM.

15. *Vallis deflexa in Aegyptum.*] Usque ad Aegyptum, ita ut nihil contineat Aegypti: nam ex ſententia Melae Aegyptus Aſiae pars eſt. IDEM.

16. *Cultu Deorum*] In MS. legi *Deûm:* qui quoniam mos eſt Pomponii, debuerat ſine mora exprimi. Sic enim lib. I. cap 9. *tricenûm pedum.* lib. II. cap. 7. *duûm millium ſpatium.* Idque nunc ſequutus ſui, nihil impeditus ſenio Voſſii. GRONOV.

17. *Proximis nullae quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur*] Scribo; *Proximis nullae quidem urbes, ſtata tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur*, ut haec ſit differentia inter *proximos orae*, & *interiores.* Illos mapalia habere ſtata videlicet domicilia; hos ſequentes pecora, ut à pabulo abducta ſunt, ita ſe, ac tuguria ſua promovere, ut paulò pòſt ſequitur. Sic lib. II. de Nomadibus: *Vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur, atque ut illa pecori durant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* Et lib. III. de Sarmatis: *Non ſe urbibus tenet, & ne ſtatis quidem ſedibus, ut invitavere pabula; ut cedens & ſequens hoſtis exigit, ita res opeſque ſecum trahens.* PINTIAN.

18. *Stata domicilia*] Quae ſolo non haereant; nec fundamenta jacta habeant: mox enim, *ut a pabulo ducta ſunt, ſe ac tuguria ſua promovent.* & infrà lib. II. cap. I. *Vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur, atque ut illa pecori durant, ita diu ſtatam ſedem agunt:* & de Sarmatis lib. III. Sic *ſtatus dies cum hoſte*, Ciceroni lib. I. *Offic.* Plauto *Curcul.* & Feſto. *Statarius miles* Livio: *Stata forma* Ennio apud Agell. lib. V. cap. II. De mapalibus Servius in lib. I. *Aeneid.* & Fl. Soſipater lib. *Gramm. Inſtitut.* I. SCHOTT.

19. *Quia*

ditiis carens. Primores ſagis velantur; vulgus beſtiarum pecudumque pellibus. Humi quies epulaeque capiuntur. Vaſa ligno fiunt aut cortice. Potus eſt lac, ſuccusque baccarum. Cibus eſt caro, plurimùm ferina: nam gregibus [19] (quia id ſolum opimum eſt) quod poteſt parcitur. Interiores etiam incultiùs, ſequuntur vagi pecora: utque à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promovent: atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt. [20] Quanquam in familias pasſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant: tamen, quia ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nusquam pauci. Ex his qui ultra deſerta esſe memorantur, [21] Atlantes ſolem exſecrantur [22] & dum oritur, & dum occidit, ut ipſis agrisque peſtiferum. Nomina ſinguli non habent: non veſcuntur animalibus: neque illis in quiete [23] qualia ceteris mortalibus viſere datur. Trogody-

19. *Quia id ſolum optimum eſt*] Convenientior lectio, *opimum eſt*. PINTIAN.

20 *Quanquam in familias pasſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant, tamen quod ſingulis*, &c] Legendum diverſa diſpunctione, & *diſperſis*, non *diſperſi*; hoc modo: *Quanquam in familias pasſim & ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen*, &c. IDEM.

*Quanquam in familias pasſim* &c.] Melius, *Quique*, ex compendiis litterarum natum mendum. SCHOTT.

21. *Atlantes ſolem exſecrantur & dum oritur & dum occidit*] Scribo, *Atlantes ſolem exſecrantur dum oritur*: reliqua redundant, ex Herodoto, Diodoro & Stobaeo titulo de *Legibus* & *Moribus*. In quo etiam vitioſè *Apharantes* pro *Atlantes* ſcriptum invenias. IDEM.

22. *Et dum oritur, & dum occidit*] Cogor, velim nolim, vi veritatis Pintiano repugnare: nihil enim delendum; ex Plinio lib. v. cap. 8. *Atlantes*, inquit, *degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus: nam neque nominum ullorum inter eos appellatio eſt, & Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agrisque*. & Solino cap. 34. *Diris Solis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur*: & Herodotus ipſe, Valla interprete, dubiè loquitur, Solem transſcendentem. SCHOTT.

23. *Qualia ceteris mortalibus*] Somnia ſecundum quietem non videre Atlantes Herod. Plinius. & Solinus. Talia de Cleone Dauliensi, & Thraſymede Heracensi

dytae, nullarum opum domini, [24] ſtrident magis quàm loquuntur, [25] ſpecus ſubeunt, alunturque ſerpentibus. [26] Apud Garamantas etiam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur; nam pronis directa in humum cornua officiunt. Nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parenti-

Plutarch. *de Defectu Oracul.* in fine. Idem.

24. *Strident magis* ] Veſpertilionum more. Herod. *Melpomene*, unde totus hic locus à Pintiano feliciter reſtitutus eſt: adde & Plinium lib. xi. cap. 38. initio, ubi de Troglodytis; & lib. v. cap. 7. qui locus etiam mendoſus, ab eodem emendatus. Idem.

25. *Specus ſubeunt* ] Hinc *Troglodytae* dicti, quaſi cavernas ſubeuntes. In membranis antiquis *Trogodytas* ferè ſcriptum reperias, & apud Strabonem perpetuò; quam ſcripturam & Heſychius Alexandrinus agnoſcit, qui τρώγας non ſecus atque τρώγλας, *foramina* interpretatur. Utrumque igitur teneatur. Idem.

26. *Apud Garamantes etiam armenta ſunt, ea quae obliqua cervice paſcuntur* ] Hoc *Troglodytis* congruit, de quibus ſtatim ante diſſeruit, non *Garamantibus*. Nihilominus ſunt & *Garamantibus* ſua armenta, quae tamen non obliqua cervice paſcuntur, ſed retro ambulantia, ob eandem cauſam, quam hic exponit Mela. Quorum utrumque à Plinio traditur, illud lib. xi. cap. 37. hoc lib. viii. cap. 24. de bubus. Certumque habeo, utrumque etiam à Mela memoriae proditum eſſe, ſi ejus opus integrum, non fragmentum ad tempora noſtra deſcendiſſet. Multa enim verba plurimis in locis deſiderantur, quod liquebit ſingula diligentius rimanti, & cum aliis Auctoribus, Graecis praeſertim, conferenti. Praeterea quod ſubjungit, nulli Garamantum eſſe certam uxorem, & ex his, qui tam confuſo coitu naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſci, falſum eſt: *Auſenſibus* enim hoc tribuit Herodotus, non *Garamantibus*. Quam ob rem non ſit mihi fraudi, ſi interdum in rebus, tanto vetuſtatis ſitu obrutis, audaculus fuero. Compluſculos itaque hos verſus commuto, reſarcio, legoque ad hunc modum: *Troglodytae nullarum opum domini ſtrident magis quam loquuntur. Specus ſubeunt, alunturque ſerpentibus. Armenta habent, quae obliqua cervice paſcuntur; nam pronis directa in humum cornua officiunt. Apud Garamantas etiam armenta ſunt quae retro ambulantia paſcuntur. Apud Auſenſes nulli certa uxor*, &c. Herodotus in *Melpomene* de Auſenſibus: *Iidem*, inquit, *promiſcuè cum mulieribus non unà habitantes, ſed pecudum more concumbunt. Ubi apud mulierem puer robuſtus factus eſt, apud quem virum habitare ſuſtinet (nam tertio quoque menſe viri conveniunt) ejus filius cenſetur.* Sic Laurentius convertit, haud ſanè rectè. Debuit enim vertere non, *apud quem virum habitare ſuſtinet*, ſed *cui viro ſimilis eſt*: Graecè enim eſt *cui venerit*, hoc eſt, *cui ſimilis extiterit.* De cetero, etſi de Troglodytis Mela dicat ſerpentibus ali, paſtoralem tamen eos vitam agere, dimicare pro paſcuis, & oves habere, mulctarique ove, qui cum

Regi-

rentium coitu paſſim incertique naſcuntur, [27] quos pro ſuis colant, formae ſimilitudine agnoſcunt. [28] Augilae Manes tantùm Deos putant; per eos dejerant; eos ut oracula conſulunt; precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. Feminis eorum ſolemne eſt, nocte

Regina concubuerit, Strabo prodit. PINTIAN.

*Apud Garamantes* ] Sic edit Voſſius. ſic citat tanquam in aliis editionibus legeretur, ſic ipſe etiam refingens Melam proponit, & tamen non ſuis non-obſervationibus dicit *his ſubjungit Garamantas*. Quam indigna varietas? Scias tu, Lector, in editionibus Philippi Juntae, Schotti & Sanctii pluriumque, Pintianum in ſua Caſtigatione, etſi non in citatione, habere *Garamantas*, quod quum legerim quoque in MSS. repoſui. GRONOV.

27. *Quos pro ſuis colant* ] Caſtigo, *quos pro ſuis alant*. Parentum enim eſt, alere filios, filiorum, colere parentes. PINTIAN. Melius *alant*, coaleſcentibus duabus litteris. SCHOTT. *Alant* Pintianus repoſuit. Plinius tamen ſervos *benè cultos* lib. XVIII. ex Catone dixit, pro, benè habitos, aliique. IDEM.

28. *Augilae Manes tantum Deos putant*, &c. ] Aut ego erro, aut noſter Mela hic etiam errat, & quidem ita manifeſtè, ut nulla eum advocatione defendi poſſe putem. Error tamen eſt memoriae, ideoque ignoſcendus. Porro ſi ſemel Melam erraſſe conſtiterit, eodem errore tenebitur Triumviratus ille Plinii, Solini, Marciani. Duo enim poſteriores è Plinio hoc mutuati, Plinius è Pomponio, ut veriſſima ſit ſententia illa lib. III. *Naturalis Hiſtor. Haud alium eſſe fidei pronioreum lapſum, quam ubi falſae rei gravis auctor exiſtit.* Sed diſpiciamus prius, an vera prodiderit Pomponius. Nam ejus cauſa diligenter excuſſa, idem jus erit ceterorum. Subtexam autem Herodoti verba, à quo Pomponius feneratus videtur. Ea ſunt ex *Melpomene* ad hunc maximè modum: *Auſchyſarum, quod ad occidentem vergit contingunt Naſamones, grandis natio, qui ſub aeſtatem relictis ad mare pecoribus conſcendunt ad locum Augila, decerptum palmulas. Nam palmae illic & permultae ſunt & ſpatioſae & fructiferae omnes: ex quibus ubi palmulas praematuras decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes, maturè faciunt, deinde lacte maceratas ſorbillant.* Ex his Herodoti verbis planum fit, diverſos eſſe *Naſamonas* ab *Augilis*, & adſcendere ſolitos Naſamonas ad urbem in mediterraneo Augila, ad decerpendas tantum palmulas. De eiſdem rurſus Naſamonibus Herodotus: *Naſamonibus*, inquit, *mos eſt cùm quis primùm duxit uxorem, prima nocte ut ſponſa ſingulos convivas obeat veneris gratia, & ut quisquis cum ea concubuit, donum det illi, quod ſecum habet domo allatum. Jurejurando ac divinatione tali utuntur. Per eos viros, qui juſtisſimi atque optimi apud illos fuisſe dicuntur, jurant, illorum ſepulcra tangentes. Divinant ad ſuorum accedentes monumenta, & illic, ubi preces peregerint, indormiunt: ubi quodcunque per quietem inſomnium viderunt, eo utuntur.* Haec Herodotus: quae omnia, ut pa-

nocte qua nubunt, omnium ſtupro patêre, qui cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuisſe, maximum decus; in reliquum pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari: nec vitare ſciunt tela, nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum, quàm quibus idem ingenii eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur. Blemyis capita abſunt; vultus in pectore eſt: [29] Satyris,

tet, Mela compilavit: ſed quod Herodotus de *Naſamonibus* ſcripſit, Mela *Augilis* dedit, lapſu videlicet, ut dixi, memoriae: nam cùm legisſet in Herodoto Naſamonas adſcendere ſolitos ad Augilas, quod Naſamonum erat, tranſtulit ad Augilas, Naſamonum conterminos. Ad haec *Naſamonas* esſe non *Augilas* qui Manes tantùm Deos colant, Dionyſius Byzantinus confirmat: qui Romanorum armis deletos tradit Naſamonas, quòd Jovi nullam reverentiam cultumque impertirent. Illud non praeterierim, in exemplaribus Herodoti formis excuſis *Aegila* ſemper legi pro *Augila*, teſtante id etiam Stephano, qui notat eam dictionem neutralis esſe generis, & *Augilitas*, ut dixi, populos non *Augilas* nominat. Sed *Augilarum*, &, qui ſtatim ſequuntur, *Gamphaſantum* vicinitas admonet, ne graver alterum etiam errorem notare duorum in litteris clarorum hominum. Quorum alter eſt Stephanus celeber inter Graecos urbium ſcriptor, qui mendoſum Herodoti exemplar nactus pro *Gamphaſantes*, *Garamantes* ſcripſit, aitque Garamantas cunctorum hominum occurſum effugere, nullumque admittere commercium; quod falſum eſt. *Gamphaſantum* enim hoc eſt, non *Garamantum*. Alter eſt Laurentius Vallenſis optimè de Romano ſermone meritus, nunquamque ſine honoris praefatione nominandus, qui in tralatione Herodoti in eundem incidit errorem, *Garamantas*, ut in corrupto invenit exemplari, pro *Gamphaſantas* reddens. Nam ſi *Garamantes*, ut ipſe vertit, omnium hominum commercium adſpectumque refugiebant, nihil bellicae armaturae habentes, ac ne defendere quidem ſeſe audentes, quomodo Plinius tradit *Garama* clariſſimum eſſe oppidum *Garamantum*, omniaque Romanis armis ſuperata & à Cornelio Balbo triumphata; & cur Silius in lib. III. inter ceteras gentes exercitus Annibalis *Garamantas* commmemorat. Quin & Herodotus non multo poſt *Garamantas* gentem eſſe ait inſigniter magnam: quod ſine occurſu & commercio hominum, qua ratione fieri potuerit, non video. Pintian.

29. *Satyris praeter effigiem*] Plinius haec omnia ad verbum in ſuum corpus *Naturalis Hiſt.* tranſtulit lib. V. cap. 8. De Satyris & Nicandri Scholiaſtes in *Alexipharmaca*. Lucianus in *Deorum concione*. Vide Turnebum lib. XVIII. *Adverſar.* cap. 8. Schott.

30. *Ae-*

ris, praeter effigiem, nihil humani. [30] Aegipanum quae celebratur, ea forma eſt. Haec de Africa.

30. *Aegipanum* ] Multus eſt Voſſius in exſerendo, quantam varietatem horum monſtrorum didicerit, adeo ut denique acceſſerit ad Deum Chriſtianorum à Tertulliano pronunciatum *Apolog.* cap. 16. poſtquam is deſcriptus erat *auribus aſininis, altero pede ungulatus librum geſtans & togatus.* Haec quum ſint Tertulliani verba, apparet nihil fuiſſe porcinum. Attamen Voſſius tacente licet Tertulliano & vocabulum praebente, cujus nulla pars ad porcum potuit pertinere, ſcribit fuiſſe *Onochoiriten*, tanquam ex aſino & porco compoſitum monſtrum; nec tamen quae pars aliquid aſininum traxerit, ſignificat. Atqui Tertullianus indicat vocabulum fuiſſe confictum ad res, quae adfictae erant ſimulacro. Unde patet ex variis lectionibus, quas collegit etiam Crojus in fine conjecturarum, ſcripſiſſe Auctorem *Onychotes*, in qua voce & aures aſininae, & ungula pedis manifeſtè exprimitur. GRONOV.

# CAP. IX.

## *Particularis ASIAE deſcriptio.*

## AEGYPTUS.

ASIAE prima pars Aegyptus [1] inter Catabathmon & Arabas, ab hoc litore penitus immiſſa, donec Aethiopiam [2] dorſo contingat, ad meridiem refugit. [3] Terra expers imbrium, mirè

1. *Inter Catabathmon & Arabas*] Hoc eſt, inter finem Catabathmi & Arabas: nam eſt magnus Tractus à principio Catabathmi usque ad finem verſus Aegyptum. OLIVAR.

2. *Dorſo* ] Propterea vocatur Aethiopia ſub Aegypto. IDEM.

3. *Terra expers imbrium* ] Hinc eam Nilus inundatione ſua irrigat. De Nili nomine Theocriti interpres Εἰδυλ. ζ. Servius in IV. *Georg.* & Heliodorus *Aethiopicae Hiſt.* λόγῳ θ'. νῦν ἰνδὸν δι' ἔτους ὑπεργέοντα, καὶ Νεῖλον ὑπερβολὴν ὀνομαζόμενον. Sic & Euſtathius in *Dionyſium* Περιηγητήν. Uterque etiam in Nili nomine dierum anni numerum myſterio quodam contineri ſagaciter obſervavit: κατὰ δύναμιν τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων ποσούμενον, τὸν τῶν

mirè tamen fertilis, & hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit, amnium in Noſtrum mare permeantium maximus. Hic ex deſertis [4] Africae misſus, nec ſtatim navigari facilis, nec ſtatim Nilus eſt: & cùm diu ſimplex ſaevusque deſcendit, [5] circa [6] Meroën latè patentem inſulam in Aethiopiam diffunditur, [7] alteraque parte Aſtaboras, altera Aſtape dictus eſt. [8] Ubi rurſus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper, partim navigia patiens, [9] in immanem lacum devenit: ex quo praecipiti impetu egresſus, & [10] Tachempſo alteram inſulam amplexus [11] usque ad Elephantinem

[illegible]. De his alibi. Schott.

4. *Africae misſus*] Lege *emisſus*. Et ſtatim: *Sed cum diu ſimplex*. Idem.

5. *Circa Meroën*] Dividitur. Olivar.

6. *Meroën latè patentem*] Eadem Plinius lib. v. cap. 9. & 10. & Solinus cap. 35. qui dexterum alveum *Aſtuſapen* appellant. Straboni Ἀστάπους vel Ἀστασόβας initio lib. xvii. *Aſtupen* vero ab Aethiopiae incolis Nilum vocari, ut inf. lib. iii. cap. 3. *Nuluch* nuncupatum. Legendus & Aethicus, ubi de Aſia provincia. Pòſt paulo *Elephantidem urbem*, vitioſè quidam excuderunt. Schott.

7. *Altera ex parte Aſtabores, altera Aſtape*] Scribendum *Aſtaboras* & *Aſtapus*, ex Plinio, Strabone, ceteris. Barbarus.

*Alteraque ex parte*] MSS. tres, *alteraque parte*. lib. i. cap. 17. *promuntorium, quod altera parte alium ſinum efficit*. lib. i. cap. 19. *Montes altera parte in Euxinum obverſi*. Gronov.

8. *Ubi rurſus coit*] Poſt Meroën inſulam: tunc vocatur Nilus. Oliv.

9. *In immanem lacum*] Quem videtur ſignificare nummus Hadriani iſte inter Crojanos Tab. xxxix. N. 7. ubi & Hippopota-




mus & Crocodilus. Gronov.

10. *Talenſo alteram inſulam amplexus ad Elephantidem*] Scribendum, *Tachempſo*, & *Elephantidem*, ex Herodoto, Strabone, Plinio. Barbarus.

11. *Usque ad Elephantidem urbem Aegyptiam*] Scribendum *Elephantinem*, non *Elephantidem*: neque enim univerſa in Aegypto aut regio

ſem urbem Aegyptiam [12] atrox adhuc fervensque decurrit. Tum demum placidior, & [13] jam benè navigabilis, primùm juxta Cercaſorum oppidum triplex eſſe incipit. Deinde [14] iterum ite-

regio eſt aut urbs, quae *Elephantis* appelletur. *Elephantines* autem urbis & inſulae Aegypti omnes, & dii, & homines meminere. Ut erret vir doctus & multae lectionis Hermolaus, qui in Plinio, & aliis Latinis Auctoribus mendis ſcatentibus *Elephantidem*, ut veram legitimamque lectionem agnoſcat. PINTIAN.

12. *Atrox fervensque decurrit*] Efficitque *Catadupa*, ſeu *Cataractas*, ubi ex altiſſimis montibus Nilus praecipitatur: & gens ea, quae illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret. Cicero VI. *de Republ.* SCHOTT.

13. *Jam penè navigabilis*] An hae voces non eundem ferè, immo eundem planè ſenſum habent, quem praecedentes, *partim aſper, partim navigia patiens?* Hanc enim deſcriptionem admittens fluvius penè eſt navigabilis. Sed mittamus haec. An Pomponius adeo fuit attentus ad notandum, ubi non poſſit navigari, quam remiſſus & negligens in obſervando loco, ubi poteſt commodè navigari? Non patitur hoc ſedulitas Pomponii, & eſt putidus lapſus editorum. In duobus enim MSS., quibus tertius accedit Mediolanenſis, extare ſcio *jam benè navigabilis*, quod tam verum eſt, quàm falſum alterum, quod quidem falſiſſimum. Immo haud dubiè ſic legit Plinius & hunc locum reſpicit ſcribens lib. V. cap. 9. *navigationis Aegyptiae finem.* Sed & natura deſcriptionis fluviorum & ipſius noſtri Auctoris hanc emendationem expoſcit: nam planè ſic procedit in Garumna lib. III. cap. 2. quem quum dixerat à fonte diu vadoſum & vix navigabilem, poſtea ait non navigia modò tolerantem, ſed & majora. GRONOV.

14. *Iterum iterumque diviſus, ad Deltae acumen it per omnem &c.*] Placet vobis, viri docti, haec iners Voſſii procacia, ſimul in Salmaſio, ſimul in Pomponio? Quid ſi probemus, an Nilus ad Deltae acumen poteſt dici ire per omnem Aegyptum? an non ad Cercaſorum jam incepit id facere? an ad Deltae acumen in plures quam tres alveos poteſt ſcindi, aut ſcinditur? ubi autem poteſt dici iterum iterumque diviſus? utrum ad illud ipſum acumen? an ad aliud quid? Abſit ut mihi haec placeant: idque jam in Praefatione praecedentis editionis tetigi: & non auſus fuit Voſſius ad hoc acumen ultra accedere, ſolum iſtud effugiens, ut videatur ab ipſo mox iſtud acumen fuiſſe faſtiditum. Imo ſicut ſupra Cercaſorum oppidum deſignavit, ubi prima diviſio fieret; ſic eripi mihi nequit, nunc quoque duo loca indicata fuiſſe ab Auctore, ad quae fieret tum ſecunda, tum tertia diviſio. Id evincit illa conſtans omnium codicum lectio *ad Delta & ad Melin*, ut quidem adſeverat Voſſius: ſed in duobus ſcio eſſe *Deltam.* In Mediolan. *ad Deltam & ad Melyn.* Id evincit continuus mos Melae. Sic lib. III. cap. I. dicit: *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens extenditur.* Sic enim illic diſtinguo deſerens Voſſium. Ait reductam iterum eſſe, nempe poſt flexum priorem: reductam verò innuit

 circa

iterumque diviſus [15] ad Deltam & ad Melin, it

per

circa Ebora, ubi portum ſtatuit, quî plerumque ſolet in ſinu eſſe: iterum verò jacet recto margine circa turrim Auguſti. Suprà hoc libro cap. 2. *Ab eo obliquat iterum ad Boſporum: iterum iterumque ad Ponticum latus curva.* Sic enim habere codices meliores indicat Voſſius. Unde ejus memor in capite poſtremo hujus libri poſt Trapezunta notat angulum fieri: deinde circa Cygnum eſſe primum flexum curvi litoris. Quod utinam facere potuiſſet etiam lib. III. cap. 2. ubi Rhenus Flevonem inſulam amplexus dicitur *fieri iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.* Verùm Voſſius quaſi ludere Pomponium in hac iteratione ſtatuit: perinde ac Martiali dicitur Paulinus *thermis, iterumque iterumque lavari*, lib. II. *epigr.* 14. *Melis* etſi in reliqua vetere Geographia ſit ignotum vocabulum, non eſt utique ſolum: ſunt alia ejusdem fati. Debent autem annotari tres praecipuae Nili diviſiones, ut ſit ab Herodoto, ſic à Mela. Harum prima ſit ad Cercaſorum oppidum; deinde quum ὡς τὸ ὀξὺ τῦ Δέλτα ἀπικνέεται, τὸ ἀπὸ τέτε σχίζει τὸ Δέλτα μέσον, & ſimul facit ἕτερα διφασία στόματα: ſequuntur adhuc δύο στόματα ὐκ ἰθαγενέα, ἀλλ᾽ ὀρυκτά, Bolbitinum & Bucolicum. Haec noxa eſt, quod Herodotus non nominarit locum, unde illa incipiant. Pomponius ergo noſter aliunde ſignavit urbem *Melin*; unde iſtae foſſiones progreſſae ſint. Id retineo nomen, non cum Pintiano *Memphin* ſubſtituens, quae ibi non eſt; ſed ad principium Deltae, teſte Diodoro Siculo lib. I. pag. 46. IDEM.

15. *Ad Deltam & ad Melin* ] Scribendum *ad Delta & ad Metilin*, ex Plinio ac Stephano, qui ait, urbem Metilin Alexandriae non procul eſſe, *Bechin* modò nominatam, id eſt, Βίχιν, unde *Metilites nomos.* BARBARUS.

*Deinde ſemel iterumque diviſus ad Delta & Metelin* ] Legendum quidem erat *Metêlin* penultima producta, non *Metelin:* ea hic civitas redderetur, quam idem putat Hermolaus, à qua *Metilites nomos* ſeu *praefectura* Ptolemaeo, Stephano, Plinio. Sed cùm ante Hermolaum *Melin* corruptè legeretur, ipſe pro *Melin*, *Metelin* ſubſtituit, nulla neque auctoritate, neque, ut ego puto, ratione. Re igitur diligentiore cura animadverſa, puto legendum, *à Delta & Memphi*, hoc eſt, poſt Delta & Memphin: nam Mela, ut ipſe inter initia teſtatus eſt, clariſſima quaeque loco conſectatur. *Memphis* autem, teſte Marcellino lib XXVII. magna fuit urbs; & Strabo lib. XVII. magnam populoſamque fuiſſe affirmat, & ſecundam poſt Alexandriam, regiamque Aegyptiorum, adſtipulante etiam Plinio. Ceterùm tria haec loca à Mela hic memorata, *Cercaſorus*, *Delta*, & *Memphis*, propinqua ſibi mutuo fuere, Herodoto auctore in *Euterpe.* Plinius quoque *Memphin* urbem prope Delta fuiſſe his verbis monſtrat: *Arſinoitae* inquit, (*duo hi ſunt*) *& Memphitae usque ad ſuum Delta perveniunt*, Confirmat hoc ipſum Diodorus lib. II. Memphin aſſerens circa Delta conditam eſſe. Quin & Strabo Memphin à Delta tribus ſchoenis abeſſe ſcribit. *Schoenus* autem, ut hoc quoque in tranſitu & paucis notetur, 40. ſtadia agit Straboni in undecimo, Herodoto 40. Plinio 30. Diviſio autem *Nili*, quoniam res videtur digna cognitu, nec longa eſt fabula, aut à propoſito aliena, ſic ſe habet. A Catadupis usque ad *Cercaſorum*, uno tantum alveo pervenit-

venit-

per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus: ſeptemque in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis, evolvitur. Non pererrat autem tantùm eam, ſed [16] aeſtivo ſidere exundans etiam irri-

venit. Deinceps tripartitus fit alveus, quorum qui tendit Auroram *Peluſiacum*: alter qui ad Veſperam *Canopicum* oſtium dicitur. Tertius quo rectà Nilus meat delatus per ſuperiora, in acutum Deltae proficiſcitur: debinc medium Delta ſcindens, in mare evadit, & *SebennITICUM* nominatur. A quo duo alia dividuntur oſtia, quorum alterum Saiticum, alterum vocatur *Mendeſium*: nam quae *Bolbitinum* & *Bucolicon* nominantur, non ſunt nativa oſtia, ſed defoſſa. Haec ex Herodoto in *Euterpe* fere ad verbum. Ex quibus patet ad Cercaſorum primam Nili diviſionem fieri in ipſo Deltae acumine. Deinceps relicto à tergo *Delta* & clariſſima urbe Memphi, quae abeſt à Delta xx. M. paſſuum, fit ſecunda, poſtremò tertia. Nam ſi *ad Delta* legatur, ut vult Hermolaus, ſequeretur illud abſurdum, ad Delta fieri primam, ſecundam & tertiam Nili partitionem. Locus enim ille acutus apud *Cercaſorum*, unde prima partitione triplex fieri Nilus incipit, Delta propriè vocatur. Si igitur prima partitio ad Delta fit deinde ſemel iterumque, ut Pomponius ait, ad Delta dividitur, ergo omnes tres partitiones fiunt ad Delta; quod rationi & communi ſenſui repugnat. PINTIAN. Quid nos in intellectu hujus loci ſenſerimus, in promptu eſt legere in Scholiis noſtris. Poſtea conjectationem illam inivimus, num verior ſit lectio: *Deinde ſemel iterumque diviſus, ac Delta medium ſcindens, it per omnem Aegyptum* &c. ut *Delta* hic ſignificet, non acutum Deltae, ſed totam litterae aream, quae propriè vocatur Aegyptus, ſpatiumque incluſum intra duos alveos, *Canopicum* & *Peluſiacum*. Ita Pomponius minus à ſuo Herodoto ſubmotus erit: Cujus verba, ut dixi, ſunt: *Tertius, quo rectà Nilus meat, delatus per ſuperiora in acutum Deltae proficiſcitur. Dehinc medium Delta ſcindens in mare evadit.* Quod ſi verborum ordinem mutari permitteretur, optimè omnium legeretur hoc pacto: *Deinde ſemel iterumque diviſus, it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus, ac Delta medium, ſeptemque in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis evolvitur.* Scio pleroſque, qui ſemel praeſumpſerunt exſtare Pomponium, miraturos hanc meam in novanda immutandaque Melae lectione audaciam, temeritatemve: ſed ſi hanc falsò conceptam opinionem exuant, cogitentque vix ad nos tanti Auctoris umbram perveniſſe; laudabunt, puto, voluntatem hanc meam, qui quocumque famae diſpendio conor pulcherrimum Auctorem, ſi non in integrum (hoc enim deſperandum eſt) ad figuram tamen aliquam priſtini candoris, aut tramam figurae, ut Perſius ait, reducere. IDEM

*Ad Delta & Metilin*] A gloſſa eſt, ideo delendum. SCHOTT.

16. *Aeſtivo ſidere exundans*] Proprium hoc Nilo, cum flumina omnia fervore & ſiccitate exareſcant: niſi quod *Inopo*, inſulae Deli fluvio, idem accidere compertum. auctor Plinius lib. II. cap. 103. & Callimachus in *Hymno Deli*. Hinc Lycophron ex Nilo originem trahere putat. Tigrim quo-

irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut praeter id quod ſcatet piſcibus, quòd Hippopotamos Crocodiloſque, vaſtas belluas, gignit, [17] glebis etiam infundat animas, ex ipſaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifeſtum eſt, quòd, ubi ſedavit diluvia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos quaedam nondum perfecta animalia, ſed tum primùm accipientia ſpiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrena, viſuntur. Creſcit porrò, [18] ſive quòd ſolutae magnis aeſtibus ni-

quoque & Eufratem ſimili incremento agros rigare, non tamen ſtercorare & fecundare, Strabo, Plinius, Solinus, Ammianus & Lucanus. Idem.

17. *Glebis infundat animas* ] Tibullus lib. I. *eleg.* 7. de Nilo:

> *Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,*
> *Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.*

Claudianus:

> *Felix qui Pharias proſcindens vomere terras*
> *Aegyptus ſine nube ferax.*

Lege Ovid. I. *Transform.* Cic. II. *de Natura Deorum*, & Plinium lib. IX. cap. 58. Illud verò maximè ſtupendum, Nili aquâ fecundas reddi mulieres, ut ex Ariſtot. Strabo, ex Apollodoro Euſtathius in Παρεκβολαῖς. Idem.

18. *Sive quòd ſolutae* ] Variorum hic Philoſophorum opiniones recenſet ex Herodoto ſuo. Prima Anaxagorae: Secunda Ariſtochii: Tertia Thaletis Mileſii: Quarta Nicagorae eſt, cum ait: *Quòd ſi eſt alter orbis.* Vide infrà lib. III. cap. 9. fin. Ephori verò ſententia praetermiſſa, ceteris veriſimilior, caeco quodam alveo ab Oceano fluere, cùm ſalſas aquas aliquando detulerit: ut ex Theophraſto, & Juba rege tradit Seneca lib. IV. *Natural. Quaeſt.* Sed quoniam verè Herodotus, περὶ τῶν τῦ Νείλυ πηγέων ὐδεὶς ἔχει λέγειν. & Lucanus:

> *Arcanum natura caput non prodidit ulli.*

idemque Claudianus affirmet; otio & litteris nón abutar in excutienda hîc quaeſtione maximè ardua; *de origine & fonte Nili, cauſisque incrementi:* quae omnia omnium ferè aetatum ingenia exercuit: hîc ſudat Herodotus, Diodorus, Strabo, Heliodorus, Plinius, Seneca: & quis non hîc laborat? Sed omnium opiniones ſingulari Commentario, Deo faciente, aliquando complectemur. Cujus deſiderium ut leniam, adſcribam quae ex Luſitanorum, qui eam oram luſtrarunt, Chronicis depromſi. Eſt palus ingens, cujus longitudo centum amplius leucarum eſt. Haec multa flumina ex ſe emittit, atque adeo in diverſa maria: hinc oritur Nilus, nunc *Tacui* vocitatus ab incolis Abexiis, qui ſunt Preſti Joannis. Recipit duos inſignes fluvios Aſtaboram, & Aſta-puin

nives, ex immanibus Aethiopiae jugis, largius quàm ripis accipi queant, defluunt: ſive quòd [19] ſol hieme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, tunc altiùs abit, ſinitque integrum, & ut eſt pleniſſimus, ſurgere: ſive quòd per ea tempora flantes [20] Eteſiae, aut actas à ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia ejus imbre praecipitant; aut venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt; aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, oſtia obducunt: [21] fitque major, vel quòd nihil ex ſemet amittit; vel quòd plus quàm ſolet accipit; vel quòd minus quàm debet emittit. Quod ſi eſt alter Orbis, ſuntque oppoſiti nobis â meri-

ri-

rum. nunc *Tarazi*, & *Abagni*. *Abagni*, pater aquarum ſonat apud illos. Ex altero lacu procedit Coloe ſcil. ut inquit Ptolemaeus, nunc *Barçena*. Poſtea Nilus cùm aliquatenus ſimplex & ingens proceſſit, ſcindit ſe ambitque terram *Sophalam*, cujus eſt circuitus DCCL. leucarum. Hujus imperium poſſidet *Benomotapa*: ſic illi Imperatorem vocant. Fortaſſe haec illa eſt Meroë, de qua Mela. Haec de multis ex Jo. Barroſii Luſitani Decad. 1. libro x. Latina fecimus. IDEM.

19. *Sed hyeme terris propior*] Terris videlicet, ubi Nilus oritur: nam quando Aegyptiis eſt hyems, illis terris eſt aeſtas; propterea ſol eſt propior illis terris. OLIVAR.

*Sol hieme terris propior*] Non enim ſemper in eadem Eccentrici linea verſatur, ſed aeſtate in altiſſimo & remotiſſimo loco à terra extollitur: A'πόγειον ſeu Augem Aſtrologi vocant. Hieme verè terris propior eſt Eccentrici differentia, id eſt, diametris XXIV. ut placet Ptolemaeo. Non eſſe autem idem centrum Solis & poli ex Theoricis planetarum didicimus. Hinc etiam Indi & Aethiopes ſub Capricorno, quàm ſub Cancro magis peruſti. Hoc ideo adnotandum putavi, quod non intellexiſſe Olivarium Valentinum, à Philoſophia alioqui non alienum, videam. SCHOTT.

20. *Eteſiae*] Venti ſunt anniverſarii, qui poſt aeſtivum Solſtitium ſpirant, A. Gellius lib. 11. cap. 22. & Plinius lib. 11. cap. 47. De his multa Aldus Manutius Pauli F. ad Julii Caeſaris Comment. collegit; ubi qui volet, ſitim expleat. IDEM.

21. *Fitque major vel quòd nihil ex ſemet amittit, vel quòd plus quam ſolet accipit, vel quòd minus quàm debet emittit*] Haec verba procul dubio non ſunt Melae, ſed Lectoris volentis compendio amplecti ante dictas incrementi Nili cauſas: quae in margine libri ſcripta, Librariorum inſcitia Pomponianae lectioni inſeruit. PINTIAN. Nihil delendum cenſeo ſine librorum veterum auctoritate. Eſt enim ſatis apta enumeratio. SCHOTT.

22. Py-

tidie Antichthones; ne illud quidem à vero nimium abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi ſubter maria caeco alveo penetraverit, in Noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quòd tum hiems ſit unde oritur. Alia quoque in his terris mira ſunt. In quodam lacu Chemmis inſula, lucos ſilvasque & Apollinis grande ſuſtinens templum, natat, & quocunque venti agunt, pellitur. [22] Pyramides tricenûm pedem lapidibus exſtructae; quarum maxima (tres namque ſunt) [23] quatuor ferè ſoli jugera ſua ſede occupat, totidem in altitudinem erigitur. Moeris, aliquando campus, nunc lacus,

[24] Vi-

22. *Pyramides tricenûm pedum lapidibus exſtructae: quarum maxima (tres namque ſunt)* IV. *ſoli jugera ſua ſede occupat*] Legendum videtur, non IV. *ſoli jugera*, ſed XXXII. Nam quadrata erat Pyramis, & frontes ſingulae octona jugera occupabant, auctore Herodoto in lib. II. Item non *ſua ſede* ſcribendum puto, ſed, *qua ſedet*. Nam & Aldus, *quae ſedem occupat* legit, ut in deſcriptione Bithyniae: *trans amnem ſedet in cervice peninſulae Cyzicum*. & in Thracia: *& in radice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia*. & lib. III. in Hiſpania: *& tres arae, quas Seſtianas vocant, in peninſula ſedent*. PINTIAN. Locus eſt mutilatus, & inverſus. Dixi in Commentario noſtro, quae mihi pro tempore occurrerunt: nunc illis damnatis, ſcribendum arbitror ad hunc modum: *Pyramides; quarum maxima (tres namque ſunt) tricenûm pedum lapidibus exſtructae* IV. *frontibus octona ſoli jugera ſua ſede occupat*: ſeu, *qua ſedet, occupat*, ex Herodoto in *Euterpe*. Quo auctore non omnes Pyramides tricenûm pedum lapidibus exſtructae ſunt, ſed maxima trium. Et *frontibus* ſcribo, non *ferè*. Cur enim, quod ab Herodoto ſimpliciter traditur, hic noſter maximus ejus compilator, adſtringeret, coërceretque per hanc voculam *ferè?* Addidi etiam numerum *octona*, qui mihi omiſſus negligentia Librariorum eſſe viſus eſt: lege Herodotum; deinde confer cum Pomponio & Plinium lib. XXXVI. cap. 12. IDEM.

23. *Quatuor ferè ſoli jugera ſua ſede occupat*] Multum circumſpexi, qua ratione ex lectione vel codicis Vaticani *jugera quae ſede*, vel unius ipſius *jugera quae cede*, vel alterius optimi & antiquiſſimi *jugera quo cedat*, Voſſius effingat *jugera quoque latere?* nec quidquam reperio, ſi à feroci ejus arbitratu diſcedas. Communiter autem vetus ſcriptura convenit Vaticano, Juntina *quae ſedem*. Unde collegi Melam ſcripſiſſe *aequa ſede*. Sic lib. III. cap. 8. *Terris ei omnem partem & aequa portione cedentibus*. & cap. ſeq. *pulchri forma, aequi corporis* Aethiopes. GRONOV.

24. *Vi-*

[24] viginti milia paſſuum in circuitum patens, 65
altior quàm ad navigandum magnis onuſtisque navibus ſatis eſt. [25] Pſammetichi opus [26] Labyrinthus, [27] domos *ter* mille & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, [28] marmore exſtru-


24. *Viginti millia paſſuum in circuitu patens*] Erratum rurſus in numero, ſcribendumque *quadringenta quinquaginta millia paſſuum*; ex Diodoro lib. I. prodente patere hunc lacum ſtadiorum tria millia ſexcenta, quae faciunt CCCC. L. M. paſſ. confirmante id quoque Herodoto in *Euterpe* ad verbum. PINTIAN. Plinius lib. V. cap. 9. *Aegyptus ſuper ceteram antiquitatis gloriam XX. M. urbium ibi Amaſi regnante habitata praefert; nunc quoque multis etiamſi ignobilibus frequens: celebratur tamen Apollinis, mox Leucotheae, & Diospolis magna: eadem Thebae portarum C. nobilis fama, copioſa Indicarum Arabicarumque mercium, Nilo proximum Emporium.* SCHOTT.


25. *Pſammetias opus Labyrinthus*] Scribo *Pſammetichi*, non *Pſammetias*, ex Plinio, Strabone, Diodoro, Herodoto. BARBARUS.

26. *Labyrinthus*] Quatuor toto orbe celeberrimos enumerat Plinius lib. XXXVI. cap. 17. *Aegyptium* hunc, omnium maximum. *Cretenſem*, de quo Ovid. lib. VIII. *Metamorph.* *Lemnium* ex columnis: & *Italicum* à Porſena ſepulcri cauſſa extructum. SCHOTT.

27. *Domos mille*] Scribendum *ter mille*, ex eodem Herodoto, quarum dimidia pars erant ſubterraneae, reliquae illis ſuperpoſitae. PINTIAN.

28. *Marmore exſtructus ac tectus*] Herodotus dicit ὀροφὴ πάντων τούτων λιθίνη, κατάπερ οἱ τοῖχοι. Iſta autem πάντα ταῦτα reſpiciunt ad praecedentes αὐλὰς & οἰκήματα & περιδρόμους. Ut id Herodotus non de ipſo Labyrintho, (qui tamen inde conſtabat) ſed de partibus ejus dixerit; dubitarique debeat, an non Mela, ſatis Herodotum intelligens, ſcripſerit *exſtructas ac tectas*. In nummis qui effinxerint Labyrinthum, patet ex hoc Auguſti, & altero Aure-





exſtructus ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet, intus penè innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus, ſed [29] continuo anfractu, & ſaepe revocatis porticibus ancipites: quibus ſubinde alium ſuper alios orbem agentibus, & ſubinde tantùm redeunte flexu quantùm proceſſerat, magno & explicabili tamen errore perplexus eſt. Cultores regionum multò aliter à ceteris agunt. Mortuos limo obliti plangunt: nec cremare aut fodere fas putant; verùm arte medicatos intra penetralia collocant. [30] Suis literis perverſe utuntur. Lutum inter manus, [31] farinam calcibus ſubigunt. [32] Forum ac

Aurelii. GRONOV.

29. *Continuo anfractu*] *Flexu* ex Varrone. OLIVAR.

30. *Suis litteris perverſè utuntur*] Dictio *ſuis* ſuperfluit, ut in eo quod ſequitur; *& extra ſua tecta capiunt*: redundat enim *ſua*. PINTIAN.

*Suis litteris perverſè utuntur*] Scribunt enim à dextera ad ſiniſtram. OLIVAR.

*Litteris perverſè* &c.] Ut & Hebraei, Syri, & Chaldaei: de quo legendi qui de Cabala ſcripſerunt. SCHOTT.

31. *Farinam calcibus ſubigunt*] Ut hodieque Brabanti noſtri. Strabo lib. ult. *Geograph.* ex Herodoto illud laudat: ἀληθὲς καὶ τὸ Ἡροδότου καὶ ἔστιν Αἰγύπτιον τὸ, τὸν μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶν· τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς τὴν ἀρτοποιΐαν τοῖς ποσί. IDEM.

32. *Forum ac negotia feminae; viri penſa ac domos curant: Onera illae humeris, hi capitibus accipiunt: Parentes cùm egent, illis neceſſe; his liberum eſt alere*] Eleganter haec Sophoclis cothurnus *Oedipo Colonaeo*; qui de filiis conqueritur, quòd patris curam negligerent, quum virgines Antigona & Iſmena γηροβοσκίαν praeſtarent: Ὦ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς. Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας θακοῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί. Ubi Scholiaſtes antiquus ex Nymphodori *Barbaricae Hiſtoriae* lib. XIII. Ἔθεσι τὰ μὲν ἐναντίως, τὰ δὲ ὁμοίως χρῶνται τοῖς Ἕλλησι· τὸ μὲν γὰρ ἐξίστασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν δρῶσι. τῶν δ' ἄλλων οὐδέν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς Ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομοῦσιν. αἱ δὲ γυναῖκες, ἔνδον μένουσαι ταλασιουργοῦσιν. ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ πραγματεύονται καὶ καπηλεύουσιν· οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσιν. ὁ γὰρ Σέσωστρις ἐκθηλῦναι τοὺς ἄνδρας βουλόμενος, ἀπὸ μεγίστης χώρας γεγενημένους καὶ πολλοὺς ὄντας, ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ' ἐπιμαχίαν ὁρμήσωσι, τὰ μὲν ἐκείνων ἔργα ταῖς γυναιξὶ,

ac negotia feminae, viri penſa ac domos curant; onera illae humeris, hi capitibus accipiunt: parentes cùm egent, illis neceſſe, his liberum eſt alere. Cibos palàm & extra tecta ſua capiunt: obſcoena intimis aedium reddunt. [31] Colunt effigies multorum animalium, atque ipſa magis animalia; ſed alii alia: adeò ut quaedam eorum, etiam per imprudentiam, interemiſſe, capitale ſit: & ubi morbo aut forte exſtincta ſint, ſepelire ac lugere ſolemne ſit. Apis populorum omnium numen eſt; bos niger, certis maculis inſignis,

γυναιξὶ, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προστάξαι, ἵνα μὴ μόνον τῶν ὅπλων [illegible] στερηθέντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ἐκτεθηλυμμένων ἐθῶν, [illegible] ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσι καταμένωσιν. ὅθεν τοὺς μὲν ψιλοὺς εἶναι, τὰς δὲ γυναῖκας τὰς τρίχας προσέταξε, καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκασεν. ἔπειτα δὲ τὰς μὲν καθημένας, τοὺς δὲ ὀρθοὺς ἑστῶτας οὐρεῖν. καὶ τοῖς μὲν δύο ἱμάτια περιβάλλειν, ταῖς δὲ ἕν. ὑπολαμβάνων ἅμα τοῖς ἐκτεθηλυμμένοις καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλυνθῆναι. ὁ δὲ καὶ Λυδοῖς ἱστορεῖ συμβεβηκέναι φησιν. Aegyptii (inquit, interprete Camerario) quod ad cultum ſenum attinet, ita obſervant, uti Graeci, in ceteris omnibus ab illorum moribus diſcrepantes. Nam in Graecia viri forum & judicia frequentant; at mulieres intra tecta lanam & telam tractant: In Aegypto vero verſantur foris mulieres; nentque ac texunt domi viri. Hoc conſilium Seſoſtris rex cepit, ut tali vitae ratione virilem ſexum effeminaret, illiſque obedientibus, imperio uteretur: quod ſo conſecuturum putavit, injunctis virorum muneribus feminis, & harum, viris. Ita enim non modo inermi corpore, ſed & animo molli promtè facturos imperata credidit. Voluit igitur & comam nutrire viros, & mulieres tondere: itemque illos onera capite ſuſtinere, has humeris: praeterea viros binas, mulieres ſingulares tunicas ferre. Poſtremo ſtantes mulieres, ſubſidentes viros, mingere: ut pro vitae modo animi quoque enervarentur. Idem accidiſſe & Lydis Herodotus lib. I. ſcribit: & lib. II. hos diverſos Aegyptiorum mores ab aliarum gentium omnium moribus, & inſuper alios, recenſuit. IDEM.

31. *Colunt effigies*] Quod ridet ſatyricè Juvenal. *Sat.* XV. De Api Plinius lib. VIII. cap. 46. & Solinus cap. 35. Cicero *Tuscul.* lib. V. *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius ſubierint, quàm ibim aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum etiamſi imprudentes quidpiam fecerint, poenam nullam recuſent.* Et Strabo lib. XVII. Apidis templum apud Memphiticos conſtitutum ait, quod Oſiridis animam in bovem migraſſe putent. O bella

nis, & cauda linguaquè disſimilis aliorum. Rarò naſcitur, nec coitu pecudis, (ut ajunt) ſed divinitus & caeleſti igne conceptus; dieſque, quo gignitur, genti maximè feſtus eſt. Ipſi vetuſtisſimi (ut praedicant) hominum, [34] trecentos & triginta reges ante Amaſin, & ſupra [35] tredecim milium annorum aetates, certis annalibus referunt: mandatumque literis ſervant, dum Aegyptii ſunt, [36] quater curſus ſuos vertisſe ſidera, ac ſolem bis jam occidisſe, unde nunc oritur. Viginti

O bella μονομονόχοισι! Lucanus extremo lib. VIII. *Pharſal.*

*Semideoſque canes, & ſiſtra jubentia luctus;*
*Et quem tu plangens hominem teſtaris Oſirim.*

Idem.

34. *Trecenos & triginta reges*] Haec ſunt Herodoti. Olivar.

*Trecenos & triginta reges ante Amaſin & ſuprà* &c.] Scribendum videtur: *trecentos & quadraginta reges ante Anyſin & Sethon*, ex Herodoto lib. II. Pintian. Nec mihi implet animum correctio illa mea, ut pro *Amaſin & ſuprà*, ut prius legebatur, *Anyſin & Sethon* ſubſtituatur. Nam etſi mentio illa, CCC. XXX. regum, totque annorum & aetatum, cadat in Herodoto ſtatim poſt reges *Anyſin* & *Sethon*; tamen quia paulò poſt ſequitur mentio *Amaſis* clarisſimi omnium Aegypti regum, nolo omnino, ut quippiam de antiqua lectione mutetur. Idem.

35. *Tredecim millium annorum aetates*] Legendum fortaſſe, *totidem hominum aetatibus:* aut ſi placet numerum annorum retinere, & aetates hominum in annos reſolvere, legi XI. M. CCCXL. *annorum aetates*, utrumque ex Herodoto in lib. II. Pintian.

36. *Quater curſus ſuos vertisſe ſidera, ac ſolem bis jam occidisſe unde nunc oritur.*] Hic locus torſit multos viros doctiſſimos, & adhuc torquet. Sunt qui confugiant ad neſcio quae aenigmata Aſtronomiae; alii ad annos triginta dierum. Nos verò in gratiam Geographorum & Hiſtoricorum locum exponemus. Nemini dubium eſt, Aegyptios pro certo habuisſe, caelum nunquam habuisſe initium: nam ex hoc fonte Plato Mundum nunquam incepisſe dixit. Deinde Aegyptios tanta ſuperſtitione vetuſtatis laborasſe, ut planè crediderint ſidera circulos motu proprio ab Occidente in Orientem quater abſolvisſe: ſed cum octava ſphaera ſpatio centum annorum unum gradum peragat, erit unus curſus proprius triginta ſex millium annorum: quae quater addita ſummam conficient centum & quadraginta quatuor millium annorum: hi erunt anni vetuſtatis Aegyptiorum. Sed quod ſol bis occiderit unde nunc oritur, difficile erit exponere: quod tamen nos faciamus, ſummo noſtri honoris periculo ſubituri hanc aleam; ob praejudicatam nonnullorum auctoritatem, quae in hoc loco non obſtabit, quò minus liberè ſentiamus. Notum eſt, Sphae-

[44] Peluſium Arabiae. Ipſas oras ſecant [45] Canopicum, [46] Bolbiticum, [47] Sebennyticum, [48] Pathmeti- 115

facta diſtinctione, quam haec editio iterum ut praecedens, tandem refert, opinor, veriſſimam. De Alexandria autem & Peluſio id praedicat, eas clariſſimas urbes in litore, quum reliquae ſint longè à mari. Sed hoc jam viſum Patri meo in *Obſervationum* lib. I. Difficilius eſt, quod ſequitur. GRONOV.

44. *Peluſium*] Nomen oſtii & oppidi, nunc dicti *Damiata*. OLIVAR.

*Peluſium Arabiae ipſas oras ſecant*] Duae dictiones priores ſuperioribus adjungendae. Deinde ſeorſum, & per majorem litteram legendum: *Ipſas oras ſecant, Canopicum*, &c. PINTIAN.

45. *Canopicum, Bolbiticum*] In numero variant Geographi. Ab Herodoto ſuo diſceſſiſſe videtur qui πεντάστομον vocat. & paulò diverſis nominibus: Νεῖλος ἀπὸ τῶν καταδούπων ἀρξάμενος ῥέει μέσην Αἴγυπτον σχίζων ἐς θάλασσαν. σχίζεται δὲ ἐς τρία τὸ μὲν ἰὸν σχίσμα κατὰ τὸ Πηλούσιον στόμα. τὸ δὲ ἑσπέριον Κανωβικὸν καλεῖται· τὸ δὲ μέσον Σεβεννυτικὸν, ἐξ οὗ ἀποσχίζονται τὸ Σαϊτικὸν καὶ τὸ Μενδήσιον. τὰ λοιπὰ δύο Βολβιτινὸν καὶ τὸ Βουκολικὸν ἐκ ἰθαγενῆ στόματα λέγοντες, ἀλλὰ ὀρυκτά. *Bolbitinum*, pro *Bolbitico*, & *Bucolicum* loco *Phathmitico* poſuit. ut & *Saiticum*, pro *Taniticum*. Strabo lib. XVII. initio, praeter haec ſeptem alia ſcribit eſſe ἄσημα ψευδόστομα, qui *Canopicum Heracleoticum* appellat, ut & Ptolemaeus lib. IV. Nicander *Theriacis* ἑπτάστομον appellat, Jo. Tzetzes in Hiſtorico VII. quoque numerat, & Dionyſius Περιηγητής.

Ἑπτὰ διὰ στομάτων ἐπερευγόμενος εἰς
ἅλα πόντου.
Τόσσον πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰ-
γύπτου.
Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος
ἔπλετο Νείλῳ.
Οὔτ' ἰλὺν βαθύνων ἐπὶ χθονὶ ὄλβον
ἀέξειν,

Quos totidem verſibus reddidit And. Papius Gandenſis, Poëta ingenioſiſſimus, ſumma mihi familiaritate olim Lovanii ſtudiorum conjunctus, in Dion. à ſe emendato:

*In pelagus ſemper diverſa per*
*oſtia rumpit,*
*Et pinguem Aegyptum rivis fecundat opimis:*
*Scilicet haud aliùs Nilo praeſtantior amnis*
*Aut limum trahere, aut terrae*
*felicius uber*
*Reddere.*

SCHOTT.

46. *Bolbiticum*] Ptolemaeus, Stephanus, Plinius, Diodorus, Herodotus, *Bolbitinum*, non *Bolbiticum*. Strabo tantùm alternat, modo *Bolbitinum*, modò *Bolbiticum* proferens. Illud aeſtimatione dignum, Herodotum contra reliquos ferè omnes *Bolbitinum* inter falſa Nili oſtia numerare. PINTIAN.

47. *Sebennyticum*] Sic quidem Strabo, & Diodorus ſcribunt. At Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus cum *y*. in lib. III. à fine *Sebennyticum*. IDEM.

48. *Pathameticum*] Strabo *Pathmiticum*, ex Ptolemaeo. BARBARUS.

*Phatmiticum*] Strabo lib. ult. *Phatnicum* vitioſè, ut reor, prò *Phatni-*

las habent, totidem olim principum domos; ſolitasque ſingulas, ubi negotium exegerat, [42] dena armatorum milia effundere: in litore [43] Alexandria Africae contermina, Pelu-

*habent*, ut conſtet ſenſus. PINTIAN.

42. *Dena armatorum millia effundere*] Hunc locum corruptiſſimum poſt Hermolaum & Vadianum nos ex Homero reſtituimus; & miror Hermolaum non vidiſſe dictionem illam [illegible] ſignificare *ducentos*. Quare ita legendum eſt, *Ducenos armatos millies effundere*. OLIVAR.

*Dena armatorum millia effundere*] Lego, *ducenos armatos effundere*, neque eſt neceſſe addere *milites*. De cetero hunc locum fuiſſe à me primo caſtigatum ex nono Iliados, cùm quartodecimo abhinc anno Pomponium Salmanticae publicè enarrarem, teſtis eſt univerſa Salmanticenſis Academia, ſicuti illum etiam in relatione Thraciae, lib. II. cap. 2. *manentque dominos proci:* pro quo ego ſubſtitui, *moerendo minus profici*. Hi poſtea ab auditoribus meis invulgati, & ſubinde in multorum aures transmiſſi, dominum, ut fieri aſſolet, mutavere. PINTIAN.

*Dena armatorum millia*] *Ducentos armatos milites* leg. ex illo Homeri loco vero vincitur. Forte ex numerorum compendiis, ut fit, natum mendum: niſi inter Melae [illegible] numerare libet. Perſtringit verò Pintianus, ſuppreſſo tamen nomine, Pet. Olivarium, qui hujus loci emendationem, cùm fortè editionem antevertiſſet, ſibi impudenter vindicavit. Quod verò idem Platonem ex Aegyptiorum doctrina hauſiſſe refert, Mundum nunquam incepiſſe, aut memoria lapſus eſt, aut Platonem oscitanter legit: in *Timaeo* enim Mundum creatum affirmat, voluntate tamen divina fore aeternum, & interitus expertem. Contra quem Ariſt. lib. *de Caelo* I. cap. 10. SCHOTT.

43. *Alexandria*] Nota eſt: retinet enim nomen. OLIVAR.

*Alexandria Africae contermina, Peluſium Arabiae, ipſas oras ſecant*] Rectè Voſſius, quod lectionem veterem reddidit; an & veram veteremque diſtinctionem exhibuerit, dubito. Dicit, „Oras Africae & Aſiae ſecant Alexandria & Peluſium. Nihil clarius. Paſſim ſic loquitur, cùm „totas continentes oras vocat. Si volumus, quod res eſt, nihil profectò obſcurius. Nunquam ab Mela ſtatuitur urbs ſecare oram, ſed tantummodo fluviorum alvei. Lib. II. cap. I. *Maeotidos flexum Buces amnis ſecat*. lib. II. cap. 3. *Rhion deinde latus orae ſequentis incidens*. lib. III. cap. 5. *Araxes quoad campos Armeniae ſecat*. lib. III. cap. 8. Euphrates *non ſecat continuo agros*. Idque facit ex imitatione aliorum, ſic praeeunte Virgilio VIII. *Aeneid*. 63.

*——— Pleno quem flumine cernis*
*Stringentem ripas & pinguia culta ſecantem.*

Item Ovidio II. *Faſt.*

*Hortus odoratis ſuberat cultisſimus herbis*
*Sectus humum rivo lene ſonantis aquae.*

Ita hoc loco per Nili alveos & oſtia ſecari oras ipſas ſcribit,

[illegible]

[44] Peluſium Arabiae. Ipſas oras ſecant [45] Canopicum, [46] Bolbiticum, [47] Sebennyticum, [48] Pathmeti-

facta diſtinctione, quam haec editio iterum ut praecedens, tandem refert, opinor, veriſſimam. De Alexandria autem & Peluſio id praedicat, eas clariſſimas urbes in litore, quum reliquae ſint longè à mari. Sed hoc jam viſum Patri meo in *Obſervationum* lib. 1. Difficilius eſt, quod ſequitur. GRONOV.

44. *Peluſium*] Nomen oſtii & oppidi, nunc dicti *Damiata*. OLIVAR.

*Peluſium Arabiae ipſas oras ſecant*] Duae dictiones priores ſuperioribus adjungendae. Deinde ſeorſum, & per majorem litteram legendum: *Ipſas oras ſecant, Canopicum*, &c. PINTIAN.

45. *Canopicum, Bolbiticum*] In numero variant Geographi. Ab Herodoto ſuo diſceſſiſſe videtur qui πεντάστομον vocat, & paulò diverſis nominibus: Νεῖλος ἀπὸ τῶν καταδούπων ἀρξάμενος ῥέει μέσην Αἴγυπτον σχίζων ἐς θάλασσαν. σχίζεται δὲ ἐς τρία· τὸ μὲν ἰθὺ ἔχον πρὸς ἠῶ τὸ Πηλούσιον στόμα. τὸ δὲ ἕτερον Κανωβικὸν καλεῖται· τὸ δὲ μέσον Σεβεννυτικὸν, ἐξ οὗ ἀποσχίζονται τὸ Σαϊτικὸν καὶ τὸ Μενδήσιον. τὰ λοιπὰ δύο Βολβιτινὸν καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενῆ στόματα λέγονται, ἀλλὰ ὀρυκτά. *Bolbitinum*, pro *Bolbitico*, & *Bucolicum* loco *Phatnitico* poſuit. ut & *Saïticum*, pro *Taniticum*. Strabo lib. XVII. initio, praeter haec ſeptem alia ſcribit eſſe ἄλλα ψευδοστόματα, qui *Canopicum Heracleoticum* appellat, ut & Ptolemaeus lib. IV. Nicander *Theriacis* ἑπτάστομον appellat, Jo. Tzetzes in Hiſtorico VII. quoque numerat, & Dionyſius Περιηγητής.

Ἑπτὰ διὰ στομάτων εἰλιγμένος εἰς ἅλα πίπτει.
Τόσσον πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.
Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ,
Οὔτ' ἰλὺν βαλέειν ἐπὶ χθονὸς οὔτε [illegible]

Quos totidem verſibus reddidit And. Papius Gandenſis, Poëta ingenioſiſſimus, ſumma mihi familiaritate olim Lovanii ſtudiorum conjunctus, in Dion. à ſe emendato:

*In pelagus ſemper diverſa per oſtia rumpit,*
*Et pinguem Aegyptum rivis fecundat opimis:*
*Scilicet haud aliàs Nilo praeſtantior amnis*
*Aut limum trahere, aut terrae felicius uber*
*Reddere.*

SCHOTT.

46. *Bolbiticum*] Ptolemaeus, Stephanus, Plinius, Diodorus, Herodotus; *Bolbitinum*, non *Bolbiticum*. Strabo tantùm alternat, modo *Bolbitinum*, modò *Bolbiticum* proferens. Illud aeſtimatione dignum, Herodotum contra reliquos ferè omnes *Bolbitinum* inter falſa Nili oſtia numerare. PINTIAN.

47. *Sebennilicum*] Sic quidem Strabo, & Diodorus ſcribunt. At Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus cum y. in lib. III. à fine *Sebennyticum*. IDEM.

48. *Pathameticum*] Strabo *Pathmiticum*, ex Ptolemaeo. BARBARUS.

*Phatmiticum*] Strabo lib. ult. *Phatnicum* vitioſè, ut reor, pro *Phatni-*

meticum, [49] Mendeſium, [50] Cataptyſtum, Peluſi-

*Phatniticum.* Ptolemaeus *Pathmeticum*, ſicut in Pomponio legebatur, antequam correctores manus in eum injicerent. Pintian.

49. *Mendeſium*] In Plinio *Mendeſicum* legitur, ſed perperam: nam Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus, Diodorus, Thucydides, *Mendeſium* omnes, nemo *Mendeſicum*. Idem.

*Mendeſium*, *Taniticum*] Nam quis in contemplatione lectionis vetuſtae moderatus & elegans indulgeat accedatque Hermolao Barbaro, quum ipſius temporibus ederetur *Catapiſcum*, ad Ptolemaeum, Strabonem, Plutarchum Pliniumque abeunti, & inde *Tanicum* procreanti? aut hanc ipſam vocem augenti Pintiano, ut nunc habetur, nullo reſpectu vetuſtatis, quae omnis praeter exiguam mutationem convenit ad citatam ſcripturam, ut videre eſt in Notis Voſſii, & ut nos quoque teſtari poſſumus, vel *Cataptiſtum*, vel *Captiſcum* in Mediol. *Catapyſtum.* Hinc Voſſius auſus eſt rogare, An καταπλυστον ſcripſit Mela? & ne ratione deſtitui putemus, addit, à facili appulſu poſſit videri dictum hoc oſtium. Sic ille vir lepidus, tam profectò ridendus, dum inter cetera Nili oſtia, omnia verè Aegyptiaci ſermonis, ſtatim ob litterarum convenientiam infulcit aliquid Graeci, quàm ipſe ridet Salmaſium ob μεγάλο ποταμός, haud dubiè negligentia indigna, quae tamen abſit ut laedat peritiam Salmaſii in ſermone Graeco. Quin hoc agendum erat, non ad ulcera aliorum declinandus impetus. Vix, fateor, prima fronte ex hac tam differente, tamque obſcura lectione aliquid verè extrices, vel potius vix decernas, quid eligas. Sed tamen nullus, ſpero, oſtiorum Nili paulò peritior diffitebitur, quin recte contemplatus vel ſuperius poſitas ſcripturas, vel Vaticani codicis *Captatiſcum* vel *Caplatiſtum*, alterutrum dicat latere, vel *Aphthiticum* ex auctoritate Herodoti lib. II. cap. 166. jungentis nomos Aphthiten, Taniten, Mendeſium, unde potuit oſtio circa has partes appellatio contigiſſe, vel *Cabaſiticum*, ut Ptolemaeus, aut *Capaſiticum*, ut Plinius nomum eundem agnoſcunt, etſi ille tam longè hinc eum removeat, ut vix videatur oſtio inter Mendeſium & Peluſiacum inde accidiſſe nomen. Quicquid ſit, alterutrius vocis litterae his perſimiles. His ego nodis durum per Voſſii ingenium non ſine riſu exercui; quibus quos ille, languidiſſimos ſanè, adhibuerit cuneos, videre eſt in plena vappae Appendice. Sed benè eſt, quod monui δεύτερον πλὴν in hoc oſtio exſpectandum eſſe. Hunc ecce tibi. Scripſit enim Auctor *Calaſirium* vel *Calaſiricum.* Eam vocem univerſam habes in lectione Vaticani codicis & alterius, quem optimum appellat Voſſius, ſi abjeceris litteram *p.* Scilicet Herodotus quum lib. II. cap. 164. dixiſſet de Aegyptiis, ὅτι μάχιμοι αὐτέων καλέονται Καλασίριες, addit cap. 166. Καλασιρίων δὲ οἵδε ἄλλοι νομοί εἰσι. Θηβαῖος, Βυβαστίτης, Ἀφθίτης, Ταnίτης, Μενδήσιος, Σεβεννύτης &c. Ex his ergo patet ad illos pertinuiſſe praefecturas multas Deltae & τὰς κάτω χώρας, ut dicebant: ubi ab eiſdem oſtium fuiſſe denominatum mirari nullus poteſt: quod quia ſic prope accedit ad priſcos codices, id reſtituere contextui non dubitavi. Gronov.

50. *Catapiſcum*] Ptolemaeus & Strabo

luſiacum, Nili oſtia.

Strabo *Taniticum*, Plutarchus *Tanaeticum*: Plinius *Tanicum*, ab urbe *Tani*. BARBARUS.

*Tanicum*] Legendum *Taniticum*, ex Strabone, Ptolemaeo, Marcellino, Plinio ſcriptae lectionis: in quo tamen perperam Hermolaus *Tanico* legit, reclamante etiam Analogia: nam ut à *Sais Saiticum* teſtibus Stephano, & Herodoto, & a *Naucratis Naucratiticum* ex Plinii ſcripto exemplari, ſic à *Tanis* urbe, *Taniticum*. Porro hoc *Tanaiticum* oſtium, Herodoto & aliis *Saiticum* eſt: Strabone quoque id tradente lib. ult. PINTIAN.

## CAP. X.

## ARABIA.

ARABIA hinc ad Rubrum mare pertinet; ſed illic magis laeta & ditior, thure atque odoribus abundat: [1] hîc, niſi quâ Caſio monte attollitur, plana & ſterilis, portum [2] admittit Azotum ſuarum mercium emporium; quâ in altum abit, adeò edita, [3] ut ex ſummo vertice [4] à [5] quarta vigilia ortum ſolis oſtendat.

1. *Hic niſi quà Caſio monte attollitur, plana & ſterilis*] Aptiorem putamus lectionem, *plana, ſed ſterilis*. Nam ad *planitiem* videtur conſequi *ubertatem*. In Arabia autem Aegypto contermina, è contrario ceſſit: idcirco quadrat optimè adverſativa, ut vocant Grammatici, particula. PINTIAN.

2. *Admittit*] Rectè *admittit*, quia Azotus non eſt Arabiae, ſed potiùs Idumaeae. OLIVAR.

3. *Ut è ſummo vertice à quarta vigilia ortum ſolis oſtentet*] Cùm ſint duo montes *Caſii*, alter Arabiae, alter Syriae, quod Pomponius tribuit Caſio Arabiae; Plinius, Marcellinus, ceteri, Caſio Syriae adſignant. Quapropter verba haec in *Syriam* transferri debent & monti Caſio adnecti. Inhumanum enim eſt malle errores tam ſupinos Pomponio, quàm Librariorum ebrioſae oſcitationi impingere. Ceterùm Herodotus ſecundo *Caſium*, neutra terminatione non *Caſius* nominat. PINTIAN.

*Ut è ſummo vertice*] Transferre in ſeq. caput, tametſi Pintianus jubeat, non auſim: ſaepe enim Auctores variant: nec ipſe Mela usquequaque Herodoti veſtigiis ita inſiſtit, ut in ejus verba juraſſe videatur. De Syria enim (non longè abiero) ab Herod. *Clione* diverſa narrat. SCHOTT.

4. *A quarta vigilia*] Duas horas poſt mediam noctem, unde quarta vigilia incipit. OLIVAR.

5. *Quarta vigilia*] Olivarius duas horas poſt mediam noctem numerat. Malè: quatuor enim vigiliae noctis, quarum ſingulae tres habeant horas totidemque vigiles, qui ſingulis horis ſtationem mutabant. Hinc Auſonius in *Grypho ternarii*,

*—— noctiſque per umbram*
*Tergemini vigiles.*

SCHOTT.

## CAP. XI.

## SYRIA.

[1] Syria latè litora tenet, terrasque etiam latiùs introrſus, aliis aliisque nuncupata nominibus; (nam & [2] Coele dicitur, & [3] Meſopotamia, & [4] Damaſcene, & [5] Adiabene, & [6] Babylonia, & Judaea, [7] & Commagene. Hîc Pa-

1. *Syria* ] Nunc *Suria*. Olivar.

2. *Coele* ] Id eſt, *cava:* hoc enim ſonat κοίλη. Idem.

*Coele dicitur.* ] Straboni lib. xvi. *Geogr.* Κοίλη Συρία. Cujus Interpres κοίλην γωνίαν, *concavum angulum*, & *pro* θεοῦ πρόσωπον *Dei faciem* tranſtulit. Male: Propria enim nomina retinenda; ſed hoc illi ſolemne peccatum. Schott.

3. *Meſopotamia* ] Id eſt, regio ſita inter duos amnes; ποταμὸς enim *fluvius* eſt: eſt autem inter Euphratem & Tigrim; nunc dicitur *Hulapia*. Olivar

4. *Damaſcene* ] Nunc *Terra de Damaſco*. Idem.

5. *Adiabene* ] Regio juxta Euphratem. Idem.

6. *Babylonia, & Judaea, & Colophone* ] Scribendum puto non *Colophone*, ſed *Sophene*, de qua multis locis in Plinio diſſerui. Barb.

*Babylonia* ] Chaldaeorum. Olivar.

7. *Et Sophene* ] Regionem hujus nominis nemo non, uti par eſt, Armeniae attribuit, & quidem illi, in qua Tigris dicitur emergere. Itaque tam remotum id eſt ab Syria, ut nullo modo ſub ea comprehendi aliquando potuerit vel poſſit. Id tamen incepit ſtatuere Hermolaus Barbarus, nec refragatur Voſſius vel propter Plinium, qui ſic refert lib. v. cap. 12. Syria *quà tranſit Taurum Sophene.* Unde is videri poteſt in Mela ita nunc legiſſe. Mihi credibilius videtur ab Plinio eam opinionem de Sophene tam vere ex Pomponio noſtro hauſtam, quàm ſequens ex eodem accepta eſt, qua ſtatuit Commagenen quoque Syriae annecti. Accedit quominus id perſuaderi nobis poſſit, quòd ipſa ſeries vocabulorum, prout ab eo recenſetur, foret confuſiſſima profecto & perverſi calami opus, ſi quum Meſopotamiam, Damaſcenen & Adiabenen praemiſeris, tum admixtae Judaeae annectas Sophenen. Nulla miſerabilior geographia. Jam verò etiam clarè vetant MSS. in quibus omnibus reperitur *Colophone*, quam à Plinii haud dubiè ſeculo propagatam ſcripturam ſi hic adeo ſuſtinuit invertere, profectò non ſequutus eſt, ſed ex perperam intellecto Mela aliquid finxit; ſicut Hermolaus, quum ſcribendum putat non *Colophone*, ſed *Sophene*, (editio Juntae *Sophone*) non adjuvit leniter Melam & ex corrupta paululum veram ejus manum reſtituit, ſed inconditè ex ingenio ſuo finxit. Neque enim

[8] Palaeſtine eſt, [9] quâ [10] tangit Arabas: tum Phoe-

enim haec conſtantisſima ſcriptura, adeo ubique teſtata, vel debet, vel poteſt, vel meretur, ita detorqueri. Quin ex ea proxime & veriſſimè ad ipſam Melae manum accesſuros nos ſperamus. ſi in contemplanda littera h utamur eadem via, qua lib. I. cap 7. in aliis uſi fuimus, diducentes eam in it. Putamus enim hic latere *Colpitene*. vel ſi ita praefers *Colopitene*. Sic enim apparet dictam fuiſſe partem aliquam Syriae inprimis circa Phoenicen ad Judaeam, ita ut Stephanus illam teſletur aliquando appellatam Κολπίτιν vel Καλπίτιν, ut alii ex corrupta ibi vocis terminatione emendant. Hanc offam nuper canino illi Voſſio objectans circumlatraudam, animadverti non esſe exceptam ab illo, prout opinabar. Nam hanc Καλπίτιν non elidit ex ſententia Bocharti in Africae litora eam temerè transferentis, (quem tamen legerat & noverat, & hinc me rejectum iri exſpectabam) ſed ad mendacisſimae argutiae explicationem diſcedens, neſcio quos non populos Καλπίτας non malè dici fingit, quum nulli Graeci id unquam fecerint, ideo vix agnoſcentes alios praeter Κοιλοσυρίτας & Παλαιστινίτας. Nunc tecum ago, Lector, & cum annis ab tam perverſo capite liberatis. Quaeſo te, an ut dicam Sophenen eſſe partem magnam Syriae, Strabonis locus in lib. XII. adeundus erat; qui Strabo & Epitom. pag. 152. diſerté pag. 251. ſcribit Σωφηνὴν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, & pag. 520. Aciliſenam fuiſſe ſub Sophene? An potuit quidquam de Armeniaca Sophene teſtari ille apertius, ſcilicet quia Sopheni coluerunt oppoſitam Commagenis ripam, ergo & Sopheni & Commageni ſub eadem gente habiti ſunt? Enimvero ſecura in Geographicis argumentatio! Sanè quum multa Iſaaci Voſſii ſint ſtupida & ἄχρηστα, vix quidquam ſtupidius ab eo actum, quàm quum negavit Sophenen esſe in Armenia: vix quidquam mendaciloquius, quàm quum ſcripſit, in hac nota me dixisſe Plinium errasſe, & vitioſam ſecutum fuisſe Melae lectionem, utpote qui Commagenem quoque Syriae annectat: ejusdemque generis eſt, quum in collocatione Sophenes ſcribit, me ſolas inſpexisſe tabulas Ptolemaei, quum referrem ipſa verba Juſtini ex lib. XLII. cap. 3. Et quaeſo ubi ſunt illi à me jusſi ad Tigridis fontes migrare Sopheni? Ut tecum, mi Lector, ex vero aliquid communicem, quum verſus Judaeam hic deflectat Mela, an in iſta *Colophone* non videtur tibi ſedere *Gobolene*, quae Γοβολῖτις dicitur Joſepho, incolae Γεβαλῖται Stephano, portio Idumaeae? GRONOV.

8. *Palaeſtina*] Olim dicta Phileſtina, quòd ibi aedificatae esſent quinque civitates Philiſtinorum. Nunc tota Palaeſtina diviſa eſt in quinque regiones, Idumaeam, Judaeam, Samariam, Galilaeam, & regionem trans Jordanem. OLIVAR.

9. *Quà tangit Arabas cum Phoenice*] Dispunge & ſcribe cum majore, *quà tangit Arabas. Tum Phoenice*, &c. PINTIAN.

10. *Tangit Arabas*] Arabiam Petraeam ab Occidente, & Deſertam ab Oriente. OLIVAR.

[11] Phoenice; & [12] ubi ſe Ciliciae committit; Antiochia) [13] olim ac diu potens, ſed cùm eam regno Semiramis tenuit, longè potentisſima. [14] Operibus certè ejus inſignia multa ſunt: duo maximè excellunt; conſtituta [15] urbs mirae magnitudinis Babylon, ac [16] ſiccis olim regionibus Euphrates & Tigris immisſi. Ceterùm in Palaeſtina eſt ingens & munita admodum [17] Gaza; (ſic Perſae aerarium vocant: & inde nomen eſt, quòd cùm Cambyſes armis Aegyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat) [18] eſt non minor [19] Aſcalon; eſt [20] Jope, ante diluvium (ut ferunt) condita; ubi Cephea regnasſe eo ſigno accolae affirmant, quòd titulum ejus, fratrisque Phinei, veteres quaedam arae cum religione plurima retinent: quin etiam rei celebratae [21] carminibus ac fabulis, ſervatae à Per-

11. *Phoenice*] Nam poſt Palaeſtinam ſequitur Phoenicia verſus Septentrionem. Olivar.

12. *Ubi ſe Ciliciae committit*] Id eſt, prope Ciliciam. Idem.

13. *Olim ac diu potens*] Haec verba non referuntur ad Antiochiam, ſed ad Syriam. Idem.

14. *Ex operibus ejus certè inſignia multa ſunt, duo maximè excellunt*] Conſtat quidem ſenſus, etiamſi ſic legatur; ſed neſcio quomodo aptior erit, pleniorque lectio, ſi *quae* relativum adjeceris: *Ex operibus ejus, quae certè inſignia ſunt, duo maximè excellunt.* Pintian.

15. *Urbs mirae magnitudinis Babylon*] Ariſtot. lib. II. *Politic.* cap. 4. & lib. III. cap. 2. Herod. *Clione*, & Q. Curtius, qui & de Gaza lib. V. Schott.

16. *Siccis olim*] Euphrates & Tigris olim non Chaldaeam irrigabant: erat enim regio ſicca, niſi cura Semiramidis adjectis foſſis ambo fluvii immisſi fuisſent. Olivar.

17. *Gaza*] Nomen eſt oppidi in Idumaea. Olivar.

18. *Eſt non minor Aſcalon*] Scribendum *Aſcalo.* Sic Pliniani codices antiqui praeferunt: ut *Narbo*, *Naro*, *Hippo*, *Anco*, & plura hujusmodi. Pintian.

19. *Aſcalon*] Oppidum Idumaeae. Olivar.

20. *Ioppe*] Nunc *Jaffa*, portus Peregrinorum Hieroſolymitanorum. Idem.

21. *Carminibus ac fabulis*] Lege Ovid. lib. IV. *Transform.* Plinium lib. V. cap. 13. & 31. & lib. IX. cap. 5. Solinum cap. 38. Strab. lib. VI. *Geogr.* Joſeph. lib. III. cap. 11. *Belli Judaici*, & Egeſipp. lib. III. cap. 20. de *Excidio Hieroſol.* Quorum omnium auctoritate Divus Hieron. *in Jonam* à Laur. Valla calumnia liberatur lib. V. cap. 6. *Elegant.* qui Ovidii verſibus nixus eſt, quos

Perſeo Andromedae clarum veſtigium, marinae belluae oſſa immania oſtentant.

quos de Aethiopica India ex- plicare oportet. SCHOTT.

## CAP. XII.

## [1] PHOENICE.

PHOENICEN illuſtravere Phoenices, ſolers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximi-

1. *Phoenice* ] Quum hae inſcriptiones factae ſint ab editoribus, (in MSS. enim, certè quorum nos conſcii ſumus, non habentur niſi paucae) cauſa nulla fuit, ut eorum ineptias ſequens ederem quoque *Phoenicia*, prout Voſſius & contextui & ſuis *Obſervationibus* praefigit; quum & hoc loco & jam ante & rurſus capite ſeptimo libri ſecundi appareat Melam non agnoviſſe, certè noluiſſe uſurpare niſi *Phoenice*. Immò quod mirandum, in Notis Hermolai ſimul & Pintiani ſic citatur, ut nulla haeſitatio me coërcere debuerit. Ortelius quum citat ex Euagrio *Phoeniciam Libaniſiam* viderit; quum Euagrius lib. VI. cap. 5. rectè ſcripſerit *ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίᾳ*. Sed & is ipſe ſic *Palmyram* ait deſcribi ab Procopio lib. II. *Aedificior.* in Phoenicia ad Libanum. Etiam in iſta Phoenicia foeces ſorbet Harduinus in pagina extrema tomi ultimi Pliniani, ubi agit de Arce Phoeniciae, ut amat loqui. oppido, cùm in nummis illuſtratis benè noſſet Phoenicen. Notavi & in Ciceron lib. V. *de Finibus* cap. 20. Sed & hanc ejus appellationem probat nummus, quem ex




Triſtani Tom. II. pag. 100. appoſui: de quo placetne audire aliquid lepidum? Joach. Oudanius eſt, cujus liber valde placet harum regionum incolis, is ſcribit pag. 107. Idume *dight beplant van Pallemboome Boſſen zeyt* Lukanus *van* Idumea; *maar* FENICIEN *ſchijne zijne naam niet anders dan van een Pallemboom te ontlenen, om dat een Pallemboom in d'Ooſterſche taal* Fenix *genoemt word: dit*

eximium; 2 litteras & 3 literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, 4 claſſe confligere, imperitare gentibus, 5 regnum praeliumque commenti. In ea eſt & 6 Tyros, aliquando inſula, 7 nunc annexa terris

*aan Judea palende, word, mijns wetens, op gene penningen gevonden.* Is quum ita ſcribat, in Praefatione tamen ſuſtinet jactare uſum magni hujus nummorum interpretis. GRONOV.

2. *Litteras & litterarum operas*] Probabilior lectio, *litteras & ſyderum operas.* Plinius lib. V. *Ipſa*, inquit, *gens Phoenicum in gloria magna litterarum inventionis, & ſyderum, navaliumque ac bellicarum artium.* PINTIAN.

*Litteras*] De litterarum inventione Plato in *Phaedro*, & Tacitus lib. XI. *Hiſtor. Aug.* Lucanus III. *Pharſal.*

*Phoenices primi (famae ſi creditur) auſi*
*Manſuram rudibus vocem ſignare figuris:*
*Nondum flumineos Memphis contexere biblos*
*Noverat: & ſaxis tantùm volucresque feraeque*
*Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.*

SCHOTT.

3. *Litterarum operas*] Siderum numerorumque diſciplinam, adeoque rei navalis, & militaris artem; quae pòſt etiam litteris tradebantur, expono. Illis enim artibus plurimum valuiſſe Sidones, hincque praecepta manaſſe, auctor Strabo lib. XVI. Quare nihil neceſſe repugnantibus libris (*& ſiderum*) cum Pintiano, obtorto collo intrudere. Dionyſius Alexand.

*Οἳ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,*
*Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο.*
*Καὶ βαθὺν οὐρανίων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο.*

Quae idem Papius vertebat:

*Hi primi rudibus tentarunt navibus aequor,*
*Mercatumque vagas primi inſtituere per undas:*
*Concitaque aeterno viderunt ſidera curſu.*

SCHOTT.

4. *Claſſe confligere*] Cretenſibus Solinus tribuit cap. XVII. *Polyhiſtoris*, & Seneca Tragicus. IDEM.

5. *Regnum praeliumque commenti*] Cui non pellucet, tria illa verba *regnum praeliumque* enarrationem eſſe illorum, quae ſtatim ante praeceſſerunt, *claſſe confligere, imperitare gentibus*; à Librariis per ignorantiam verſibus Auctoris immiſta. PINTIAN.

6. *Tyros*] Nunc *Sur*, erat civitas Chriſtianorum, ſed Turcae deleverunt eam, & ſervant portum, qui vocatur *El porto de Sur*. OLIVAR.

7. *Nunc annexa terris defecit, quando ab impugnante quondam Alexandro jacta ſunt opera*] Scribo, *nunc annexa terris ab impugnante quondam Alexandro jacto opere.* reliqua redundant. Patri brevitate Plinius: *Nunc*, inquit, *Alexan-*

terris [8] deficit, quâ [9] ab impugnante quondam Alexandro jacta opera. [10] Vici tenent ulteriora:

andri oppugnantis operibus continens. Perſuaſum quoque habeo verba illa proxime ſequentia. *Vici tenent ulteriora*, non eſſe Melae, ſed alicujus, qui eam fortè oram luſtraverat. Cujusmodi homines ſolent plerumque bonos Auctores ineptis expoſitionibus additamentisque inquinare inſolentia quadam & frivola in parvis jactantia. Ceu verò neſciamus, pulcherrimè nobis Dionyſium Poëtam totum terrarum orbem depinxiſſe ſine hujusmodi peregrinationibus, ut ipſe de ſe fatetur: & non tradat Strabo, ad ſitum terrarum cognoſcendum plus momenti afferre auditum, quàm viſum. PINTIAN.

8. *Defecit quando*, usque ad *et adhuc opulenta*] Dicam, quod ſentio: non videntur Pomponiana. De Phoenicibus Plinius lib. IX. cap. 12. *Ipſa gens Phoenicum in gloria magna litterarum inventionis, & ſiderum navaliumque ac bellicarum artium. A Peluſio Chabriae caſtra: Caſius mons, delubrum Jovis Caſii, tumulus Magni Pompeji, Oſtracine.* SCHOTT.

9. *Qua ab impugnante*] Primam voculam exſtare in MS. dixi ad lib. I. cap. 2. GRONOV.

10. *Vici tenent ulteriora*] Video ſanè, quid ad commoditatem hujus loci explicandu adferant: & gravè accipio. Sed interim negari nequit, quin vix duas urbes paſſim recenſeat Mela, ubi non eadem verba locum habeant & immiſceri debuerint, utpote inter quas utplurimum vici & parva oppida interſint, quorum Auctor rationem non habet, ſemel clariſſima modò & notiſſima oppida recenſere conſtituens. Neque profectò ulla eſt in hoc loco ſingularis cauſa. In MSto Chiſiano legebatur *Vici tenent.* *Ulterior & adhuc opulenta Sidon.* An poteſt hoc placere, ut inſulam Tyron non tam Pomponii aetate nobilitaverit ingens urbs, ſed potius omnibus per ruinas intercisis vici quidam tenuerint, quorum tamen unus major frequentiorque id nomen ſolentius habuerit, paulatimque beneficio Caeſarum rurſus accreverit. Haec nuper. Quid autem debeam memoriae abſurdi Voſſii, hinc patet. Scribit enim in Appendice, quaſi vulgo legeretur *& adhuc opulenta Tyros*; ego autem conarer reponere *opulenta Sidon*. Poſt hanc ſceleſtam rabiem, ut notulam meam oſtenderet plenam erroribus, dicit: „ tempore Strabonis adeo habitatam fuiſſe „ hanc peninſulam, ut nullus „ omnino locus in ea reperiretur „ aedificiis vacuus. Itaque Strabonem illam eadem ratione inhabitari ſcribere atque Aradum, & propter anguſtiam peninſulae domus ibi altiores & plurium fuiſſe tectorum quàm „ Romae. Primò an agimus de aetate Strabonis? an non Mela apertè teſtatur eam nunc deficere? Dein quaeſo te, an, haec omnia licet colligere ex verbis Strabonis lib. XVI. pag. 756. Τύρ☉ δ' ἐςὶν ὅλη νῆσ☉ σχεδὸν τι συνῳκισμένη παραπλησίως ὥσπερ Ἄραδ☉. In his nihil de multiplici contignatione tectorum. Imo nihil aliud in his indicat Strabo, niſi inſulam totam ferè occupatam aedificiis, perinde ut erat Aradus: ut ſolam ſuperficiem inde conſtet repletam fuiſſe exſtructionibus, nihil in his de altitudine & multitudine tectorum. Scilicet ſpoliatio opum ex templo Herculis ſub Julio Caeſare, ablatio libertatis ſub Auguſto nihil nocuerant ni-

riora: & adhuc opulenta [11] Sidon; antequam à Perſis caperetur, maritimarum urbium maxima. [12] Ab ea ad promontorium Euproſopon [13] duo ſunt oppida, [14] Byblos & Botrys: [15] ultrà tria fuerunt ſingulis inter ſe ſtadiis diſtantia; locus ex numero [16] Tripolis dicitur: [17] tum Simyra caſtellum, & urbs non obſcura [18] Marathos. [19] Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa [20] adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dites circumſident; ſitus efficit: quia regio fertilis, crebris & navigabilibus alveis fluminum pervia, diverſas opes maris atque terrarum [21] facili commercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur: &

inſulae, effecéruntque, ut nulla ibi eſſent ruinarum veſtigia, quod credit & ſpargit Voſſius, opinor, nullo credente; qui tamen ipſe Voſſius in prioribus ad Melam plane ſcripſerat Tyron deficere. Calumniam in fine iſtius argutiae adſperſam non tango, quoniam & nimis aperta eſt, & in quisquiliis tam non Chriſtianis animam efflavit, nec quidquam inde ad ſtudentium bonum. Sufficit me nihil ſcripſiſſe illic, nihil cogitaſſe de aetate vel Melae vel Strabonis. IDEM.

11. *Sidon*] Nunc eſt *Sidoni*. OLIV.

12. *Ab ea ad promontorium Euproſopon*] Legendum, *Ab ea ad promontorium Theuproſopon*, ex Ptolemaeo & Strabone, quorum interpretes ineptè tranſtulerunt *dei facies*. Vidit hoc ante me Mariangelus, vir cum primis eruditus, & diligens. PINTIAN.

13. *Duo ſunt oppida, Bubos & Bactros*] Scribendum *Byblos & Botrys*, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo. BARBARUS.

14. *Byblos*] *Gaëta* nunc. OLIVAR.

15. *Ultra tria fuerunt*] Strabo lib. XVI. Τρίπολις ἀπὸ τῦ συμβεβηκότος τὴν ἐπίκλησιν εἴληφεν· τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα Τύρυ, Σιδῶνος, Ἀράδυ. SCHOTT.

16. *Tripolis*] Nunc *Tripoli de la Suria*. OLIVAR.

17 *Tum Smyrna caſtellum*] Lego *Simyra*, non *Smyrna*, ex Ephoro, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

18. *Marathos*] Nunc *Margath*. OLIVAR.

19. *Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa adjacens à terra*] Scribo, *objacens*, ex familiari conſuetudine loquendi Melae, ut dixi. Poſtrema quoque duo verba demenda. PINTIAN.

20. *Adjacens à terra*] Quid ſi, *ſed adverſa adjacens terra grandem*. SCHOTT.

21. *Facili commercio permutat, ac miſcet*] Duo poſtrema verba ſupervacanea mihi videntur. PINTIAN.

22. Se-

& in ora ejus urbes, [22] Seleucia, [23] Paltos, [25] [24] Berytos, [25] Laodicea. [26] Rhoſos; amnesque qui inter eas eunt, [27] Lycos, & Baudos, & Oron-

22. *Seleucia, Hyppatos, Laodicea, Aroſes*] Legendum fortaſſe non *Hyppatos*, ſed *Patos*, nec *Aroſes*, ſed *Arados*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Eſt autem *Aradus* inſula quidem, ſed propinqua continenti, qua ſitum eſt oppidum *Antaradus*. Barbarus.

*Seleucia*] Hodie *Solda*. Olivar.

23. *Paltos*] Hodie *Gibel*. Idem.

24. *Berytos*] Nunc eſt *Baruth*. portus Damaſci. Olivar.

*Beritos*] Scribendum cum *y* in ſecunda, *Berytos*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Plinio. Pintian.

*Beritos*] Lego *Berytos*. Straboni Βηρυτός, ubi miror Interpretem *Barutam* reddere. Juſtiniano Imp. *legum nutrix*, & Eunapio Sophiſtae *mater Juriſprudentiae* eſt. Nonnus lib. XLI. *Dionyſiacῶn*.

> Βηρυτὸς βιότου γαλήνιον ὅρμον.

Primùm terrae motu quaſſatam ex Agathio lib. II. *belli Gothorum*: Poſt verò inſtauratam actiſſe ex I. lib. *Epigr. Graec.* annotavi. Schott.

25. *Laodicea*] *Liche* hodie. Olivar.

26. *Arados*] Strabo inter Tripolis urbes numerat: Dionyſius Alexand.

> Ἄγχι δὲ Φοινίκης Ἄραδος μεγάλῳ ἐνὶ πόντῳ.

Schott.

27. *Lycos, & Hypatos, & Orontes*] Caſtigo, *Lycos, & Labotas, & Orontes*, ex Strabone, Pintian.

*Lycos, & Paltos, & Orontes*] Voſſius putat flumen & oppidum eodem nomine hic fuiſſe, idque nunc Πάλτος, nunc Βάλδος prolatum, auctoritate Strabonis ac Stephani. In his nihil eſt, per quod inducamur ad parendum. Nam Stephanus clarè pro diverſis habet, dum Πάλτον dicit eſſe Συρίας, ac Βάλδον Φοινίκης. Imo reſpondet Voſſius per Syriam hic intelligi Phoenicen, quia in ſitu Palti omnes conveniunt. Cur igitur, oro, nullus in Phoenice ponit? Cur Strabo lib. XVI. Eleutherum ſtatuens cum aliis finem Seleucidis verſus Phoenicen, ante Eleutherum & in Seleucide nominat *Paltum*? Ut hinc clarum eſſe debuerit Voſſio, qui colligeret aliam eſſe *Baldum*, & Syriam Stephani eſſe Seleucidem, non Phoenicen. Sed nempe *Baldos* illa nuſpiam memoratur teſtantibus omnibus Geographiae commentatoribus. An ideo etiam non fuit, aut erravit ſtatim Stephanus & geminam malè fecit, quum una modo eſſet, deceptus vel varietate ſcripturae, vel duplici regionis prolatione? Id verò crimen temerarium. Immo certè opinor fuiſſe. Quid enim Βάλδος eſt aliud, quàm vox ad Graecam lenitatem inflexa, Βαάλαθος, Βάαλθος, Βάλθος. *Baalath* autem vocabulum non urbis, ſed urbium circa Phoenicen ac Palaeſtinam ex Sacris Litteris novimus. Itaque ſalvus ſit Stephanus & rejiciatur confuſio urbium Baldi & Palti. Quod ad Strabonem attinet; ejus locus cur ita legendus eſt περὶ Πάλτον, τῆς Συρίας παρὰ Βάλδον ποταμόν. quum

[28] Orontes: tum [29] mons Amanus, & ab eo ſtatim [30] Myriandros & Cilices.

quum illic in editis legatur παρὰ Βάλδαν Caſaubonus teſtetur in MSS. eſſe Βαῦδον, (fortaſſe hinc Dalecampius citat *Bandam* ad Plinium lib. x. cap. 26. id volui ſcribere) Joſephus lib. 11. *Bell. Jud.* cap. 9. *Beleum*; quid in his accedit ad convenientiam vocis Βάλδον? aut quo robore illud correctionis mandatum firmatur? Quae his obſtrepit, ut eruditionem intempeſtivam & ridiculam in Memnone & Baalthide, quaſi eadem forent, producat, nihil moror. Sed miror, cur nihil etiam ſciverit in Dictyos lib vi. his verbis: *Hemera ſoror Memnonis recepta urna Phoenicen navigaverit; delata dein ad regionem ejus Palliochin nomine, ſepultisque reliquiis fratris nusquam repente comparuerit.* In omnibus, quos conſuluit, Plinii ſcriptis libris quemadmodum invenerit *Placida*, patet ex Notis Harduini. Immo ſi inſpicias MSS. Pomponii, in quibus clarè eſt *Hypatos* vel *Hypathos*, & Strabonis, ut ſupra poſui, videbis unius litterae transpoſitionem eſſe, nempe Y, in Strabone Βαυδὸς, in Mela *Paydos*, vel *Baydos*, vel *Baudos*. Planè mirari nemo poteſt transpoſitionem hoc loco litterarum temere contigiſſe à me ſupponi: nam ea plus ſemel accidit. Sic in lib. 1. cap. 18. MSS. habent *Auſtrum* pro *Aſtyram*. Sic in lib. III. cap. 7. in Lesbo ab codicibus agnoſcitur urbs *Cirava*, quam putant Viri docti ſimiliter enatam eſſe ex *Ariſua*. Immo quum MSS. ſupra pro *Botrys* habent vel *Baſtros*, vel *Batros*, (in *Appendice* demum excitatus à me Voſſius notat ſe invenire *Butros*, ut cenſet, manifeſtè pro *Botrus*) videamus an non majori jure nos illic cogitare poſſimus de Stephaniana *Baldo* vel *Balto*, quam illi conſpirent ad mutationem Barbari? qui primus hanc *Botryn* Pomponio donavit. Quinimo illud *Batros* clarè eſt ipſum *Baritos* pro *Berytos*. *Botrys* tanti non eſt, ut meminiſſe voluerit. Hic verò jocoſus Voſſius dicit eſſe abſurdum bis eandem recenſere urbem, & ideo quum ipſe *Berytum* hic reponam, id omnino me facere ſine judicio, cum illa mox ſequatur. Quaſi verò non ſatis magnae moleſtiae eſſet illic Berytos interpoſita Palto & Laodiceae, ubi nunquam fuit, & ipſe futiliſſimâ notâ neſcio quid ſtultiſſimum perſuadere Lectoribus tentaverit. GRONOV.

28. *Orontes*] Fluvius, nunc *Tarfaro*. OLIVAR.

*Orontes*] Primum *Typhon* à Typhone gigante, dein ab Oronte Indo *Orontes* dictus: Pauſanias *Arcadicis*. Vel ab eo qui pontem flumini impoſuit. Strabo lib. XVI. ut errare mihi apud Euſtathium *in Dionyſ.* videantur, λέγοντες ὅτι Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ δράκοντος αὐτὸν Ὀρόντην μετωνόμασεν· ὃ σημαίνει Ῥωμαϊστὶ τὸν ἀνατολικόν. Non enim Mela Tiberii aequalis ſilentio praeteriiſſet, ut cum de Britannia loquitur, apparet: ſed ab Antiquis nomen hauſiſſe propius à verò abeſt. SCHOTT.

29. *Mons Amanus*] In fine Syriae. OLIVAR.

30. *Mariandros*] Scribendum, *Myriandros*. BARBARUS.

*Myriandros & Cilices. At in receſſu*] Sincerior lectio, *Myriandros & Cilicia. In receſſu*, &c. PINTIAN.

CAP.

# CAP. XIII.

# CILICIA.

[1] At in receſſu intimo [2] locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientiſque Darii ſpectator ac teſtis: [3] nunc ne minima quidem, [4] tunc ingenti urbe celebris [5] Iſſo fuit; & hac re ſinus Iſſicus dicitur. Procul inde [6] Ammodes promontorium inter Pyramum Cydnumque fluvios jacet. [7] Pyramus Iſſo prior [8] Mallon praeterfluit: Cyd-

1. *At in receſſu ultimo locus eſt magni*, &c.] Lego, *Myriandros & Cilicia: ac in receſſu ultimo locus magni* &c. ut verbum *eſt* ſuperfluat, vel ſic: *Myriandros & Cilicia: ejus in receſſu intimo locus eſt magni quondam* &c. PINTIAN.

2. *Locus eſt*] *Arbelitis* regio eſt juxta Adiabenem Solino cap. 48. & Marciano Capellae lib. VI. Lege & Cicer. lib. V. *ad Attic. epiſt.* 20. SCHOTT.

3. *Nunc ne minima quidem*] Lego abſque negatione, *Nunc minima quidem*, auctore Strabone lib. XIV. *Geogr.* μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον, καὶ ποταμὸς Πίναρος· ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ, καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός. SCHOTT.

4. *Tunc ingenti urbe celebris Iſſos fuit*] Lego *Iſſo*, non *Iſſos*: ut infra. PINTIAN.

5. *Iſſos*] Nunc *Laiſſa*. OLIVAR.

*Iſſos fuit*] *Iſſo fuit*, lego, auferendi caſu. Infra, *Totus auguſtus*, non *anguſtus*. SCHOTT.

6. *A Mynodes promontorium inter Pyramum Cydnumque fluvios*] Quid ſi non *Amynodes*, ſed *Amonoides*, hoc eſt, Ἀμανοειδὴς, quaſi ad montis Amani ſimilitudinem. Ut enim Amani, portae ſinu Iſſico vocantur, ita portae Ciliciae inter Pyramum atque Cydnum, auctore Plinio. BARBARUS.

7. *Pyramus Iſſo prior*] Si procedas verſus Ortum. OLIVAR. Scribendum, *Pyramus Iſſo propior*; ut non multò pòſt: *ſed Celendris Sarpedoni propior*: ſolet hoc ſubinde fieri à Pomponio, ut propinquitas diſtantiaque locorum inter ſe conſtet Lectori. PINTIAN.

8. *Maloſen*] Scribendum non *Maloſen*, ſed *Mallon*, ex Plinio, Ptolemaeo, Strabone, Callimacho: *Mallos*, inquit, *urbs Ciliciae, à Mallo conditore dicta*. BARBARUS.

*Mallon*] Nunc *Malo*. OLIVAR.

*Mallon praeterfluit*] Quin hic ſit aliquid abſconditum ulceris, dubitari nequit. Cur enim hujus urbis vocabulo ſoli datur forma Graeca, non item Pyramo, non Tar-

Cydnus ultrà per [9] Tarſum exit. Deinde urbs
10 eſt [10] olim à Rhodiis Argivisque, [11] pòſt piratis Pompejo aſſignante poſſeſſa; nunc Pompejopolis, [12] tunc Soloe: juxtà in parvo tumulo Ara-

Tarſo, non Cydno? deinde quum urbis hujus vocabulum ſit celeberrimum ac notiſſimum, unde credimus eſſe, quod exemplaria ante Herm. Barbarum, cujus reſtitutio eſt lectio, quae nunc vulgo obtinet, habuerint *Maloſen*, quomodo legi ſcio in Chiſiano & ipſe inveni in ſcripto *Maleſen*. Liceat deliberare. Sed negat deliberandum Voſſius, quia ineptus tantùm Librarius *Mallon* in *Mallos* permutarat. An non ineptior Voſſius? Quando incepta iſta permutatio? Si libri manu exarati (ſic inquit, & nullum excipit) exhibent *Malloſen* aut *Malloſon*; dicat igitur, qua occaſione ad hanc ineptiam venerit Librarius. Gron.

9. *Tarſum*] Nunc *Tarſo*. Oliv.

10. *Olim à Rhodiis Argivisque poſſeſſa*] Videtur legendum *Achivis* non *Argivis* ex Strabone lib. xiv. Pintian.

11. *Poſt piratis Pompejo adſign.*] Hanc ſcripturam ſcio conſervari in duobus MSS. quam ſollicitare nefas puto. At Voſſius *indoctos* crepat Librarios, quòd exiſtimarent *poſt* melius conjungi cum *prius* quàm cum altero, hanc induxiſſe ſcripturam. Mi Lector, poteſne illud Voſſianum *prius* mihi in Mela indicare? Voſſius *illud* ſolus vidit iisdem *oculis*, quibus omnem veritatem. Et credo id ſcivit ipſe, ideoque addidit, *niſi fallor*, quum ſciret ſe maximè ſimul fallere. Reliqua ſunt inaniſſima. Nummum ex *Miſc. Curio-*







*ſis* Sponii addidi. Gronov.

12. *Tunc Soloe*] Σόλοι Graecis: unde *Soloeciſmus*. Diog. Laërtius in *Solone:* Strabo lib. xiv. ubi de Caribus: & Euſtath. in Περιηγητὴν, & in Hom. *Iliad.* β. in fine, & ψ. ῥαψῳδ. Livius lib. xlvii. *Pro his cùm gratias egiſſent Rhodii, de Solis urbe quae in Cilicia eſt egerunt, Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe.* Schott.

[13] Arati Poëtae monimentum; ideo referendum, quia ignotum, quam ob cauſam jacta in id ſaxa disſiliunt. Non longè hinc Corycos oppidum portu ſaloque incingitur, anguſto tergore continenti annexum. Suprà Specus eſt, nomine Corycius, ſingulari ingenio, ac ſuprà quàm ut deſcribi facilè posſit eximius. Grandi namque hiatu patens, montem litori oppoſitum, & decem ſtadiorum [14] clivo ſatis arduum, ex ſummo ſtatim vertice aperit. Tunc altè dimisſus, & quantùm demittitur amplior, [15] viret lucis pendentibus undique, & totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur: adeò mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aſpectu conſternat; ubi [16] contemplati duravere, non ſatiet. Unus in eum deſcenſus eſt anguſtus, aſper, quingentorum & mille pasſuum, per amoenas umbras & opaca ſilvae quiddam agreſte reſonantis, rivis hinc atque illinc fluitantibus. Ubi ad ima perventum eſt, rurſum Specus alter aperitur, ob alia dicendus. Terret ingredientes ſonitu [17] cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perſpicuus, mox & quo magis ſubitur, obſcurior, [18] ducit au-

13. *Arati Poëtae*] Patria etiam Chryſippi Philoſophi Stoici, & *Philemonis* Poëtae. Strabo lib. XIV. *Geograph*. & Solinus cap. 41. IDEM.

14. *Clivo*] *Clivus* deſcenſus eſt. OLIVAR.

15. *Viret lucis pubentibus*] *Lucos* habet *pubentes*, id eſt, virentes. OLIVAR. Solinus *pendentibus* legisſe videtur, niſi, quod vereor, mendoſus codex eſt: *Nemoroſo*, inquit, *orbe amplectitur mediam inanitatem: virens introrſus lucis pendentibus. Deſcenſus in eum per duo millia & quingenta paſſ.* Qui numerus etiam immenſum quantum à Pomponiano diſcrepat. SCHOTT.

16. *Contemplati duravere*] Id eſt, depoſuerunt metum, quem contrahunt primo adſpectu. OLIVAR.

17. *Cymbalorum*] Κύμβαλον (inquit Heſychius) eſt εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, *ſpecies organi muſici*. IDEM.

18. *Ducit auſos penitùs*] Hic locus à nobis quoque reſtitutus eſt. Legendum enim *penitius*. OLIVAR.

auſos penitus, altéque quaſi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis [19] ingenti fonte ſe extollens, tantummodo ſe oſtendit, & ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demerſus abſconditur. Intrà ſpatium eſt, magis quàm ut progredi quiſpiam auſit horribile, & ideo incognitum. [20] Totus autem auguſtus & verè ſacer, habitarique à Diis & dignus & creditus, [21] nihil non venerabile, & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat. Alius ultrà eſt, quem Typhoneum vocant, ore anguſto, & multùm (ut experti tradidere) preſſus, & ob id aſſidua nocte ſuffuſus, neque unquàm perſpici facilis: ſed quia aliquando [22] cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabulaque memorandus. Duo deinde promontoria ſunt, [23] Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit, Anemu-

Rectè Olivarius, *penitius*. SCHOTT.

19. *Ingenti fronte ſe attollens*] Legendum *fonte*, ex eodem Strabone. Verba appendere pretium operae duxi: ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι ἔχον πηγὴν μεγάλην, ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταδυόμενον ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς, ἔξεισιν εἰς τὴν θάλατταν· καλοῦσι δὲ πικρὸν ὕδωρ. & Solinus: *hic inde aſſidua fontium ſcaturigine*, cap. 41. IDEM.

20. *Totus autem anguſtus*] Scribo, *auguſtus*, non *anguſtus*. PINTIAN.

21. *Nihil non*] Nullam cauſam videns, cur haec diſcerperent ab praecedentibus, mutavi diſtinctionem, etſi Voſſius ederet *& creditus. Nihil non* &c. admodum inconcinna laceratione. GRONOV.

22. *Cubile Typhonis*] Hic fuit gigas, cujus aſpectu verſi ſunt Dii in varia animalia. OLIVAR. Fabulam exponit Euſtathius ad illud Hom. *Iliad.* β. Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. & ad Dionyſium Περιηγητὴν, ubi de Oronte. Strabo lib. XIII. & Solinus cap. 41. *Memorabilium*. Lucanus lib. VI.

*—— tali ſpiramine Neſſus*
*Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis,*
*Antraque letiferi rabiem*] *Typhonis anhelant.*

SCHOTT.

23. *Sarpedon*] Vide Prov. *Sarpedonium litus*: & ſup. *Corycaeus auſcultavit*: de quo & Strabo lib. XIV. & Euſtathium in *Dionyſium*. IDEM.

24. *In-*

muriunt: [24] interque ea [25] Celenderis & Nagi- 55
dos, Samiorum coloniae; ſed Celenderis Sarpedoni propior.

24. *Interque ea Celendris & Nasidos*] Legendum *Celenderis* ex Strabone, Ptolemaeo, Pauſania. Item *Nagidos*, non *Nasidos*, ex Stephano, & Strabone: cujus Interpres *Agidos* perperam tranſcuſit, pro *Nagidos*: cui tamen errori materiem ſuppeditavit vitioſum exemplar, in quo ſcriptum erat, ἐπὶ Ἄγιδος, pro, ἐπὶ Νάγιδος, littera ν, quae eſt prima nominis, adjuncta antecedenti verbo ἐπι. PINTIAN.

25. *Cerenderis*] Ptolemaeus *Celenderis*, hoc ipſo tractu. BARBAR.

## CAP. XIV.

## PAMPHYLIA.

In Pamphylia eſt Melas, navigabilis fluvius; oppidum Sida; & alter fluvius Eurymedon: Magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adverſus Phoenicas & Perſas navalis pugna atque victoria fuit. Mare, quo pugnatum eſt, ex 5
edito admodum colle proſpectat [1] Aſpendos, quam Argivi condiderant, posſedere finitimi. Deinde alii [2] duo validisſimi fluvii, [3] Ceſtros & [4] Catarractes: Ceſtros navigari facilis; hic quia

Decimum quartum caput nihil habet, quod egeat ſudoribus noſtris: propterea praetermiſimus. OLIVAR.

1. *Aſperidos quam Argivi condiderant*] Scribe *Aſpendos*, ex Hellanico, Theopompo, Plinio, caeteris, ab *Aſpendo* conditore. BARBARUS.

2. *Alii duo validisſimi fluvii*] Utrum contemſerit Vosſius, an inviderit, certè in neutro codicum, quibus adjutus fui, poſtrema vox exſtabat; & ſic verſatus eſt in hoc capite Pomponius, ut planè ſit ſupervacua. Ignoratur etiam codici Mediolanenſi. GRONOV.

3. *Oeſtros & Cataractes*] Strabo & Ptolemaeus *Ciſtros* non *Oeſtros*, quorum auctoritati nulla debet officere Etymologiae ratio: at Ptolemaeus *Catarrhactes* cum duobus *rr*. PINTIAN.

4 *Fluvius Carathes*] Scribe, *fluvius Cataractes*. Sequitur enim,

 Quia

quia ſe praecipitat, ita dictus. Inter eos Perga eſt oppidum, & Dianae, quam ab oppido [1] Pergaeam vocant, templum: trans eosdem mons

*Quia ſe praecipitat.* Idem Strabo, idem Plinius. BARBARUS.

5. *Pergaeam vocant*] Credere debemus, quia Voſſius teſtatur, in optimis libris ſcriptum *Pergaſeam.* At ego inveni in uno *Peragaeam*, in altero erat *Pergameam:* non niſi vitia ſcribentium pro vulgato, quum in Mediolan. clarè *Pergaeam.* Et quum tot nummi, quorum quatuor vides, deinceps prodierint cum












honore ejus Deae; an autem *gaſia* vel *Pergaſaea* tradenti? dubimus vel cuicunque de *Por-* GRONOV.

6. *Mens*

[6] mons Sardemiſos, & Phaſelis à Mopſo condita, finis Pamphyliae.

6. *Mons Sardemiſos* ] Quum in vicinia Ortelius oſtentaviſſet *Sardesſum* ex Stephano & nummo Veſpaſiani apud unum Goltzium, id ipſum cenſens Voſſius ſtatim arripuit totum, & ex Voſſio Harduinus deſcripſit tum in Notis ad Plinium, tum in nummis illuſtratis pag. 437. Etiam Holſtenius citationem Goltzianam adſcripſit ſuo Stephano. Ita illi heroes nutriti ſunt ab ſolo Ortelio. Sed nummus ille oſtentat urbis, non montis incolas. Hinc vide, an poſſis dubitare, num ſit idem *mons Caſtnios*, & Mela ſic ſcripſerit. Stephanus, Κάστνιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν Κάστνιος, ἐξ οὗ καὶ Καστνιᾶτις &c. Ubi non vult in urbe Aſpendo eum fuiſſe, ut putant nonnulli, ſed in territorio ejus ac regione, quae ultra Pergam potuit extendi. GRONOV.

## CAP. XV.

## LYCIA.

LYCIA continuò, cognominata à Lyco rege, Pandionis filio, atque (ut ferunt) [1] infeſtata olim [2] Chimaerae ignibus, [3] Sidae portu & Tauri promontorio grandem ſinum claudit. Taurus ipſe ab Eois litoribus exſurgens, vaſtè ſatis attollitur: dein

1. *Infeſtata olim Chimaerae* ] De Aetna eadem Agell. lib. XVII. cap. 10. & D. Hieron. ad Furiam, apud quem pro *Olympus*, fortè leg. *Chimaera: Non Aetnaei*, inquit, *ignes, non Vulcania tellus, non Veſuvius & Olympus tantis ardoribus aeſtuant*, &c. SCHOTT.

2. *Chimaerae* ] Chimaera ramentum Tauri montis. OLIVAR. Legendus Plutarch. *de Claris Mulieribus* cap. 9. & Solinus cap. 42. *Polyhiſtoris*. SCHOTT.

3. *Syde portu* ] Scribendum videtur per *i* in prima, *Side*, ex Stephano, Ptolemaeo, Strabone, Plinio, & Pomponio paulò antè. Sed Pamphyliae *Side* eſt, non Lyciae. Quapropter puto hic pro *Side*, ſubſtituendum *Lyde*, ex Ptolemaeo, qui ita nominat maritimum Lyciae oppidum: etſi in Latinis Ptolemaei codicibus *Chide* ſcriptum ſit. PINTIAN.

4 dein 5 dextro latere ad ſeptentrionem, 6 ſiniſtro ad meridiem verſus, it in occidentem rectus & perpetuo jugo; 7 magnarumque gentium, quâ dorſum agit, terminus, ubi terras diremit, exit in pelagus. 8 Idem autem, & totus ut dictus eſt, dicitur etiam 9 quâ ſpectat orientem: deinde 10 Hemodes, & 11 Caucaſus, & 12 Paropamiſus: tum 13 Caſpiae pylae, 14 Niphates, 15 Armeniae pylae; 16 & ubi jam Noſtra maria contingit, Taurus iterum. 17 Poſt ejus promontorium flumen

4. *Deinde dextero latere*] Scripſerat Mela, *dehinc*, vel *dein dextero*, ut ſup. cap. 3. SCHOTT.

5. *Dextro latere*] Ad Imaum montem refertur. OLIVAR.

6. *Siniſtro ad Meridiem*] Ad Damaſinum montem, Tauri ramentum. IDEM.

7. *Magnarum gentium*] Sericae regionis Gymnoſophiſtarum Caſpiciae, Sachae, Bactrianorum, Sogdianorum, Ariae, Drangianae, Gedroſiae, Arachoſiae, Margianae, Hyrcaniae, Carmaniae, Parthiae, Mediae, Perſidis, Aſſyriae, Suſianae, Meſopotamiae, Armeniae Majoris & Minoris, Ciliciae, Pamphyliae & Lyciae, ubi exit in pelagus. IDEM.

8. *Idem autem & totus, ut dictus eſt, dicitur, etiam quà ſpectat Orientem*] Lego, *Idem autem & Taurus, ut dictum eſt, dicitur*, &c. PINTIAN. Recte Pintianus repoſuit, *Et Taurus, ut dictum eſt, dicitur*: Adde & *Himaus*, quod in vulgatis hactenus affuit, ex Plinio lib. v. cap. 22. & lib. vi. cap. 17. & Strabone lib. xv. Verba libenter adſcribo, ut diverſa hominum ſcriptura, vel me tacente, à non oſcitante Lectore animadvertatur, tum etiam ut loca inter ſe componantur: τὸν Ταῦρον προσαγορεύουσιν, ἀπὸ μὲν τῶν ἄκρων, τῆς Ταυ- [illegible] μα τὰ ὄρη ταῦτα· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης, ἄλλοι δὲ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν καὶ Ἰμάον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι. Μακεδόνες δὲ Καύκασον. Dionyſius verò Afer Taurum dictum ait:

> Οὔνεκα ταυρωπός τε, καὶ ἐξονομασμένος ὁδεύει.

ubi Euſtathius & ἐξονόμαστος legi annotat. SCHOTT.

9. *Quà ſpectat ad Orientem*] Dicitur Taurus ſemper verſus Orientem. OLIVAR.

10. *Haemodes*] Ubi incipit ramentum Imai montis. IDEM.

11. *Caucaſus*] Prope Albaniam & Iberiam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. IDEM.

12. *Propaniſus*] Scribe *Paropamiſus*. BARBARUS.

*Paropamiſus*] E regione Bactrianae & Ariae. OLIVAR.

13. *Caſpiae pylae*] Ad mare Hyrcanum ſive Caſpium. IDEM.

14. *Niphates*] Ad mediam Parthiam & Hyrcaniam. IDEM.

15. *Armeniae pylae*] Ad Armeniam Majorem. IDEM.

16. *Et ubi jam noſtra maria attingit*] In Lycia. IDEM.

17. *Poſt ejus promontorium*] Ejus Tauri: nam in Lycia, ubi exit

[18] flumen eſt Limyra, & eodem nomine civitas: atque ut multa oppida, [19] ſic praeter [20] Pataram non illuſtria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico ſimile. [21] Ultrà eſt [22] Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, [23] mons Cragus, [24] & quae Lyciam finit urbs Telmeſos.

exit in mare, Taurus ſicut in principio vocatur. IDEM.

18. *Flumen eſt Lymira, & eodem nomine civitas:*] Scribendum controverſa orthographia, in prima cum *i*, & in ſecunda cum *y*, *Limyra* ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano. Qui error corrigendus etiam in Plinio. Nec enim ſatis intelligo, quid ſibi voluerit Hermolaus, qui è contrario, quàm praecepi, ſcribat hanc dictionem in lib. v. *Plinian. Caſtig.* cum *y* tenui in prima, & iota in ſecunda, *Lymira*. PINTIAN.

19. *Sic praeter Pataram non illuſtria.*] Scribo *Patara*; non *Pataram*. *Patara Pataroꝛum* enim inflectitur, non *Pataras*. Similis errandi occaſio multis Graecè imperitis in *Arbela*, *Gaugamela*, *Abdera*, & hujusmodi. Sed cui poſt Hermolaum non ſit venia, qui *Pataram* & *Gaugamelam*, quaſi feminina ſint, legit in lib. VI. Plinii. IDEM.

20. *Pataram*] *Patera* nunc. Ab hac regione usque ad Bithyniam eſt Aſia Minor, quae nunc dicitur *Anatolia*, ſive *Turchia*. OLIVAR.

21. *Ultra eſt Xanthus*] Sic duo MSS. quibus invitis ſubſtantivum verbum ejecerunt. Habes Armenias Pylas ſub figura Tauri ex




nummo. GRONOV.

22. *Xanthos flumen, & Xanthos oppidum*] Lego, *Xanthos flumen & oppidum*: cetera redundant; adſtipulante etiam Plinio. PINTIAN.

23. *Mons Cragus*] Meminere hujus Horatius, & Ovidius, & de Graecis Dionyſ. Περιηγητῇ. SCHOTT.

24. *Et quae Lyciam finit urbs Telmiſos.*] Ptolemaeus cum *e* longo in penultima, *Telmeſſus*, Stephanus, & Strabo cum *i*: Omnes tamen cum duobus *ſſ*. *Telmiſſos* aut *Telmeſſos*. PINTIAN.

## CAP. XVI.

# CARIA.

[1] Caria ſequitur. [2] Habitant incertae originis; ([3] alii indigenas, ſunt qui Pelasgos, quidam Cretas exiſtimant) genus usque eò quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercedibus agerent. Hîc caſtella ſunt aliquot: dein promontoria duo, [4] Pedalion & Crya; & [5] ſecundum Calbin amnem Caunus oppi-

1. *Caria*] Pars Aſiae Minoris prima. Olivar.

2. *Habitatur incertae originis*] Error in ordine verborum, & ipſa, ut ſentio, depravata verba. Quae etſi variis modis poſſent caſtigari, placet tamen legatur, *Habitatores regionis incerti.* Pintian.

*Caria ſequitur. Habitatur incertae originis*] Dixi corrigendum eſſe, ut tunc viſum eſt, *Habitatores regionis incerti.* Nunc repudiato conſilio, commodiorem duco lectionem, *Habitatorum incerti aborigines:* hoc eſt majores eorum, qui nunc habitant Cariam; incertum eſt, unde in eam regionem commearint. Sic Plinius lib. IV. cap. 22. *Erythraea dicta eſt, quoniam Tyrii, Aborigines eorum, orti ab Erythraeo mari ferebantur.* Idem.

3. *Alii indigenas, ſunt qui Pelasgos*] Corrigendum puto, *Illi indigenas,* &c. hoc eſt, ipſi Cares praedicant ſe Autochthonas ſive indigenas. Herodotus lib. I. *His,* inquit, *non conſentiunt Cares, ſed ſe praedicant indigenas.* Idem.

4. *Pedalion & Citria*] Plinius *Cyria*, non *Citria*, Prolemaeus *Ceria*, Stephanus *Crya*, quod & vero propius, ut in Plinio diſputatum eſt. Barbarus.

*Pedalium & Crya*] Legendum fortè *Cryasſos*, potiùs quàm *Crija*, ex Stephano, cui civitas eſt Cariae *Cryasſos:* ut à promontorio, quod ſolet fieri, nomen acceperit civitas. Nam *Crya* Lyciae eſt, non Cariae, teſte Stephano, & Ptolemaeo; in quo vitiosè leges *Caria*, qui locus eſt Lacroniae, pro *Cyra.* Pintian.

5. *Secundum Galbiam amnem Caunus*] Ptolemaeus, *Secundum Calbin*, inquit, *amnem Caunus oppidum.* Plinius & Indum amnem quendam propinquum facit *Cauno*, ubi nos ex Alexandro *Ninum* ſcribi poſſe diximus. Quia tamen Livii lib. XXXVIII. verba ſunt haec, *Deditis*, inquit, *Tabis urbe, tertia die ad Chaum fluvium ventum eſt, inde Erizan primo impetu captam, poſt ad Tabaſion caſtellum imminens flumini Indo, cui fecerat nomen Indus*, inquit, *ab elephanto dejectus*, & reliqua.

oppidum, [6] valitudine habitantium infame. Inde ad Halicarnaſon haec jacent; [7] Rhodiorum aliquot coloniae; [8] portus duo, Gelos, & [10] cui

liqua. Suſpendendum arbitror judicium. De *Tabis*, in Caria & Lybia, & alibi Stephanus. A *Tabis* propriè *Tabeni*: à *Tabaſis Tabaſeni*, de quibus lib. v. Plinii plura. BARBARUS.

6. *Valetudine habitantium*] Pallent omnes ibi. OLIVAR. Verbum μέσον in malam partem accipit. Lienoſi enim omnes. Plinius lib. XI. cap. 37. initio. SCHOTT.

7. *Rhodiorum aliquot Coloniae*] Eſt enim Rhodus inſula è regione Cariae. OLIVAR.

8. *Portus duo Gelos*] Eſt haec inveterata lectio. cui tacentibus aliis, quum Gelos hic ſit innominatus, lucem aliquam adfundere voluit Voſſius corrigendo *Helos*. nam Graecis Ἕλος, ait, vel Ἑλεοῦς locus hic dicebatur. Sed quum nullam probationem hujus rei afferat, nec ſi inſula adjacens Ἑλαιοῦσσα dicebatur, id quidquam faciat ad veritatem vocabuli in continente, (unde patet quàm temerè ex Plinio & Strabone ita ſe monuiſſe legendum eſſe ſcribat in Appendice, quum planè diverſa ab his tractata in unum raptentur) non eſt, cur temerè putemus adſpirationem H nunc in G fuiſſe mutatam, & non potius tentemus certiora. Conſuetudo Melae eſt interdum apponere numerum, ut videtur nunc facere, moxque in portubus & alibi facit, interdum omittere. Sic lib. 1. cap. 8. *in litore promontoria ſunt Zephyrion & Nauſtathmus*, ubi non etiam praemittit τὸ *duo*. Hinc dubitari poteſt, an hic numerus ab Pomponio venerit. Sed deinde video civitates Caricas uſas inprimis gemina terminatione, nempe *os* & *a*. Hinc vide, an duci poſſimus ad verum hoc, *Portus Suagelos, & cui*. Ut enim dixi, ex more geminae terminationis videntur dixiſſe *Suagelos* & *Suagela*. Stephanus: Σουάγελα πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρὸς, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα. καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. Qui locus eſt notabilis ad confirmanda quae diximus ad cap. 6. de monumento communi regiae gentis in litore, cujus proprium nomen reticet Pomponius, & maluit Latinè exprimere ob barbarae prolationis effugium, contra quam nunc ei facere placuit. Unde autem ſcivit in Appendice Voſſius *Syagela* (ſic ſcribit) fuiſſe unam è praecipuis Cariae urbibus? Ait id ex Strabone ſatis nos cognoſcere. Strabonis non alia verba ſunt, niſi lib. XIII. pag. 611. Σουάγελα, ἃ καὶ Μύνδῳ συνῴκισε Mauſolus. Egregia probatio! Stultior quaeſtio eſt, quum rogat, qui fiat, ut à nullo eorum, qui oram maritimam ſingulaque etiam minutiſſima diligenter perſequuntur, recenſeatur quoque urbs iſta, non portu tantum, ſed & regio nobilis ſepulcro? At ipſe Mela ei reſpondet, non cenſens eam numero urbis, quum vocet modò portum. Melam igitur quum tractemus, quid jacit fruſtra de aliis? Manifeſtò tamen Voſſius hinc intelligit mediterraneam fuiſſe urbem, perinde ſcilicet ac Myndus, cum qua eam jungit Strabo. Porrò non potui, quin joco

cui ex urbe quam amplectitur, [9] Tiſanuſa cognomen eſt; [10] inter eos oppidum Larumna, & Pandion collis in mare emiſſus; [11] tum tres ex ordine ſinus, Thymnias, Schoenus, Bubeſius; ([12] Thymniae promontorium Aphrodiſium eſt, [13] Schoenus ambit Hylam, [14] Bubeſius Acanthum)

joco tuo, Lector, inſerviens ex pluribus, quos variae manus finxerunt, nummis duas aliquas Mauſolei formas conferrem; non







ut auctoribus ἀλογία abs te contingat, nec enim meruerunt, ſed ut falſos cum falſis eſſe ſinas, & rideas eos, quibus placuit ad tales nugas edere commentarios. Sequuntur Apollinis apud Miletum & Colophonem praeclarae memoriae in tribus nummis, & cap. 18. dux Amazonum, ut creditur, Cyme, ac ſequenti Abydos commercio amoris noto ſe jactans, ſimul Heraclea ſuum Herculem Cerberi domitorem oſtentans. GRONOV.

9. *Thisſamisſa cognomen eſt*] Scribendum reor, *Tymnisſus*, ex Stephano. PINTIAN.

10. *Inter eos oppidum Larumna*] Lego *Hylarimna*, ex eodem Stephano. Mendum idem in Plinio. IDEM.

11. *Tum tres ex ordine ſinus Thymnias, & Schenus*] Legendum videtur ſine adſpiratione *Tymnias* ab oppido Cariae *Tymno*, Stephano. Item *Schoenus* per *oe* diphthongum, ex vulgata Graeciae nomenclatura. IDEM.

12. *Thymnias promontorium Aphrodiſium eſt*] Scribo, *Tymnias promontorium Aphrodiſias eſt*, ex Plinio lib. v. & Livio lib. VI. de bello Macedonico, & infrà. PINT.

13. *Schenus Ambithylam, Bubeſius Cinothum*] Scribendum *Bubesſus*, ſive *Bubasſus* ex Plinio, qui tamen non *Cinothum*, nec *Hylam*, ſed *Hydam* & *Acanetum*, ſive *Acanthum* vocat eas, ut diximus. BARB.

*Schenus ambit Hilam*] Legendum puto, *Schoenus ambit Liden*,

thum ) [15] Cnidus in cornu penè inſulae; interque eam & Ceramicum ſinum in receſſu poſita Euthane. Halicarnaſos Argivorum colonia eſt: & cur memoranda ſit, praeter conditores, Mauſoleum efficit, [16] regis Mauſoli monimentum, unum de miraculis ſeptem, Artemiſiae opus. Trans Halicarnaſon illa ſunt, litus Leuca, [17] urbes [18] Myndos, Caryanda, Neapolis, ſinus Jaſius & Baſilicus. In Jaſio eſt Bargylos.

dus, ex Plinio: ſic enim in eo legebatur ante caſtigationes Hermolai, qui ex Mela correxit in Plinio *Hidus*; ego è contrario lectionem Plinii defendo, & Melam è Plinio caſtigo, Herodoti auctoritatem ſecutus, cui *Lide* mons eſt Cariae, à quo nomen, ut conjectare licet, accepit & oppidum. Quid ſi in Pomponio & Plinio neutro modo legendum, ſed *Hydrela* in utroque ex Stephano & Livio? quibus urbs eſt Cariae *Hydrela*. PINTIAN.

14. *Bubeſſus Cynoſsum, Gnidus in cornu peninſulae* ] Caſtigo, *Bubeſſus, Cyos. Tum Gnidus*, &c. ex Stephano, cui *Cyos* urbs eſt Cariae. Nec probo Hermolaum, qui in *Caſtigationibus* Plinii, *Cynoſsum* in Pomponio agnoſcit. Item videtur legendum *Bubaſſus* potius, quàm *Bubeſſus*, ex Stephano, & Plinio, quibus *Bybaſſos* urbs eſt Cariae. IDEM.

15. *Gnidus* ] Lego *Cnidus*, non *Cydnus*, item *Ceramicum*, non *Tetraticum*, item *Euthanae*, non *Eutiana*, ex Plinio, Strabone, Stephano *Certamus*. oppidum in Caria, oppidum & *Euthanae*, hoc eſt, *Euthena*, à qua Euthenaei, quos & Euthenaeenſes & Euthenitas quoque nominant indigenae. BARBARUS. Promontorium eſt, nunc *Cabo de Chio*. OLIVAR.

16. *Mauſoli Regis* ] Plinius lib. XXXVI. cap. 5. & 6. legendus. SCHOTT.

17. *Urbes Mindus & .... Bargylos.* ] Scribendum, *Urbes, Mindus, Aryanda ſive Caryanda, Neapolis, ſinus Jaſius & Baſilicus, in Jaſio eſt Bargylos*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. De *Bargylis* & Cicero in *Epiſtolis*. BARBARUS. Scribendum *Myndos* cum *y*, & *Bargylia*, non *Bargylos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano, & Plinio. PINTIAN.

18. *Mindus. Aryanda* ] Caryanda leg. cenſeo. SCHOTT.

CAP.

## CAP. XVII.

## IONIA.

POST Baſilicum [1] Ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat: & primum à Poſideo promontorio flexum inchoans, cingit [2] oraculum Apollinis, dictum olim Branchidae, nunc Didymei; Mile-







5 tum, urbem quondam Ioniae totius belli paciſque artibus principem, patriam Thaletis aſtrologi, & Timothei muſici & Anaximandri phyſici, aliorumque civium inclytis ingeniis merito inclytam, [3] ubicunque Ioniam vocant: urbem Hip-

1. *Ionia*] Aſiae Minoris pars, nunc dicta *Queiſcum* provincia Turciae. OLIVAR.

2 *Oraculum Apollinis dictum olim Bramatiae, nunc Didymei*] Scribendum non *Bramatiae*, ſed *Branchidae*. Plinius, *Oraculum*, inquit, *Branchidarum, nunc Didymaei Apollinis*. Sed & lib. XXXIV. *Canachus*, inquit, *fecit Apollinem nudum, qui Phileſius cognominatur in Didymaeo*. Branchidarum originem Strabo, & alii frequentes afferunt. BARBARUS.

*Dictum olim Branchidae, nunc Didymi*] *Didyma* legendum genere neutro: ſic enim locus, & oraculum dicitur Straboni, Stephano, Pauſaniae. PINTIAN.

3. *Utcunque Ioniam vocant*] Ad Miletum refertur, nunc *Melaſa*. OLIVAR.

*Utcunque Ioniam vocant urbem Hyppin*] Scribendum per *i* in prima

Hippum, amnis Maeandri exitu; Latmum montem, Endymionis à Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Dein rurſus inflexa cingit urbem Prienen, & Gaeſi fluminis oſtium: [4] moxque ut majore circuitu, ita plura complectitur. Ibi eſt [5] Panionium, ſacra regio, & ob id eo nomine appellata, quòd eam communiter Iones colunt: [6] ibi à fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famae annuit) [7] Phygela: ibi Epheſus, & [8] Dianae clariſſimum templum, quod [9] Amazones Aſia potitae conſecraſſe traduntur: ibi

ma *Hippin.* Ceterùm locus eſt ambuſtus, & verbis, ut ſuſpicor, diminutus. Qui ſi non ſaneſcet, certè melioreſcet, ſi ſic legatur, *& quendam inſulam, nunc autem urbem, Hippos*; ex Strabone, Stephano, Plinio. PINTIAN.

*Utcunque Ioniam*] Fortè *Utramque* ex Herod. *Clione.* SCHOTT.

4. *Moxque ut majore circuitu*] Commodius, ut reor, legetur, *Moxque ut major eſt circuitu.* PINT.

5. *Panionium ſacra regio*] Sic dicta, quòd locus eſſet communis, quo tota Ionia de Repub. & communi ſalute conſultura, & ſacris operatura conveniebat. Ibidem Herod. SCHOTT.

6. *Ibi à fugitivis .... condita .... Phygela:*] Sine adſpiratione *Pygela*, Strabo, Stephanus, Xenophon, Livius, Suidas, Etymologos. Nec ignoro à Dioſcoride appellari *vinum Phygeliten*; & à Plinio, & aliis, nominari oppidum *Phygela*, ſed Suidas hanc litem dirimit: *Pygela*, inquit, *quam vulgo dicunt Phygela:* quaſi diceret caſtrenſi verbo imperitiorum hominum, & litteraturae minus politae. PINTIAN.

7. *Phygela*] Scribendum *Phygela*, Strabo, Pliniusque; à qua *Phygelites*, vini genus, Dioſcoridi, Galeno, caeteris. BARBARUS.

*Phygela* haud dubiè ſcripſit Mela, & ἀπὸ τῆς φυγῆς deflexit, nec ſine Auctore, fortaſſe, qui intercidit. Plinius quoque ſic exſcripſit: *Juxta à fugitivis condita, uti nomen indicio eſt, Phygela*, lib v. cap. 29. Quamquam τὰ Πύγελα Sraboni lib. XIV. *Geogr.* à Pygaliis populis, qui cum Agamemnone militatum venientes, illic propter morbum πυγῶν, ſedem & nates infeſtantem, conſederant. Scripturam igitur vett. cod. non muto. SCHOTT.

8. *Dianae templum*] Quod Heroſtratus, ut nomen ad poſteros tanto flagitio tranſmitteret, incendit. Qua nocte natus & Alexander Magnus, Plutarch. *Alexandro*, Cicero lib. II. *de Divinat.* Solinus cap. 43. Vide Pet. Victorium lib. XVI. cap. 15. & Turnebum lib. XXVII. *Adverſariorum* cap. 4. IDEM.

9. *Amazones*] Inter Iberos & Hyperboreos. OLIVAR.

*Amazones*] Sic & Solinus cap. 43. Alii Cteſiphontem conſtruxiſſe tradunt. Plinius lib. XXXVI. cap. 14. & lib. V. cap. 29. Aliter Strabo lib. XV. SCHOTT.

10. *Ly-*

ibi Cayſtros amnis: ibi [10] Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod Manto, Tireſiae filia, fugiens [11] victores Thebanorum Epigonos; & Colophon, quam [12] Mopſus ejusdem Mantûs filius ſtatuit. [13] At promontorium quo ſinus




clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnaeum vocant, efficit, [14] anguſtisque cervicibus reliqua extendit in latius, abit in penè inſulae faciem. Super anguſtias, [15] hinc Teos, illinc Cla-

10. *Lybedos* ] Scribe *Lebedos*, iisdem auctoribus. Barbarus.

11. *Victores Thebanorum Ephygonas* ] Lego *Epigonos*, id eſt; poſteros. Euſebius in *Chronicis*, *Interfectorum*, inquit, *poſteri*, *qui vocabantur Epigoni*, *adverſas Thebas bellum moverunt*. Barbarus.

12. *Mopſus Mantûs f.* ] Hujus etiam oraculum fuisſe auctor Plutarch. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. De augurii victoria de Calchante Strabo lib. XIV. *Ocnus* etiam Mantûs F. *Mantuam* matris nomine condidit, Virgil. lib. X. *Aeneid.* Ceterùm duos Mopſos agnoſcit Tzetzes *in Lycophr.* tres verò Strabo extremo lib. IX. Schott.

13. *Ad promontorium* ] Malim, *At promont.* & deleo, *quod*. Et mox ex Pintiano: *ang. q. cervic. reliqua extendens*, *in latum abit in peninſulae faciem*. Et cap. initio, *flexum inchoans* leget, qui me audiet. Idem.

14. *Anguſtisque cervicibus reliqua extendit. Inde latius abit in peninſulae faciem* ] Lego, *anguſtisque cervicibus*, *reliqua extendens in latum*, *abit in peninſulae faciem*. Pintian.

15. *Hinc Teos*; *illinc Claxomena*, *& quia terga jungant confinio adnexa maris*, *diverſis frontibus diverſa maria proſpectant.* ] Scribo, *Hinc Teos*, *illinc Claxomenae*. *Qua terga agunt*, *confinibus adnexa maris*, *diverſis frontibus* &c. Idem.

16. *In*

Clazomenae, quà terga agunt, confinio annexae muri, diverſis frontibus diverſa maria proſpectant. [16] In ipſa penè eſt Coryna. In ſinu Smyrnaeo eſt Hermus amnis, [17] & urbs Leuca: [18] extra, Phocaea Ioniae ultima.

16. *In ipſa peninſula* ] Inter Teos & Smyrnam, quae nunc *Lamires*. Olivar.

*In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnaeo eſt Thermodon amnis* ] Locus eſt ex depravatiſſimis hujus operis, ut mirum non ſit Hermolaum in eo hallucinatum, *Plin. Caſtig.* lib. v. & alios Hermolai auctoritatem ſecutos. Caſtigo: *In ipſa peninſula eſt Smyrna in ſinu Hermeo. Eſt Hermus amnis.* Movet me, quod procul à veriſimili eſt, praetermiſſam à Mela in hoc tractu, aut *Smyrnam* urbem celeberrimam, & à cunctis Scriptoribus decantatam, Homeri patriam, Metropolin quondam totius Aſiae, &, ſi Philoſtrato credimus in *Vita Apollonii*, & Ariſtidi in *Monodia in Smyrnam*, pulcherrimam omnium civitatum, quae ſub caelo ſunt, hanc praeſertim paulò antè mentione unius Smyrnaei: aut etiam *Hermum* amnem, à nullo Geographo ſilentio ſuppreſſum, in cujus locum ſubrogatus eſt à corruptoribus *Thermodon* Paphlagoniae, longo inde ſpatio diſſitus. Porro *Hermeo* legere malui, quam *Smyrnaeo*: non quòd me praeteriret celebrari ſinum *Smyrnaeum* à Strabone, Plinio, & paulò antè Pomponio, ſed quòd puto in ſinu Smyrnaeo contineri alium minorem ſinum, *Hermeum* dictum, ab *Hermo* fluvio ab omnibus, ut dixi, memorato in eum emittente: à quo & circumjacens campus dictus ſit *Hermeus*, Straboni, Stephano, Herodoto, Plinio. Nec hoc mirum, quum *Elaïticus* ſinus pars ſit *Adramyttini* Straboni lib. xiii. & *Criſaeus* pars ſit Corinthiaci, etſi aliqui malint eundem eſſe *Criſaeum*, & *Corinthiacum*, & in nonnullis aliis hoc ipſum accidat. De ſinu verò *Hermeo*, in quo ſita eſt *Smyrna*, & de conditore Smyrnae, & unde dicta ſit Smyrna, Herodotus pleniſſimè in *Vita Homeri*. Quem locum Latinis repraeſentavit elegantiſſimo carmine in *Ambra* ſua Politianus noſter, vir ſummi ingenii, & multae eruditionis. Illud obſervandum, ab *Smyrna* duci nomen gentile *Smyrnaeus*, poſſeſſivum verò *Smyrnaïcus*, auctore Stephano, quem ſi audimus, *Smyrnaïcum* nominabimus ſinum, non *Smyrnaeum*. Pintian. Totus hic locus antea impeditus proximè veritatem, ſi non in integrum, reſtitutus eſt: quaedam tamen ſunt à Pintiano nonnihil diverſa, quae quum tolerari poſſe viderentur, retinui. Lectoris judicium facio. Vidi qui ſic legerent: *In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnaeo eſt & Hermus amnis, & urbs Leuca.* Plinius enim lib. v. cap. 29. *Corinae* Mimantis promontorii meminit, & cap. 31. *Corinaei*, quod Cypri oppidum. Alii ſic: *In ipſa peninſula eſt Cremnos. In ſinu Smyrna eo eſt*, ex Ptolemaeo. Schott.

17. *Et Leuca* ] Lego, *Eſt Leuca:* ut figurate repetatur ſaepe verbum, *eſt:* ut ſolet Pomponius, *Eſt Smyrna*, *Eſt Hermus*, *Eſt Leuca.* Pintian.

18. *Extra eum Phocis* ] Dele dictionem *eum* ex uſitato more Pomponii, & ſcribe *Phocaea* per diphthongon *ae* in penultima, ex Strabone, Stephano, Herodoto, Xenophonte, & omnibus. Idem.

CAP.

## CAP. XVIII.

# A E O L I S.

PROXIMA regio, ex quo ab Aeoliis incoli coepit, [1] Aeolis facta, antè Myſia, & qua Helleſpontum attingit, Trojanis poſſidentibus Troas fuit. Primam urbium à Myrino conditore [2] Myrinam vocant: [3] ſequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao reverſus ex Graecia; [4] Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. [5] Suprà, Caïcus inter Elaeam




1. *Aeolis* ] Pars Aſiae Minoris. OLIVAR.

*Aeolis facta* ] Melius *dicta*. SCHOTT.

2. *Myrinam* ] *Sebaſtopolis* nunc dicta. OLIVAR.

3. *Sequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao reverſus ex Graecia. Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, Dux Amazonum Cyme.* ] Haec verba ſenſum aliquem habent, ſi ubi eſt *ſtatuit*, ibi periodum feceris. IDEM. Hic interpungendum monuit Jo. Olivarius ſequentia ad *Cymen* pertinere. Vellem probaſſet: Mela enim primùm urbis nomen ſilentio tranſiiſſe videtur, fortè quòd ignoraret: poſt verò *Cymen* appellatum ait. Lege Plin. lib. v. cap. 30. *Nat. Hiſtor.* SCHOTT.

4. *Zimon nominavit* ] Scribo *Cymen*, ex Plinio, Strabone, caeteris, à *Cyme* Amazonum duce. BAR.. RUS.

5. *Supra Caïcus inter Eleam decurrit* ]

am decurrit & [6] Pitanen, illam [7] quae Arceſilan tulit, nihil affirmantis [8] Academiae clariſſimum antiſtitem. [9] Tum in promontorio eſt Cana oppidum: quod praetervectos, ſinus excipit, non pronus, ſed longè ac molliter flexus, retrahensque paulatim oras [10] usque ad ima montis Idae. [11] Is primò parvis urbibus aſperſus eſt, [12] quarum clariſſima eſt Ciſthena. Gremio inte-

*currit*] Scribendum *Elaeam* cùm *ae* diphthongo in penultima, ex Ptolemaeo, Stephano, Strabone: cujus Interpres, confuſis in unum duobus nominibus, pro *Elaea civitas* diviſim, ut eſt in Exemplari Graeco, ipſe conjunctim *Elaeapolis* malè vertit. PINTIAN.

6. *Pitanen illam*] Solinus cap. 13. *Pitane quam Arceſilaus Philoſophus* (malè in quibusdam libb. *Stoicus*) *inde ortus prudentiae ſuae merito in lucem extulit.* Diog. Laërtio ſine ſpiritu 'Αρκεσίλαος, & *Pitane* per *i* ferè ſcribitur. Aliis *Arceſilas*, quatuor non amplius ſyllabis. SCHOTT.

7. *Quae Archeſilan tulit*] Sine adſpiratione *Arceſilan*; omnes. PINTIAN.

8. *Academiae*] Novae: nam veteris princeps fuit Plato. OLIVAR.

9 *In promontorio eſt Cyrma oppidum*] Lege *Canna* oppidum ex Plinio, & Strabone. BARBARUS.

*In promontorio eſt Cynna oppidum*] Scribe vel *Cane* cum unico *n* numero unitatis, genere feminino: vel *Canae* numero plurium; utroque enim modo dicitur, ex Strabone, Stephano, Plinio. In Graecis Ptolemaei exemplaribus *Caene* pro *Canae* vitioſè ſcriptum eſt. PINTIAN.

10. *Uſque ad ima montis Idae. Iſthmos parvis urbibus adſperſus eſt*] *Iſthmos* eſſe non poteſt, ubi non eſt Cherſoneſus, h. e. peninſula. Cùm verò hic nulla peninſulae mentio habita ſit, ſequitur ut nullatenus hic legi *Iſthmos* queat. Scribendum igitur reor: *Is mons parvis urbibus*; ut paulò pòſt: *Huc ab Idaeo monte demiſſus Scamander exit & Simois, fama quàm natura majora flumina. Ipſe mons, vetere divarum certamine* &c. Quòd ſi tibi videatur, non eſſe elegantiae Melae, cùm paulò ante dixerit, *montis Idae*, illico repetere, *Is mons*: cogita fieri potuiſſe, ut verbum, *mons*, poſitum fuerit à Lectore ſupra pronomen *is*, expoſitionis gratiâ, & poſtea in contextum orationis receptum: ut in Bithynia: *quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant, Myſius. Is flumen Rhyndacum in ea quae ſequuntur emittit.* Sunt tamen exemplaria, in quibus non *Iſthmos* ſcriptum eſt, ſed, *Is primo.* IDEM.

11. *Iſthmos parvis urbibus*] Pintianus in ſuis in Melam *Retractationib.* *Is mons.* Melius tamen, quod pace Manium illius liceat, *Is mox parvis urbibus*: quam lectionem, quia propius abeſt à vulgata, ut excudendam curarem, Sanctius noſter juſſit. SCHOTT.

12. *Quarum clariſſima eſt Ciſtena*] Scribo, *Ciſthena* cum adſpiratione in ſecunda: ſive *Ciſthene*, ex Strabone, & Plinio. Meminit & Iſocrates in *Panegyrico.* PINTIAN.

interiore [13] campus Thebe nomine, [14] Adramyttion, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, continet; in altero latere Antandrum. Duplex [15] cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium Aeneae filium, cùm ibi regnaret, captum à Pelasgis, ea ſe redemiſſe commemorant: alii [16] ab his putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat. Hinc hi Antandrum quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit [17] Gargara, & Asſon, Aeoliorum colonias. Tum ſinus alter, [18] Ἀχαιῶν λιμὴν, non longè ab Ilio litora incurvat;

13. *Campus Thebe nomine*] Scribendum *Thebes*, non *Thebe*, ex Strabone. Stephano, Herodoto, Plinio, Xenophonte circa finem. *Adſcenſus Cyri*, & lib. IV. *Graecarum Hiſtoriarum*. Meminit & Livius in bello Macedonico. Idem.

14. *Adrimittion, Aſtyram, Ereſſam*] Lego *Adramyttion* per *a* in ſecunda, & *y* in tertia, & *Aſtyra*, non *Aſtyram*: eſt enim neutralis generis, & *Chryſam*, non *Ereſſam*, ex Strabone, & Stephano, Plinio quoque lib. V. *Thebe*, inquit, *Aſtyra*, *Chryſa*: ut vitandus ſit Hermolai error, qui in Pomponio *Ereſſa* legit, non *Chryſa*, in lib. V. *Plinianarum Caſtig*. cap. 30. Porro *Adramyttion* priùs ſcribebatur cum *d* in ſecunda; poſtea verſo in *t*, dictum eſt *Atramyttion*, & ſic ſcripſiſſe Thucydidem teſtatur ejus Enarrator. Mos is eſt Atticorum, ut in *Entelechia* & aliis vocibus Graeci notant Grammatici, qui de Dialectis ſcripſerunt. Idem.

*Creſſam*] Scribo *Ereſſam*. Unde Plinius *Ereſſii* hac ipſa parte. Barbar.

15. *Cauſa nominis jactatur*) Verbum à gloſſa eſt & redundat. Schott.

16. *Ab iis putant conditam*] Nec eſt, ut his verbis obduci debeat Plinius, quod fit à Voſſio, qui *Edonida* prius vocatam, mox *Cimmerida* innuit, nec utique *condere* hic notat coloniam deducere. Quot enim coloniae per Graecos ductae ſunt, quae nomen prius nequaquam mutaverunt? Quin & Edonis & Cimmeris ſunt vocabula regioni convenientiora, ut illo tempore potuerit habitari iſte locus, non autem integra ratione conſtituiſſe urbem, quam videntur primi condidiſſe Andrii: nec ſanè pro colonia deducta rectè numerantur, quos vis & ſeditio exigit. Gronov.

17. *Gargara & Asſona, Aetholorum*] Scribo *Asſon*, non *Asſona*. De *Asſo* Plinius, Strabo, Ptolemaeus, omnes. Barbarus.

*Aetolorum colonias*] Lege *Aeolum colonias*, ex Strabone, etſi Asſon à Methymnaeis deductam tradat ex auctoritate Myrſili; Stephanus verò à Mitylenaeis ex Alexandro Cornelio: praeteriit hoc Hermolaum, qui in lib V. *Caſtigat. Plin. Aetolorum colonias* in Pomponio legit, non *Aeolum*. Pintian.

18. Ἀχαιῶν λιμὴν] Graecorum portus. Olivar.

19. *Ilic*

vat; urbe bello excidioque clariſſima. [19] Hîc [20] Sigeum fuit oppidum: hîc Achivorum fuit bellantium ſtatio. Huc ab Idaeo monte demiſſus [21] Scamander exit, & Simois, fama quàm natura majora flumina. Ipſe mons vetere Divarum certamine, & judicio Paridis memoratus, orientem ſolem aliter, quàm in aliis terris ſolet aſpici, oſtentat. Namque ex ſummo vertice ejus ſpeculantibus, penè à media nocte ſparſi ignes paſſim micare, &, ut lux appropinquat, ita coire ac ſe conjungere videntur; donec magis magisque collecti, pauciores ſubinde, & una ad poſtremum flamma ardeant. Ea cùm diu clara & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat, & fit ingens globus. Diu is quoque grandis, & terris annexus apparet: deinde paulatim decreſcens, & quanto decreſcit, eo clarior, fugat noviſſimè noctem, & cum die jam ſol factus, attollitur. Extra ſinum ſunt Rhoetea litora, Rhoeteo & Dardania claris urbibus; Ajacis tamen ſepulcro maximè illuſtria. Ab his fit arctius mare, nec jam alluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto [22] Helleſponti freto litus obvium findit: facitque ut iterum terrae, [23] quâ fluit, latera ſint.

19. *Hîc Sigaeum fuit*] Scribe ſine diphthongo, *Sigeum*: & non multò pòſt; *Rhoetea litora* & *Rhoeteo* cum *oe* diphthongo in prima, ex Strabone, Stephano, Thucydide, Herodoto, Homero. Nec intelligo, cur idem Hermolaus in lib. IV. *Plin. Caſt. Sigaeum*, & in quinto *Rhoetaeum* cum *ae* diphthongo utrumque in ſecunda ſyllaba ſcribat, niſi incuria ſit, ut credo, Librariorum. PINTIAN.

20. *Sigeum*] Oppidum & promontorium: nunc *Caput Sanctae Mariae*. OLIVAR.

21. *Scamander*] Mortales *Scamandrum*, Dii vero *Xanthum* vocant, quod teſte Ariſtotele lib. III. *Hiſtor. animal.* cap. 12. oves, quae inde bibunt, reddat flavas. Homer. *Iliad.* Υ. in fine, & Υ.

*Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.*

Ubi Euſtathius: *Σκάμανδρος λέγεται ὡς οἱονεὶ Κάμανδρος· κάματον γάρ ποτε ἀνδρὸς τοῦ Ἡρακλέος παραμυθήσατο, ἐκλέα εἰς Ἴλιον ἐξεματώσατο.* SCHOTT.


22. *Helleſponti*] Turcae ex parte Aſiae Helleſpontum vocant *Brachium Sancti Georgi*. OLIVAR.

23. *Quâ fluit, latera ſint*] Leg. *quam fuerant, latiora ſint*. SCHOTT.

## CAP. XIX.

## BITHYNIA, PAPHLAGONIA, ALIAEQUE PONTICAE ET MAEOTICAE GENTES IN ORA ASIATICA.

INTERIUS [1] Bithyni ſunt, & [2] Mariandyni: in ora, Grajae urbes, [3] Abydos & [4] Lampſacum & [5] Parion & Priapos. Abydos magni quondam amoris commercio inſignis eſt. Lampſacum Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quòd con-




1. *Bithyni*] Extra Aſiam Minorem: ſed Turcae majores dicuntur. OLIVAR.

2 *Mariandynei*] Vereor, ne leg. ſit *Mariandyni* ex Graeca ſcribendi conſuetudine. Rectè infrà lib. II. cap. 7. *Thymnias Mariandynorum finibus proxima, quam Bithyni incolunt.* Strabo quoque lib. VIII. Ἐκεῖ γὰρ ὀνομάζουσι Καυκωνιάτας τινὰς Μαριανδυνοὺς ὁμόρους, καὶ αὐτοὺς Παφλαγόνας εἶναι. Sic Apoll. Rhodius. Et Dionyſius Afer:

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον.

Orpheus *Argonauticis* in eadem voce corruptus,

Ἠχί τε Μαῦροι ἔασι Μαριανδήνοισιν ὅμουροι.

Leg. enim Μαριανδύνοισιν ὅμουροι. Apud Ptolemaeum autem, ne quid diſſimulem, Μαριανδήνους reperi. SCHOTT.

3. *Abydos & Lampſacum*] Legendum, *Lampſacus*, non *Lampſacum*, ex Geographis omnibus gregatim, praeter Plinium, in quo idem

conſulentibus in quasnam terras potiſſimùm tenderent, reſponſum erat, [6] ubi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſere. Tum rurſus fit apertius mare, Propontis. In id Granicus effunditur, quâ primùm inter Perſas & Alexandrum pugna fuit nobilis. Trans amnem ſedet [7] in cervice penè inſulae [8] Cyzicum; (nomen Cyzicus indidit,

idem error. Item ex Thucydide, Athenaeo, Demoſthene: Apollonii quoque Expoſitores, *Lampſacus*, ajunt, *Pityea appellabatur.* Et Valerius Flaccus lib. II.

*—— transmiſſaque puppi*
*Lampſacus: Ogygii.*

Ovidius quoque primo *Triſtium*:

*Et te ruricola, Lampſace, tuta Deo.*

& infra. PINTIAN.

4. *Lampſacum* ] Nunc *Circe.* OLIVAR.

5. *Parion* ] Hodie *Pariſa.* IDEM.

6. *Ubi primùm fulſiſſet* ] Prout in omnibus ferè contigit Graecorum etymologiis, ut vocem aliquam conſiderare mallent modò propriam, modò appellativam: ita contigit ex ea dubitatione ignorari veram originem vocis in hac urbe; ut enim patet ex Voſſio, alii ab hac hiſtoria ad Graecum λάμψαι alludente, alii ab *Lampſace*, vel *Lampſaco* deduxerunt, quum aliis placeret antea jam fuiſſe, ac dici ſolitam Pityeam, vel Pityoeſſam. Quidquid ſit, Etymologus ſequitur ſententiam Pomponii noſtri, cujus explanationem vituperat Voſſius, quum ſi necdum tunc Lampſacus, certè nec Lampſacenis potuit dari iſtud oraculum, quos tamen jam ita vocat. Quod rectè ſe haberet, ſi in hujusmodi narrationibus ignota eſſet conſuetudo frequentandae prolepſeos. de qua cognoſcenda tantoperè ſategerunt & Rupertus *ad Enchiridion* Pomponii pag. 314. ubi citatur ipſe Iſaaci noſtri frater hinc molliens Vellejum Paterculum, & Raph. Fabrettus *ad Columnam Trajani* pag. 58. GRONOV.

7. *In cervice peninſulae Cyzicum* ] Idem error cum proximo: legendum enim *Cyzicus*, non *Cyzicum*. quod praeter omnes, qui de Situ orbis tractant, vel Ovidii verſus illi proclamant lib. I. *Triſt.*

*Atque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,*
*Cyzicon Haemoniae nobile gentis opus.*

& Propertius lib. II.

*Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.*

Controverſus huic error in eo, quod non multò poſt ſequitur: *Trans Rhyndacon eſt Daſcylos*: ſcribendum enim *Daſcylion*, non *Daſcylos*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Herodoto, Xenophonte lib. III. *Hellenicûn*. Corrigendum idem vitium in Plinio. PINTIAN.

*Cyzicum* ] Vulgò *Spiga*. OLIVAR.

8. *Plagea & Cylace* ] Vetus lectio, & Plinius & Herodotus, *Placia & Scylace*, quam Valerius Flaccus *Scylaceum*. BARBARUS.

dit, quem à Minyis imprudentibus, cùm Colchos peterent, fuſum acie caeſumque accepimus) pòſt Placia, & Scylace, parvae Pelaſgorum coloniae, [9] quibus à tergo imminet mons Olympus (ut incolae vocant) Myſius. Is [10] flumen Rhyndacum in ea quae ſequuntur emittit. Circà [11] Angues naſcuntur immanes; neque ob magnitudinem modò, ſed ob id etiam mirabiles, quòd ubi in alveum ejus aeſtus ſolemque fugerunt, emergunt atque hiant; ſupervolantesque aves, quamvis altè & perniciter ferantur, àbſorbent. Trans Rhyndacum eſt [12] Daſcylos, &, quam Colophonii collocavere, Myrlea. Duo ſunt inde modici ſinus. Alter ſine nomine [13] Cion amplectitur, Phrygiae haud longè jacentis opportuniſſimum emporium: [14] alter

ter

9. *Quibus à tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant, Myſius.*] Cùm Strabo lib. XII. Plinius lib. V. Ptolemaeus etiam lib. V. Stephanus, Theophraſtus quoque lib. IV. *De ſtirpibus*, uno omnes conſenſu hunc montem *Olympum Myſium* appellent; conſiderandum eſt, cur Mela ſcribat, *ut incolae vocant Myſius*. An legendum, *quem ab incolis vocant Myſium?* an fortè, quod magis arridet, verba illa, *ut incolae vocant*, adjecta ſunt à Lectore, qui cùm neſciret, cur dictus esſet *Myſius*, putavit peculiare incolarum eſſe nomen? PINTIAN.

10. *Flumen Rhyndacem*] Scribo *Rhyndacum*, iisdem auctoribus. De iis anguibus ad Rhyndacum tum alii, tum Plinius. BARBARUS.

11. *Angues naſcuntur*] Vide Plinium lib. VIII. cap. 14. SCHOTT.

12. *Daſilos, & quam Colophonii collocavere Myſrela*] Scribendum *Myrlea*: item *Daſcylos*, non *Daſilos*. Plinius, Strabo, ceteri. BARBARUS.

*Daſcylos*] *Diaſquilos* hodie. OLIVAR.

13. *Chion amplectitur*] Scribendum ſine *h*, *Cion*, iisdem teſtibus. BARBARUS.

14. *Alter, Olbianos. In promuntorio*] Nulla cauſa eſt, cur iſta ſic divellantur: immo turbant, nec diſcerpit editio Juntina. Lege: *Alter Olbianos, in promontorio fert N. f.* Quomodo autem quum de Ciano ſinu ait Auctor, *alter ſine nomine*, intelligi posſit ignobilis, non video. Tam nobilis eſt Cianus ſinus, quàm Olbianus: immo & ſibi tunc obloquitur Auctor; quomodo enim ille ſinus poteſt eſſe ignobilis, cui adjacere fatetur opportuniſſimum emporium Phrygiae? Immo & ipſe Mela negat ſibi τὸ *ſine nomine* paria eſſe τῷ *ignobilis*, lib. III. cap. 6. ſcribens, *Multae ignobiles inſulae & ſine nominibus etiam adjacent*. Haec tetigerunt Iſaacum. Itaque audias licet, quid ſenile ex-

ſpi-

ter Olbianos, in promontorio fert Neptuni fanum; in gremio Aſtacon, à Megarenſibus conditam. [15] Deinde priores terrae iterum jacent; [16] exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior [17] Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat, Thracius (ut dictum eſt) Boſporus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt: oppidi nomen Calchedon, auctor Archias Megarenſium prin-

ſpiret. Quum citasſet diſtinctionem ferè meam, addit; [ſic editio Vineti, quam exprimendam typographo tradideram, mutatis iis, quorum in Obſervationibus fecisſem mentionem] Scilicet haec debebat orbis eruditus poſt meas Notas ab Voſſio diſcere. Sed oro, quae & quomodo voluit mutata ea, quorum in Obſervationibus fecit mentionem? Profectò haec ſcripſit, quum mens ei per odas credo Windeſorienſes foret alienata. Quod pergit adnectere aetate Melae *Ciam* fuisſe everſam, hinc cesſavisſe quoque nomen ſinus Ciani, qui omnino factus ſit ignobilis; ad id rogo, quis igitur poſt aetatem Melae inſtauraverit, ut ſub Domitiano, M. Aurelio, Caracalla cuſi illic reperiantur hodie nummi? An etiam de his nummis judicabimus, ut Voſſius judicat de Mela, illos loqui de *Cio*, velut etiamnum ſuperſtite? Certè Voſſius, quum haec ſcriberet, erat ſuperſtes ſibi. GRONOV.

15. *Deinde priores terrae iterum jacent*] Lego, *objacent*, ut antè monui. PINTIAN.

*Deinde priores terrae iterum jacent*] Dele *jacent*, & lege: *Dehinc propiores terrae iterum:* ut ſup. cap. 13. *Iſſo propior*. Sic lib. II. cap. 3. *Fontes objacent*: dele, *objacent*. SCHOTT.

16. *Exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior. Europam ab Aſia*] Planè non attendunt eruditi editores ad genium Melae, dum ſic diſtinguunt: Mela enim vellet, *exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat, Thracius (ut dictum eſt) Boſporus.* Ipſe enim Boſporus eſt canalis ille anguſtior. Ita autem ſolitum ſcribere & ſine diſtinctione gravi ſubnectere apparet ex lib. I. cap. 7. *Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipſa Tritonis.* Et hoc ipſo capite jam ſupra: *Tum rurſus fit apertius mare Propontis.* Vellem docuisſet me Voſſius, an etiam *canalis anguſtior* alicubi *jacere* dicatur. Is tamen, ut erat praefractus, obſtrependo verisſimae diſtinctioni meae id videtur velle, cui adeo nunc non parui, ut videns imbecillitatem obtrectationis, ex monito meo mutarim. GRONOV.

17. *Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat*] Scio hanc lectionem Strabonem habere asſertorem, ſed cùm conſtet Melam magnum ex profeſſo Herodoti eſſe depeculatorem, & Plinium Melae; ſcribantque Herodotus in *Melpomene* & Plinius, non *quinque* ſtadiis, ſed *quattuor* Boſporum Thracium Aſiam ab Europa dirimere; malo hic legere *quattuor ſtadiis*, quàm *quinque*. Neque enim Hermolai ſententiam probo, qui *lib.* v. *Caſtigat. Plin.* cap. 52. Plinii lectionem emendat ex Strabone & Pomponio. Ego è contrario Pomponium ex



Plinii

princeps; [18] templi numen Jupiter, conditor Jaſo. Hîc jam ſeſe ingens Pontus aperit; niſi quâ promontoria ſunt, [19] huc atque illuc longo rectoque limite extentus, ſinuatus cetera, [20] ſed (quia contrà minùs, quâ ad laevam & dextram abſceſſit, mollibus faſtigiis, donec anguſtos utrin-

Plinio & Herodoto corrigendum cenſeo. Strabonem, qui diverſus fuit opinionis, valere ſinens. Pintian.

18. *Templi numen Jupiter, conditore Jaſo*] Scribendum arbitror *Jaſone*. Nota conjecturae hujus ratio ex illa peregrinatione Minyarum. Barbarus.

*Templi numen Jupiter, conditore Jaſone*] Sic Hermolaus caſtigavit, ſed elegantior, ut ſentio, feſtiviorque lectio erit, *Templi numen Jupiter, conditor Jaſon.* Ceterùm quia Hermolaus addubitat, nec conjectura magis, quàm ullius Auctoris teſtimonio, *Jaſone* caſtigavit, quum antè *Eiaſo* legeretur, fulciamus illius caſtigationem auctoritate alicujus illuſtris Scriptoris. Is eſt Polybius, qui in lib. IV. ſcribit Jaſonem è Colchide redeuntem apud Chalcedonem urbem duodecim diis primùm ſacrificaſſe. Pintian. Admonuimus legendum nobis videri, *Conditor Jaſon.* Nunc ut Ptolemaeo opem feramus, ſcire Lectorem volumus, *Jovem*, qui in eo templo colitur, appellatum eſſe cognomine *Urium*; auctoribus Stephano in dictione *Chalcedon*, & Arriano in *Periplo Ponti Euxeni*. & Ptolemaeo lib. V. Apud quem tamen atrox menda inolevit, à nemine ante me, quod ſciam, animadverſa; nam ubi eſt, *Templum uriudios*, correctores non intelligentes quid eſſet *uriudios*, *Artemidos* ſcripſerunt, hoc eſt, Dianae. Idem.

19. *Huc atque illuc longo rectoque limite extentus, ſinuatus cetera. Sed quia contra minus quam ad dextram & laevam abſceſſit*] Locus eſt tenebroſiſſimus, & qui doctos etiam homines diu torſit. Aperui, quid ſentirem. Nunc diſplicet ſententia, ac dubito, an poſſet verius ſic legi: *Sinuatus cetera; ſed quà it contra: Minus quà ad dextram & laevam abſceſſit. Mollibus faſtigiis*, &c. ut ſit ſenſus; ſinuatum eſſe, quà tendit contrà, hoc eſt, ab utraque continente Boſpori Cimmerii, arcus brachia, ut vocant, exprimente; minus autem ſinuatum eſſe, quà ad dextram & laevam abſceſſit, mollibus enim faſtigiis, &c. Quòd autem curvatura orae ſit, ut diximus, ipſe infra oſtendit in Thracia his verbis: *Recta dehinc ora, niſi quod media ferè in promontorium, quod Thinniam vocant, exit, & incurvis contra ſe litoribus obtenditur.* Aut ſi haec ſcriptura diſplicet, lege eodem ſenſu ſic: *ſed quà it contrè nimis, quà ad dextram & laevam abſceſſit*, &c. Idem.

20. *Sed quia contra minus, quàm ad laevam & dextram abſceſſit*] Scribendum puto, *ſed quà intrat minus, qua ad laevam & dextram abſceſſit*, ut ſit ſenſus, longo rectoque limite extentum eſſe Pontum, ſed quà intrat minus, quà verò ad laevam, &c. Idem.

*Sed qua it contra, minus*] Non me fugit, Pintianum aliter interpungere, vel *nimis* legere. Mihi meum placet ſomnium: mox enim Scythico arcui comparat, qui media ſui parte inflectitur, & quà

utrinque angulos faciat, infleṭitur) [21] ad formam Scythici arcus maximè incurvus: [22] brevis, atrox, nebuloſus, raris ſtationibus, non molli neque arenoſo circumdatus litore, vicinus aquilonibus, & quia non profundus eſt, fluctuoſus atque fervens: olim [23] ex colentium ſaevo admodum ingenio [24] Axenus, pòſt commercio aliarum gentium mollitis aliquantùm moribus, dictus Euxinus. In eo primùm Mariandyni urbem

quà fere coit, minus experrigitur. Lectio editorum codd. ſe corruptam clamat, ut facilè intelligunt, qui nare norunt & litteras. SCHOTT.

*Sed quia contra minus, quàm ad*] Fortè, *Sed qua contrahitur, qua ad laevam*, &c. IDEM.

21. *Ad formam Scythici arcus*] Saluſt. . . . & Dionyſius:

> Τόξῳ ἐειδόμενον στρεπτοῖο ἄμματι τόξου.
> Ἀλλ' ἐν νευρῇ σκολιῇ, δεξιὰ τείνων,
> Ἰθὺ διαγραφέντα.

IDEM.

*Ad formam Scythici arcus maximè incurvus*] Haec ita junxi in priore editione, quum Voſſius & priores poſt vocem *arcus* diſtinguerent. Sed ego nequivi concipere Pontum Euxinum maximè incurvum. Magis incurvum fuit Mare Caſpium, imo & palus Maeotis. Hinc ita loqui, & ab ſimilitudine ſic deſcribi eum ab Mela putavi, ut lib. III. cap. 6. *triquetra & Siciliae maximè ſimilis.* GRONOV.

22. *Brevis, atrox, nebuloſus*] Si haec verba mendâ vacarent, ſibi ipſe repugnaret Pomponius, brevem appellando Pontum, quem paulò antè dixerat, longo rectoque limite extentum. Legendum igitur non *brevis*, ſed *brevibus*, ut alibi etiam docuimus, confirmante id Ammiano Marcellino libro XXII. *Omnis*, inquit, *circumfluo ambitu Pontus & nebuloſus eſt, & dulcior aequoribus ceteris & vadoſus.* Facit etiam quod ſtatim ſequitur: *Et quia non profundus eſt*. Lego, *& qua non profundus eſt*. PINTIAN.

23. *Ex colentium ſaevo admodum ingenio Axenus*] Scribo Graeca terminatione *Axenos*, ex Plinii & Doctorum vulgata conſuetudine. IDEM.

24. *Axenus, pòſt commercio*] Eadem Plinius lib. VI. cap 1. & Strabo lib. VII. Καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθικῶν ξενοθυτούντων, καὶ σαρκοφαγούντων. καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δ' Εὔξεινον κληθῆναι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Ovid. IV. *Triſt.* eleg. 4.

> *Frigida me cohibent Euxini litora Ponti,*
> *Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

Aliter paullò Amm. Marcellinus lib. XXII. *Hiſtor.* SCHOTT.

bem habitant, [25] ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famae fidem [26] adjicit. Juxtà [27] ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes (ut ajunt) pervius; atque inde extractum Cerberum exiſtimant. Tum [28] Tios oppidum, Mile-




25. *Ab Argivo, ut ferunt, Hercule datam*] Legendum *ductam*, aut quod magis arridet *deductam*, ut non ita poſt *à Themiſtagora Mileſio deductum oppidum*: & in Thracia; *deinde à Mileſiis deducta Calatis*. PINTIAN.

26. *Adjicit*] Ita edidi ex MSS. non *adjecit*, ut eſt in editis: nam talia in praeſenti maluit Auctor efferre, quàm in praeterito, ut lib. II. cap. 2. *Signum fabulae remanet*: ibidemque, *Capit opinio fidem*, non *cepit*. GRONOV.

27. *Specus Acheruſia*] de hac Plato *Phaedone* & Strabo lib. V. *Geograph.* & inf. lib. II. cap. 3. Dionyſius Περιηγητὴς:

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· ἔνθ' ἐνέπουσιν
Οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκεόφωνον,
Χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλήτορος Ἡρακλῆος,
Δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χολήν.

*Et Mariandyni dium genus: hic ubi Ditis*
*Ingens ille canis ferreo cum gutture fertur*
*Herculeis manibus ſuperas pertractus in auras*
*Faucibus infamem diris vomuiſſe ſalivam.*

Ubi ex Diodoro Siculo Euſtathius: Ἡράκλεια Μεγαρέων ἄποικος, περὶ ἣν Ἀχερουσία χερρόνησος, ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. SCHOTT.

28. *Thios oppidum Mileſiorum*] Scribendum ſine *h* *Tios*, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, Stephano, ut alibi notavimus. BARBARUS.

*Tios*] Nunc *Tio*. OLIVAR.

29. *Qui-*

Mileſiorum [29] quidem colonia, ſed jam ſoli gentisque Paphlagonum: quorum in litoribus penè mediis promontorium eſt Carambis; citrà Parthenius amnis, urbesque Seſamus & [30] Crom- 60
na & à Cytiſoro Phrixi filio poſita Cytoros; [31] tum Cino-

29. *Quidem colonia*] Melius, *quaedam*. SCHOTT.

30. *Cromnos, & à Cythiſoro Phryxi filio poſita Cythoros;*] Plinius, Strabo, Valerius Flaccus, & caeteri, non *Cromnos*, ſed *Cromna*, unde ſua Venetis origo. Erat & in Peloponneſo *Cromna*, ut ait Pauſanias, à *Cromno* Lycaonis filio nomen habens: quam, ut inquit Stephanus, & virili & feminino genere, item plurali & ſingulari quoque numero pronunciabant. Idem Auctor, *Cythorum* urbem à *Cythoro* Phryxi filio nuncupatam, non à *Cythiſoro* tradit. BARBARUS.

*Cromna*] Nunc *Comana*. OLIVAR.

*Et Acitoro Phryxi filio poſita Cythoros*] Aldus, *& à Citiſoro Phryxi filio poſita Cytoros*. Scribendum quidem diverſa orthographia, *& à Cytisſoro Phryxi filio poſita Cytoros*: ex Herodoto, qui *Cytisſoron* Phryxi filium appellat, & Apollonio Rhodio, ejusque Interpretibus, libro ſecundo, *Cytisſoren* etiam nominantibus. Sed quia in Apollonii ſcriptis emendatisque codicibus *Cytoros* legitur, non *Cytisſeros*, & item Strabo & Stephanus *Cytoros* enuncient; inclinat animus ut *Cytoro* hic legatur potiùs, quàm *Cytisſoro*. Stephanus addita *d Cydtoros* profert, nec alius. PINTIAN.

31. *Tum Cimolis accolitur*] Aldus, *Tum Conobus & Coliris*. Hermolaus caſtigavit, *Tum Cimolis accolitur*. Nos legendum putamus, *Tum Cinolis, Anticinolis*, ex Strabone, & Arriano in *Periplo*. IDEM.

*Tum Cimolis accolitur*] Poteſt etiam *attollitur* legi, ut infrà lib. III. cap. 6. *Longè ab eo Taurus attollitur*. SCHOTT.

*Tum Cinolis, Anticinolis*] Varia paſſim occurrunt talia loca ab Graeco ſermone ſic appellata, quoniam ſibi invicem adverſa. Sed ea nuspiam ab Mela agnoſcuntur, niſi hic, ut voluit Pintianus cum Voſſio. Et cur id volunt? nullam profectò cauſam addunt, niſi quòd poſtremus dicat, „ Ita „ ferè meliores libros & ſic le„gendum eſſe rectè vidit Pintia„nus: inepta ſunt aliorum commenta ". quum Pintianus planè non cauſetur veteres libros. Et quomodo legunt veteres libri? Nempe ante Hermolaum legebatur *Cynobus & Colliris*. Ipſe in MS. legi *Cinobus & Coliris*. in Chiſſano legitur *Cynobus & Collicis*, in Mediol. *Cynobus & Colliris*. Nec dubito, quin ſi non eundem, certè ſimilem ad modum legatur in aliis omnino omnibus: in qua ſcriptura quod veſtigium eſt litterarum *anti*? & quae illa via eſt, per quam hinc perveniemus ad ſcripturam, quam nobis imponunt viri illi doctisſimi? Itaque ego hanc Anticinolin appono Solinianis Antiſcythis. Immo corrigendum eſt *Cinolis & Collusſa*, quam verisſimam reſtitutionem probat Scylacis *Periplus*, ubi quum Armene jam fuisſet attributa Asſyriae extra Paphlagoniam, huic regioni mox dantur eodem prorſus ordine, quem nunc tenet Mela, Στεφάνη λιμὴν, Κολοῦσσα πόλις Ἑλληνίς, Κίνωλις πόλις Ἑλληνίς. Κα

[32] Cinolis, Anticinolis, [33] & quae Paphlagoniam finit Armene. Chalybes proximi clariſsimas habent [34] Amiſon, & [35] Sinopen Cynici Diogenis patriam; amnes Halyn & Thermodonta. [36] Secundum Halyn urbs eſt Lycaſto: ad Thermodonta campus. [37] In eo fuit Themiſcyrium oppi-

Κάρμυλα. &c. Nihil poteſt accommodatius Pomponio fingi. Licet contra haec inſpicias verboſam Appendicem. In ea mentitur Voſſius, ab Artemidoro confirmari *Anticinolin*: itidem mentitur, quum ſcribit me negare ullam unquam fuiſſe *Anticinolin*, & mentitum fuiſſe Strabonem & Artemidorum. Quis enim ille Artemidorus? Pintianus citat Arrianum in *Periplo*: ego ago negotium Melae: Melae reſpectu & hujus loci nego *Antiphellon*, & jure nego. Strabonem & Arrianum non tetigi. In Scylace ulli ſuſpicioni locum eſſe probet Voſſius, non à me alium teſtem requirat. Cordati Scriptoris quid ſit, nunquam ſcivit Voſſius. Mentitur quum ſcribit, quia Mela *Rhii* mentionem facit, non autem *Antirrhii*, inde me conficere praeclarum argumentum, potuiſſe quidem Melam *Cinolidis* meminiſſe, non autem *Anticinolidis*. Dixi enim, varia occurrere talia loca, quae etiam ipſe adnumerat. Ipſe item ſibi mentitur, quum ſcribit me falli, quòd putem loca haec ſic dicta, quia ſibi invicem eſſent oppoſita: nam in illo ipſo loco ſcribit Antiſcythas *ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphaerio* denominari placuiſſe. Certè non aliter conſideravit Pintianus, unde Voſſius nunc ſtat, ad Plinium lib. v. cap. 31. non aliter hodierni interpretes Stephani, ut patet ad v. Ἀντίσαρα. Eat Voſſius & intelligat ſic τύπον ἀντίτυπον contra Herodotum lib. 1. cap. 67. & 68. An verò ſic περιοίκους & ἀντιπεριοίκους intellexit, aut ἀντικείμενα, voces Gographicas? Sic quum ipſe abierit ad Antiſcythas, his eum relinquo. Videbis planè ea, quae olim notavi, eſſe omnia ad Holſtenii guſtum in Notis ad Ortelium, quae repetiit ad Stephanum in v. Ἀντίκυρα. Gronov.

32. *Cynobus & Callires*] Scribendum *Cimolis accolit.r*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Barbarus.

*Cimolis*] Nunc *Cinopolis*. Olivar.

33. *Et quae Paphlagoniam finit Armine*] Scribendum cum adſpiratione in prima & *e* brevi in penultima *Harmene*, ex Strabone, Ptolemaeo & Arriano; quamvis Ptolemaeus ſine adſpiratione ſcribit: Hermolaus autem qui *Armine* agnoſcit cum *i* in ſecunda, ubi id legerit, ipſe viderit: Ptolemaeus certè, quem advocat, tam Graecus, quàm Latinus, item Stephanus *Armene* legunt, ſine adſpiratione. Pintian.

34. *Amiſon*] Nunc *Quinopoli*. Olivar.

35. *Sinopen*] Hodie *Sinopi*. Idem.

36. *Secundum Halyn urbs eſt Lycaſto*] Plinius *Lycaſtum* in ſexto. Interpretes Apollonii in ſecundo *Lycaſtia*, tres fuiſſe ſcribentes Amazonum urbes ad amnem Thermodontem, *Lycaſtiam*, *Themiſcyram*, *Chalybiam*. Pintian.

37. *In eo fuit oppidum Themiſcyrum*] Scribe *Themiſcyra*, non *Themiſcyrum*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Herodoto, Plinio.

Ha-

pidum: fuere & Amazonum caſtra; [38] ideo Amazonium vocant. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt. [39] Ultrà [40] Mosſyni turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, propatulò veſcuntur, promiſcè concumbunt & palàm: reges ſuffragio deligunt, vinculisque & arctisſima cuſtodia tenent, atque ubi culpam pravè quid imperando meruere, [41] inedia diei totius afficiunt: ceterum aſperi,

Habetur nihilominus *Themiſcyrum*, ſed promontorium, non urbs, Apollonii Enarratoribus in ſecundo Idem.

38. *Ideo Amazonum vocant*] Senſus eſt: Poſt amnem Thermodontem esſe campum, in quo fuit Themiſcyra oppidum & Amazonum caſtra, unde campus ipſe dictus ſit Amazonum. Confirmat hoc Appianus libro *Mithridatico*: *Cuicunque*, inquit, *circa Thermodontem fluvium terram incolunt, quae Amazonum appellatur*. Strabo quoque undecimo tradit *Themiſcyram* camposque Thermodonti proximos atque imminentes montes, Amazonum dictus esſe. Nam ſi *Amazonium* admitteretur, putarem eam dictionem ad Aeolidis Cymen magis pertinere, quae dicta eſt alio nomine *Amazonium* auctore Stephano. Idem.

39. *Ultra Carambin Mosſynoeci*] Arrianus in *Periplo Carabin* profert, non *Carambin*. Item ſcribendum *Moſynoeci* cum uno ſ, & correpta prima, ex Strabone, Stephano, Herodoto, Stobaeo. Quòd ſi aliquando cum duplici invenitur apud Apollonium, Valeriumve Flaccum, aut alios Poëtas, jure ſuo illi utuntur ratione ſyllabae. Fugit hoc Hermolaum, qui in ſexto Plin. cum dupplici ſſ ſemper ſcribit *Mosſynoeci*. Idem.

*Ultra Carabin Mosſynoeci*] Alii *Ultra Tibarenos Moſynoeci*: alii, *Ultra Moſynoeci*: & mox *inedia conficiunt*. Lector arbitrabitur. Poſt paullo, *In ſinum adverſi litoris flexus attollitur*. Schott.

40. *Moeſyn turres ligneas ſubeunt*] Valerius Flaccus, & Apollonius Poëtae, non *Mosſyni*, ſed *Mosſynoeci*, hoc eſt, turricolae: idem Strabo, idem ceteri. Barbarus.

*Moſynoeci*] Unico *s* ſcripſi & cum *y*, Graecum Orthographiam ſecutus: *Tibareni* verò per *i* contra atque in vulgus editum hactenus,

——— Οἳ μόσσυνας ἔχουσι
Δουρατέους· τῶν δ' ἄγχι συνεξεῖς Τιβαρηνοί.

ut Dionyſius Afer. Strabo verò ἀπὸ μοσσύνων, ὅ ἐστι πύργων, αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. De his & Dionyſ. Halicarnasſ. lib. 1. *Antiq. Roman.* & Xenophon lib. v. Ἀναβάσεως. Schott.

41. *Inedia diei totius afficiunt*] Da veniam, quaeſo, humane Lector; libet enim hic tantillum conſidere. Non eſt cantandum, *res brevis agitur*. Aeſtimemusque, an jus nobis aliquod ſive civile, ſeu honorarium competat adverſus noſtrum Melam. Videtur enim (quod cum bona venia tanti viri dictum ſit) non percepisſe mentem Apollonii Rhodii, quem

toe

ri, inculti, pernoxii appulſis. Dein minus feri (verùm & hi inconditis motibus) Macrocephali, 41 Becheri, Buzeri: rarae urbes;

hoc loco transtulit. Verba Apollonii, quoniam Librarii noſtri Graecis formis carebant, Latinè ſubtexam, ſed cum fide. *Miſer*, inquit, in ſecundo libro de Moſynoecorum Rege loquens: *Nam ſi in jure dicundo quippiam peccaverit, ad famem illo die includentes habent.* Mela verba illa, *ad famem illo die*, pro *illius diei* accepit. At Apollonii Enarratores contrà intelligunt, eo ipſo die, quo contra jus pronunciaverit, in carcerem trudi, quoad fame pereat: citantque ſuae expoſitionis asſertores Ephorum & Nymphodorum. Addo ego adſtipulari Interpretibus Apollonii, Nicolaum *de Moribus gentium*, referente Joanne Stobaeo. PINTIAN. His quae ſcripſi adverſus Pomponium, favent verba Plinii lib. VI. de Rege Taprobanae inſulae: *ſi quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, ſed averſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus.* IDEM.

*Inedia diei totius afficiunt*] Obſervavit Pintianus ἡσύχως, ut ſolet, Apollonii Rhodii locum malè, ut vulgo legitur, reddidisſe Pomponium: niſi fortè, quibus hodie caremus, Auctores ſit ſecutus. Quid ſi, ut & ſymbolam aliquam conferamus, *inedia diei illius aff.* parva commutatione legamus? Nam *diei totius*, ſine libris temerè jugulare religio ſit: tametſi à Librario, ad oram adſcriptum, in ſeriem tralatum eſſe aliis videatur: Apollonii verſus lib. II. *Argonaut.* verſ. 1030. exſcripſi, ne quis fortè à libris defectus requireret: Pintianus enim non librorum Graecorum, (quibus abundabat) ſed characterum, inopiâ non expresſit:

> Σχέτλιος, ἢν γάρ τε τὶ θεμιστεύων ἀλίτηται,
> Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν.

Quem in locum eruditisſ. Scholiaſtes: Ἱστορεῖ Ἔφορος καὶ Νυμφόδωρος περὶ τούτων, ὅτι τὸν βασιλέα αὐτῶν ἄδικόν τι κρίναντα ἐγκλείουσι καὶ λιμαγχονοῦσι. Eadem ferè Stobaeus περὶ νόμων καὶ ἐθῶν, *Serm.* 24. Μόσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατάκλειστον. ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτε βουλεύσασθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι. SCHOTT.

41. *Diſcheri, Buxedi*] Lego *Bechires, Buzeres*; ex omnibus Geographis, Hiſtoricis, & Poëtis, quibus citandis ſubinde ſuperſedeo, faſtidio parcens. PINTIAN.

*Bechiri, Buzeri*] Hanc lectionem notat Vosſius proximè accedere ad veterum codicum ſcripturam. Nec eam tamen, quae fuerit, voluit aperire. Editiones priores *Diſcheri.* MS. Chiſian. *Diſcheri Bryſedi*, ipſe legi *Diſceri Briſcedi:* Juntina *Diſcheri, Buxedi*, ut & MS. Mediol. Unde apparet Vosſio haeſisſe hic aquam. Ut tamen aliquid diceret, Zenobiani Βαχχείμω & Stephani Βίρηξ huc audacisſimè attrahi debuerunt, in quibus nihil boni dicit. Concedamus poſtremos Buzeros. An in priore voce non manifeſtè patent *Inſichi* ab Tacito nominati lib. XIII. *Annal.* 37. ut illic ex Florentino codice pro *Iſichi* reſtituisſe ſe ſcribit Pichena, quum

[43] urbes; [44] Ceraſus & [45] Trapezus maximè illuſtres. Inde is locus eſt, ubi finem ductus à Boſporo tractus accipit; [46] atque inde ſe in ſinu adverſi litoris flexus attollens anguſtisſimum Ponti facit angulum. [47] Hîc ſunt Colchi; [48] huc Phaſis erumpit; hîc eodem nomine, quo amnis eſt, [49] à Themiſtagora Mileſio deductum oppidum; hîc Phrixi templum, & lucus fabula vetere pellis aureae nobilis. Hinc orti montes longo ſe jugo, & donec Rhipaeis conjungantur, exporrigunt; qui altera parte in Euxinum & Maeotida & Tanain, altera in Caſpium pelagus obverſi, Ceraunii dicuntur: [50] iidem alicubi Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpii, Co-

quum tamen ipſe in iſto exemplari legerim *Inſochi*, quae vera eſt lectio. Ἴσοχοι illic ut Τάοχοι ab Stephano collocantur ἐνδοτέρω τῆ Ἰβηρία. GRONOV.

43. *Urbes Caraſunta & Trapezus*] Scribi poteſt, *Urbes Ceraſus & Trapezus*, ex Plinio, Strabone, ceteris: aut, *Urbes Ceraſuntia & Trazepus*, aut certè, *Urbes Ceraſuntum & Trapezus*. Ut enim *Sipus & Hydrus*, etiam *Sipuntum & Hidruntum*, ita *Ceraſus* etiam *Ceraſuntum* voces. De *Sipunto* Plinius, & infrà Pomponius. BARBARUS.

44. *Ceraſus*] *Ceraſa* nunc. OLIVAR.

45. *Trapezus*] *Trapezonda*. IDEM.

46. *Atque inde ſe in ſinu adverſi litoris flexu attollens*] Caſtigandum puto, *atque inde ſe in ſummum adverſi litoris flexum attollens*. PINTIAN.

47. *Hîc ſunt Colchi: hinc Phaſis erumpit*] Lego, *Hîc Phaſis erumpit*, ut ſit tritum dictionis ſchema, Melae maximè. *Hîc Colchi. Hîc Phaſis. Hîc oppidum. Hîc Phryxi templum. Hîc orti montes.* IDEM.

48. *Hinc Phaſis erumpit*] *Hîc* legit Pintianus. Ego verò nihil muto: non etiam ſemper ſchematis & tropis addictus Mela. Haec enim alternat, *Hinc*, *Hîc*, ſi animum advertas. SCHOTT.

*Hîc Phaſis erumpit*] Olim vulgo legebatur *hinc*. Pintiano placuit ejusdem voculae repetitio. Reſtitit illi Schotus. Approbavit Vosſius. Ego manifeſtè in MS. legi *huc*, ut eſt & in Medjolan. Nec in his tam noſtrae voluntati indulgendum, quàm quid Melae placuerit ſcrutandum & ſequendum. Id verò declarat Auctor lib. 1. cap. 18. *Huc ab Idaeo monte demisſus Scamander exit.* lib. 1. cap. 7. *Unde Alpheus creditur huc agere alveum, atque ſe rurſus extollere.* GRONOV.

49. *A Theniſtagora Mileſio*] Scribo *Themiſtagora*, ex Herodoto, apud quem frequens ejus mentio. PINTIAN.

50. *Iidem alicubi*] Redundat *alicubi*, & mox *appoſiti* lego. SCHOTT.

51. *Co-*

[51] Coraxici, Caucaſii; ut aliis aliisve appoſiti gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus. At in primo flexu jam curvi litoris oppidum eſt, quod Graeci mercatores conſtituiſſe, & (quia, cùm caeca tempeſtate agerentur, [52] ignaris quae terra eſſet cycni vox notam dederat) Cycnum appellaſſe dicuntur. Reliqua ejus, ferae incultaeque gentes, vaſto mari aſſidentes tenent, [53] Melanchlaeni, [54] Toretae, Sedochezi, Coraxi, [55] Phthirophagi; Heniochi, Achaei, Cer-

51. *Coraſici*] Scribendum *Coraxici*, à monte dicti, cui nomen *Coras* eſt, auctore Ptolemaeo: ſive à populis *Coraxis*, paulò mox dicendis. Barbarus.

*Coraxici*, *Caucaſi*] Legendum *Caucaſii*. Nemo aliter. Pintian.

52. *Ignaris quae terra eſſet*] Melius, *ignaris qua terra eſſet*. Idem.

53. *Menanclea*] Scribo *Melanchlaeni*, ab atris, quibus utuntur, appellati veſtibus: ex Strabone, Plinio, & infrà Pomponio. Barbarus.

*Meandea, terreſtrea, ſexoli, cecoraxi*] Quum haec ſit meliorum codicum ſcriptura, teſte Voſſio, (Mediol. *Menanclea terreſtrea ſex ſolicae Coraxi cleptyr*) qua fronte ſuſtinuit hinc comminiſci *Ecrecticen*, qualiſcunque ea Plinio & Ptolemaeo appelletur? Videlicet quia in Scylace occurrit *Colice* poſt Coraxos, ideo & Mela duas, ut loquitur, provincias nominare pro incolis debuit. At tamen Holſtenius pro *Sexolitae* teſtatur ſe inveniſſe in libro manu exarato *Sexrolice*. Ego *Seſxolycen Coraxi cleptirophygi*. Ut ferè mirer, tur Voſſius etiam non correxerit *Coraxice*. Etiam ad Serbonidem paludem eſt ἔκρηγμα: an ideo & Χώρα Ἐκρηκτική? In *Sexolice* ſunt aperta veſtigia Sedochezorum, quorum Regem memorat Tacitus III. *Hiſt.* cap. 48. qui egregiè hac congruentia firmantur. Omnia denique ſic videntur componenda: *Melanchlaeni*, *Toretas*, *Sedochezi*, *Coraxi*. Τορέται ἔθνος Ποντικόν dicuntur etiam Stephano: ubi pariter Holſtenius colligit eos vicinos fuiſſe Cercetis. Hinc ita edere non dubitavi. Gronov.

54. *Terreſtria*, *Sexſolitae*] Voces ſine dubio barbarae, quas expoſitionis gratia ſuper litteratas totidem poſitas, aut alias fortè ab errone ſcilicet aliquo & peregrinatore indocto adjectas, indoctior Librarius pro legitimis habuit, rejectis veris ac litteratis. Quae temeritas maximas doctiſſimis etiam viris tenebras offudit, veſtigantibus per ſummos labores, quae inveſtigari nequeunt. Has, inquam, duas voces in Tabulis Ptolemaei, quas Modernas appellant, inveni, ubi deſcribitur litus ſiniſtrum Ponti Euxini. Quin & *Tritonicen* legi; de qua infrà Mela, in initiis Thraciae. Pintian.

55. *Cleptitophagi*] Scribendum *Phthirophagi*: ex Plinio, Strabone, ceteris, ita dicti, quòd in ſorde & ſquallore degant. Barbarus.

56. *Achaei*, *Cercetici*] Lego, *Cercetae*, non *Cercetici*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Marcel-

Cercetici, [57] & jam in confinio Maeotidis Sindones. [58] In Heniochorum finibus Dioſcorias, à Caſtore & Polluce Pontum cum Jaſone ingreſſis; [59] Sindos in Sindonum ab ipſis terrarum cultoribus condita eſt. Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum Paludemque ad Boſporum excurrit: [60] quam duobus al-

cellino. Meminit & Alexandrinus Heſychius, in quo vitioſè ſcriptum eſt, *Cercetae gens Indica* pro *gens Scythica*. Dionyſius Byzantius *Cercetios* nominat; nam *Cerceticas* poſſeſſivum potiùs eſt, quàm gentile nomen, unde *Cerceticus portus* Ptolemaeo. PINTIAN.

57. *Etiam in confinio Maeotidis Syndones.*] Videtur ſcribendum diſtinctè, *& jam in confinio Maeotidis Sindi* cum *i*. *Sindi* enim non *Syndones* ſunt Straboni, Stephano, Marcellino, Trogo Pompeio, Valerio Flacco,

> *Degeneresque*, inquit, *ruunt*
> *Sindi glomerantque paterno*
> *Crimine, nunc etiam metuentes*
> *verbera turmas.*

IDEM.

58. *In Heniochorum*] Strabo lib. XI. Phthiotas Achaeos ex Jaſonis exercitu Achaiam, quae hic eſt, habitaſſe: Lacones verò Heniochiam, quorum duces Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος fuerunt, Caſtoris & Pollucis aurigae, unde Heniochi appellati. Plinio verò lib. VI. cap. 5. & illius ſimiae Solino cap. 20. *Polyhiſtoris*, & Marcell. lib. XXII. uno conſenſu *Amphitus* & *Telchio* Caſtoris & Pollucis aurigae dicti. SCHOTT.

59. *Syndos in Syndonum finibus*] Legendum, ut dixi, *Sindorum* non *Syndonum*. Praeterea *Syndicus portus* redditur in hoc tractu à Ptolemaeo, & *Sinda* vicus, non *Syndos*. Strabo quoque *Sindicum* portum & civitatem celebrat. Nec non & Plinius *Sindicam* civitatem. PINTIAN.

60. *Quam duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocondamam penè inſulam reddit*] Sic Aldi praeferunt exemplaria, propiùs veritatem. Et minus adhuc mendoſè legeretur, *Corocondama palus inſulam reddit*. Ceterùm locus eſt corroſus & mancus, multisque verbis apertisſimè caſſus. Poteſt autem jactura reſarciri ex Strabone, nunquam ſatis laudato Scriptore, ſi ad hunc modum legatur: *quam duobus alveis, altero Anticites amnis in lacum profluens Corocondametin, altero lacus ipſe in mare peninſulam reddunt.* Alioquin non fit mihi veriſimile aquas Corocondametidis lacus ita eſſe libratas, ut quòd videntur ſignificare verba Auctoris, altero alveo profluant in Maeotidem, altero in Pontum: quod tamen ipſum ſi fieret, non jam eſſet peninſula, ut vult Mela, ſed juſta inſula. De lacu verò *Corocondametide* Stephanus, & Strabo: cujus verba precium operae legentium abſolvent: totam enim hanc controverſiam dirimere videntur. Plinius etiam de hac peninſula in ſexto, quam ipſe *Eionem* nominat. IDEM.

*Quae duobus alveis in lacum & in mare profluens, Corocondamam peninſulam reddunt*] Monui locum hunc eſſe ambuſtum, & verbis fraudatum. Emendavi, ut occurrit: video nunc paucioribus verbis poſſe eundem ſenſum ſervari.

alveis in lacum & in mare profluens [61] Corocondame penè inſulam reddit. [62] Quatuor urbes ibi ſunt, Hermonaſſa, [63] Cepoe, Phanagoria, & in ipſo ore, Cimmerium. [64] Hâc ingreſſos Lacus accipit longè latéque diffuſus: quâ terras tangit, incurvo circumdatus litore; quâ mari propior eſt ([65] niſi ubi aperitur) aequali margine obductus: citra magnitudinem, propè Ponto ſimilis. Oram, quae à Boſporo ad Tanain usque deflectitur, Maeotici incolunt, [66] Toreatae, Se-

Lego igitur: *quam duobus alveis Anticites in lacum, & in mare profluens Corocondama, peninſulam reddunt.* Pintian.

61. *Coracandam penè inſulam reddit.*] Strabo & Ptolemaeus, *Corocondama.* Barbarus.

*Corocondamam peninſulam*] Mei arbitrii res eſſet, *inſulam* legeretur, nec quid temerè adderetur. Sic enim Περιηγητὴς:

Ἄλλη ἀπειρεσίη νῆσος πέλει, ἣ ῥά τε λίμνης
Ἔνδοθι δεξιτερῇ Μαιώτιδος ἐστήρικται.

Cherſoneſum *Eionem* vocatam ibi collocare videtur Plinius lib. VI. cap 6 Strabo lib. XI. *Geogr.* κώμην Κορωκονδάμην καὶ Κορωκονδαμῖτιν λίμνην vocat, & Σινδικὴν per ι in prima perpetuò ſcribit. Mox, *lacus excipit*, legi malim. Schott.

62. *Quatuor urbes ibi ſunt, Hermonos, Sarcephoe, Spana, Corea, & in ipſo ore Cimmerium.*] Quatuor pollicetur urbes, & quinque numerantur. Proinde caſtiganda lectio eſt ad hunc modum: *Quatuor urbes ibi ſunt, Hermonaſſa, Cepoe, Phanagoria, & in ipſo ore Cimmerium:* ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Barbarus.

63. *Cepoe*] Sic edidi, quum Voſſius perperam edidiſſet *Cepae.* Non Κῆπαι ſunt, ſed Κῆποι. Hinc etiam lib. II. cap. I. edidi *Arimaſpoe*, quum in MS. vidiſſem *Arimampſae*, ut eſt & in Chiſiano, Mediol. *Arimampſe:* Holſtenius teſtatur in MS. legi *Arimaſpae:* unde & Arimaſpas appellatos colligit, quod illi ex Orpheo gratificamur, non ex noſtro Pomponio. Gronov.

64 *Hac ingreſſos lacus*] Paludem Maeotida intelligit, quae nunc dicitur *El mar negro.* Olivar.

65. *Niſi ubi aperitur*] Scribendum puto, *niſi ubi aperit os*, ut alibi de ſinu Caſpio: *inter Amardos & Paeſicas os aperit.* Pintian.

66. *Toreatae, Arrichi, Phicores*] *Toretae*, non *Toreatae*, Stephanus, Dionyſius, Ptolemaeus: cui *Toretice* promontorium eſt, à Toretis nimirum gente. At Strabo in undecimo *Toreatae* profert. Item Ptolemaeus cum uno tantùm r *Achi.* At Strabo, Stephanus, Plinius *Arrhechi* per duplex, & penultima producta; etſi in Strabone etiam Graeco cum *i* in penultima mendoſè legatur, ut docet Stephanus, qui *Arrhechi* in Strabone legit penultima producta. *Phycari* verò Plinio in ſexto cap 7. gens Maeotica eſt, ſed codex ſcri-

ſerachi, Phicores, [67] & oſtio fluminis [68] proximi Ixamatae. Apud eos easdem artes feminae, quas viri exercent, adeò ut ne militia quidem vacent. [69] Viri pedibus merent, ſagittisque depugnant: illae equeſtre praelium ineunt, nec ferro dimicant; ſed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt. Nubunt tamen: verùm ut nubiles habeantur, [70] non in aetate modus eſt; niſi quae hoſtem interemere, virgines manent. Ipſe

ſcriptus *Phycori* habet. Romana exemplaria *Phycores*. IDEM.

*Tereatae*, *Arrichi*, *Phicores*] Haec ſaepe examinata fuerunt viris doctisſimis atque etiam jactata. Interim nihil Vosſius de libris antiquis. Ipſe legi *tatraes erachi phicores*, in Chiſiano erat *themes herachi ſichores*. In Mediol. erat *theteſerachi phic*. Pro *Arrechi* MS. habere *Erachi* teſtatur etiam Holſtenius ad Ortelium. In mediis his igitur perſpicuè celantur *Seraci*, ut vocantur ab Tacito XII. *Annal.* cap. 15. Prima vox videtur contracta & corrupta pro *Dadrae*, quod vocabulum interlabente a factum pro *Dandrae*. Dandarae, Dandaridae. & Δανδάριοι Plutarcho in *Lucullo*. Similem certè varietatem in his notavit Holſtenius ad appellationem poſtremam Stephani. GRONOV.

67. *Et oſtio fluminis proximi Iazamathae*] Scribendum ſine ulla adſpiratione *Iaxamatae* ex Ptolemaeo, Plinio, Marcellino. PINTIAN.

68. *Proximi Xamathae*] Scribendum *Iaxamathae*. BARBARUS.

*Proximi Examatae*] *Iaxamathae* facti ſunt ab Hermolao, hos correxit Pintianus in *Iaxamatae*. Et hunc ſequuntur editiones, quum olim legeretur *proximi Xamathae*, quomodo & in tribus MSS. legi ſcio. Holſtenius verò teſtatus in marginibus Stephanianis MS. habere *Xamatae* videtur rectè conjicere, primam litteram ab ultima praecedentis abſorptam videri propter ſimilitudinem, legendumque *proximi Ixamatae*, quod ſequendum judicavi. Obſtrepens tamen Vosſius ait, ſi cauſa illa bona eſt tum quoque ſcribendum fore *Examatae*. Et cur quaeſo? Nempe quia in melioribus libris magno conſenſu legitur *proximi Xamatae*. Ita diſcis cauſam, cur Vosſius ediderit *proximi Examatae*. Ego verò nullum talem MS. vidi: & nominaverit Vosſius illos meliores. Nam quod de Valerio Flacco notat, diu ante ad Ammianum lib. XXII. cap. 8. notavit Valeſius, nec tamen vel ipſe in Ammiano ſic corrigit, nec MSStos ita habere dicit. Adde Caſaubonum ad Polyaeni librum VIII. cap. 55. Utique ad librum III. cap. 1. profesſus eſt ſe ſcire in ſexcentis litterum illam priorem *i* adjici. GRONOV.

69 *Viri pedibus inhaerent*] Vide an non redundet *inhaerent*. Multa enim ex glosſa in Melam irrepſiſſe nemo, paululum modò humanior, nec admodum in ejus lectione hoſpes, inficiabitur. SCHOTT.

70. *Non in aetate modus eſt*] Non aetate nubiles, ſed factis aeſtimant. IDEM.

 71. Sau

Ipſe Tanais ex Rhipaeo monte dejectus, adeò praeceps ruit, ut cùm vicina flumina, tum Maeotis & Boſporus, tum Ponti aliqua, brumali rigore durentur, ſolus aeſtus hiememque juxtà ferens, idem ſemper & ſui ſimilis incitatusque decurrat. Ripas ejus [71] Sauromatae & ripis haerentia poſſident: una gens, aliquot populi, [72] & aliquot nomina. [73] Primi Maeotidae [74] γυναικοκρατούμενοι, [75] regna Amazonum, [76] fecundos pabulo, at alia ſteriles nudosque campos tenent. Budini Gelônon urbem ligneam habitant: [77] Juxtà Thyſſagetae [78] Turcaeque vaſtas ſilvas occu-

71. *Sauromatae*] *Sarmatae*, nunc *Magni Bulgari.* Olivar.

72. *Et aliquot nomina.*] Quae res multos ſaepe in errorem induxit, non animadvertentes gentem eandem varia nomina à variis ſortiri vel locis, vel Geographis & Hiſtoricis. Monuit idem de Syria ſup. cap. 11. & de Oceano Dionyſius:

*Οὕτως Ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν*
*Τοῖος ἐών, καὶ τόσσα μετ' ἀνδράσιν οὔνομαθ' ἕλκει.*

De Nomadibus & Gelonis locum non mutavimus: ſententiam ampliantes, dum certiora occurrant. Schott.

73. *Primi Meotici gynaci*] Legendum opinor, *Primi gynaecocratoumenoe Amazonum. Deinde Nomades, fecundos pabulo*, &c. & mox, *campos*, *Budini*, absque *tenent*. Idem.

74. *Ginecocratum Onoe*] Scribendum *Gynaecocratumenoe*, hoc eſt, à feminis poſſeſſi, victique. De his & lib. vi. diximus in Plinio. Barbarus.

Γυναικοκρατούμενοι] Id eſt, *mulieribus ſubjecti.* Olivar.

75. *Regna Amazonum*] Plinius, *connubia Amazonum.* Pintian.

76. *Fecundos pabulo ad alia ſteriles nudosque campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant.*] Nullo modo procedit haec lectio: nam Herodotus, à quo omnia haec hauſit Mela, contraria omnino de Budinis prodit, regionem habitare omni genere arborum frequentem. Puto ergo deſiderari in hoc loco verbum *Nomades*, communi jam & inſanabili librorum omnium peſte: nam de Scythis Nomadibus Herodotus ſcribit, quod hic Mela Budinis accommodat, neque arare, neque ſerere, ſed terram habitare omni arbore nudam. Legatur igitur meo periculo ſic: *Nomades fecundos pabulo, ad alia ſteriles nudosque campos tenent. Budini Gelonum urbem ligneam habitant*, ex Herodoto in *Melpomene* ad verbum. Lege, deinde pronuncia. Idem.

77. *Juxta Thyrſagetae Turcaeque*] Lego *Thyſſagetae*, *Iurcaeque*, ex Herodoto in *Melpomene*: cui *Iyrcae* ſunt, non *Turcae*. Idem vitium in Plinio, apud quem tamen nulla ratione Hermolaus *Turcae* agnoſcit. *Thyſſagetas* Valerius Flac-

occupant, aluntur que venando. Tum continuis rupibus latè aſpera, & deſerta regio [79] ad Arymphaeos usque permittitur. His juſtiſſimi mores; nemora pro domibus; alimenta baccae; & [80] feminis & maribus nuda ſunt capita. Sacri itaque habentur: adeóque ipſos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugiſſe pro aſylo ſit. Ultrà ſurgit mons Rhipaeus, ultraque eum jacet ora, quae ſpectat Oceanum.

Flaccus *Thyrſagetas* nominat; Stephanus cum Herodoto *Thyſſagetas*. IDEM.

78. *Turcaeque*] *Iucraeque* Pintianus. qui *Turcas* hinc profligavit, atque utinam ex Europa, tanquam Hercules alter, profligasſet: aereus ſtaret in omnibus foris & compitis. Plinius *Turcas* agnoſcit lib. VI. cap 7. & Simocattus apud Euſtathium in Περιηγητὴν, Hunnos Scythiae populos Turcos à Perſis appellatos auctor eſt. Qui de rebus Turcicis noſtra majorumque memoria ſcripſerunt, eorumque originem usque à capite arcesſere ſtuduerunt, hanc vocem pro legitima agnoſcunt. SCHOTT.

*Turcaeque*] Turcarum, gentis Scythicae ad Caucaſum montem, meminit Euagrius *Hiſt. Eccleſiaſticae* lib. V. ubi de Juſtino Imp. & lib. ult. cap. 14. ubi de Mauricio Caeſare: Nicephorus lib. XVIII. cap. 20. & 30. Pintianus hic & in Plinio *Iurcas* reponit, ex Herod. *Melpomene*. Judicent eruditiores. IDEM.

79. *Ad Arymphaeos usque permittitur*] Lege *Argippaeos* cum *i* in ſecunda & duplici *pp* & *ae* diphthongo in penultima, ex Herodoto in *Melpomene*, etſi Hermolaus *Arymphaeos* defendat apud Plinium ex Solini auctoritate, malitque Plinium caſtigare ex minutulis ſordidisque Auctoribus ſuperque Latinis, quàm ex Herodoto Graeco, illuſtri & antiquisſimo Hiſtorico, apud quem credibile magis eſt, reſediſſe vera gentium & locorum nomina, quàm apud Latinos praeſertim ignobiles, inſuperque innumeris mendis deformatos, usque adeò ut ab ipſis qui compoſuerunt, ſi reviviſcerent, opera ſua agnoſci nequirent. Zenobius hos *Orgempeos* appellat. Plinius ſcriptus eodem propè, quo Herodotus, modo *Argempheos* oſtentat. PINTIAN.

80. *Maribus & feminis nuda ſunt capita*] Calvi ſunt, ut latius Herodotus *Melpom.* Maximè ſanè mirandum: tradunt enim Philoſophorum filii, mulieres, eunuchos, & pueros nunquam calveſcere: quòd temperamento ſint frigidiore & humidiore, quo capillus alitur, qui nimia cutis ſiccitate exciuit: cujus tamen rei cauſſam Ariſtoteles ad cerebri magnitudinem retulit, lib. V. *Hiſt. Animal.* cap. 4. SCHOTT.

# POMPONII MELAE
## DE
# SITU ORBIS
## LIBER II.

### CAP. I.
### SCYTHIA EUROPAEA.

ASIAE in Noſtrum mare Tanainque vergentis, quem dixi, finis ac ſitus eſt. [1] At per eundem amnem in Maeotida remeantibus, [2] ad dextram [3] Europe eſt, [5] [4] modò [5] ſiniſtro latere innavigantium appoſita. Rhi-

1. *Ac per eundem amnem in Maeotida remeantibus ad dextram Europa eſt, modò ſiniſtro latere innavigantium appoſita.*] Alia lectio habet, *Ac per eundem amnem in Maeotida remeantibus, ad dextram Europa eſt modò, ſiniſtro latere innavigantium appoſita.* Locus eſt ſubobſcurus, ſive ſequutus fueris priorem lectionem, ſive poſteriorem. Dicam tamen, quod ſentio. Si quis ex fonte Tanais per Tanaim in Maeotida redierit, revera Europam relinquet ad dexteram amnis: ſed ſi qui ex fonte uſque ad paludem navigaverit, non eſt dubium, quin remigantes ad ſiniſtram eandem relinquant. OLIVAR.

2. *Ad dexteram Europa eſt, modò*] Sunt qui poſt *modò* inciſum faciant. SCHOTT.

3. *Europa eſt modò*] Sic interpungo, *Europa eſt: modò ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Riphaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima, cadentes,* &c. IDEM.

4. *Modo ſiniſtro latere innavigantium oppoſita.*] Lego *lateri*, non *latere*, & Aldus *appoſita* agnoſcit, non *oppoſita*. PINTIAN.

5. *Siniſtro latere innavigantium appoſita, ac Rhipaeis montibus*] Equidem unde copula *ac* venerit, vix recte deprehendo. Schottus enim, quum in *Spicilegio* nihil dixiſſet, in *Praetermiſſis* dicit ſe interpungere, *modo ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Rhipaeis montibus.* Sed Pintianus in *Retractationibus* citans *ac Riphaeis*, notat delendum conjunctionem *ac*, quam voculam Schottus alio littera-

rum

[6] Rhipaeis montibus proxima (& huc enim pertinent) cadentes aſſiduè nives adeò invia efficiunt, [7] ut ultrà ne niſum quidem [8] incedentium admittant. Deinde eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis tamen: [9] quia [10] Gryphi, ſae-

vum

rum charactere excudi curavit. In Chiliano erat *in Rhip.* In altero *arepheis.* Hinc deprehendi denique verum, *ſiniſtro latere innavigantium appoſita, à Riphaeis,* hoc eſt, progreſſa & incipiens à Rhipaeis montibus, qui ſunt ultima ſimul Europae & Aſiae verſus oceanum Septentrionalem nota pars. Et quantas mihi, Lector, ob hanc notam gratias debes? Hac enim fuit excitatus Voſſius, ut quod in patria praeſtare non poterat, inter cantica inſularia vaticinaretur, ſic conſtituendum eſſe locum, *Agrippaeis montibus proxima, & huc enim pertinent, cadentes* &c. etiam doceret Agrippaeos montes vitioſè modò Arimphaeos vocari, item Melam ſcripſiſſe antea *mons Agrippaeus,* porro Melam dicere Tanaim in Rhiphaeis vel potius Rhipaeis montibus oriri. Putat opinor nos in ignariſſima Septentrionis parte verſari, ubi neniae quoque ejus vel inſulſiſſimae curarentur, ut ab Hyperboreis profecti. Quis audiit, quis patietur montes Agrippaeos nuſpiam dictos? Rhipaeum montem vel Rhipaeos montes omnibus decantatos ignorari in Mela, niſi demum lib. III. cap. 5. Credant hoc Voſſiocolaces. Quum Ennius dicit apud Varronem, *Decem coclites quos montibus ſcimus Rhipaeis fodere*, benè diſcimus, quo usque extenderint Antiqui Rhipaeos montes. Horum latus unum emittebat Tanain, ad alterum habitabant Hyperborei. Itaque & ad Europam & ad Aſiam pertinebant. Ob Tanais fontem eos appellat Mela inter partes ad mare mediterraneum ſpectantes; ſupra eos quidquid erat, rejicit ad Oceanum, neque in eo admittit diviſionem terrarum in Europen & Aſiam. Reliqua Voſſii ſunt plena Abderiticae indolis. In Mediolanenſi eſt *meriphcis.* GRONOV.

6. *Ac Ripaeis montibus, nam & huc illi pertinent, proxima. Cadentes aſſiduè nives,* &c.] Detrahe conjunctionem, *ac:* & verbum *cadentes,* cum minore littera ſcriptum, ſuperioribus applica. PINTIAN.

7. *Ut ultra ne viſum quidem intendentium admittant*] Lego *ne viſum quidem inceſſumve admittant,* ex Herodoto evidentiſſimè in *Melpomene.* IDEM.

8. *Intendentium*] Pintian. *inceſſumve:* propius à vero, *incedentium:* lege Macrobium lib. II. cap. 15. *Somnii.* SCHOTT.

9. *Quia Gryphi ſaevum & pertinax ferarum genus*] Herodotus libro proximè citato *grypas* appellat, quinta inflectione. Latini addita adſpiratione *gryphas* nominant, ſicque in Plinio legendum lib. VII. praeſertim cùm Herodotum citet, à quo ut diſſentiret in flexu nominis, nulla erat cauſa. PINTIAN. Herodotus, ut retuli, *Grypas* appellat, quinta Graecorum inflexione. Sed quia Pomponius lib. III. de India diſſerens, *Gryphes* eos ſecunda noſtra nominat, & item Plinius lib. VII. cap. 2. quamquam idem rurſus in decimo *Gryphos* vocat, rem in dubium vocatam judicio Lectorum relinquo. IDEM.

10. *Gryphi ſaevum & pertinax*] Quid ſi *pervix* legas? ut de Tigribus inf. lib. III. cap. 5. & de Araxi fl. ibidem. Plinius legend.

vum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egeſtum mirè amant miréque cuſtodiunt, [11] & ſunt infeſti attingentibus. Hominum primi ſunt [12] Scythae, Scytharumque, queis [13] ſinguli oculi eſſe dicuntur, Arimaſpoe: [14] ab eis [15] Eſſedones usque ad Maeotida. [16] Hujus flexum [17] Buces amnis ſecat; Agathyrſi & [18] Sauromatae

lib. VII. cap. II. initio. Ad hos Plautus alluſit *Aulularia:* Virgil. ecloga VIII. SCHOTT.

11. *Et ſunt infeſti attingentibus*] Duae priores dictiones ocioſae. PINTIAN.

12. *Scythae*] Europaei: hoc nomine Scytharum continentur Sarmatae Superiores, qui nunc ſunt Poloni & Rutheni, ſive Ruſſi, ſive Roxani: & Podolia regio: & Cherſoneſus Taurica, quae nunc *Tartaria Minor* dicitur. OLIVAR.

13. *Singuli oculi, Arimaſpi*] Unocula gens Solino cap 20 Tales Graecis *Cyclopes*. Ennius apud Varronem lib. VI. *de Ling. Lat.* *Decem coclites quos montibus ſcimus Rhiphaeis fodere.* quod annotavit & Turnebus lib XXIII. *Adverſar.* cap. 26 Euſtathius in Dionyſium de his eleganter: Αἰσχύλος μονῶπα στρατὸν ὀνομάζει, διότι τοξόται ὄντες ἐπιμύουσι τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν, διὰ τὸ πρὸς τὴν βολὴν εὔστοχον· καὶ τάχα διὰ τὴν ἄγαν ἐκ παίδων εἰς τοῦτο συνήθειαν, ὡς καὶ οἱ παλαιοὶ λέγουσιν εἰς βραχύτερον αὐτοῖς ὁ ἕτερος συνέσταλται τῶν ὀφθαλμῶν ἔτι δὲ ὅτι τούτοις ὡς εἰκὸς ἐκ πρώτης ἀρξάντων ἐμμόνων γεννῶνται πατέρων. καὶ τοῦ γινομένου εἰσάπαν περιέστη τὸ πάθος εἰς ἐθνικὴν ἰδιότητα. οὐ γὰρ δοκεῖ, φασιν, ἄλλως ἡ φύσις οὕτω τερατώδες γένος ἔθνους ἐξενεγκεῖν. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο Ἀριμασποὶ, καθὰ καὶ Ἡροδότῳ δοκεῖ, ἐκ φωνῆς παιδικῆς καλοῦνται, ὡς εἰ εἰποῖ μονόφθαλμοι· ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἓν Σκυθιστὶ, μασπὸς δὲ ὁ ὀφθαλμός. ἱστορεῖ γὰρ Ἡρόδοτος καὶ τοὺς χρυσοφύλακας Γρύπας ἀντίους τῶν Ἀριμασπῶν οἰκεῖν· τοὺς δὲ Ὑπερβορέους, ὅτι ἀνωτέρω αὐτῶν ἐπὶ θάλασσαν. λέγων καὶ ὅτι ὥσπερ εἰσί τινες Ὑπερβόρειοι, οὕτω καὶ Ὑπερνότιοι. M Ant. Muretus *Variar. Lect.* lib. XII. cap. 8. Latinè haec reddidit. Meam igitur verſionem non apponam: ut videant etiam quanta utilitate voluptateque careant, qui Graecè ignorant, & hoc amplius, oderunt. SCHOTT.

14. *Ab eis Eſſedones*] Herodotus, *Iſſedones*. Item Stephanus, qui ab Alcmane nominari ait *Aſſedonas*, nec ab alio. Inveniri etiam cum *e* correpta in ſecunda, ne deeſſe, qui vocent *Iſſidas*. Ptolemaeus cum Herodoto *Iſſedones*. PINTIAN.

15. *Cendones usque ad Maeotida.*] Scribendum puto, *Eſſedones*. Plinius lib. IV. *A Buce*, inquit, *ſuper Maeotin Sauromatae & Eſſedones*. BARBARUS.

16. *Hujus flexum Buges amnis*] Plinius lib IV. cap. XI. Memini quosdam *Hyrgis amnis* ex Herod. Μελχαμένην legere. SCHOTT.

17. *Buces amnis*] Scribendum *Buces*, ſive *Buges:* quia Graecè *Byges* appellatur & ſtagnum & fluvius. BARBARUS.

18. *Sauromatae*] Sarmatae: dixi eos eſſe Polonos Majores & Minores. OLIVAR.

19. Dicti

tae ambiunt; quia pro ſedibus plauſtra habent, [19] dicti [20] Hamaxobioe. Obliqua tunc ad Boſporum plaga excurrens, Ponto ac Maeotide includitur. [21] In paludem vergentia Satarchae tenent: [22] in Boſporum Cimmerica oppida, [23] Myrme-

19. *Dicti Hamaxobioe* ] Ita planè Mediolanenſis & alter MS. quem ipſe inſpexi. Et hoc eſt, quod non adſequentes priores ediderint *Hamaxobitae*. Hinc etiam *Tomoe* cap. 2. hujus libri. GRONOV

20. *Maxobitae* ] Scribendum, *Hamaxobitae*, ſive *Hamaxobii*, quia pro ſedibus, inquit, plauſtra habent, quae Graeci ἁμάξας vocant. Plinius, Strabo, Ptolemaeus. BARBARUS.

21. *In paludem vergentia Sarcagae tenent.* ] Scribi poteſt *Satarchae*, ut paulò poſt, *Littora*, inquit, *quae Satarchae & Taurici tenent.* De iis lib. IV. Plinii latiſſimè. BARB.

*In paludem vergentia Satarchae tenent*:] Scribendum videtur, *In pontum vergentia* non *in paludem*: quia ſubdit paulò pòſt, *refugientia usque ſubſequens litora, quae Satarchae & Taurici tenent.* Sed tolerari poteſt *paludem*. Nam anguſtam illam cervicem, ſeu iſthmum, inter ſinum *Carcinitem* & *Maeotin*, attingentem utrumque mare, qui vocatur *Taphrae* (ut paulò pòſt ſubjungit) *Satarchae* habitant, auctore Stephano in dictione *Taphrae.* Quare in quarto Plinii libro, ubi ait Tauricae populos claudi ab Occidente Cherroneſo, ab Ortu Scythis Satarchis, corrigendus eſt mendoſiſſimus locus, legendumque non *ab ortu Scythis Satarchis*, ſed *habitata Scythi Satarchis.* Pudendo Hermolai errore, qui ait non in totum diſplicere ſibi priorem lectionem, quum in univerſo terrarum ſitu nihil pronunciari poſſit abſurdius quàm Tauricam claudi ab Oriente Scythis Satarchis. Ceterum lubuit hic teſtari, me ab Hermolao quotiens occurrit liberè diſſentire, non ut detractam ei velim

*Haerentem capiti cum multa laude coronam,*

à qua re ſemper mores mei abhorruerunt, ſed honorandae veritatis cauſa. Cujus dignitas apud hominem verè philoſophum, hoc eſt, qui bona fide ſapientiam colat, quàm ceterae omnes rationes praeponderare debet. Nec committendum fuit, ut quae falſo tradita ſunt ab homine quantumvis docto, ſed qui in omnibus collimare non potuerit, credulo Lectori imponerent. Sed ut ad rem redeam. Stephanus *Satarchaeos* appellat niſi mendoſus ſit codex: Ptolemaeus *Satarchaeos*: Valerius Flaccus *Satarchas.* In Graecis Ptolemaei exemplaribus mendoſè, ut reor, *Sartache oppidum* ſcriptum eſt pro *Satarche*, quod & Latini codices coarguunt. PINTIAN.

22 *In Boſporum Cimmericum oppida*] Aldus, *In Boſporum Cimmerica oppida*, rectius puto, ut ſit à Cimmeriis poſſeſſa conditave. Verba ſunt Straбonis lib. 11. *Nam Cimmerii olim potentiam in Boſporo maximam habuere, unde & Cimmerius Boſporus appellatus eſt. Iſti ſunt qui ad Ponti dextram mediterraneam regionem habitantes usque in Ioniam excurrebant.* Sed ſuper omnia placet legatur, *In Boſporum Cimmerii, quorum oppida*, &c. ut tres diverſas Tauricae partes, tribus populis aſſignet. Vergentem in paludem Satarchis, in Boſporum Cimmeriis, in Euxinum Tauricis. Nam & Ptole-



maeo

mecion, Panticapaeum, Theodoſia, Hermiſium: in Euxinum mare, [24] Taurici. Super eos, ſinus portuoſus, & ideo [25] Καλὸς λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum [26] Κριοῦ μέτωπον [27] vocant, [28] Carambico, quod in Aſia diximus, [29] par & adverſum: [30] Parthenion alterum. Oppidum [31] adjacet Cherrone, à Diana (ſi creditur) conditum, & [32] Nymphaeo ſpecu, quod

maeo oppidum eſt in mediterraneo Tauricae *Cimmerium*. PINTIAN.

23. *Myrmecium, Panticapeum*] Scribe cum *ae* diphthongo in penultima *Panticapaeum*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano; Ptolemaeus tamen *Panticapaea* profert. BARBAR.

24. *Taurici*] Tartari Minores. OLIVAR.

25. Καλὸς λιμὴν] Id eſt *bonus portus*. IDEM.

26. Κριοῦ μέτωπον] *Arietis frontem*. IDEM.

27. *Vocant, Carambico, &c.*] Quid Pintianus legerit, in promptu eſt. Ego malim, bona venia illius, *vocant Corambi, et quod Aſia diximus, par & adverſum*. SCHOTT.


28. *Carambico quod in Aſia diximus patet adverſum:*] Caſtigo, *Carambico, quod in Aſiae diximus parte, adverſum*. ut Plinius, tum alibi, tum in ſexto cap. 30. *ex adverſo in Aſiae parte Macrobii*. PINTIAN.

29. *Patet adverſum*] Fredenandus, *parte adverſum*. Melius, *par & adverſum*. SCHOTT.

30. *Parthenion alterum oppidum adjacet Cerone*] Scribendum non *Cerone*, ſed *Cherrhoneſos*, ex Ptolemaeo, Strabone, Plinio qui ſic ait: *Ab Heraclea*, inquit, *Cherroneſo Parthenium promontorium*. Erit ergo ſenſus Pomponii, duo ibi eſſe promontoria, alterum, *Criumetopon*, alterum *Parthenion*, cui oppidum adjacet *Cherroneſus*. BARBAR.

31. *Adjacet Cherrone*] Ita denique edidi, non *Cherroneſus*, ut antehac, quum & Voſſius vel id teſtaretur de antiquis plerisque, quos vidit codicibus, vel *Cherſone*, & Holſtenius pag. 49. eandem fidem ſignaret, niſi quod *Cerone*, nec aliud mihi dictaretur ab tribus MSS. in quibus Mediol. *Cerrhone*. Ita alludunt huc omnes. GRONOV.

32. *Nymphaeo ſpecu, quod in arce ei ſacratum eſt, maximè illuſtre.*] Sic profitetur ſe emendaviſſe Voſſius, quum in veteribus libris legeretur *eis Nymphis*, in quibusdam verò planè abeſſet τὸ *Nymphis*. Quinam illi fuerint aut ſint, & quanta eis ſit tribuenda auctoritas, in quibus ea vox non exſtat, neſcio: in uno certè vocem illam ipſe novi exſtare, in Chiſiano legitur *eis Ramphis*. Melius tutiusque facturos nos puto, ſi quod in plurimis eſſe ſcimus, leniſſima ratione adjuvare maluerimus. Certè enim ſcribo, *quod in arce et & Nymphis ſacr.* Quod opinor unusquisque approbabit. Nam Locum Dianae antiquitus ſacratum, item alterum Nymphis docemur clare ab Anonymo Ravennate, quem Voſſius tunc ſupprimebat, lib. v. cap. 11. *Iterum civitates Patuas, Nimphae, Dina.* Quin etiam conſtat Nymphas ſolere tres ſtatui (unde etiam Apollon. Rhod. lib. IV. v. 1430. tres nominat.) ad fontes inque



EPITYNCHANVS · M · AVRELI · CAES · LIB · ET · A CVBICVLO · FONTIBVS ·
ET · NYMPHIS · SANCTISSIMIS · IIIVIVM EX VOTO · RESTITVIT ·



TI · CLAVDIVS · ASCLEPIADES
ET · CAECILIVS · ASCLEPIADES
EX VOTO · NYMPHABVS · D · D ·

*Lapis in hortis Matthæis.*

quod in arce ei & Nymphis ſacratum eſt, maximè illuſtre. [33] Subit tum ripam mare, & donec quinque milium ſpatio abſit à Maeotide, refugientia usque ſubſequens litora, [34] quoad Satarchae & Taurici tenent, penè inſulam reddit. [35] Quod inter paludem & ſinum eſt, [36] Taphrae nominatur: ſinus, Carcinites. In eo urbs eſt [37] Carcine: quam duo flumina, Gerrhos & Hypacaris, uno oſtio effluentia attingunt; verùm diverſis fontibus, & aliunde delapſi.

que antris. & plerumque illis vel Deum addi ex agreſtium numero, vel aliquam ex deabus, & maximè in iis Dianam. Qua in re ne laſciviat Chriſtiani ſenis dextra & mens, nec ut Voſſius poſt ſeptuageſimam meſſem ponat quaeſtionem de Diana trium Nympharum appendice, & ubi Fauni vel Satyri lavantis ſeſe Dianae fiant ſpectatores, ecce tibi ipſos lapides per hominem, mihi illaudabilem, publicatos. Quid enim refert huc addi numiſma Thermitanorum in Sicilia ex Theſauro Palatino, quo Hercules illis additur? IDEM.

33. *Subit tum ripam mare*] Admonendum duxi Lectorem; appellari *ripas* à Mela, litora, quae recta tendunt, nec ullis finibus inflexa curvave ſunt, à ſimilitudine riparum in fluviis, qui in terram non excurrunt. ut lib. III. de Luſitania, *frons illa aliquandiu rectam ripam agit.* & in eodem libro de Gadibus, *eaque anguſto ſpacio & veluti flumine à continenti abſciſſa, quà terris propior eſt penè rectam ripam agit.* & in India: *Primò recedentis oras aequaliter impellit, & ut non intret aliter quantum patens ſinus erat, ſed quas ripas influxerat bis irrumpit.* & de ora exteriore Africae: *Vaſta omnia, vaſtis praeciſa montibus, ripae potius quam litora.* PINTIAN.

34. *Quoad Satarchae & Taurici*] De his egi ad lib. I. cap. 2. GRONOV.

35. *Quod inter paludem & ſinum eſt Chaterae nominatur:*] Scribendum non *Chaterae*, ſed *Taphrae*, Plinius, Strabo, Ptolemaeus, Florus, etiamſi *Caprae* in eo ſcriptum eſt. BARBAR.

36. *Taphrae nominatur:*] Ptolemaeus *Taphros*. Stephanus numero & unius & plurium *Taphre*, & *Taphrae*. Herodotus in quarto *Taphros* cum Ptolemaeo. Cùm ſit igitur Mela tam conſtans Herodoti aſſectator, ut nihil quod poſſit, non ab illo deſumat, mallem hic legeretur *Taphros*, quàm alio modo. PINTIAN.

37. *Carcyne, quam duo flumina Gerros & Hyppacares attingunt*] Scribendum *Carcine*, per *i.* item, *Hypacyris*, non *Hyppacares*. Herodotus: *Sextum*, inquit, *flumen eſt Hypacyris à lacu profluens, qui per Nomadas juxta Carcinen in mare volvitur.* Ptolemaeus videtur *Pagyrin* urbem, & *Pagyritas* populos haud longè à *Carcina* poſuiſſe, quaſi non modo *Hypacyris*, ſed etiam *Pagyris* hic fluvius dici poſſit. Plinius lib. IV. *Sinus*, inquit, *Carcinites appellatur, flumen Pacyris:* ubi nos, quia *Placyris* legebatur, correximus *Hypacyris*, ex Herodoto, quod magis probamus: vel *Pagyris*, ex Ptolemaeo. BARBARUS.

38. *Nam*

ſi. [38] Nam [39] Gerrhos inter [40] Baſilidas & Nomadas, [41] *Hypacaris per Nomadas* evolvitur. Silvae deinde ſunt, quas maximas hae terrae ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosque disterminat.

38. *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvitur.* ] Duos promiſit, alterum tantum fluvium reddidit. Apparet igitur locum eſſe truncatum, & verba omiſſa Librarii indiligentia. Reſarcietur tamen ex Herodoto in lib. IV. & Plinio item in lib. IV. cujus verba ex cap. 12 ſubjeci: *Nam Gerrhos Baſilidas & Nomadas ſeparat, Hypacyris per Nomadas & Hylaeos fluit.* *Hypacyris* enim legendum in Plinio, non *Hypanis*, quod Hermolaus non vidit. Conſtabit hoc apertè conferenti Herodotum cum Plinio, & Pomponio. Illud addo, *Gerros* cum duplici *rr* ſcribi Stephano, Herodoto, Plinio, Melae: cum uno tantùm Ptolemaeo, & Valerio Flacco. *Hypacyrin* autem *Hypacarin* aliquando Herodotus nominat, ſi mendum non eſt in exemplari. PINTIAN.

39. *Gerros inter Baſtidas* ] Lego *Baſilidas*, ex Plinio, Strabone, ceteris, ac ipſo infrà Pomponio. *Baſilidis*, inquit, *ab Hercule & Echidna generis principia ſunt, mores regii.* BARBARUS.

40. *Baſilidas* ] *Walachi* nunc. Nomades quoque usque ad Iſtrum fluvium: à Tauricis usque Iſtrum eſt *Walachia*, quàm olim habitarunt Getae, δρόμος Ἀχίλλειος. OLIVAR.

41. *Hypacaris per Nomadas* ] Nolui huic ſcripto aut potius editioni invidere has voces, quas illi ex Plinio reſtituendas cenſuit Pintianus: cui ſic obſequitur Voſſius, ut quaſi vera Melae verba adſciverit. & ut ſolet ea res fluere, ſic citaverit ad Plinium Harduinus, quum tamen non ita ſit hoc manifeſtum. Illud igitur ut ſcires, Lector, hactenus retinenda putavimus, ut tamen diverſo charactere exprimerentur: nam certè videri etiam Mela poteſt non ſic ſcripſiſſe. Quippe Plinius eadem ferè habens, quae Mela, non modo per Nomadas, ſed etiam per Hylaeos fluere eum ſcribit. Licet enim vocet *Hypanim*, nequit tamen alium quàm Hypacarin intellexiſſe, ut etiam corrigit Pintianus, non ſine magna probabilitate, certè me applaudente, quum nugatoria ſit cogitatio Voſſii de inſigni errore Plinii, quia viderit in hoc loco Melae deeſſe fluvium, ſupponentis eum. Quid facilius, quum *Hypacyrin* vocaverint interdum hunc amnem, inde corrumpi in *Hypanim*? Herodotus verò quum illum tradat ἐς δεξιὴν ἀπέργων τὴν Ὑλαίην quidni verſimile eſt Hylaeorum quoque mentionem factam ab Mela? Animadvertas, Lector, id aſtutè praeteriri ab Voſſio verba Herodoti arripiente. Sed neque certi eſſe poſſumus, utrum Mela ſcripſerit *per Nomadas*, an verò *juxta* vel *ſecundum*, ut alibi loquitur, quod ſanè ex Herodoto videtur colligi: cujus verba ſunt: Διὰ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν ἐς δεξιὴν ἀπέργων τὴν Ὑλαίην Qui fluvius per medios Nomadas Scythas fluit, is certè ad utrumque latus habet hos Scythas: quomodo igitur ille ad dextram coërcet Hylaean? Dubites etiam, an τὸ *inter* repetierit. ut lib II. cap 5. de Axio & Peneo reperit τὸ *per*, vel etiam variaverit alio modo phraſin, ut facit lib. III. cap. 8. de Sabi & Coro. GRONOV.

42. Ter.

nat. [42] Terra tum longè diſtenta excedens, tenui radice litori annectitur: pòſt ſpatioſa modicè, paulatim ſe ipſa faſtigat, quaſi in mucronem longa colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt. Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, & cùm ab armis quies erat, ſe ac ſuos curſu exercitaviſſe memoratur. Ideo dicta eſt Δρόμος Ἀχίλλειος. Tum Boryſthenes gentem ſui nominis alluit: [43] inter Scythiae amnes amoeniſſimus, turbidis aliis, liquidiſſimus defluit, [44] placidior quàm ceteri, potarique pulcherrimus. Alit laetiſſima pabula, magnosque piſces, quibus & optimus ſapor & nulla oſſa ſunt. Longè venit, ignotisque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo ſtringit: tantoque ſpatio navigabilis, [45] ſecundum Boryſthenida & Olbian, Graeca oppida, egreditur.

42. *Terra tam longè diſtenta excedens, tenui radice litori adnectitur:* ] Verbum, *excedens*, videtur eſſe ſupervacuum. PINTIAN.

*Terra tam longè diſtenta excedens, tenui radice litori annectitur:* ] Verbum, *excedens*, ut dixi in Scholiis meis, viſum fuit ſuperfluere: ut autem nunc ampliem judicium, faciunt verba illa Pomponii, in Italia, *Ab Alpibus incipit in altum excedere.* Puto nihilo minus verba hìc aliquot omiſſa, vel, *in altum*: vel, *in pontum excedens*, vel aliquid ſimile. IDEM.

43. *Inter Scythiae* ] Dixi à fontibus Tanais usque ad Danubium vocari regionem Scythicam, vocabulo univerſali. OLIVAR.

44. *Placidior quoque quàm ceteri* ] Secunda vox debetur uni Voſſio, quam non antea editi agnoſcunt, MSSti nulli ex eis, quos novi, probant: ipſe vocem unam edere ad veniam hujus interpoſitionis dedignatus fuit. Itaque diverſus ſaltem character ejus originem ſignificet, ſi expellere non placet, quod mihi quidem maximè faciendum videtur, & mitti ad Auctoris cadaver. GRONOV.

45. *Secundum Boryſthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.* ] Lego, *ſecundum Boryſthenida, Olbiam, Graecum oppidum egreditur*, ex Ptolemaeo, cui Boryſthenis & Olbia idem oppidum eſt. Conjungit autem Mela duo ejuſdem oppidi nomina, nulla interjecta aut copula, aut disjunctione, peculiari quodam more, quem nonnunquam ab eo ſervari obſervavi, (ut cap. ſeq. de Grunoe, & in fine ejusd. cap. infrà) notabiturque cùm uſus poſcet. Ceterum Strabo, Stephanus, Plinius *Boryſthenem* urbem, non *Boryſthenida* appellant, quae & *Olbia* dicta ſit & *Olbiopolis*, condita à Mileſiis, ideoque *Miletopolis* etiam appellata. Hermolaus mendoſa haec Melae verba pro ſinceris citat, in *Plinianis Caſtigationibus*. PINTIAN.

46. *Hy-*

ur. Callipidas [46] Hypanis includit. Ex grandi
alude oritur, [47] quam Matrem ejus accolae appel-
ant: & diu qualis natus eſt defluit. Tandem non
longè à mari, ex parvo fonte, [48] cui Exampeo cog- 65
nomen eſt, adeo amaras aquas accipit, ut ipſe
quoque jam ſui disſimilis & non dulcis hinc de-
fluat. [49] Axiaces proximus [50] intra Callipidas Axia-
casque

46. *Hypanis* ] Vulgata lectio. Fredemandus reponit *Hypacaris*. De illo Vitruvius lib. VIII. cap. 3. & Ovid. lib. *Transformat.*

*Quid? non & Scythicis Hypanis*
*de montibus ortus,*
*Qui fuerat dulcis salibus vitiatur*
*amaris.*

Schott.

47. *Et quam matrem, ejus accolae appellant:* ] Ita legendum, ut verbum *ejus* ſuperioribus adjungatur, non inferioribus, intelligasque paludem matrem Hypanis vocari, ex Herodoto in *Melpomene*. Pintian.

48. *Cui Exampeo cognomen eſt* ] Herodotus modò *Hexampaeon*, cum adſpiratione in prima & per *ae* diphthongon in tertia, modò ſine utroque *Amaxampeon*, in *Melpomene*. Idem.

49. *Aſiaces & Aſiacae* ] Scribendum per *x* *Axiaces* & *Axiacae*. Eſt autem fluvius is inter amnes Tyram & Boryſthenem, Ptolemaeus auctor. Barbarus.

50. *Intra Callipidas Axiacasque deſcendit* ] Rectius legetur, *inter Callipidas*, &c. Pintian.

*Intra Callipidas Axiac.* ] Poteſt fluvius intra duos populos deſcendere, ſi ab fonte ad exitum per fines eorum labatur, atque in iis contineatur. Sic loquitur Auctor infrà lib. II. cap. 7. *Corſica intra latera tenuis & longa.* Quod ubi ſit, alter populus debet ſtatui interior & mediterraneus eſſe, alter, qui inde excipit, litoralis. Id hoc loco ſupponi nequit, quum tam Callipides quàm Axiacae ponantur in ora Ponti Euxini inter Boryſthenen & Tyran amnes. Hoc eſt, quod negat Voſſius in Appendice, ſcribens [ Callipidas gentem mediterraneam utramque ripam inſediſſe conſtat ex omnibus & ex ipſo, quem pasſim ſequitur, Herodoto, qui eos ſupra Olbiam longè à mari remotos ſcribit. ] Miror, quemadmodum haec cohaereant. Olbiam Herodotus non nominat, ſed Olbiopolitas. Praeterea ſcribit ἀπὸ τοῦ Βορυσθενιτέων ἐμπορίου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται. Ea eſt deſcriptio Olbiae vel Boryſthenidos. Quàm procul quaeſo vel id ipſum oppidum (quod utrumque Mela ponit ad egresſum Boryſthenis in Pontum) à mari? aut quàm procul iſte populus, qui primus ab eo ſequitur? Tu judica, Lector. Sed etiam id judica, quod ibidem addit Voſſius, [ abſurdum eſſe exiſtimare gentem fluvio cognominem alteram tantùm tenuiſſe ripam. ] At quid illic in lib. IV. cap. 18. ſcribit Herodotus? Διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί. τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενίτας. Nimis clara ſunt, quàm ut vel interpretemur, vel plura dicamus. Posſem enim citare alios. Sed & ipſe vidi in MS. codice *in-*

*ter*

caſque deſcendit. Hos ab Iſtricis Tyra ſeparat; ſurgit in Neuris: quâ exit, ſui nominis oppidum attingit. [51] At ille, qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit, [52] apertis in Germania fontibus, alio, quàm deſinit, nomine exoritur. [53] Nam per [54] immania magnarum Gentium diu Danubius eſt: dein-







*ter*, ut ſupra dicitur *Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvi*. infrà *Rhodanus ſubinde grandior inter Volcas & Cavaras emittitur*. lib. II. cap. 5. *Nar inter Pyraeos & Liburnos emittitur*. Etiam Pintianus id vidit & audiri debuit, etſi nec ipſe mutaverim GRONOV.

*Hos ab Iſtricis Tyra ſeparat*] Lego, *Hos ab Iſtriis Tyra ſeparat*. Nam ab Iſtro urbe Thraciae, quae ab aliis *Iſtropolis*, ab Arriano in *Periplo Iſtria* dicitur, *Iſtrius* gentile nomen deducitur, auctore Stephano. Ab *Iſtria* autem *Iſtrianus*. Eſt & in Ionio gens *Iſtri* à qua poſſeſſivum nomen fit Iſtricus, eidem. PINTIAN.

51. *At ille*] Danubius eſt, qui Scythiam, ſive Walachiam, ſive Tartaros Minores à ſequentibus populis dirimit: à Bulgaris & Boſſinis. OLIVAR.

*At ille qui Scythiae*] Lege meo periculo: *At Iſter, qui Scythiae*. SCHOTT.

52. *Apertis in Germania fontibus*] Oritur Danubius in Abnobio Germaniae monte. OLIVAR.

*Apertis in Germania fontibus, alio quàm deſinit nomine exoritur*] Diſpiciendum an legi potius debeat, *Abnoba Germaniae monte, alio quam deſinit*, &c. ex Plinio lib. IV. Ruffus Feſtus in tralatione Dionyſii:

> *Abnoba mons Iſtro pater eſt, cadit Abnobae hiatu:*
> *Flumen, in Aeoos autem convertitur axes.*

Meminit quoque Ptolemaeus *Abnobae*, quem ipſe *Aunobam* nominat. PINTIAN.

53. *Nam per immania magnarum gentium*] Per Auſtriam, Ungariam, (quarum altera dicitur Pannonia Superior, hoc eſt, Auſtria; altera, Ungaria Inferior) per Myſiam, inter Bulgariam & Walachiam, uſque ad Pontum. OLIVAR.

54. *Immania magnarum gentium*] Spa-




[55] deinde aliter [56] eum appellantibus accolis, fit Iſter, [57] acceptiſque aliquot amnibus, ingens jam, & eorum, qui in Noſtrum mare decidunt, [58] tantùm Nilò

Specie addunt quid. codd. Sed hic gloſſemaris foedarunt, vel Ludimagiſtri, vel Librarii optimos quosque Auctores, nulla habita ratione conciſe loquendi conſuetudinis Melae, cum Criſpo Salluſtio communis, nam & hic mirè hodieque harpyiarum unguibus contaminatus circumfertur, ſuprà quoque *faſtigiat*, pro *faſtigat* quidam legunt. Non ſequor: tametſi Caeſar & Livius *faſtigiatus* hodieque praeferunt: poëtae enim *faſtigatus*, rectius. Utitur inf. lib. III. cap. I. SCHOTT.

55. *Deinde aliter appellantibus*] Dicitur *Iſter* ab Aria civitate Walachiae usque ad Pontum. OLIVAR.

*Deinde aliter appellantibus*] Strabo lib. VIII. Καὶ τοῦ ποταμοῦ τὰ μὲν ἄνω καὶ πρὸς ταῖς πηγαῖς μέρη, μέχρι τῶν καταρακτῶν, Δανούβιον προσηγόρευον, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Δακῶν φέρεται· τὰ δὲ κάτω μέχρι τοῦ Πόντου τὰ περὶ τοὺς Γέτας καλοῦσιν Ἴστρον. SCHOTT.

56. *Appellantibus accolis*] MSS. duo, *appellantibus eum accolis*. GRONOV.

57. *Acceptiſque aliquot amnibus*] Sexaginta amnes in ſe recipere, omnes navigabiles, auctor Plinius lib. IV. cap. II. & Solin. cap. 19. *Polyhiſt.* Lucanus lib. II.

*Iſter caſuros in quaelibet aequora fontes*
*Accipit, & Scythicas praeceps eructat in undas.*

Idem lib. III. *multifidum* vocat. Valer. Flaccus.

*Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Iſtri.*

SCHOTT.

58. *Tantùm Nilo minor*] Rurſum diſcedit ab Herodoto ſuo; qui majorem eſſe Danubium affirmat, *Euterpe*. Salluſtius à nobis ſtat in fragmentis *Hiſtor.* *Iſter*, inquit, *ſecundum Nilum amnium maximus, qui in mediterraneum pelagus influunt.* Ariſtot. Meteor. lib. II.

lo minor, [59] totidem quot ille oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit. Ingenia cultusque Gentium differunt. Eſſedones funera parentium laeti & victimis ac feſto coitu familiarium celebrant. Corpora ipſa laniata, & caeſis pecorum visceribus immixta epulando conſumunt. Capita ubi fabrè expolivere, [60] auro vincta [61] pro poculis gerunt. [62] Haec ſunt apud eos ipſos pietatis ultima officia. [63] Agathyrſi ora artusque pingunt: ut

Ἴστρος καὶ ὁ Νεῖλος μέγιστοι τῶν ποταμῶν εἰσι τῶν εἰς τὴν θάλασσαν ἐξιόντων. Et Lucanus lib. III. de Nilo:

*Non minor hic Iſtro.* ——

Arrianus Iſtrum majorem esſe adfirmat. Vide & Agell. cap. 7. lib. x. *Noct. Attic.* IDEM.

59. *Totidem quot ille oſtiis*] Tanta quoque in hoc de oſtiorum numero opinionum varietas, quanta in Nilo. Strabo enim, Solinus, & Ammianus ſeptem nobiscum dant, & poëtae *ſeptemgeminum*, Ovidius, Stat. Papinius & Val. Flaccus: Ptolemaeus verò, Plinius, & Tacitus ſex illi attribuunt: Herodotus, Ephorus & Dionyſius Afer quinque dumtaxat. Loca piget exſcribere: ſat habeo digitum in fontes intendisſe. Sunt & de fonte Danubii, non ſecus atque de Nili, repugnantes ſententiae Geographorum, & Hiſtoricorum: Herodotus enim & Ariſtot. I. *Meteor.* ab urbe Pyrrhene, hoc eſt, Pyrrhenaeo ſaltu derivant: hic tamen lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων ſecum pugnat, cujus etiam ſententiam in Dionyſ. Euſtathius attulit: Apoll. Rhodius in *Argonaut.* à Rhipaeis montibus deſcendere: Aeſchylus verò *Prometheo*, & Pindarus *Olympiis*, ab Hyperboreis montibus oriri magno errore tradiderunt. SCHOTT.

60. *Auro cincta pro poculis gerunt.*] Legendum videtur, *pro conculis gerunt*, ex Herodoto in *Melpomene*, non longe à principio. PINTIAN.

61. *Pro poculis gerunt.*] Immodicè doctum ſe hic oſtentare conatur Vosſius: dum illuſtrat vocem ἄγαλμα, & quidem ex ſuo Grammatico anonymo, qui nihil dicit, quod non ſatis tunc erat notum. Et interim in hac lectione maculandum erat nomen Pintiani, quia in Salmaſio jam nulla erat aura; quum tamen Salmaſius primus hunc locum ſtabiliverit ad hunc modum in Notis ad Lampridium pag. 179. GRONOV.

62. *Haec ſunt apud eos ipſos pietatis ultima officia.*] Melius: *Haec ſunt apud eos ipſius pietatis ultima officia.* PINTIAN.

63. *Agathyrſi*] Eadem Amm. Marcellinus lib. XXXI. *Gelonis Agathyrſi collimitant; interſtincti colore caeruleo corpora ſimul & crines: & humiles quidem minutis atque raris; nobiles verò latis, fucatis, & denſioribus notis.* Hinc apparet quare Virgil. lib. IV. *Aeneid.*

*Creteſque, Dryopeſque fremunt,*
*pictique Agathyrſi.*

Martiali quoque *picti Britanni*, *Gelonos* quoque, de quibus mox, pictos idem Maro appellat lib. II. *Georg.*

ut quique majoribus praeſtant, ita magis vel minùs: ceterùm iisdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant. [64] Satarchae auri argentique maximarum peſtium ignari, vice rerum commercia exercent, atque ob [65] ſaeva hiemis admodum aſſiduae, demerſis in humum ſedibus; ſpecus aut ſuffoſſa habitant; [66] totum braccati corpus, & niſi quâ vident, etiam ora veſtiti. [67] Tauri, Iphigeniae & Oreſtis adventu maximè memorati, immanes ſunt moribus, immanemque famam habent, ſolere pro victimis advenas caedere. [68] Baſilidis ab Hercule & Echidna generis principia ſunt, mores regii, arma tantùm ſagittae. Vagi Nomades [69] pecorum pabula ſequuntur, at-

Georg. & Vibius Sequeſter: *Geloni Thraciae populi picti corporis partes.* ubi fortè *Scythiae populi* leg. Vide inf lib. III. cap. 6. SCHOTT.

64. *Sarmatae auri & argenti maximarum peſtium ignari* ] Scribe, *Satarchae*, non *Sarmatae*, ut ex Solino caſtigavit Mariangelus. De Satarchis paulò ante dictum. PINTIAN

*Sarmatae* ] Satarchis tribuit Solinus cap. 20. *Satarchae*, inquit, *uſu auri argentique damnato in aeternum ſe è publica avaritia abdicarunt. Scytharum interius habitantium aſperior ritus: ſpecus incolunt.* SCHOTT.

65. *Saeva hiemis* ] Sic ſup. paulò, *immania gentium*. Hellenismus Corn. Tacito ſaepe & Salluſtio aliisque uſitatus: Exempla in mundo ſunt; & inf. lib. III. cap. 6 IDEM.

66. *Totum braccati corpus* ] Hinc apud Cic. Anacharſis Scytha *Tuſculan.* V. *Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, carne, caſeo veſcor.* Et ſane miratur Galenus alibi gentem adeò barbaram & immanem Anacharſidem & Abarim Philoſophos ſingulari & eruditione, & vitae continentia dediſſe. IDEM.

*Totum braccati corpus* ] Ovidi. *de Ponto:*

*Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis.*

[illegible] autem eſt, ut inf. de Britannis, *vitro corpora infecti.* IDEM.

67. *Tauri, Iphigeniae* ] Vide Ovid. lib. IV. eleg. 4. & lib. III. *Ponto* eleg. 2. IDEM.

68. *Baſilidis ab Hercule* ] Herod. Μελπομένῃ: *Hercules cum Echidna concubuit, ex qua tres ſuſcepit liberos Scytham, Agathyrſum & Gelonum, genus unde Baſilidum.* IDEM.

69. *Pecorum durant; ita diu* ] Fortè, *ut illa perdurant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* & inf. *ubi vino permiſcuere*, ex Herod. *Melpom.* leg. conjicio, & *annis ſingulis*, ex eodem. IDEM.

70 atque ut illa durant, ita 71 diu ſtatam ſedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros. 72 Axiacae furari quid ſit ignorant: ideoque nec ſua

70. *Atque ut illa pecorum durant*] Legendum, *pecori durant*. PINTIAN.

*Atque ut illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt.*] Diſpice an ſit concinnior lectio: *atque ut illa pecori durant, ita hi ſtatam ſedem agunt:* ut adverbium adverbio, pronomen pronomini opponantur. IDEM.

71. *Diu ſtatam ſedem*] Freden. conjectat, *ita hi ſtatam ſedem agunt* ſcripſiſſe Melam. Mihi non probat: particulam enim *diu* Melae in delictis eſſe obſervabit non admodum in ejus lectione hoſpes. De hoc ſup. ad cap. 8. lib. 1. Hinc Numidarum *errantes domos* vocat Lucan. lib. 1. *Pharſ.* & Horat. lib. III. oda XXIV.

*Campeſtres melius Scythae,*
*Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos,*
*Vivunt.*

& Silius lib. III.

*Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arva*
*Mos, atque errantes circumvectare penates.*

SCHOTT.

72. *Axiacae furari quid ſit ignorant*] Indigna eſt Holſtenianó nomine ſententia, qua is hoc loco perperam ſic ſcribi notavit in marginibus Stephanianis pro *Apaſiacae* vel *Aſpaſiacae*, qui qualescunque ſint, utique ſunt inter Scythas Aſiaticos; quum hic de Europaeis ſit ſermo: & jam antè hi ipſi *Axiacae* praeceſſerunt cum fluvio cognomine, non *Apaſiacae*. Mela autem non videtur aliorum populorum mentionem feciſſe aut facere voluiſſe in deſcribendis moribus, quàm quorum meminit in ipſa Geographia & notitia regionis. Quod quum certiſſimum & manifeſtiſſimum ſit; tum miror viros eximios id agnoſcere pigrari & contra tendere. Quis enim non Voſſianos *Auchetas*, ne quid aliud, certè ſpecioſiores quàm veriores exiſtimet? Nuſquam eorum meminit Mela, nuſpiam eis ſedem aliquam attribuit; & id credo intererat ad perfectionem ſcripti hujus Pomponiani, ut ſciremus, quis inter eos praecipuus honos eſſet. Immo ſunt alieni à Mela, alieni ab antiquis libris, non tantùm melioribus, ſed omnibus, in quibus legitur vel *interlocantes* vel *interlocantis*, ut ipſe etiam vidi, & habet quoque Mediolanenſis, ſed tertiae ſyllabae ſuperſcripto *to*. Quis non cenſebit hanc ſcripturam nos ducere non ad *inter Auchetas*, ſed *inter jocantes*, quod ut ſimpliciſſimum & ultrò emicans reducere non fui veritus. Atque etiamnum ſedet haec ſententia; etiamſi Voſſius mihi obducat Salmaſium, cujus ſatagentis denique inventum *interjugatim* numerum obtinet Voſſiani *transjugare*, & utrumque illuc mittendum, ubi nunquam fuerunt Latina. Si Voſſium audias, in perpotando lis ſeria agi debet, & intempeſtivi illic ſunt joci. Ille quoque Voſſius eſt, qui gemmulas amabat exoſculari. Scilicet inter interius habitantes nominavit Mela *Auchetas*, & quia alibi non meminit; ideo hic fuerunt reducendi. Qua in regionis iſtius parte eos inveniemus? Nimium patent illi interius habitantes, quàm ut ſoli ex Graeca Lingua *Auchetae* iſtic veſtigari queant. Etiam *locatus* & *jo-*

*catus*

ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt. Interiùs habitantium ritus aſperior, & incultior regio eſt. Bella caedesque amant: mosque eſt bellantibus, cruorem ejus, quem primum interemerunt, ipſis è vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius: ceterùm expertem eſſe caedis, inter opprobria vel maximum. Ne foedera quidem incruenta ſunt; [73] ſauciant ſe qui paciſcuntur, exemtumque ſanguinem ubi permiſcuere, deguſtant. Id putant manſurae fidei pignus certisſimum. Inter epulas quot quisque interfecerit referre, laetisſima & frequentisſima mentio; [74] binisque poculis,

catus miſcentur apud Feſtum in *Rigido*. Si voluisſet *Auchetas* nominare, id fecisſet in relatione fontium Hypanis, ubi locantur ab aliis, ſicut Neuros nominat in ortu Tyrae, quos mox iterum ideo citat. Et hic idem ratiocinandi fons vetat etiam aurem dare eidem Holſtenio lib. I. cap. 19. pag. 140. legenti *Budini Gelonon urbem ligneam habitant*, licet ad confirmationem hujus lectionis obtendat MS. quem contulerit. Primò enim nihil dicit novi, quum omne id jam prolatum ſit ab Pintiano. Sed Gelonos omnino ſtabilit ipſe Mela lib. II. cap. I. ſcribens Gelonos velare ſe cutibus hoſtium; de quibus certè id non ſcripſisſet, niſi antè de poſitione eorum meminisſet. Quin etiam an MS. ille, quem citat, clarè habuerit *Gelonon*, dubitare licet, quum ſint MSSti, in quibus non *Gelonon* legitur, ſed *Gelonion*, ut in Chiſiano & Mediolanenſi: ex qua ſcriptura, ut videtur, Scribae curioſioris, & duplicem referre volentis (ut ſaepe factum novimus, maximè in Nazariano Floro, in Livio Puteaneo) tam illud quàm hoc exoritur. Sed & quod ad hos Axiacas attinet, noverat Holſtenius utique hos ipſos Polybii & aliorum *Axeiακας* à Mela recenſeri ſub vocabulo Paeſicarum lib. III. cap. 5. Gronov.

73. *Sauciant ſe qui paciſcuntur*] Eundem & Medorum morem fuisſe auctor Solinus cap. 20. De Catilinae conjuratis non disſimilia Saluſtius & Tacitus. Schott.

74. *Binisque poculis, qui plurimos retulere perpotatis interlocantis*] Scribendum fortasſe *interlocantur*, non *interlocantis*, hoc eſt, interius vel medii, honoris & dignationis cauſa ponuntur, ut illud Ovidianum in *Faſtis*;

> *Et medius juvenum, non indignantibus ipſis,*
> *Ibat: & interior, ſi comes unus erat.*

Ut ſequatur: *Is*, inquit, *honos praecipuus eſt*. Syllaba enim, *Is*, cum verbo illo juncta, conturbabat intellectum. Eſt autem Pomponiana multis locis acclamatio haec, ut in eo de Hyperboreis: *Semet*, inquit, *ipſe in pelagus ex certa rupe praecipites dant*.

culis, qui plurimos retulere, [75] perpotant. Is inter jocantes honos praecipuus eſt. [76] Pocula [77] ut Eſſedones parentium, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipſae etiam epulae viſceribus humanis apparantur. Geloni hoſtium cutibus equos ſeque velant, illos reliqui corporis, ſe capitum. Melanchlaenis

*id eis funus eximium eſt.* Barbarus.

*Binisque poculis qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur* ] Mariangelus pro *interlocantur* ſubſtituit *inter loquentis* aut *inter locantis*. Ego neutrum probo: ſed ſcribendum, ut reor, *binisque poculis qui plurimos retulere perpotantes, interjungunt*. Eſt enim *interjungere* eandem rem interpoſito ſpatio repetere. Pintian.

75. *Perpotatis interlocantur* ] Libenter facio, ut vulg. lectionem tuear, nec quid temerè ſine libris immutem; conjecturam incertam rationi poſthabens. Nec enim aſſentior Accurſio Mariangelo', aut Freden. Pintiano: qui quòd locum non intelligerent, ſtatim, ut ſolet, aliam lectionem cuderunt. Ille pro *interlocantur* *inter loquentes*, aut *inter jocantes*, libro Diatribarum in Solinum: Hic, *perpotantes interjungunt*: quae vox haud ſcio an in Linguae Lat. pomoeriis reperiatur: mihi ſanè, fatendum enim quod res eſt, durè ferit aureis, nimis fortè delicatas. Equidem dum ſimile exemplum reperiam, ſic exponam; ut quemadmodum Duplicarii, duplici ſtipendio merebant; ita hi inter bibones alternatis vicibus collocabantur, hauſtumque iterabant. Scytharum enim bibacitas (non dico *viaecitas* Hiſpano more) Proverbio locum dedit. Solemne id hodieque Germanis, ut inter pocula, bella, quibus adfuerunt tantùm, glorioſè jactent, ne dicam odioſè: & ſic mero frangant diem, adeoque ſermones tempeſtivaque ſympoſia in multam noctem perducant; Q. Panſa, & Sex. Bibulo Aedilibus, ludos facientibus. Schott.

76. *Pocula ut Eſſedones parentum, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt.* ] Lego, *Pocula inimiciſſimorum capitibus expoliunt*, reliqua invectitia ſunt. Neque enim Eſſedones pocula ex parentum capitibus expoliunt; ſed ſimulacra faciunt, ut ex Herodoto dictum eſt, & ſuprà in Tauricae mentione. Pintian.

77. *Ut Eſſedones parentum* ] Delet haec Pintianus: non rectè; Equidem retineo auctoritate MS. codicis Pariſini, ut Eſſedonum mores cum Scytharum componantur. Ipſe etiam Mela ſup. paullò (ne longè exempla petantur) in rem praeſentem veniet, ubi de Eſſedonibus, parentum capitibus pocula fabricantibus. Et ſic ferè Solinus bona fide exſcripſit. Locum, ut conferri queat, integrum adſcribam: *Scytharum interius habitantium aſperior ritus: ſpecus incolunt. Pocula non ut Eſſedones parentum, ſed de inimicorum capitibus moliuntur: amant praelia: interemtorum cruorem ex vulneribus ipſis bibunt: numero caedium honor creſcit, quarum expertem eſſe apud eos probrum eſt: hauſtu mutui ſanguinis foedus ſanciunt, non ſuo tantùm more, ſed Medorum que*

nis atra veſtis, & ex ea nomen: [78] Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt, quo ſi velint, in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur. Mars omnium Deus; ei pro ſimulacris enſes & cinctoria dedicant, hominesque pro victimis feriunt. Terrae latè patent, &, ob excedentia ripas ſuas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles: alicubi usque adeò ſteriles ad cetera, ut qui habitant, lignorum egentes, ignes oſſibus alant.

*quoque uſurpata diſciplina. Bello denique quod geſtum eſt Olympiade nona & quadrageſima, anno poſt Ilium captum* DCCLIII. *inter Alyattem Lydum & Aſtyagem Mediae Regem, hoc pacto firmata ſunt jura pacis.* Haec ille. SCHOTT.

78. *Neuris in lupos*] Affirmant eadem Solinus & Euſtathius in Dionyſium Περιηγητὴν, annuis vicibus Neuros è lupis homines evadere. Herodotus tamen *Thalia* negat. Plato quoque lib. VIII. *de Repub.* Lycaonem & Parrhaſium Arcades in lupos degeneraſſe fabulam credit: tametſi Varro & Pauſanias *Arcadicis* pro vero tradant. Virgil. *Pharmaceutria* de herbis Magicis:

*His ego saepe lupum fieri, & ſe condere ſilvis*
*Moerim, ſaepe animas imis excire ſepulcris.*

Propert. lib. IV. eleg. 5.

*Et ſua nocturno fallere terga lupo.*

Lege Plinium lib. VII. cap. 4. & lib. VIII. cap. 22. Agellium lib. IX cap. 4. Auſonium *Epigr.* LXIIX. & XCIIX. & D. Auguſt. *de Conjugiis Veteris & Novi Teſtam.* & lib. *de Spiritu & Anima* cap. 26. & *de Civitate Dei* lib. XVIII. cap. 18. Non hic attingam arduam illam quaeſtionem, masne in feminam, & retrò, commutari potuerint, quod Plinius aliique narrant: & de hyaena Ariſtot. Oppianus, Plinius, Ovidius, ceteri prodidèrunt. IDEM.

## CAP. II.

## THRACIA.

[1] HIS Thracia proxima eſt: eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus im-

1. *His Thracia proxima*] Bulgaris Thracia; hujus metropolis eſt Conſtantinopolis. OLIVAR.

immiſſa, quâ latera agit, Iſtro pelagoque contingitur. Regio nec caelo laeta nec ſolo; & niſi quâ mari propior eſt, infecunda, frigida, eorumque quae ſeruntur, malignè admodum patiens, rarò uſquam pomiferam arborem, vitem frequentiùs tolerat: ſed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Viros benigniùs alit; non ad ſpeciem tamen (nam & illis aſper atque indecens corporum habitus eſt) ceterùm ad ferociam & numerum, ut multi immitesque ſint, maximè ferax. Paucos amnes qui in pelagus evadunt, verùm celeberrimos, [2] Hebrum & Neſtoa & Strymona emittit. Montes interior attollit, [3] Haemon & [4] Rhodopen & Orbelon, ſacris Liberi patris, & coetu Maenadum, Orpheo

2. *Hebrum & Neſton*] Nec enim volui negligere copulativam, quae exſtat in MSS. Gronov.

3. *Haemona & Rhodopen*] Scribo *Haemon & Rhodopen*. Barbarus.

4. *Rhodopen*] Cujus habes pulcherrimam memoriam in hoc nummo, cujus gratia debetur P. Seguino, viro equidem ſelecto,







in nummis, quos merito *Selectos* vocavit. Vides quoque Liberum Patrem. Gronov.

5. Ex

pheo primùm initiante, celebratos. [5] E quîs Haemos in tantum altitudinis abit, ut Euxinum & [6] Adriam ex ſummo vertice oſtendat. Una gens Thraces habitant, aliis aliisque praediti & nominibus & moribus. Quidam feri ſunt & ad mortem paratiſſimi, [7] Getae utique. Id varia opinio perficit. Alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non exſtingui tamen, ſed ad beatiora tranſire: alii, emori quidem, ſed id melius eſſe quàm vivere. Itaque lugentur apud quosdam puerperia, natique deflentur; funera contrà feſta ſunt, & veluti ſacra, cantu luſuque celebrantur. [8] Ne feminis quidem ſegnis eſt animus. Super mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri, votum eximium habent: & quia plures ſimul ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos magno certamine affectant. [9] Moribus datur, eſtque maximè laetum, cùm in hoc contenditur, vincere. Moerent aliae vocibus, & cum acer-

5. *Ex quibus Haemus* ] In MS. clarè obſervavi *e quîs*; ſic & ex Mediolanenſi notavit Frater. Hoc modo igitur quum toties alibi malit loqui Pomponius, cur id nunc negligitur? Utique cap. 3. hujus libri *queis ut fibris inciſa*. Suprà preced. cap. *quîs ſinguli oculi*: & ſaepius. GRONOV.

6. *Adriam* ] Hoc eſt, mare Adriaticum. OLIVAR.

7. *Getae* ] Hic Mela collocavit Getas, omnes tamen ultra Danubium eos ponunt. IDEM

8. *Ne feminis quidem* ] Ex Herod. *Terpſichore*. Eadem Solinus cap. 16. Cicero tamen lib. v. *Tuſcul.* Indicis mulieribus tribuit. *Mulieres*, inquit, *in India, quum eſt cujusque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptae. quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis unà cum viro in rogum imponitur: illa victa, moeſta diſcedit.* Ad quem locum ſimilia exempla ex Plutarcho, Diodoro, & Propertio congeſſit doctiſſ. Camerarius. Sed quid mirum ſi haec confuderint? cùm per nebulam tantùm nota India eſſet, raraque eò navigatio inſtitueretur. SCHOTT.

9. *Moribus datur* ] Suſpectum mihi ſemper de mendo, & ex ora in ſeriem irrepſiſſe; vel ex ſequentibus nata non ſuum tenere locum credidi. An ad *decus* pertinet? Ne Suada quidem perſuaſerit; niſi fortè *à majoribus datur* ſcribit Mela. Polyhiſtor autem cap.

acerbiſſimis planctibus efferunt. At quibus conſolari eas animus eſt, arma opesque ad rogos deferunt; paratique (ut dictitant) cum fato jacentis, ſi detur in manus, vel paciſci vel decernere, ubi nec pugnae nec pecuniae locus ſit, [10] manent dominas proci. Nupturae virgines non à parentibus viris traduntur, ſed publicè aut locantur ducendae, aut vaeneunt. Utrum fiat, ex ſpecie & moribus cauſa eſt. Probae formoſaeque in pretio ſunt: [11] ceteras qui habeant, mercede quaeruntur. Vini uſus quibusdam ignotus eſt: epulantibus tamen ubi ſuper ignes, quos circumſident, quaedam ſemina ingeſta ſunt, ſimul ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In litoribus Iſtro proxima eſt Iſtropolis;

cap. 16. de Thracum moribus: *Virgines*, inquit, *non moribus nubunt, ſed praemiis*. Hinc fortè natum gloſſema: ſed conjectura tantùm mea, non ἀπόδειξις. Mox enim de moribus: *Utrum fiat, ex ſpecie, non moribus cauſa eſt*. Ubi ſi recte Melae ſenſum Solinus calluit, & hariolandi ars valet; quovis pignore depoſito leg. contenderim; *Ut antiſtat ſpecie & moribus, cara eſt*. Quod ſi non impetro, aliunde huc irrepſiſſe efficiam. IDEM.

10. *Manentque dominas proci*] Hunc locum, qui nullum habebat ſenſum, nos conjecturâ tantùm reſtituimus: ego neſcio quomodo haec verba quadrant cum praeteritis, niſi dicamus depravatam fuiſſe ſcripturam: nam lectio habebat, *Moerendoque minus proficere*. Depravatio hoc modo facta eſt, *Manent* pro *moerendo*, *minas* pro *minus*, *proci* pro *proficere*. Diſſolverant enim *moerendo* in partes, *moeren* & *do*: & hoc modo locus erit integer, & ſententia erit aperta: ita enim exponetur locus, *Dictitant eas moerendo minus proficere*. Si cui fortè non arriſerit mea opinio, afferat meliorem, & habebimus illi gratiam. OLIVAR.

*Manentque dominas proci*] Dixi in *Scholiis* in Aegypto provincia, legendum hic eſſe *moerendo minus profici*. PINTIAN.

*Manentque dominas proci*] Sic vulgo legebantur. Doctiſſ. Pintianus veſtigia vet. ſcripturae ſagaciter odoratus, veram lectionem eruit, & tanquam exſculpſit: *moerendo minus profici* ut ad cap. 9 lib. 1. ingenuè teſtatur, homo integerrimus, cuique tutò fides haberi vel injurato poſſit. Olivarius tamen Valent. hanc ſibi lectionem vindicavit, *moerendo minus proficere*. SCHOTT.

11. *Ceteras qui habeant*] Ariſtot. *Categoriis* haberi potius vires dicit quàm habere. Terent. . . . *Quis heri Chryſidem habuit*. & Ariſtippus: ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Cicero alibi . . . . Adverte ſuprà ad conductionem & locationem alludi, & veterem coemendi

ſis; [12] deinde [13] à Mileſiis deducta Calatis; tum Tomoe, [14] & portus Caria, & [15] Tiriſtis promontorium: quod praetervectos alter Ponti angulus accipit, adverſus Phaſiaco, [16] &, niſi amplior foret, ſimilis. Fuit hîc Bizone; motu terrae intercidit. [17] Eſt portus Crunos: urbes, Dio-

mendi ritum in connubiis. Virg. lib. I. *Georgicùn.*

*Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.*

SCHOTT.

12. *Deinde à Mileſiis deducta Calatis*] Nemo ſcribit *Calatin* Ponti urbem à Mileſiis deductam, immo Strabo graviſſimus auctor ab Heracleenſibus deductam tradit. E contrario Iſtropolin urbem ſive Iſtron (nam utroque modo dicitur) Mileſiorum eſſe coloniam. Strabo, Herodotus, Plinius affirmant. Palam ergo eſt, ut pleraque alia, ſic haec quoque verba tranſpoſita eſſe, & quod Ariſtidi, ut ajunt, dandum erat, datum eſſe Lyſimacho. Lege igitur: *Iſtro proxima eſt Iſtropolis à Mileſiis deducta: deinde eſt Calatis.* Hermolaus non potuit ex hac naſſa exire. De reliquo *Callatis* per duplex *ll.* ſcribitur à Ptolemaeo, ſed *Callatiam*, non *Calatin* appellat. Arrianus in *Periplo*, *Callantram.* PINTIAN.

13. *Maleſis deducta Galatis*] Scribendum, *A Mileſiis deducta Calatis*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Quod autem lib. IV. Plinii diximus, Megarenſium coloniam ab Ovidio ſignificari *Calatin* illo verſu,

*Et quos Alcathoae memorant à moenibus ortos,*

revocamus in dubium, quando Pomponius Mileſiorum coloniam fuiſſe *Calatin* hac parte ſcribat. BARBARUS.

*Deducta à Mileſiis*] Praepoſterè haec vulgo collocata poſtliminii jure in vet. ſedem repoſita ſunt. Mox, Iovem lapidem jurare liquet ſcripſiſſe Melam, *ſimilis fuit.* SCHOTT.

14. *Et portus Caria, & Tiriſtris promontorium*] Totum hunc locum ſic lego: *Iſtro proxima Iſtropolis à Mileſiis deducta. Deinde eſt Calatis: Eſt portus Caria: Eſt Tiriſtris promontorium:* qua dixi figura. Ptolemaeus *Tiriſtriam* appellat promontorium, non *Tiriſtrin.* Arrianus in *Periplo*, *Tetriſiam.* Item portus eidem non *Caria* eſt, ſed *Caron* Graeca genitivi terminatione. *Carian* enim regionem nominat, portum *Caron.* PINTIAN.

15. *Piſtris promontorium*] Scribendum *Tiriſtris* ex Ptolemaeo. BARBARUS.

16. *Et niſi amplior foret ſimilis fuit. Hic Bizone motu terrae intercidit.*] Ea diſtinctione legito, ut verbum *fuit* ad inferiora applices, legaturque in totum ſic: *& niſi amplior foret ſimilis. Fuit hic Bizone. Motu terrae intercidit.* Sequitur enim eadem figura. PINTIAN.

17. *Eſt portus Crunos. Urbes Dionyſiopolis. Odesſos. Mesſembria*] Scribendum verbis permutatis, & alia orthographia. *Eſt portus Crunoe. Dionyſopolis. Urbes Odesſos*, &c. more quem diximus, inculcatis duobus ejusdem urbis nominibus. Nam *Crunae* & *Dionyſopolis*

Dionyſopolis, [18] Odesſos, [19] Meſembria, Anchialos; & intimo in ſinu, [20] atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit [21] magno, Apollonia. Recta dehinc ora, niſi quòd media ferme [22] in promontorium, quod [23] Thyniam vocant, [24] exit, & incurvis contra ſe litoribus obtenditur, urbesque ſuſtinet [25] Halmydesſon &

*lis*, eadem eſt Stephano. Qui disjunctim Διονύσου πόλιν nominat, ut Κωνσταντίνου πόλιν. Conjunctim autem *Dionyſopolin*, Ptolemaeus, Arrianus, Appianus. In Plinio utrumque nomen corruptè ſcriptum invenio. Praeterea *Odesſos* cum *e* in penultima Stephanus & Strabo enunciant: cum *y* Ptolemaeus: cum *i* Appianus, modò codex non ſit maculoſus. Item *Meſembria* cum uno dumtaxat *ſ* ſcribendum ex Ptolemaeo, Stephano, Strabone, & Herodoto, qui tamen per *a* in ſecunda *Meſambriam* nominat. IDEM.

18. *Obdesſos*] Scribendum *Odesſos* paulò & pòſt *Apollonia*, pro *Apollophania*. BARBARUS.

19. *Meſembria*] Nunc *Mesſember*. OLIVAR.

20. *Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magna Apollonia.*] Scribendum videtur *magno* potius, quàm *magna*, ut referas ad *angulum* non ad *Apolloniam*, quam nemo (quod occurrat) in hoc tractu *magnam* appellat. Angulum verò ſtatim antè dixerat ampliorem altero oppoſito in Colchis. PINTIAN.

*Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit, &c.*] Supervacanea & indecens repetitio. dixit enim ſtatim ante: *quod praetervectos alter Ponti angulus accipit*. Monſtratur, inquis, finis alterius Ponti flexus & alter anguli. Satis exprimitur verbis illis: *& intimo in ſinu*. Itaque aut ego conjectura fallor, aut multa hîc verba redundant, legendumque omnino ſic: *& intimo in ſinu Apollonia:* Reliqua delenda. IDEM.

21. *Magna Apollonia*] An ferri poteſt, *magna?* an potius *magno* legend. Et ſup. interpunge: *fuit hîc Bizone*. & inf. *Eſt in ea flumen Aegos*. SCHOTT.

22. *In promontorium, quod Thinniam vocant*] Ptolemaeus *Thiniada* vocat cum unico *n*. Adſtipulante etiam Arriano, niſi quod cum *y* ſcribit primam, & litus non promontorium facit. Stephanus quoque *Thynias* profert. Sicque ſcribendum in Mela, quidquid dicat Hermolaus. PINTIAN.

23. *Thimniam*] Scribendum *Thynniam*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. Et paulò pòſt, *Helinideſon & Philas*. Ptolemaeus *Halmydesſon & Philiam*. Poteſt & *Salmydesſos*, ut diximus ex Strabone. Stephanus, *Phileas*, inquit, χωρίον Βυζαντίων, unde Φιλεάτης. aliqui *Phniam*, inquit, ſcribunt, nonnulli *Phineam*. BARBARUS.

24. *Exit, & incurvis*] Lege, *exit, incurvis littoribus obt.* Et pòſt: *& in radice peninſulae ſedens Lyſimachia*. Vulgati enim, *ſedes*, & pro *magnae*, *imagine* leg. conjicio, ut inf. cap. 4. *inflexi cubiti imagine ſedens*. SCHOTT.

25. *Halmideſon & Phileas*] Legendum puto *Halmideſon & Phrygiam*, auctoritate motus Arriani in libro totiens citato, *Phrygiam* ſcri-

& [26] Phileas & Phinopolim. Hactenus Pontus; deinde eſt Boſporus & Propontis: in Boſporo, [27] Byzantium; [28] in Propontide, [29] Selymbria, [30] Perinthos, [31] Bithynis, amnesque qui interfluunt, Erginos & Athyras: [32] tum Rheſo regna-

ſcribente diſtare ab Halmideſo CCCXXX. ſtadia. PINTIAN.

*Halmideſſos* ] *Halmydesſon* lib. vet. per *y*, Ptolemaeus ſcribit [illegible] absque ſpiritu. Xenophon VI. [illegible], & *Scholiaſtes* Sophoclis *Oedipo tyranno*, *Halmydisſus* per *i* in penult. [illegible] Lycophron. SCHOTT.

26. *Phileas* ] Nunc *Fillea*. OLIVAR.

27. *Byzantium* ] Nota civitas. IDEM.

28. *In propontide Selymbria* ] Herodotus ſine *m*, *Selybria* in ſexto. PINTIAN.

29. *Selimbria*, *Perinthos*, *Bitynnis*, *amnesque qui interfluunt*, *Erginus & Tiras* ] Scribendum, *Selymbria*, *Perinthus*, *Bathynis*, *amnesque qui interfluunt*, *Erginus & Atyras*: utique ſi Ptolemaeum ſequimur, dicentem: *Bathyniae*, inquit, *amnis oſtia*, *Atyrae amnis oſtia*, *oppidum Selymbria*, *& Perinthus*: quem ordinem ferè ſervat & Plinius. Amnem verò *Erginum*, cujus mentionem facit Plinius, hunc intelligam nec ne, qui à Ptolemaeo *Arzos* appellatur, oppido cognominis, & vicinus *Atyrae*, non ſtatuo. Nam & *Bathynias*, Plinio, Ptolemaeoque fluvius eſt, oppidum Pomponio *Bathynis* appellatum. De *Perintho* autem in Plinio dictum nobis eſt, videri ſignificasſe hanc Ovidium illo verſu:

*Inde levi vento Serinthia litora nacta.*

Sed dubium facit ea res, quod ſibi navigatio non conſtat. Si *Perinthum* accipias, ſyllaba quoque ipſa aegrè id patitur. Proinde fieri poteſt, ut *Zeryntia* ſcribendum fuerit, hoc eſt, *Thracica*. Lycophron *Zerynthum* in ea regione collocat, ſacram Hecatae. Nicander quoque in *Theriacis Zerynthium* vocavit antrum, propè *Zonem*, ut dicemus. Erat & in Samothrace inſula *Zerynthium*, unde nomen regioni (ut fit) toti ex parte. BARBARUS.

30. *Perinthus*, *Bathynis*, *Amnesque qui interfluunt Erginus & Atyrus* ] Legendum permutatis verbis. *Perinthus*. *Amnesque qui interfluunt Bathynis*, *Erginus & Atyras*. ex Ptolemaeo, qui tamen non *Bathynis* ſed *Bathynias* nominat. PINTIAN.

31. *Bathynis*, *Tum Rheſo* ] Nihil mutandum cenſeo, tametſi imperet Freden. Straboni enim lib. XIII. *Geogr.* [illegible] celebratur, & Rheſi unda, quae apud Homerum. SCHOTT.

32. *Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciae* ] Scribendum arbitror longè diverſo modo & *Terei regia quondam arx Bizie*, ex Plinio lib. IV. cap. II. *Oppida*, inquit, *Selymbria Perinthus. Intus Bizya arx regum Thraciae, à Terei nefaſto crimine inviſa hirundinibus*. Quorſum enim hic mentio Rheſi, Tragici regis nullo, aut proelio, aut ſaltem ſcelere nobilitati. At Terei in Thracia nemo non meminit. Praeterea quum hic ex profeſſo de Thracia agat, quid attinebat ſubjungere, *pars Thraciae*. PINTIAN.

33. *Et*

gnata quondam pars Thraciae, [33] & [34] Biſanthe Samiorum, [35] & ingens aliquàndo Cypſela: pòſt locus quem Graii [36] Μακρὸν τεῖχος appellant,
75 [37] & in radicem magnae penè inſulae ſedens Lyſimachia. Terra quae ſequitur nuſquam lata, atque hîc arctiſſima, inter Helleſpontum Aegaeumque procurrit. [38] Anguſtias Iſthmon; [39] frontem ejus Maſtuſiam; totam Cherſoneſum appellant: [40] ob multa memorabilem. Eſt in

33. *Et Byſanthe Samiorum* ] Scribe *Biſanthi* per *i* ex Stephano, Herodoto, & Plutarcho in *Alcibiade*: dicta alio nomine *Rhaedeſton*, auctore Ptolemaeo Graeco & Latino ..ut dubitem, corrigendusne ſit Plinius, in quo pro *Rhaedeſton* ſcriptum eſt *Reſiſton* lib. IV. cap. 12. ex caſtigatione Hermolai. Nam codex vetus Salmanticenſis Acad. *reſiſton* planè oſtendit, liberum ſit unicuique judicium. IDEM.

34. *Biſalte Samiorum, & ingens aliquando Gypſella, pòſt lacus quem Graeci Madonthios* ] Errata quatuor. Scribendum, *Biſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſella, pòſt locus, quem Graii Macrontichos*, id eſt, longum murum, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Stephano. BARBARUS.

35. *Et ingens aliquando Cypſella* ] Scribo per unicum *l Cypſela*, ex Stephano, & Strabone in Selectis. Cui eſt etiam neutralis generis; adſtipulante proprio nomine *Cypſeli* Tyranni Corinthii; & eodem nomine alia in ſignificatione, ſemper enim cum unico *l* ſcribitur. Herodotus certè & Pauſanias ſic ſcribunt. In codice quoque Salmanticenſi vetuſto ſic ſcriptum invenies. Ptolemaeus Graecus una, & Latinus cum duplici, ſed procul dubio vitioſè, ut in hac parte fides habenda non ſit Hermolao, qui in quarto *Caſtig. Plin.* cap. 11. *Cypſella* femininum putat & cum duobus *ll* ſcribit. PINTIAN.

36. Μακρὸν τεῖχος ] *Longum murum*. OLIVAR.

37. *Et in radice magnae peninſulae ſedes Lyſimachia* ] Lego, *& in cervice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia. Cervices* enim appellari ſolent *iſthmi* ſive *anguſtiae peninſularum*, ut Plinius in lib. IV. de Peloponneſi iſthmo: *donec in quinque millium paſſuum intervallum exeſis utrinque lateribus anguſta cervice Peloponneſum contingat Hellas*. Ptolemaeus quoque, & Georgius Gemiſtus *Pallenes iſthmum* cervicem vocant. & Pomponius ſuprà in Ionia: *anguſtiſque cervicibus reliqua extendens in latum*, &c. PINTIAN.

38. *Anguſtias Iſchnon* ] Scribendum *Iſthmon*, iiſdem auctoribus. BARBARUS.

39. *Frontem ejus Maſtuſiam* ] Conſiderandum an ſit melior lectio, *promontorium ejus Maſtuſiam*, ex Ptolemaeo & Plinio. PINTIAN.

40. *Ob multa memorabilis eſt. In ea flumen Aegos* ] Aldus, *ob multa memorabile eſt. In ea flumen Aegos*. Lego, *ob multa memorabilem. Eſt in ea flumen Aegos*, quia ſequitur ſtatim *Eſt & Abydos. Eſt regio. Sunt Proteſilai oſſa*, conſueto ſchemate. Ceterùm hujus civitatis nomen non ex parte ſed integrum tranſmiſit ad nos Marcellinus.

*Aegos*

[41] in ea flumen Aegos, naufragio claſſis Atticae inſigne. Eſt & Abydo objacens Seſtos, Leandri amore pernobilis. Eſt & regio, in qua Perſarum exercitus [42] diviſas ſpatio pelagoque terras, auſus pontibus jungere ([43] mirum atque ingens facinus!) ex Aſia in Graeciam [44] pedes &

*Aegos potamos* relinquens ut apud Graecos invenit, melius fortasſe quàm Pomponius, Pliniusque. Praeterea legendum puto *fluvii Aegos naufragio claſſis Atticae inſignes.* Omnes enim Graeci auctores, qui hujus urbis meminere, numero plurium vocant, Strabo, Stephanus, Plutarchus, Xenophon. Ariſtoteles etiam primo *Meteoron*, & complures alii, quos ne in re aperta tandam, conſulto praetereo, ſemperque praepoſita dictione *Aegos*. Quapropter & hic, & in Plinio libentius legerim, *Aegos fluvii*, quàm retro. Hermolaum autem quis non miretur, qui lib. IV. cap. II. *Plin. Caſt.* legit in Pomponio *flumen Aegon*. dubitatque ſitne *Aegon* ſcribendum, an potius *Aegos*. quum nullus ſit auctor, qui vel ſomniaverit quidem hanc urbem appellari *Aegon*; ſed omnes uno conſenſu *Aegos potami* appellent. Strabonis interpres in fine ſexti nolens Plinium ac Pomponium imitari *Capras fluvium* ineptè vertit. IDEM.

*Ob multa memorabilem. In ea*] Sic Voſſius. Ante legebatur *memorabilis eſt. In ea*; ut & legitur in Chifiano. In alio MS. deprehendi *memorabile eſt*, quod exſtat quoque in Mediolanenſi & editione Juntina. Legendum profſus, ne quid pereat, *ob multa memorabilem. Eſt in ea.* Sic ſcripſiſſe Melam apparet, ex ſequentibus. GRONOV.

41. *In ea flumen*] Interpunge, *eſt in ea fl.* SCHOTT.

42. *Diviſas ſpatio pelagoque terras*] Stultus ſenſus, & Mela indignus. Nam quod dividitur pelago, dividi etiam ſpatio necesſe eſt. Lego itaque *diviſas Helleſponti pelago terras*. Nam & anguſtum mare fretumve, dici etiam ſolet *pelagus*, ut in Hiſpania. *Aperit deinde ſe anguſtisſimum pelagus.* PINTIAN.

43. *Mirum atque ingens facinus*] Eſt ludibrioſae copiae parentheſis: nec poteſt ab dexteritate Pomponii venisſe. Mihi certè in MS. non occurrit prima vox. Quo indicio prodit haud dubiè vera ſcriptura, *auſus pontibus jungere, atque (ingens facinus!) ex Aſia in Graeciam pedes & non navigata maria transgresſus eſt.* Scilicet Voſſio cacozelum, diſtortum, ac durum eſt *auſus atque transgresſus eſt*, quoniam cacozelia, diſtortio ac duritas (mira illa profectò & ingens) ingenii ejus ne quidem patiebatur hic vel minimum indicare de libris ipſius antiquis, afferre exempla totidem verbis apud optimos etiam occurrentia Scriptores, ut gannit: certè furebat, quum vitioſum librum vocaret, qui à me collatus deſtituitur prima voce. Nihil ineptiae reſtabat, niſi ut clypeum Antaei quoque diceret ab Mela dictum esſe *mirum & ingentem.* GRONOV.

44. *Pedes & non navigata maria transgresſus eſt*] Mira loquutio. Nam quod doctè ex Lucano animadvertit Voſſius, id huc applicari non videtur posſe. Aut ſi poteſt, aequè ad ſententiam Schotti congruere poteſt, quàm ad vulgatam lectionem. Propriè tamen non navigata maria erant ante Argo.

& [45] non [46] navigata maria transgreſſus eſt. Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro. [47] Eſt & [48] portus Coelos, Athenienſibus & Lacedaemoniis navali acie decernentibus, Laconicae claſſis ſignatus excidio. Eſt & [49] Cynosſema;

go. Sed demus ſanè auctorem ſic ſcripſiſſe hactenus & explicare velimus ex ſententia Voſſii: quo iſta copula? Longè melius ea nuſpiam foret. Imò debuit omitti, neque ferri ullo modo poteſt. Quare & Schottus neſcio quid haerens, in *Praetermiſſis* melius cenſebat *navigato mari*. Quod ut fortasſe melius, ita qui probabitur ab Pomponio veniſſe? Certè enim id melius quàm Voſſianum, quia particula *&* innuit hic aliquid ſequi ex oppoſitione τῶ *pedes*, quod ſit in lectione Schotti, non Voſſii; & omnino ſicut prima vox *pedes*, ſic & ſequentibus aliquot impendendae ſunt ipſi Xerxi. Ita enim ſolet Pomponius lib. II. cap 7. *Continua litora & non pervium pelagus*; & lib. III. cap. 6. *Nefas & pro ſacrilegio habent*. Id ergo ut ſine noxa habeamus, leges poſthac *pedes & non navigata maria transgreſſus eſt*. Quum nihil haberet Voſſius, quod ſolidè everteret, & hinc micrologiae libans teſtatur „ cum riſum excitare volunt mimi, eadem planè ratione loquentes introducere fatuos. Venit io ſimus à villa! Sibi enim ipſe haec occinuit, & mimum oſtendit. An in meo ſit inepta macrologia, docet locorum, quae citavi, ſimilitudo & exempla collecta in nota ad Prooem. Codex Mediolan. habet *& nonaginta maria*. Idem.

45. *Non navigata maria*] Credidi aliquando melius legi poſſe, *non navigato mari*. cujus conjecturae nondum me poenitet, nec cur poenitere debeat video: hoc eſt enim pedibus tranſiiſſe. Sic hoc ipſo cap. de eodem Xerxis innumerabili exercitu, *& ſaltus freto navigabili pervius*, licet ea ut ſuppoſititia furcis Pintianus ejicienda putet. De Xerxe pleni hiſtoricorum, pleni poëtarum libri. Schott.

46. *Navigata maria*] Melius *navigato mari*. Et inf. ubi de Xerxe, gloſſemata puto: *à Xerxe in Graios tendente perfoſſus & freto navigabili pervius*. Idem.

47. *Eſt & portu Coelos*] Sic Plinius etiam *Coelos*. *Coela* tamen Ammianus, fortè melius: ut ab Athenienſibus, qui in Cherroneſo frequentes erant, inditum fuerit hoc nomen. Nam *Coele* ſive, quod idem eſt *Coela* vicus fuit Atticae, clarus morte Thucydidis, auctore Graeco ſcriptore Marcellino. Nec praeterierim *Cyllam* urbem locari in hac ora à Ptolemaeo, etiam ſi Hermolaus *Coelam* legit non *Cyllam*, cui ſuffragari videntur Latini Ptolemaei codices. Pintian.

48. *Portus Sceolos*] Scribendum *Coelos*. Plinius, *Petenti*, inquit, *Melanem ſinum, portus Coelos*. Barbarus.

49. *Cynoſenia*] Scribendum, *Cynos ſema*; id eſt, Hecubae tumulus, Strabo, Plinius, ceteri. Idem.

*Cynoſema, tumulus Hecubae*] Κυνόσσημα geminato ſibilo Thucydides, & Graeci. Auſonius:

*Quicumque hoc noſtrum ὄνομα nunc legitis.*

Solin. cap. 16. *Extra Sigeum Aſiae in quo tumulus eſt, Cynosſema dictus, Hecubae ſepulcrum*

ſema, tumulus Hecubae, [50] ſive ex figura canis; in quam converſa traditur, ſive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. [51] Eſt Madytos: [52] eſt Eleus, quae finit 99
Helleſpontum. [53] Aegaeum ſtatim pelagus, vaſtè longum litus impellit; ſummotaſque terras hinc ad promontorium, quod [54] Sunium vocatur, magno ambitu mollique circumagit. Ejus tractum legentibus; [55] praevectiſque Ma- 100
ſtu-

*& turris Proteſilai delubro data.* SCHOTT.

50 *Sive ex figura*] Feminae ſaepe canibus comparatae. Heſiodus Ἔργοις. Pandoræ indidiſſe Mercurium κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος. Itaque ſaepè κύων Helena dicta eſt Homero & Lycophroni, ob immoderatam libidinem: quòd ſicuti canes ἀναιδῶς coëunt; ſic omnibus ſui poteſtatem feciſſet. Cynici ob eandem inpudentiam eum maledicentia nomen ſortiti. & Scyllas fabulantur

*Depreſſos nautas canibus laceraſſe marinis.*

Virgil. *Ecloga* VI. & *Ciri.* IDEM.

51. *Eſt Macidas*] *Madytos* leg. H. Stephano videtur: aliis *Malidos*, ex Stephano *de Urbibus.* SCHOTT

52. *Eſt Eleus*] Dupliciter ſcriptum invenio, ſine diphthongo & cum diphthongo *ae* in ſecunda. Cum diphthongo ſcribunt Ptolemaeus, Stephanus, Thucydides: Sine diphthongo Strabo in *Selectis*, Pauſanias, Herodotus, Arrianus, Xenophon, Plutarchus, Philoſtratus, Demoſthenes, & alii. Hermolaus hanc urbem vocari à Strabone tradit *Elaeuſſam.* Ego *Elaeuſſam* inſulam noſci à Strabone, ceteriſque Geographis prope Ciliciam ſcio; urbem Thraciae ita ab ullo nominatam neſcio. Apud Strabonem uno duntaxat loco lib. XIII. legi in exemplari Graeco *eluſa* commutatis litteris pro *Elaeus*, proculdubio vitiosè. Nam ſi *Elaeuſſa* diceretur haec urbs, ex tot, quos mox ante citavi, auctoribus aliquis eam ita nominaſſet. Itaque in hac traditione ab Hermolao non ſto. PINTIAN.

53 *Aegaeum ſtatim pelagus*] Dictum auctore Varrone, ab hinnulis; quòd in eo mari ſcopuli a ſimilitudine caprarum αἶγες vocantur Apollonii vero Scholiaſtes. Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἀπὸ νήσων αἰγῶν καλουμένων: Lycophronis vero: ὅτι δίκην αἰγὸς κυματοῦται. Aliter Plinius lib. III. cap. II. extr. SCHOTT.

*Aegaeum pelagus*] Nunc *Archipelago* dicimus. OLIVAR.

54. *Sunium vocatur*] Expreſſit hunc locum Seneca Tragicus *Hippolyto.*

—— *Pars illa diu*
*Vacat immunis, qua curvati*
*Litora ponti Sunion urget.*

Suſpicor autem in Mela, gentili ſuo, legiſſe, *vaſtè Ponti litus impellit.* vide inf. cap. 3. SCHOTT.

55. *Praevectiſque in Aſſuſiacum ſinus intrandus*] Scribo, *Praevectiſque Maſſuſian, tum ſinus intrandus*, hoc eſt, is, qui Melas


dicit.

ſtuſiam ſinus intrandus eſt, qui alterum Cherſoneſi latus alluens, [56] jugo facie vallis includitur, & ex fluvio, quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, [58] Alopecon-
105 neſum, & in altero Iſthmi litore ſitam Cardiam: [57] eximia eſt Aenos, ab Aenea profugo condita:
circa

dicitur, id & ſequentia, & Ptolemaeus docebunt: ſed & Plinius, atque Strabo. De *Maſtuſia* Pomponius quoque non multo ſuprà. BARBARUS.

*Praevectiſque Maſtuſiam*] Melius *praetervectis*, ut ſupra in Troade: *quòd praetervectes ſinus excipit non parvus*, & non multo antè: *& Tiriſtris promontorium, quod praetervectos alter Ponti*, &c. PINTIAN.

56. *Jugo facie vallis includitur*] Caſtigandum, *jugo Pallenes includitur*. Nam ſecundum Pomponium, & ſinus Melas, & tota Thracia Pallene terminantur. Eſt autem *Pallene Cherronneſus* & urbs, & mons auctoribus Apollonio in primo, & ejus *Enarratoribus*: praetereaque Dionyſio Byzantio, qui jugi Pallenes meminit. Alioquin Mela & in his, quae longè porriguntur, abſque montium mentione utitur hoc nomine *jugum*, ut in tractatu Cypri. *Cyprus*, inquit, *ad ortum occaſumque ſe immittens recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*. IDEM.

*Longo muro Macrutichus*] Sic repone ex Plinio ibidem. Vulgate, *jugo facie vallis includitur*. vitiosè: quod nihil veri inde eruere queas. Quid Pintianus tentarit, *jugo Pallenes includitur*, in promptu eſt legere. SCHOTT.

57. *Alopoconenſum*] Scribe *Alopeconneſum*. Ideo vocata, quod qui condidere, ut ait Stephanus, reſponſum acceperant, ubi vulpis vidisſent catulos, ibi ſedem copesſerent, quod & factum eſt. *Haec*, inquit, *urbs ad Helleſponti Cherroneſum poſita, etiam Calcios producta media vocabatur, de regis nomine*. BARBARUS.

*Alopeconeſum*] Inſula haec eſt Straboni, & *Alopeneſus*, lib. IX. Stephano etiam civitas. Non ſequor igitur eos, qui *Callipolim* contra libros repoſuerunt. SCHOTT.

58. *Eximia eſt Aenos*] Forte; *Extrà eſt Aenos*. IDEM.

*Eximia eſt Aenos*] Certe vacuum eſt illud epitheton in urbe, quam tot magis eximiae comitantur vel antecedunt. Unde etiam merito id ſibi diſplicere oſtendunt viri docti, ſed Voſſiana conjectura (nempe forſan ſcriptum fuiſſe *exin eſt*) praeterquam quod ab genio Pomponii aliena eſt, non utentis illo adverbio, niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non item ſinu diſtinctis, etiam refellitur ab poſtrema littera, quae in omnibus ſcriptis exſtans, credi non poteſt adjecta fuiſſe ab ſciolo & expelli debere. Potius error cenſeri debet in quinque mediis lineolis *imi*, & ex illis accreviſſe aliquas praeter mentem auctoris, quum librarii invenirent *exita*. Inde putantes literam *m* excidiſſe ita ſuppleverunt. Nam Mela dederat *Extra eſt* nempe ſinum, ut recte conjiciebat quoque Schottus. Ea vocula ſemper utitur poſt finitum ſinum: lib. II. cap 4. *Sinus eſt continuo Apulo litore incinctus. Extra Sipuntum*. Et hoc exemplo utitur ipſe Voſſius, dum lib. II. cap. 4. vidit in MSS. legi *ſuperita* pro *ſuperna*. Immo hac duarum lineolarum occaſione

ſub-

[59] circa Hebrum Cicones: trans eundem Doriſcos, ubi Xerxen copias ſuas, quia numero non poterat, [60] ſpatio menſum ferunt; deinde [61] promontorium Serrium, [62] & quò [63] canentem Orphea

lib. II. cap. 2. in *Tritonice* degeneravit *tum Tomos*. Et videntur ſanè vel ſcribae vel editores valde liberalès fuiſſe in donanda Pomponio litteram m. Nam ſic edi video lib. II. cap. 3. *Peloponneſos . . . platani folio ſimillima.* ubi ipſe in MS. reperi *ſimilia*, quum in Chiſſiano clare habeatur *ſimilis*, quae vera lectio, & ſic quoque citatur ab Pintiano in *Caſtigationibus*; ut haud dubitanter id ipſum revocari debuerit. lib. II. cap. 6. *Virgi in ſinu, quem Virgitanum vocant, Extra Abdera*, &c. lib. III. cap. 1. *In proximo ſinu portus eſt &c. extra Junonis ara templumque.* Ergo Voſſius colligit, quae eximiam fecerint. Ea ſunt talia, ut fermè omnes, certè plurimae urbes illis rebus cenſeantur, nempe nobili conditore, fatis ac caſibus, tum quibusdam operibus publicis. Scilicet Senex voluit fricare confectam ſenio urbem, qua fruatur. Sed & ſic redit ad ſuum *exin* vel *exinde*, & tum furenter mihi iraſcens, & neſcio quid cantans de ineptiis & nugatore, rogat ;, undenam hau„ ſerim *exin* rectum ſignificare li„ tus." Nonne hoc dixi? Tamen veneror ſenem, & illi ſatisfacio ex cap. 4. hujus libri, ubi poſtquàm dixit à Pado ad Anconam tranſiri Ravennam, Ariminum. Piſaurum, Fanestrem coloniam, ſine notabili terrae receſſu & in recto litore, pergit *Exin illa* &c. Unde ſimul patet ſatiè ab Voſſio cogitatum lib. III. cap. 6. *Exin. Scandinovia.* GRONOV.

59. *Circa Hebrum Cicones*] Lego, *Citra Hebrum Cicones*; ſequitur enim, *trans eundem Doriſcos*. confirmatur quoque auctoritate Herodoti. PINTIAN.

60. *Spatio menſum ferunt*] Invenit autem myriadas centum & LXX. hoc eſt, decies ſepties centena armatorum millia; quem numerum tradit Herod. *Polymnia*; Juſtinus verò ex Trogo Pompejo lib. II. DCC. millia & CCC. M. auxiliorum fuiſſe ſcribit. Ammianus lib. XVIII. *Quoque nobis Doriſcon Thraciae oppidum & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos Graeca fabuloſitas numerabit?* SCHOTT.

61. *Promontorium Seriphium*] Scribi poteſt *Serium*, ut in Plinio monſtravimus, aut *Zerynthium*, ex Lycophrone ac Nicandro, qui proximum Zonae antrum Hecatae dicatum ita nominavit. BARBARUS.

62. *Ex quo canentem*] In V. C. legitur: *&, quo canentem Orphea, ſecuta narrantur etiam nemora, Zone.* SCHOTT.

63. *Canentem Orphea*] Quem ut me juvit vidiſſe in nummis, cinctum mirabili theatro ſic nec tibi, Lector, erit ingratum aut



phea ſecuta [64] narrantur etiam nemora, [65] Zone: [66] tum Schoenos fluvius, & ripis ejus adjacens

inutile ſpectaculum, de quo alibi. Gronov.

64. *Narrantur nemora, Zone*] In MS. uno vidi *narrantur eſt nem.* Sed in Chiſiano & Mediolanenſi erat *narrantur etiam nemora*, quam veram plenamque Pomponii manum producit ex V. C. Schottus quoque, & fuisſe cenſeo: & habet particula iſta non modò ſuam vim, ſed genius Pomponii ſemper eam adhibuit, ubi aliquid notabile & mirabile propinquum relaturus eſt lib. II. cap. 4. *Padus tam citò profilit, ut ſuum etiam in mari alveum ſervet.* lib. III. cap. 4. *adeò atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant.* lib. II. cap 7. *Arados parva, frequens tamen, quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet.* Non deſiit me convellere iſta aerugo Voſſii, etiamſi eum non tangam. Excitus enim hac nota, iterum perreptavit codices MSS. & quia τὸ *et* in varios locos translatum ex illis oſtendit, inde facile, ait, conjicias additum ab aliis conjunctivum. Quàm diverſum hoc ab illis, quae evomebat ad capitis 5. lib. I. verba *ſine tectis paſſim ac ſedibus;* perinde ibi illud *ac* jactatur, nec tamen vel cogitat tale quid. Quae varietas idcirco ſatis oſtendit, eum ſeniliter ineptiisſe, unde cur exigam, quid ex iis locis ipſe collegerit? Sic lib. II. cap. 2. eadem vocula in Editionibus ſolebat omitti. Idem.

65. *Zone, Tum Scoenas fluvius,*] Permuta verba. *Tum Zone. Scoenas fluvius.* Pintian.

66. *Tum Schoenos fluvius,*] Meram hic videas Voſſii licentiam, fluviis nunc hoc, nunc illud vocabulum dantis, nullo auctoritatis robore. In MS. quidem & ipſe legi *Stenos.* Mediol. *Sthenos.* Quicquid ſit, apparet manifeſtè, eundem nunc fluvium intelligi, quem *Cudetum* vocat Scylax. Is themate enim Thraciae procedens ab Neſto amne ſic pergit, Ἄβδηρα πόλις, Κύδητος ποταμός. Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια κατὰ ταῦτα. Credamne? Voſſius fatetur hic me recte ſanè dicere. Sed quantum hinc in cenſendo divortium. Illius juventa in eo nomine conſiſtere potuit & Cudetum pati. At nunc ſenio procax & liber, audacter, quod improba mens ei exprimit, affirmat legendum esſe *Coſetus.* Hinc locos omnes, quos aperuerat Schefferus ad Aelianum, item Menagius, & horum ſimii non ſemisſis, in narratiuncula de Pythagora per fluvium ſalutato, id quod ex loco Apollonii omnibus illis etiam citati evincit circa Samothracen, ſi credas, quum ille dicat κατὰ Σάμον. contigisſe inſpiciens, ait & Nesſum & Neſtum & Coſatum & Coſetum eundem esſe. Quod tam facile pronuntiare potuit, ac Voſſium esſe Alopecium. Quaſi non in iſtis ambiguis esſet continua ferè diſcrepantia, & alii Neſſo attribuere potuerint, quod alii fluvio diverſo. Sed & ad Nesſum & Coſatum trahit quoque Caucaſum Porphyrii & Compſaton Herodoti. Et ſic denique cuniculis factis accedit ad Cosſiniten, cujus meminit Aelianus *de Animalibus*, quem in notis ad Scylacem ſtatuerat esſe hunc ipſum, quod ego ineptè factum arbitrabar. Nam qui credibile eſt, Scylacem in Periplo habiturum rationem fluvii non exonerantis ſe in mare & ſecantis oram, ſed conſumentis in palude Biſtonide? Id autem clarè teſtatur

affir-

jacens [67] Maronia. Regio ulterior Diomeden tulit, immanibus equis mandendos ſolitum objectare advenas, & iiſdem ab Hercule objectum. 115 Tur-

affirmatque Aelianus de Coſſinite? Immò Aeliani Coſſinites planè idem eſt, quem Herodotus vocat Compſatum ſcribens lib. VII. cap. 109. Xerxes παραμείβετο Μαρώνειαν, Δίκαιαν, Ἄβδηρα. καὶ κατὰ ταύτας.. λίμνας ὀνομαστὰς ταύτας. Ἰσμαρίδα, κατὰ δὲ Δίκαιαν Βιστονίδα, ἐς τὰς ποταμοὶ δύο ἐσιεῖσι τὸ ὕδωρ Τραῦός τε καὶ Κόμψατος. Hic autem Compſatus, ut & Travus planè illic emoriebatur, ut apparet ex oppoſitione in ſequentibus apud Herodotum, ubi ait propè Abdera quidem nullam paludem nobilem praeteriiſſe, ποταμὸς δὲ Νέστον ῥέοντα ἐς θάλασσαν, quod nimirum illi duo priores non faciebant. Haec quum ſint verba mea in prima editione, primò dicit me loqui *fluminis exonerante*, quum ſit haec ipſius Latinitas. Dein decepturum tabulis Ptolemaei, quas ne nunc quidem ad hanc rem inſpexi. Denique neſciviſſe, quid rei ſit palus Biſtonis, quum putarim eſſe ſtagnum mediterraneum undique clauſum & quod nullum haberet in mare exitum. Agnoſcis calumniam protervi ſenis. Non enim ſi dixero fluvium exonerari in ſtagnum, planè dico illius fluvii aquam in mare paulatim cum ſtagno venire. Mela noſter, quum ſcribit lib. II. cap. 5. Atacem accipi à lacu Rubreſo, non ideo negat eandem in mare efferri: non dicit tamen exonerari in mare. Quid aliud à me factum eſt? De ſtagno autem nihil dixi. Jam verò Biſtonis palus ex deſcriptione Ptolemaei, quem citat, utique eſt mediterranea. Quid an ille nugator nos docere voluit? quid ſint λιμνοθάλατται, tam crebo ab viris eruditis declaratae? Sit Biſtonis palus λιμνοθάλαττα. Quae, oro, ſunt verba Strabonis in lib. I. pag. 49. Nempe μάλιστά φασι τὴν Σίντιον παρασχεῖν, τοὺς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶσθαι πολλαχοῦ κόγχων καὶ ὀστρέων καὶ χηραμίδων πλῆθος καὶ λιμνοθαλάττας.. De Biſtonide autem ſcribit *Scholiaſtes* Apollonii ad lib. II. Βιστονίη. Θρακικῇ· Βίστονες .γὰρ ἔθνος Θρακικόν. Βίστωνις, λίμνη Θρακική. Omnia vides haberi eodem numero. Nam ab Coſinto dictum Coſſiniten, furatus eſt Voſſius ex Holſtenii notis ad Ortelium pag. 60. Sed quis puero Voſſio praelallavit Conſintum eſſe oppidum? Non Antoninus. GRONOV.

67. *Maronia regio ulterior Diomedem tulit* ] Vanus haberi non recuſo, niſi verum dixero: erraſſe alterutrum: Melam an Solinum? Melam dii prohibeant. In Solino menda poſt omnium emendationes reſident, ut ipſi cum duobus MSS. Toletanis comparando didicimus, multaque notavimus, quae, Deo faciente, aliquando in vulgus apparebunt. Sic enim ille cap. 16. hinc exſcripſit: *Deinde ſtagnum eſt Biſtonium: nec longè regio Maronea: in qua Tinda oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum: ſed ceſſit aevo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.* Cetera ut Mela noſter. Suſpicor autem in Mela legiſſe, *Ripis ejus adjacens Maronea regio, ubi Tinda Diomedem tulit.* Eruditus lector arbitrabitur. SCHOTT.

 68. Tur-

Dionyſopolis, [18] Odesſos, [19] Meſembria, Anchialos; & intimo in ſinu, [20] atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit [21] magno, Apollonia. Recta dehinc ora, niſi quòd media ferme [22] in promontorium, quod [23] Thyniam vocant, [24] exit, & incurvis contra ſe litoribus obtenditur, urbesque ſuſtinet [25] Halmydesſon &

*lis*, eadem eſt Stephano. Qui disjunctim Διονύσου πόλιν nominat, ut Κρουνῶν πόλιν. Coujunctim autem *Dionyſopolin*, Ptolemaeus, Arrianus, Appianus. In Plinio utrumque nomen corruptè ſcriptum invenio. Praeterea *Odesſos* cum *e* in penultima Stephanus & Strabo enunciant: cum *y* Ptolemaeus: cum *i* Appianus, modò codex non ſit maculoſus. Item *Meſembria* cum uno dumtaxat *ſ* ſcribendum ex Ptolemaeo, Stephano, Strabone, & Herodoto, qui tamen per *a* in ſecunda *Meſambriam* nominat. Idem.

18. *Obdesſos*] Scribendum *Odesſos* paulò & pòſt *Apollonia*, pro *Apollophania*. Barbarus.

19. *Meſembria*] Nunc *Messſember*. Olivar.

20. *Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magna Apollonia.*] Scribendum videtur *magno* potius, quàm *magna*, ut referas ad *angulum* non ad *Apolloniam*, quam nemo (quod occurrat) in hoc tractu *magnam* appellat. Angulum verò ſtatim antè dixerat ampliorem altero oppoſito in Colchis. Pintian.

*Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit, &c.*] Supervacanea & indecens repetitio. dixit enim ſtatim ante: *quod praetervectos alter Ponti angulus accipit.* Monſtratur, inquis, finis alterius Ponti flexus & alter anguli. Satis exprimitur verbis illis: *& intimo in ſinu.* Itaque aut ego conjectura fallor, aut multa hic verba redundant, legendumque omnino ſic: *& intimo in ſinu Apollonia:* Reliqua delenda. Idem.

21. *Magna Apollonia*] An ferri poteſt, *magna?* an potius *magno* legend. Et ſup. interpunge: *fuit hic Bizone.* & inf. *Eſt in ea flumen Aegos.* Schott.

22. *In promontorium, quod Thinniam vocant*] Ptolemaeus *Thiniada* vocat cum unico *n*. Adſtipulante etiam Arriano, niſi quod cum *y* ſcribit primam, & litus non promontorium facit. Stephanus quoque *Thynias* profert. Sicque ſcribendum in Mela, quidquid dicat Hermolaus. Pintian.

23. *Thimniam*] Scribendum *Thynniam*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. Et paulò pòſt, *Helinideſon & Philas.* Ptolemaeus *Halmydesſon & Philiam.* Poteſt & *Salmydesſos*, ut diximus ex Strabone. Stephanus. *Phileas*, inquit, χωρίον Βυζάντιον, unde Φιλεάτης. aliqui *Philiam*, inquit, ſcribunt, nonnulli *Phineam*. Barbarus.

24. *Exit, & incurvis*] Lege, *exit, incurvis littoribus obt.* Et pòſt: *& in radice peninſulae ſedens Lyſimachia.* Vulgati enim, *ſedes*, & pro *magnae*, *imagine* leg. conjicio, ut inf. cap. 4. *inflexi cubiti imagine ſedens.* Schott.

25. *Halmideſon & Phileas*] Legendum puto *Halmideſon & Phrygiam*, auctoritate motus Arriani in libro totiens citato, *Phrygiam* ſcri-

[72] Athon, [73] turris Calarnaea, & [74] Κάπρυ λιμὴν, urbs

tates, quae claros viros aut tulerunt, aut etiam ſuſtulerunt, honorificis verbis memorare ſolet. Hoc fecit in urbe Aeolidis *Pitane* unde fuit Arceſilas: Hoc in *Abderis* Thraciae unde Democritus. Hoc in *Mileto Ioniae*, unde Thales Aſtrologus, Timotheus Muſicus, & Anaximander Phyſicus: Hoc in *Calauria inſula*, ubi periit Demoſthenes. Hoc in *Rudiis* urbe Italica natali Ennii poëtae nobilitata. Credibile igitur mihi fit, hoc idem feciſſe Melam in urbe *Stagiro* patria Ariſtotelis, tanto illis, & ceteris philoſophis omnibus praeſtantis. Sequuntur ſtatim verba, quae probant legendum hic *Stagiros* non *turris*. Ea ſunt: *Portus Caprullon*. IDEM.

72. *Athos* ] Nunc dicitur *Monte ſancto*. OLIVAR.

73. *Turris Calamea* ] Fortaſſe *Calarnaea*. Fuit enim (ut ait Stephanus) oppidum Macedoniae *Calarna*. BARBARUS.

74. *Portus Caprullon* ] Lego, *portus Capros cum inſula*. ex Strabone in *Selectis* tradente *Capron* portum eſſe Stagiri urbis cum inſula parva cognomine. Quis igitur in animum inducat, meminiſſe Pomponium portus Stagiri, praeterita ipſa urbe, cujus eſt portus, tantae praeſertim, propter alumnum, claritatis. Praeterea ſitam eſſe *Stagiron* inter *Strymonem* fluvium & *Athon* montem, ubi Mela eam ſtatuit: auctores ſunt Strabo in *Selectis* & Ptolemaeus, quod adhuc magis adſtruit caſtigationem noſtram. PINTIAN.

*Portus Capru* ] H. Stephanus κάπρυ λιμὴν, non malè. Vulgati *Caprullon*, pro quo, *Capros cum inſula*. Pintianus reponebat: qui & Ariſtoteli patriam, quae hic in lituris denſiſque tenebris jacebat, reddidit; illuſtravitque felici conatu, ſi quam ad alumni laudem, acceſſionem fieri pote eſt. Eandem apud Ptolemaeum ſepultam ἰδὲ παρέργῳ excitare conemur, ubi pro κάπτρα leg. κενοτάφιον. SCHOTT.

*Portus Caprullon* ] Viderat Henr. Stephanus poſtremam vocem mendoſam eſſe & in ea latere Κάπρυ λιμὴν, nihil ſcribens, quid igitur de praecedente voce fieri vellet, ſatis tamen clarè praeferens id ſibi placuiſſe, quod Voſſius rapit ad ſe; *neque enim dubito*, dicens, *quin κάπρυ λιμὴν à Mela ſcriptum ſit, & Caprullon non aliunde quàm ex errore manarit*. A Pintiano reponebatur *portus Capros cum inſula*; quod nimium & intolerabile. Voſſius denique, quum à libris melioribus proferret *& portus Caprolimen*, ejecta voce media rogat, quis non videat verum eſſe lectionem, *Et Κάπρυ λιμὴν*? & ſic ignorans Stephanum edidit. Fortaſſe: ſed tamen ſubdubito. Video quidem lib. I. cap. 18. illa *ſinus alter* Ἀχαιῶν λιμὴν. Sed tamen etſi in codice Mediolanenſi ſit *caprolimen*, tamen in loco, quem tractamus, illud *limen* non ſemper fuiſſe ita penitus perſcriptum omnibus iſtis litteris apparet ex lectione vulgata. Et ſanè ipſe in codice non ſpernendo habui *portus caprolimi* & ſic tamen in loco citato etiam *lim* exhibebatur. nec aliter in MS. exſtabat lib. II. cap. I. *ſinus portuoſus, & ideo calos lim appellatus*. Et quid? an noſtrae poteſtatis eſt vocem probatam ab omnibus antiquis libris ita temere expellere? Ego ſanè ad ſcriptam lectionem quam vidi, ſcio proximè accedere *& portus* κάπρυ (*capru* exhiberi video in editionibus Sanctii & Schotti ſine

 aucto.

gnata quondam pars Thraciae, [33] & [34] Biſanthe Samiorum, [35] & ingens aliquàndo Cypſela: pòſt locus quem Graii [36] Μακρὸν τεῖχος appellant,
75 [37] & in radicem magnae penè inſulae ſedens Lyſimachia. Terra quae ſequitur nusquam lata, atque hîc arctisſima, inter Helleſpontum Aegaeumque procurrit. [38] Anguſtias Iſthmon; [39] frontem ejus Maſtuſiam; totam Cherſoneſoſum appellant: [40] ob multa memorabilem. Eſt in

33. *Et Byſanthe Samiorum*] Scribe *Biſanthi* per *i* ex Stephano, Herodoto, & Plutarcho in *Alcibiade*: dicta alio nomine *Rhaedeſton*, auctore Ptolemaeo Graeco & Latino: ut dubitem, corrigendusne ſit Plinius, in quo pro *Rhaedeſton* ſcriptum eſt *Reſiſton* lib. IV. cap. 12. ex caſtigatione Hermolai. Nam codex vetus Salmanticenſis Acad. *reſiſton* planè oſtendit, liberum ſit unicuique judicium. IDEM.

34. *Biſalte Samiorum, & ingens aliquando Gypſella, pòſt lacus quem Graeci Macronthios*] Erratum quatuor. Scribendum, *Biſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſella, pòſt locus, quem Graii Macronticho s*, id eſt, longum murum, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Stephano: BARBARUS.

35. *Et ingens aliquando Cypſella*] Scribo per unicum *l Cypſela*, ex Stephano, & Strabone in Selectis. Cui eſt etiam neutralis generis; adſtipulante proprio nomine *Cypſeli* Tyranni Corinthii; & eodem nomine alia in ſignificatione, ſemper enim cum unico *l* ſcribitur. Herodotus certè & Pauſanias ſic ſcribunt. In codice quoque Salmanticenſi vetuſto ſic ſcriptum invenies. Ptolemaeus Graecus una, & Latinus cum duplici, ſed procul dubio vitiosè, ut in hac parte fides habenda non ſit Hermolao, qui in quarto *Caſtig. Plin.* cap. 11. *Cypſella* femininum putat & cum duobus *ll* ſcribit. PINTIAN.

36. *Μακρὸν τεῖχος*] *Longum murum.* OLIVAR.

37. *Et in radice magnae peninſulae ſedes Lyſimachia*] Lego, & *in cervice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia. Cervices* enim appellari ſolent *iſthmi* ſive *anguſtiae peninſularum*, ut Plinius in lib. IV. de Peloponneſi iſthmo: *donec in quinque millium pasſuum intervallum exeſis utrinque lateribus anguſta cervice Peloponneſum contingat Hellas.* Ptolemaeus quoque, & Georgius Gemiſtus *Pallenes iſthmum* cervicem vocant. & Pomponius ſuprà in Ionia: *anguſtisque cervicibus reliqua extendens in latum*, &c. PINTIAN.

38. *Anguſtias Iſchnon*] Scribendum *Iſthmon*, iisdem auctoribus. BARBARUS.

39. *Frontem ejus Maſtuſiam*] Conſiderandum an ſit melior lectio, *promontorium ejus Maſtuſiam*, ex Ptolemaeo & Plinio: PINTIAN.

40. *Ob multa memorabilis eſt. In ea flumen Aegos*] Aldus, *ob multa memorabile eſt. In ea flumen Aegos.* Lego, *ob multa memorabilem. Eſt in ea flumen Aegos*, quia ſequitur ſtatim *Eſt & Abydos. Eſt regio. Sunt Proteſilai oſſa*, conſueto ſchemate. Ceterùm hujus civitatis nomen non ex parte ſed integrum tranſmiſit ad nos Marcellinus.

Aegos

[41] in ea flumen Aegos, naufragio claſſis Atticae inſigne. Eſt & Abydo objacens Seſtos, Leandri amore pernobilis. Eſt & regio, in qua Perſarum exercitus [42] diviſas ſpatio pelagoque terras, auſus pontibus jungere ([43] mirum atque ingens facinus!) ex Aſia in Graeciam [44] pedes &

*Aegos potamos* relinquens ut apud Graecos invenit, melius fortaſſe quàm Pomponius, Pliniusque. Praeterea legendum puto *fluvii Aegos naufragio claſſis Atticae inſignes.* Omnes enim Graeci auctores, qui hujus orbis meminere, numero plurium vocant, Strabo, Stephanus, Plutarchus, Xenophon. Ariſtoteles etiam primo *Meteoron*, & complures alii, quos ne in re aperta tundam, conſulto praetereo, ſemperque praepoſita dictione *Aegos*. Quapropter & hic, & in Plinio libentius legerim, *Aegos fluvii*, quàm retro. Hermolaum autem quis non miretur, qui lib. IV. cap. II. *Plin. Caſt.* legit in Pomponio *flumen Aegon*. dubitatque ſitne *Aegon* ſcribendum, an potius *Aegos*. quum nullus ſit auctor, qui vel ſomniaverit quidem hanc urbem appellari *Aegon*; ſed omnes uno conſenſu *Aegos potami* appellent. Strabonis interpres in fine ſexti nolens Plinium ac Pomponium imitari *Capras fluvium* ineptè vertit. IDEM.

*Ob multa memorabilem. In ea*] Sic Voſſius. Ante legebatur *memorabilis eſt. In ea*; ut & legitur in Chiſiano. In alio MS. deprehendi *memorabile eſt*, quod extat quoque in Mediolanenſi & editione Juntina. Legendum proceſſus, ne quid pereat, *ob multa memorabilem. Eſt in ea.* Sic ſcripſiſſe Melam appanet, ex ſequentibus. GRONOV.

41. *In ea flumen*] Interpunge, *eſt in ea fl.* SCHOTT.

42. *Diviſas ſpatio pelagoque terras*] Stultus ſenſus, & Mela indignus. Nam quod dividitur pelago, dividi etiam ſpatio neceſſe eſt. Lego itaque *diviſas Helleſponti pelago terras.* Nam & anguſtum mare fretumve. dici etiam ſolet *pelagus*, ut in Hiſpania. *Aperit deinde ſe anguſtiſſimum pelagus.* PINTIAN.

43. *Mirum atque ingens facinus*] Eſt ludibrioſae copiae parentheſis: nec poteſt ab dexteritate Pomponii veniſſe. Mihi certè in MS. non occurrit prima vox. Quo indicio prodit haud dubiè vera ſcriptura, *auſus pontibus jungere, atque (ingens facinus!) ex Aſia in Graeciam pedes & non navigata maria transgreſſus eſt.* Scilicet Voſſio cacozelum, diſtortum, ac durum eſt *auſus atque transgreſſus eſt*, quoniam cacozelia, diſtortio ac duritas (mira illa profectò & ingens) ingenii ejus ne quidem patiebatur hic vel minimum indicare de libris ipſius antiquis, afferre exempla totidem verbis apud optimos etiam occurrentia Scriptores, ut gannit: certè furebat, quum vitioſum librum vocaret, qui à me collatus deſtituitur prima voce. Nihil ineptiae reſtabat, niſi ut clypeum Antaei quoque diceret ab Mela dictum eſſe *mirum & ingentem.* GRONOV.

44. *Pedes & non navigata maria transgreſſus eſt*] Mira loquutio. Nam quod doctè ex Lucano animadvertit Voſſius, id huc applicari non videtur poſſe. Aut ſi poteſt, aequè ad ſententiam Schotti congruere poteſt, quàm ad vulgatam lectionem. Propriè tamen non navigata maria erant ante Argo.

& [45] non [46] navigata maria transgreſſus eſt: Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro. [47] Eſt & [48] portus Coelos, Athenienſibus & Lacedaemoniis navali acie decernentibus, Laconicae claſſis ſignatus excidio. Eſt & [49] Cynosſema;

go. Sed demus ſanè auctorem ſic ſcripſiſſe hactenus & explicare velimus ex ſententia Voſſii: quo iſta copula? Longè melius ea nuſpiam foret. Imò debuit omitti, neque ferri ullo modo poteſt. Quare & Schottus neſcio quid haerens, in *Praetermiſſis* melius cenſebat *navigato mari*. Quod ut fortaſſe meliùs, ita qui probabitur ab Pomponio veniſſe? Certè enim id melius quàm Voſſianum, quia particula *&* innuit hic aliquid ſequi ex oppoſitione τῶ *pedes*, quod ſit in lectione Schotti, non Voſſii; & omnino ſicut prima vox *pedes*, ſic & ſequentibus aliquot impendendae ſunt ipſi Xerxi. Ita enim ſolet Pomponius lib. II. cap 7. *Continua litora & non pervium pelagus*; & lib. III. cap. 6. *Nefas & pro ſacrilegio habent*. Id ergo ut ſine noxa habeamus, leges poſthac *pedes & non navigatu maria transgreſſus eſt*. Quum nihil haberet Voſſius, quod ſolidè everteret, & hinc micrologiae libans teſtatur „ cum riſum excitare volunt mimi, eadem planè ratione loquentes introducere fatuos. Venit io ſimus à villa! Sibi enim ipſe haec occinuit, & mimum oſtendit. An in meo ſit inepta macrologia, docet locorum, quae citavi, ſimilitudo & exempla collecta in nota ad Prooem. Codex Mediolan. habet *& nonaginta maria*. IDEM.

45. *Non navigata maria*] Credidi aliquando melius legi poſſe, *non navigato mari*. cujus conjecturae nondum me poenitet, nec cur poenitere debeat video: hoc eſt enim pedibus tranſiiſſe. Sic hoc ipſo cap. de eodem Xerxis innumerabili exercitu, *& factus freto navigabili pervius*, licet ea ut ſuppoſititia furcis Pintianus ejicienda putet, De Xerxe pleni hiſtoricorum, pleni poëtarum libri. SCHOTT.

46. *Navigata maria*] Melius *navigato mari*. Et inf. ubi de Xerxe, gloſſemata puto: *à Xerxe in Graios tendente perfoſſus & freto navigabili pervius*. IDEM.

47. *Eſt & portu Coelos*] Sic Plinius etiam *Coelos*. *Coela* tamen Ammianus, fortè melius: ut ab Athenienſibus, qui in Cherroneſo frequentes erant, inditum fuerit hoc nomen. Nam *Coele* ſive, quod idem eſt *Coela* vicus fuit Atticae, clarus morte Thucydidis, auctore Graeco ſcriptore Marcellino. Nec praeterierim *Cyllam* urbem locari in hac ora à Ptolemaeo, etiam ſi Hermolaus *Coelam* legit non *Cyllam*, cui ſuffragari videntur Latini Ptolemaei codices. PINTIAN.

48. *Portus Sceolos*] Scribendum *Coelos*. Plinius, *Petenti*, inquit, *Melanem ſinum, portus Coelos*. BARBARUS.

49. *Cynoſenis*] Scribendum, *Cynos ſema*; id eſt, Hecubae tumulus, Strabo, Plinius, ceteri. IDEM.

*Cynoſema*; *tumulus Hecubae*] Κυνόσσημα geminato ſibilo Thucydides, & Graeci. Auſonius:

*Quicumque hoc noſtrum* ὄνομα [illegible] *legitis*.

Solin. cap. 16. *Extra Sigaeum Aſiae in quo tumulus eſt, Cynosſema dictus, Hecubae ſepulcrum*;

ſema, tumulus Hecubae, [50] ſive ex figurà canis; in quam converſa traditur, ſive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. [51] Eſt Madytos: [52] eſt Eleus, quae finit 99
Helleſpontum. [53] Aegaeum ſtatim pelagus, vaſtè longum litus impellit, ſummotaſque terras hinc ad promontorium, quod [54] Sunium vocatur, magno ambitu mollique circumagit. Ejus tractum legentibus, [55] praevectiſque Ma- 100
ſtu-

*& terris Proteſilai delubro data.* SCHOTT.

50 *Sive ex figura*] Feminae ſaepe canibus comparatae. Heſiodus Ἔργοις. Pandorae indidiſſe Mercurium [illegible] Itaque ſaepè [illegible] Helena dicta eſt Homero & Lycophroni, ob immoderatam libidinem: quod ſicuti canes [illegible] coëunt; ſic omnibus ſui poteſtatem feciſſet. Cynici ob eandem inpudentiam eum maledicentia nomen ſortiti. & Scyllas fabulantur

*Depreſſos nautas canibus laceraſſe marinis.*

Virgil. *Ecloga* VI. & *Ciri.* IDEM.

51. *Eſt Macidas*] *Madytos* leg. H. Stephano videtur: aliis *Malidas*, ex Stephano *de Urbibus.* SCHOTT

52. *Eſt Eleus*] Dupliciter ſcriptum invenio, ſine diphthongo & cum diphthongo *ae* in ſecunda. Cum diphthongo ſcribunt Ptolemaeus, Stephanus, Thucydides; Sine diphthongo Strabo in *Selectis*, Pauſanias, Herodotus, Arrianus, Xenophon, Plutarchus, Philoſtratus, Demoſthenes, & alii. Hermolaus hanc urbem vocari à Strabone tradit *Elaeuſſam.* Ego *Elaeuſſam* inſulam noſci à Strabone, ceteriſque Geographis prope Ciliciam ſcio; urbem Thraciae ita ab ullo nominatam neſcio. Apud Strabonem uno duntaxat loco lib. XIII. legi in exemplari Graeco *eluſa* commutatis litteris pro *Elaeus*, procul dubio vitiosè. Nam ſi *Elaeuſſa* diceretur haec urbs, ex tot, quos mox ante citavi, auctoribus aliquis eam ita nominaſſet. Itaque in hac traditione ab Hermolao non ſto. PINTIAN.

53 *Aegaeum ſtatim pelagus*] Dictum auctore Varrone, ab [illegible] nulis, quòd in eo mari [illegible] a ſimilitudine caprarum αἶγες vocantur Apollonii vero [illegible]. Τὸ Αἰγαῖον [illegible]: Lycophronis vero: [illegible]. Aliter Plinius lib. III. cap. 11. extr. SCHOTT.

*Aegaeum pelagus*] Nunc *Archipelago* dicimus. OLIVAR.

54. *Sunium vocatur*] Expreſſit hunc locum Seneca Tragicus *Hippolyto.*

——— *Pars illa diu*
*Vacat immunis, qua curvati*
*Litora ponti Sunion urget.*

Suſpicor autem in Mela, gentili ſuo, legiſſe, *vaſtè Ponti litus impellit.* vide inf. cap. 3. SCHOTT.

55. *Praevectiſque in Aſtaſtacum ſinus intrandus*] Scribo, *Praevectiſque Maſſuſiam, tum ſinus intrandus*, hoc eſt, is, qui Melae

ſtuſiam ſinus intrandus eſt, qui alterum Cherſoneſi latus alluens, [56] jugo facie vallis includitur, & ex fluvio, quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, [58] Alopeconneſum, & in altero Iſthmi litore ſitam Cardiam:
105 [57] eximia eſt Aenos, ab Aenea profugo condita: circa

dicitur, id & ſequentia, & Ptolemaeus docebunt: ſed & Plinius, atque Strabo. De *Maſtuſia* Pomponius quoque non multo ſuprà. BARBARUS.

*Praevectiſque Maſtuſiam*] Melius *praetervectis*, ut ſupra in Troade: *quòd praetervectos ſinus excipit non parvus*, & non multo antè: *& Tiriſtris promontorium, quod praetervectos alter Ponti*, &c. PINTIAN.

56. *Jugo facie vallis includitur*] Caſtigandum, *jugo Pallenes includitur*. Nam ſecundum Pomponium, & ſinus Melas, & tota Thracia Pallene terminantur. Eſt autem *Pallene Cherronneſus* & urbs, & mons auctoribus Apollonio in primo, & ejus *Enarratoribus*: praetereaque Dionyſio Byzantio, qui jugi Pallenes meminit. Alioquin Mela & in his, quae longè porriguntur, abſque montium mentione utitur hoc nomine *jugum*, ut in tractatu Cypri. *Cyprus*, inquit, *ad ortum occaſumque ſe immittens recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*. IDEM.

*Longo muro Macrutichus*] Sic repone ex Plinio ibidem. Vulgate, *jugo facie vallis includitur*. vitiosè: quod nihil veri inde eruere queas. Quid Pintianus tentarit, *jugo Pallenes includitur*, in promptu eſt legere. SCHOTT.

57. *Alopoconenſum*] Scribe *Alopeconneſum*. Ideo vocata, quod qui condidere, ut ait Stephanus, reſponſum acceperant, ubi vulpis vidiſſent catulos, ibi ſedem copesſerent, quod & factum eſt. *Haec*, inquit, *urbs ad Helleſponti Cherroneſum poſita, etiam Caleics producta media vocabatur, de regis nomine*. BARBARUS.

*Alopeconeſum*] Inſula haec eſt Straboni, & *Alonneſus*, lib. IX. Stephano etiam civitas. Non ſequor igitur eos, qui *Callipolim* contra libros repoſuerunt. SCHOTT.

58. *Eximia eſt Aenos*] Forte; *Extrà eſt Aenos*. IDEM.

*Eximia eſt Aenos*] Certe vacuum eſt illud epitheton in urbe, quam tot magis eximiae comitantur vel antecedunt. Unde etiam merito id ſibi diſplicere oſtendunt viri docti, ſed Voſſiana conjectura (nempe forſan ſcriptum fuiſſe *exin eſt*) praeterquam quod ab genio Pomponii aliena eſt, non utentis illo adverbio, niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non item ſinu diſtinctis, etiam refellitur ab poſtrema littera, quae in omnibus ſcriptis exſtans, credi non poteſt adjecta fuiſſe ab ſciolo & expelli debere. Potius error cenſeri debet in quinque mediis lineolis *imi*, & ex illis accreviſſe aliquas praeter mentem auctoris, quum librarii invenirent *exita*. Inde putantes literam *m* excidiſſe ita ſuppleverunt. Nam Mela dederat *Extra eſt* nempe ſinum, ut recte conjiciebat quoque Schottus. Ea vocula ſemper utitur poſt finitum ſinum: lib. II. cap 4. *Sinus eſt continuo Apulo litore incinctus. Extra Sipuntum*. Et hoc exemplo utitur ipſe Voſſius, dum lib. II. cap. 4. vidit in MSS. legi *ſuperita* pro *ſuperne*. Immo hac duarum lineolarum occaſione li-

tant, quarum [2] Pelle eſt [3] maximè illuſtris. Alumni efficiunt, Philippus Graeciae domitor, Alexander etiam Aſiae. [4] In litore flexus Mecybernaeus, [5] inter promontoria Derrim & [6] Canaſtraeum [7] & portum qui

Κωφὸς

*urbes habitant* ] Sunt qui hunc locum ſic accipiant: Poſt antedictas gentes ſequi populos Macedonum, & eſſe tot numero, quot ſint urbes, quas habitent: Quàm rectè autem ſic intelligatur, arbitrio Lectorum eſto. IDEM.

*Tot Macedonum populi quot* ] Sic malim, quàm, *Tum Macedonum*, quomodo antea legebatur. Locus, ad quem multi ſtatim cap. initio impegerunt; & neſcio quibus interpunctionibus quae ſomnia commenti ſunt. SCHOTT.

*Tum Macedonum populi centum quinquaginta urbes habitant* ] Libris antiquis & veritati litare malui, quàm profanum quid ab Voſſio aut Pintiano in hoc ſacrum inferre. Nunquam in Macedonia numerabuntur centum quinquaginta urbes, (ut videtur ex Pintiani emendatione citanda intelligere Voſſius, vel centum quinquaginta populi, ad quos ille numerus etiam referri poteſt) nunquam fuerunt, nunquam dixit Mela, nullus codex hujus indicii notam vel minimam habet. Sed neque in ulla alia regione urbes vel populos tam exacto numero terminavit. Et quaeſo, an non fuerunt vel plures vel pauciores? Immò edidimus, prout flagitabant vetera exemplaria. Macedones per Alexandri expeditionem ubique incolebant & ſub eis Graeci. Itaque nunc ait ſe venire ad Macedonum populos, qui vivunt in urbibus illis, quarum maximè illuſtris eſt *Pella*; quum alii Macedonum populi reſpiciant alios dominos, aliaſque obſervent regias. GRONOV.

2. *Pella* ] Nomen retinet. OLIV.

3. *Maximè illuſtrem* ] Antea enim vicus erat, ut Demoſth. *Philippicis* ait. Juvenalis Sat. x.

*Unus Pellaeo juveni non ſufficit orbis.*

SCHOTT.

4. *In litore flexus Mecybernaeus* ] Strabo in *Selectis*, *Mecybernam* quam ipſe Olynthiorum navale facit, *Mecypernam* nominat per *p* in penultima. Caſtigandus obiter Thucydidis Graecus codex, in quo diviſim ſcriptum eſt *me Cybernaeus*, quod mendum Laurentium ſummum alioqui virum in errorem egit, *non Cybernaeos* transferentem pro *Mecybernaeos*. PINTIAN.

5. *Inter promontoria dividit Canaſtreum* ] Caſtigo, *inter promontoria Derrin & Canaſtraeum*; ex Ptolemaeo, Stephano, & Strabone in *Selectis*. Sciendum autem ſinum quem Ptolemaeus, Stephanus, & alii *Toronaeum*, ſive *Toronaicum* appellant ab urbe Torone, nominari à Mela *Mecybernaeum* à *Meciberna* oppido ejusdem ſinus, de quo paulo antè. Porro ſinum *Toronaeum* duobus promontoriis *Derri* & *Canaſtraeo*, includi, praeter Ptolemaeum, & Strabonem in *Selectis*, Stephanus etiam teſtatur in dictione *Torone*. IDEM.

6. *Canaſtreum* ] Nunc *Caniſtro*. OLIVAR.

7. *Et portum qui Copos dicitur* ] Scribendum *Cophos* ex Strabone in *Selectis*, prodente *Derrin* promontorium eſſe propè portum *Cophon* nomine, & oppoſitum eſſe *Canaſtraeo* alteri promontorio, in-

ter

phea ſecuta [64] narrantur etiam nemora, [65] Zone: [66] tum Schoenos fluvius, & ripis ejus adjacens

inutile ſpectaculum, de quo alibi. Gronov.

64. *Narrantur nemora, Zone*] In MS. uno vidi *narrantur e'i nem.* Sed in Chiſiano & Mediolanenſi erat *narrantur etiam nemora*, quam veram plenamque Pomponii manum producit ex V. C. Schottus quoque, & fuiſſe cenſeo: & habet particula iſta non modò ſuam vim, ſed genius Pomponii ſemper eam adhibuit, ubi aliquid notabile & mirabile propinquum relaturus eſt lib. II. cap. 4. *Padus tam citò profilit, ut ſuum etiam in mari alveum ſervet.* lib. III. cap. 4. *adeò atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant.* lib. II. cap 7. *Arados parva, frequens tamen, quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet.* Non deſinit me convellere iſta aerugo Voſſii, etiamſi eum non tangam. Excitus enim hac nota, iterum perreptavit codices MSS. & quia *et et* in varios locos translatum ex illis oſtendit, inde facile, ait, conjicias additum ab aliis conjunctivum. Quàm diverſum hoc ab illis, quae evomebat ad capitis 5. lib. I. verba *ſine tectis paſſim ac ſedibus*; perinde ibi illud *ac* jactatur, nec tamen vel cogitat tale quid. Quae varietas idcirco ſatis oſtendit, eum ſeniliter ineptiiſſe, unde cur exigam, quid ex iis locis ipſe collegerit? Sic lib. II. cap. 2. eadem vocula in Editionibus ſolebat omitti. Idem.

65. *Zone, Tum Scoenas fluvius,*] Permuta verba, *Tum Zone. Scoenas fluvius.* Pintian.

66. *Tum Schoenos fluvius,*] Meram hic videas Voſſii licentiam, fluviis nunc hoc, nunc illud vocabulum dantis, nullo auctoritatis robore. In MS. quidem & ipſe legi *Stenos.* Mediol. *Sthenos.* Quicquid ſit, apparet manifeſtè, eundem nunc fluvium intelligi, quem *Cudetum* vocat Scylax. In themate enim Thraciae procedens ab Neſto amne ſic pergit, Ἄβδηρα πόλις, Κύδετος ποταμός. Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια κατὰ ταῦτα. Credamne? Voſſius fatetur hic me recte ſanè dicere. Sed quantum hinc in cenſendo divortium. Illius juventa in eo nomine conſiſtere potuit & Cudetum pati. At nunc ſenio procax & liber, audacter, quod improba mens ei exprimit, affirmat legendum eſſe *Coſetus.* Hinc locos omnes, quos aperuerat Schefferus ad Aelianum, item Menagius, & horum ſimii non ſemiſſis, in narratiuncula de Pythagora per fluvium ſalutato, id quod ex loco Apollonii omnibus illis etiam citati evincit circa Samothracen. ſi credas, quum ille dicat κατὰ Σάμον, contigiſſe inſpiciens, ait & Neſſum & Neſtum & Coſatum & Coſetum eundem eſſe. Quod tam facile pronuntiare potuit, ac Voſſium eſſe Alopecium. Quaſi non in iſtis ambiguis eſſet continua ferè diſcrepantia, & alii Neſſo attribuere potuerint, quod alii fluvio diverſo. Sed & ad Neſſum & Coſatum trahit quoque Caucaſum Porphyrii & Compſaton Herodoti. Et ſic denique cuniculis factis accedit ad Coſſiniten, cujus meminit Aelianus *de Animalibus*, quem in notis ad Scylacem ſtatuerat eſſe hunc ipſum, quod ego ineptè factum arbitrabar. Nam qui credibile eſt, Scylacem in Periplo habiturum rationem fluvii non exonerantis ſe in mare & ſecantis oram, ſed conſumentis in palude Biſtonide? Id autem clarè teſtatur affir-

[14] Axius per Macedonas, [15] & jam per Theſſalos Peneus excurrit. [16] Ante Axium Theſſalonice eſt: inter utrumque [17] Caſſandria, [18] Cydna, Aloros, [19] Icaris. a Pe-

naeo, ab aliis *Toronaico* dicto, ab aliis *Toronaeo*. PINTIAN.

14. *Axius per Macedonas, etiam per Theſſalos penitus excurrit.*] Scribo non *penitus*, ſed *Peneus*, ex Strabone, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

15. *Etiam per Theſſalos Peneus excurrit.*] Legendum cum disjunctione, *& jam per Theſſalos Peneus excurrit*. Vidit hoc Hermolaus. Nos addimus Peneum fluvium dividere Macedoniam à Theſſalia Straboni; at Caeſari in *Commentariis*, *Haliacmonem* amnem. PINTIAN.

16. *Ante Axium Theſſalonice eſt, inter utrumque Caſſandria*] Superius facta eſt mentio *Caſſandriae* in fine Thraciae, ubi Potidaeam retulit. Eadem enim eſt *Potidaea* cum *Caſſandria*. Nec eſt altera Caſſandria. De ea verò nullo modo poteſt hic intelligi. Tum quòd ſupervacua eſſet repetitio, tum quòd Caſſandria in cervice eſt Pallenes, haec verò urbs, de qua hic agitur, longè illinc remota eſt, inter fluvios Axium & Peneum. Quamobrem legendum hic videtur, non *Caſſandria*, ſed *Chalaſtra*, quae urbs eſt Macedoniae, parva quidem, ſed celebris in ſinu Thermaico, cujus Stephanus, & eo referente Strabo, itemque Herodotus, Plinius, Lycophron, multique alii meminere, quos, ne ſim onerosus, praetereo. Patet autem evidenter legendum hic *Chalaſtra*: nam Strabo in *Selectis* tradit Axium fluvium inter Chalaſtram & Thermen in ſinum Thermaïcum emittere. Porrò *Therme* eadem eſt cum *Theſſalonica* à Caſſandro Rege condita & ſic dicta à nomine uxoris *Theſſalonicae*; licet Stephanus aliam Etymologiae rationem ſequatur. Haec autem ante Axium fluvium ſita eſt, teſte Ptolemaeo, & hoc loco Pomponio: ſequitur igitur Chalaſtram poſt Axium eſſe, finitimam Theſſalonicae, Axio fluvio ab ea diſterminatam. Accedit ad haec, quod Strabo in *Selectis* tradit, Caſſandrum Regem oppidula quaedam vicina, transtuliſſe Theſſalonicam ad habitandum, hoc eſt, Chaleſtram, Aeneam, Ciſſon. Ceterùm Strabo *Theſſaloniceam* nominat referente Stephano, ſcribitque *Haliam* prius dictam. *Chalaſtram* autem cum *a* in penultima Stephanus, & Plinius, Strabo in *Selectis* & Herodotus in *Polymnia* cum *e*, *Chaleſtram*. IDEM.

*Theſſalonice*] Nunc *Salonica*, patria Theodori Gazae. OLIVAR.

17. *Caſſandria*] Nomen retinet. IDEM.

18. *Cinda, Aloros*] Lego *Cydna*, ex Theagene, qui & *Pydnam* vocari eam tradit, auctore Stephano, atque ita ferè dicitur Plinio, ceteriſque, ut in *Hiſtoria naturali* voluminis ſecundi calce monuimus. Poſſet quis hoc loco & *Cinna* legere. Stephanus, *Cinna*, inquit, *Heracleae Macedonum propinqua eſt, ab Amazone vocata, ſive à Cinno Coci fratre*. Sed prior lectio commodior. BARBARUS.

*Cydna, Azoros*] Scribe, *Pydna, Aloros*, ex Ptolemaeo, & Strabone in *Selectis*. *Nam Azoros Pelagonon* diverſa res eſt. Hic urbes maritimae ſinus Thermaïci referuntur, in cujus intimo receſſu, ut dixi, eſt *Aloros*. PINTIAN.

19. *Icaris apeno iſepida*] Scribendum arbitror, *Derris à Peneo, Sepias*. De ipſa *Derri* Plinius, Pto-

[68] Turris, quam Diomedis vocant, ſignum fabulae remanet: & urbs quam ſoror ejus ſuo nomine nominavit, [69] Abdera, ſed ea magis id memorandum habet, quòd Democritum Phyſicum tulit, quàm quòd ita condita eſt. Ultrà Neſtos fluit; interque eum & Strymona urbes ſunt [70] Philippi, Apollonia, Amphipolis: [71] inter Strymona & Athon,

68. *Turris quam Diomedis vocant* ] Expendendum, an ſit aptior lectio *Tinda quam Diomedis vocant*, ex Plinio & Stephano. PINTIAN.

69. *Abdera* ] De hac Cic. *ad Atticum* lib. IV. *epiſt.* 16. & lib. VII. *epiſt.* 7. & Hippocrates in *Epiſt.* SCHOTT.

70. *Philippis* ] Scribendum *Philippi*, ut faciat *Philipporum*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris, à Philippo rege Macedonum, qui eis contra infenſos Thraces opem tulerat. *Crenides* antè nominata, unde *Adraſtus* Ariſtotelis diſcipulus. Erant & in Theſſalia *Philippi*, quondam Thebae dicti, ait Stephanus. Sed & in *Theſprotia Philippi* nominantur, qui & *Gomphi* ſunt. A Philippis *Philippenſes*, ſive (ut Polybius) *Philippeni* derivantur. BARBARUS.

*Philippi, Apponia* ] Scribe cum uno *p.* & duplici *ll Apollonia*, ex omnibus. PINTIAN.

71. *Inter Strymona & Athon turris Calarnaea* ] Sic Hermolaus caſtigavit, cùm prius *Calamaea* legeretur. Mihi Hermolai commentum non placet: neque puto hìc reddi à Mela *Calarnam* oppidum ignobile, & cujus praeter Stephanum à nullo fiat mentio: ſed urbem clariſſimam *Stagiram*, ſive ut Herodotus vocat, *Stagiron*, illuſtrem alumno Ariſtotele, & à nullo praetermiſſam: Sed neſcio quo adverſo, & urbis ipſius, & Ariſtotelis fato, apud pleroſque ſcriptores depravatiſſimè ſcriptum. Nam apud Ptolemaeum *Stantira* pro *Stagira* poſitum eſt, & apud Plinium error adhuc etiam poſt tot cenſores abunde memoriae inclytae urbis officit. Sed libuit ejus verba in gratiam Plinii ſtudioſorum ſubjicere ex lib. IV. cap. 10. *Acanthus*, inquit, *Iſtria*, *Graſtonia*. In codice vetuſto bibliothecae Salmanticenſis Academiae ſuprà citato ſic legitur: *Acanthus*, *Stnis*, *Tagira*, *Sitone*. Scribendum: *Achanthus*. *Singus*. *Stagira*. *Sithonia*: etſi Hermolaus in *Plinianis Caſtigationibus*, *Graſtoniam* defendit, non rectè. *Achanti*, & *Singi* urbis, unde dictus *ſinus Singiticus*, & *Sithoniae* magna apud omnes mentio. Pari malo apud Melam *turris* vitioſiſſime ſcriptum eſt pro *Stagires*. Pro *Calamea* autem, ut antea legebatur, ſubſtitui poſſet *colonia*: multae enim erant in Macedonia coloniae, *Dion* apud Ptolemaeum. At *Pella*, *Oreſtae*, *Caſſandria*, *Philippi* apud Plinium in quarto. Loqui autem hìc Melam de *Stagiro*, ſive *Stagiris* niſi probavero, non recuſo quin in piſtrinum dedar. Sed prius quàm id probem, viſa eſt mihi res digna aeſtimatione, an hìc pro *Calamea* ſubſtitui poſſit, *clara alumno*; ut Ariſtotelis nomen praetermiſſum ſit librarii culpa, ſicuti permulta alia in hoc opere ſive denſo quodam & frequenti errorum ſenticeto. quod tam ex his quae praeteriere manifeſtum eſt, quàm ex futuris liquebit. Movet me quod Mela civitates

Iboea, Caſtanaea; pares ad famam; niſi quòd

dices etiam ſitos ſic habere Hermolaus ipſe fateatur. At nulla mentio *Dorii* Theſſaliae apud Geographos. Quid mirum? Multa enim à Geographis praetermiſſa, apud Poëtas, Oratores, & Hiſtoricos legimus; neque enim illi in opere tam vario ac diffuſo omnia complecti potuere. Nam & ipſe Hermolaus ad confirmandum *Teniam* oppidum eſſe Arcadiae, nullius Geographi teſtimonium inveniens, unâ tantum Ciceronis auctoritate contentus fuit, & ea ab angulo petita non ſatis illuſtri, cùm in omnibus Ciceronis exemplaribus, non *Tenia*, ut Hermolaus legit, ſed *Tene* habetur. Cur igitur & nos non tanti eſſe clariſſimum vatem putemus, cui vel ſoli *Dorion* etiam eſſe in Theſſalia credamus. *Dorion* ubi Lucanus ait excoecatum Thamyrin, non fuit *Theſſaliae*, cujus loca nunc refert Lucanus, ſed *Peloponneſi*. Meminiſſe debuit Hermolaus, homo inter Poëtas tamdiu verſatus, uſitatiſſimum eſſe Poëtis morem, ut cùm nominum ſimilitudo invitet, confundant ſaepe fabulas: ut Virgilius:

> *Quid loquar aut Scyllam Niſi*, &c.

& Propertius:

> *Quid mirum in patrios Scyllam ſaeviſſe capillos,*
> *Candidaque in ſaevos inguina verſa canes.*

& ipſe etiam Lucanus paulò infra hunc locum, de quo dimicamus, pro *Thebis Phthioticis Thebas Boeotias* poſuit: *Veteres*, inquit, *ubi fabula Thebas Monſtrat Echionias.* quod ejus Interpretes non latuit. nec finis exemplorum. Sed ut redeamus ad Melam. Deſiderari in eo puto verbum, *promontorio*, ut legendum ſit: *A Sepiade promontorio*, ut non ita poſt: *A promontorio Sepiade per Demetrium & Boion*, &c. PINTIAN.

*A Peneo Sepias* &c.] Scrib. *A Peneô ad Sepiada Erymnae Meliboea*: & ſup. *Pydna*, *Aſoros*, *Heraclea*: & mox, *Hic eſt Olympus*. Reliqua lituram patiantur. SCHOTT.

21. *Gortyna*] Edi debuit *Gyrtone*; quomodo licet non habeant libri veteres, etiam Voſſius non ſic in emendatione reponat, tamen & in fine ejuſdem notae apparet eum ſic utique cogitaviſſe, & vocabatur haec urbs Γύρτων vel Γυρτώνη. Sed eodem modo Γορτύνιος & Γυρτώνιος confuſum fuit in Polybio lib. XVII. cap. 18. Hoc ut pro vero habeam, multum facit frigida rixa, qua Voſſius Librarium non ſine convitii ſtigmate aggreditur. Sed valeat uterque, nos ſimpliciter agimus. GRONOV.

22. *Meliboea*] A Plinio inter Magneſiae (quae Theſſaliae eſt annexa) urbes collocatur. Pintianus hic operoſè Lucanum gentis ſuae Poëtam adverſus Herm. Barbarum purgat: ſed culpa *faſum* condonetur Poëtae in opere imperfecto: qui hujuſmodi emendaturus erat, ſi per Neronem mortem feſtinantem integrum fuiſſet. Bis igitur erravit: cùm quòd in Theſſaliae urbibus *Dorion* (quod Peloponneſi eſt) collocarit, deceptus, ut fit, affinitate nominis *Dotion*. Qui error, ut fieri amat, alium traxit: ut ibi Thamyrin victum occoecaſſe, lyraque multaſſe Muſas finxerit; quod in Peloponneſo accidiſſe auctor Homerus *Iliad.* β.

> Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
> Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

[75] urbs [76] Acanthos, & Echymnia: inter Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos. Strymon (ſicut diximus) amnis eſt; [77] longéque ortus,

auctore) *tum urbs.* Et quod negari nequit, hic ſtylus eſt Auctoris, ut Romana Graecis immiſceat. Sic paulò antè praeceſſit *flumen abyde*, ſic cap. ſeq. *& portum qui Κωφὸς dicitur.* lib. II. cap. 2. *portus coelos.* Haud dubiè perperam ſic editionibus exhibentibus κωλὸς. ut in reliquis. Quam ſuccenſuit propterea Voſſius convitiator? Ne nunc quidem ullam dat rationem, cur vocem *portus* redundare dixerit. An cùm in melioribus aliquid legatur libris, ideo redundare vox debet? Si tam infelices Librarios ſortitus fuit Mela, ut Graeca ne legere quidem noverint, unde tot Graecae voces fuerunt ſervatae? Ego nolui affirmare utrumque retinendum eſſe, quia ſic te, Voſſi, hoc eſt, ipſa Ieberide ſtultiorem perſonam induiſſem. Planè non decet nos ita ſtatuere, ubi tantopere conſentiunt libri veteres, ibi aliquid redundare. Oſtendi quàm poſſet aliquid propinquum latere: inde tu excitari debueras. Quod quia noluit Voſſius, ut ſemper, idcirco nunc verum en tibi, mi Lector, quom Mela dederit *& portus* ἐμπο; *Eion urbs, Acanthos* &c. Haec enim urbs Ἠιὼν ab omnibus Graecis oſtentatur ad Strymonem. Haec quum ignota eſſet, vides manifeſtè hinc exſtitiſſe illud vetus *caprullon.* Habeat igitur Voſſius ſuam redundantiam, cui admetior meam inopiam & tamen prodigam judicii. GRONOV.

75. *Urbs Acanthos & Oeſima*] Omnia turbata & permiſta. Neutri enim harum urbium convenit ſitus in quo locantur inter Strymonem & Athon. *Acanthus* enim inferiùs eſt, *Oeſima* ſuperiùs, *Acanthus* ad Meridiem inter promontorium Nymphaeum & Derrhin in ſinu Singitico. *Oeſyma* ad Septentrionem inter Neſum & Strymonem fluvios, in ſinu Strymonico, auctoribus Ptolemaeo, & Strabone in *Selectis.* Caſtigandus igitur ſic totus hic locus: *Ultrà Neſtos fluit, interque eum & Strymona urbes ſunt Philippi, Apollonia, Amphipolis, & Oeſyma. Inter Strymona & Athon Stagiros, Portus Capros cum inſula. Inter Athon & Pallenen Acanthos, Scolos & Olynthos.* Scolos, inquam lego, non *Cleonae* ut Hermolaus legit, qui pro *Celeona* antiqua lectione *Cleonae* ſuffecit. Ego *Scolos* defendo ex Strabone, qui in ſeptimo *Scolon* ait fuiſſe unam ex urbibus propinquis Olyntho. Thucydides item in quinto, ut vicinas ſibi urbes Scolon & Olynthon conjunctim memorat. Nam *Cleonae* Hermolai non ſunt inter Athon & Pallenen, ſed in ipſo monte Atho cum aliis quatuor urbibus, *Dio, Holopyxo, Acrothoo, & Thyſo*, quas Xerxes perfoſſo Atho inſulares fecit, auctore in *Polymnia* Herodoto; qui *Stagiri* & *Acanthi* conjunctim etiam ipſe meminit, ut urbium inter ſe propinquarum. PINTIAN.

76. *Acanthos & Echima:*] De *Achanto* conſtat ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. *Echima* ubi ſit, non conſtat. Proinde non *Echima*, ſed *Oeſyma* fortaſſe legeris, ut in Thracia expoſui ex Homero, & aliis frequentibus. BARBARUS.

77. *Longéque ortus & tenuis*] Ne dubites, ſi hanc editionem conferas cum prioribus, tres poſtremas primi vocabuli litteras ex MSS. à me productas, nunc ſignifico. GRONOV.

78. Ve

ortus, & tenuis, alienis ſubinde aquis fit amplior; & ubi non longè à mari lacum fecit, majore quàm venerat alveo erumpit. Athos mons eſt adeò elatus, ut credatur altiùs etiam quàm unde imbres cadunt, ſurgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur aggere manet. Ceterùm non promontorio, ut alii, [78] verùm totus exſtat, totoque longè dorſo procedit in pelagus. Quâ continenti adhaeret, à Xerxe in Graios tendente [79] perfosſus transjugatusque eſt, &

78. *Verum totus eſt* ] Dele verbum *eſt*. PINTIAN.

*Factus freto navigabili pervius* ] Haec etiam verba recidenda: Pomponii enim brevitati ſatis fuit dixisſe: *à Xerxe in Graios tendente perfosſus transnavigatusque*. IDEM.

79. *Perfosſus transnavigatusque & factus freto navigabili pervius* ] Certè nauſeam parit haec tam accurata deſcriptionis inſtitutio, ut planè non miremur Pintianum, ſpectatorem amariorem brevitatis Pomponianae, poſtremâ recidenda clamavisſe, quum plenè illa contineantur in verbo *perfosſus*. Sed & monſtri aliquid his ſubesſe docent veteres libri praeferentes *Athos* vel *Athus* pro *factus*. *Transjugatus* verò (quod placet Vosſio) non commodiorem facit ſermonem, ſed praeter dubiam Latinitatis notam ineptè hiſtoriam tangit, quum non potuerit illic transjugari, ubi Xerxes perfodit, ubi non niſi [illegible] & [illegible] ὁ μεγάλως nominat Herodotus: quum contra vox *transnavigatus* augeat rei monſtrum, & in eo verbo reſideat verè poëtica elegantia, quam nunc captare vult Pomponius, ut patet ex illo etiam Juvenalis Sat. X. *Velificatus Athos*, & quem ipſe Vosſius citat, Catullo,

*——— cumque juventus,*
*Per medium clasſi barbara navit Atho.*

Cicero lib. II. de *Finibus* cap. 34. *Si Xerxes Helleſponto juncto, Athone perfosſo, maria ambulavisſet, terramque navigasſet.* Claudianus lib. II. *in Rufin.*

*——— cum clasſibus iret*
*Per ſcopulos, ſectumque pedes contemneret aequor:*

Sic itaque cum tot aliis auctoribus transnavigatum Atho mirificè quoque ſcripſit Mela. Obſtinatus tamen Vosſius quum impar esſet probando τῷ *transjugare*, ait, ,, ſolemne esſe quibusvis Scriptoribus ,, res novas & inuſitatas novis ,, etiam & non uſitatis explicare vocibus. Egregium ſané! Cicero, Livius, Tacitus habent multas res novas & inuſitatas. Hinc Vosſius dicit novas etiam & non uſitatas illic reperiri voces. Credesne? Nihil magis fatuum, & ne tale quid timeas. Pergit: ,, transjugare eſt ,, jugum montis ſuperare; quod ,, quia novum & inuſitatum explicatur nova & non uſitata voce;

& factus [10] freto navigabili pervius. Ima ejus tenent

„ & tunc rogat. An colles quantumvis minuti poſſunt eſſe ſine „ jugis & verticibus; quos ſi quis ſuperet.' ut in hoc loco tantum ſunt κολωνοὶ οὐ μεγάλοι, hos transjugare dicetur. Vide, quo delabantur illac novae & non uſitatae res, quando enim non ſuperantur illi? Repeto itaque ab Mela transnavigatum Atho dici. Si tamen ita extendere ὄγκον ſermonis ſui voluerit Auctor, quod profecto ipſe mox deprimit per additam explicationem, quam omiſiſſet haud dubiè, ſi illud captare voluiſſet. Quare foveo diu conceptam (ſic cùm ſcribo, ait Voſſius me reſipiſcere poſt longam meditationem) opinionem illud *transnavigatusque & Athus* vel *Athos* ex mirifica litterarum commutatione ortum eſſe, & Auctorem ſcripſiſſe, *perfoſſus & ad Sanen ab usque Thyſſo factus freto nav.* Nam quod Voſſius audet ſcribere Herodotum libro vii. dicere foſſam illam ab Acantho urbe Sanen usque pertinuiſſe, Acanthum verò ab eo poni ad ſinum Singiticum, Sanen in Pallenaea Cherſoneſo, & ideo non poſſe concipi, ut foſſa illa duodecim tantùm fuerit ſtadiorum, quod ait idem Herodotus; falſum dicit omnino, & ipſe ſibi nectit laqueum. Haec verba uſſerunt Senem adeo, ut ſimias & aſinos exclamaret, ſeque iis ſimilem faceret. Nonne enim ex alterutro genere is eſt, qui ſcribere ſuſtinet [An non ſatis clarè Herodotus loquitur, cum lib. vi. & iterum lib. vii. refert Artachaeum à Xerxe praemiſſum fuiſſe Acanthum, ut inde foſſa ad Sanen perduceretur] Eſt enim in his & ſimiae argutia & aſini ſtupor. Nuſpiam ab Herodoto dicitur Artachaeus praemiſſus Acanthum. Sed in lib. vii. cap. 21. eſt Artachaea, narrans praeparatas ad Eleuntem per triennium copias dicit qui & quomodo foderint, Βούβαρις δὲ ὁ Μεγαβάζου καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρταίου ἐπεστάτεον τοῦ ἔργου. Eodemque lib vii. cap 117 Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος Ξέρξεω συνήνεικε ὑπὸ νούσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπεστεῶτα τῆς διώρυχος Ἀρταχαίην &c. An non rugit igitur inſtar aſini, an non excordem ſuam perverſitatem aequè denudat ac ſimia nates, qui ab Herodoto ſcribit narrari ad urbem Acanthum praemiſſum iſtum, ut inde foſſa duceretur? Herodotus dicit tantùm tunc mortuum illum fuiſſe, quum Xerxes eſſet Acanthi. Si etiam illic mortuus eſt, quod fieri potuit, non id contigit, quia illuc praemiſſus, & inde incipiens foſſam, poterat ibi morari ac praeeſſe praeſens operi; ſed quòd Regi illuc ingreſſo debuit officium facere, & progreſſum operis injuncti curamque ſuam probare. Nam ab Acantho urbe non incepiſſe foſſam inde quoque apparet, quod Xerxes jam manens in ea urbe non narretur vidiſſe foſſam & ſucceſſum operis: quod procul dubio & eſſet factum & narraretur eſſe factum, ſed τὸ ὄρυγμα αὐτόν, nempe ex relatione Artachaei, qui ad eam rem illuc venerat & in morbum letalem incidit. Libro autem vi. aliquid de Artachaeo narrari non memini: de Acantho & alia claſſe quod narratur, nihil ad Artachaeum. Vide autem quid agat Voſſius. In *Obſervationibus* ad Melam ex Herodoto dicit [Acanthum verò urbem ponit ad ſinum Singiticum] in *Appendice* autem [Thyſſum oppidum eidem litori & eidem quo Sane Singitico appoſitum ſinui.] Ita ſcilicet tum Acanthus, unde foſſa Voſſiana incepit,

Iolcos: [44] in Magneſia [45] Antronia: in Phthiotide Phthia: *in Doride* [46] *Pindus, & juxta ſitum Erineum:* in Locride [47] Cynos & Calliaros: in Phocide Delphi, & mons Parnaſos, & Apollinis fanum atque oraculum: [48] in Boeotia [49] Thebae, & Cithaeron fabulis carminibusque celebratus: in Atthide Eleuſin Cereri conſecrata, & clariores; quàm ut indicari egeant, [50] Athenae: in Megaride, unde regioni nomen eſt, Megara: [51] ut in Argolide Argos, & Mycenae, & templum Junonis vetuſtate & religione percelebre; [52] in [53] Laconide Therapne, Lace-

*jam dudum diruta jacet, quo ex loco Pelias Iaſonem ac navem Argo foras emiſit.* & infrà paulò: *Supra Demetriadem autem urbem Iolcos ſtadia ſeptem ad mare jacet.* IDEM.

44. *In Magneſia Antronia* ] Scribendum, *Antron*, non *Antronia*, ex Strabone, Stephano, Homero. IDEM.

45. *Anthronia*] Scribendum, *Antronia*, ſine *h*. Urbs autem haec & *Antron* vocatur. Zenodotus verò *Anchialum Antronem* appellavit. Utcunque, propter ſpecus frequentes *Antronia* eſt dicta. Unde proverbium quoque natum, *Aſinus Antronius*, auctore Stephano. BARBARUS.

46. *Pindus & juxta ſitum Erineum* ] Expende an legendum ſit, *Pindus, Boeon, Cytinium, Erineos*. *Doris* enim *tetrapolis* erat, ut ſcribunt Strabo, & Thucydides: etſi Stephanus *tripolin* tradit, modò codex menda vacet, quod non puto. *Erineos* autem non *Erineon* proferunt Stephanus, & Ptolemaeus: qui etiam *Cyteinium* vocat, ceteri *Cytinium*. Idem in Doridis tetrapoli pro *Pindo Lilaeam* ſubſtituit. In Plinio quoque libentius legerim *Erineos*, quàm *Erineon*. PINTIAN.

47. *Cinos & Calioros* ] Scribendum, *Cynos & Colliaros*, ex Homero, Strabone, Plinio. BARBAR.

48. *In Boeotia Thebae*] De Aegyptiis ἑκατομπύλοις, lib. I. cap. 9. Hae Cadmeae & ἑπτάπυλαι, quas Lycophron *Ogygias* vocat, & Virgil. in *Aetna*. ſive is Corn. Severus eſt, Varro lib. III. *de Re Ruſt.* *Eſt vetuſtiſſimum oppidum Boeotiae Thebae, quod Rex, Ogyges aedificavit, peractis jam duobus milibus annorum & centum.* SCHOTT.

49. *Thebae*] Celebres apud Thucydidem. OLIVAR.

50. *Athenae* ] Nunc vicus. IDEM.

51. *At in Argolide* ] Viſus eſt Mela confundere haec: nam cùm agit de Argolide, jam loquitur de Peloponneſo. IDEM.

52. *In Laconide Therapne* ] Stephanus prima aſſiata & poſtrema cum *mn*, & numero plurali *Theramnae*, aitque putare quosdam, eandem eſſe cum *Sparta*. Nihilominus locum etiam eſſe alium eodem nomine, in quo Caſtor & Pollux colantur, dictum à Graeco verbo θεραπεύειν, hoc eſt, *colere*. Stephano adſtipulantur Plinius, & Strabo, niſi quòd poſtremam per *pn* Strabo pronunciat, *Therapnae*. PINTIAN.

 53. *Laco-*

in altum abit, [83] anguſta ſatis unde incipit.
145 Ibi eſt Potidaea: [84] at ubi laxiùs patet, [85] Mende Scioneque referendae; illa ab Eretriis, haec ab Achivis capto Ilio remeantibus poſita.

bito. Is lib. IV. cap. 10. *Oppida*, inquit, *Niſſos*, *Phileno*, *Mende*. in promptu eſt, quid Hermolaus dicat. Nos ſic caſtigandum cenſemus: *Oppida Sane*, *Aphytis*, *Scione*, *Mende*. ex citatis Auctoribus. PINTIAN.

83. *Anguſta ſatis unde incipit.*] Legendum exiſtimo, *anguſtus Iſthmus unde incipit*. Nam de Iſthmo Pallenes & Ptolemaeus, & Pauſanias in *Atticis*, & Georgius Gemiſtus *Hellenicῶn* primo, Plinius quoque lib. IV. cap. 10. & *in Pallenes Iſthmo quondam Potidaea*, *nunc Caſſandria*. etſi Hermolaus aliter legat. Quem prioris veraeque lectionis potuerunt admonere verba illa, quae paulò antè praecedunt, *Oppida Pallene Phlegra*. In quibus (quod eſt notandum) videtur Plinius imitatus Pomponii morem, copulandi duo nomina propria, de quo dixi. Nam *Palleno* & *Phlegra* idem ſunt, Stephano, & Straboni in *Selectis*. IDEM.

84. *At ubi laxius patet*] Scribo *latius*, non *laxius*. Nam *latè patere* frequens eſt apud omnes locutio, non *laxè*. IDEM.

85. *Mendetione quae referendae*] Scribendum, *Mendae*, *Scioneque referendae*. *Menden*. Erethii condidere, *Scionen* Achivi: auctor Stephanus, & hic Pomponius. BARBARUS.

# CAP. III.

## MACEDONIA, GRAECIA, PELOPONNESUS, EPIRUS, ET ILLYRICUM.

[1] TUM Macedonum populi quot urbes habitant,

1. *Cùm Macedonum populi quot urbes habitant*] Aldus: *Tum Macedonum populi quod urbes habitant*. minus vitioſè. Lego, *Tum Macedonum populi cl. urbes habitant* ex Plinio & Marciano. Cauſa depravationis fuit ſupina, librariorum ſemper, nonnunquam etiam correctorum ignorantia, coelum terris miſcentium, & mare coelo. Primùm enim, ut conjicio, duo elementa cl. librarii in unum *d* confuderunt. Deinde correctores neſcientes, quid *d* ſolum ſignificaret, numerus enim immodicus videbatur, adjecta *q* fecerunt *qd*. Poſtremò alii malum, quod Thucydides ait, malo curantes, *quot* ſcripſerunt cum nota interrogationis, ubi nulla eſt interrogatio. PINTIAN.

*Tum Macedonum populi*, *quot urbes*

tant, quarum [2] Pelle eſt [3] maximè illuſtris. Alumni efficiunt, Philippus Graeciae domitor, Alexander etiam Aſiae. [4] In litore flexus Mecybernaeus, [5] inter promontoria Derrim & [6] Canaſtraeum [7] & portum qui

Κωφὸς

*urbes habitant* ] Sunt qui hunc locum ſic accipiant: Poſt antedictas gentes ſequi populos Macedonum, & eſſe tot numero, quot ſint urbes, quas habitent: Quàm rectè autem ſic intelligatur, arbitrio Lectorum eſto. IDEM.

*Tot Macedonum populi quot* ] Sic malim, quàm, *Tum Macedonum*, quomodo anteà legebatur. Locus, ad quem multi ſtatim cap. initio impegerunt; & neſcio quibus interpunctionibus quae ſomnia commenti ſunt. SCHOTT.

*Tum Macedonum populi centum quinquaginta urbes habitant* ] Libris antiquis & veritati litare malui, quàm profanum quid ab Voſſio aut Pintiano in hoc ſacrum inferre. Nunquam in Macedonia numerabuntur centum quinquaginta urbes, (ut videtur ex Pintiani emendatione citanda intelligere Voſſius, vel centum quinquaginta populi, ad quos ille numerus etiam referri poteſt) nunquam fuerunt, nunquam dixit Mela, nullus codex hujus indicii notam vel minimam habet. Sed neque in ulla alia regione urbes vel populos tam exacto numero terminavit. Et quaeſo, an non fuerunt vel plures vel pauciores? Immò edidimus, prout flagitabant vetera exemplaria. Macedones per Alexandri expeditionem ubique incolebant & ſub eis Graeci. Itaque nunc ait ſe venire ad Macedonum populos, qui vivunt in urbibus illis, quarum maximè illuſtris eſt *Pella*; quum alii Macedonum populi reſpiciant alios dominos, aliaſque obſervent regias. GRONOV.

2. *Pella* ] Nomen retinet. OLIV.

3. *Maximè illuſtrem* ] Antea enim vicus erat, ut Demoſth. *Philippicis* ait. Juvenalis Sat. x.

*Unus Pellaeo juveni non ſufficit orbis.*

SCHOTT.

4. *In litore flexus Mecybernaeus* ] Strabo in *Selectis*, *Mecybernam* quam ipſe Olynthiorum navale facit, *Mecypernam* nominat per *p* in penultima. Caſtigandus obiter Thucydidis Graecus codex, in quo diviſim ſcriptum eſt *me Cybernaeus*, quod mendum Laurentium ſummum alioqui virum in errorem egit, *non Cybernaeos* transferentem pro *Mecybernaeos*. PINTIAN.

5. *Inter promontoria dividit Canaſtreum* ] Caſtigo, *inter promontoria Derrin & Canaſtraeum*; ex Ptolemaeo, Stephano, & Strabone in *Selectis*. Sciendum autem ſinum quem Ptolemaeus, Stephanus, & alii *Toronaeum*, ſive *Toronaicum* appellant ab urbe Torone, nominari à Mela *Mecybernaeum* à *Meciberna* oppido ejuſdem ſinus, de quo paulo antè. Porro ſinum *Toronaeum* duobus promontoriis *Derri* & *Canaſtraeo*, includi, praeter Ptolemaeum, & Strabonem in *Selectis*, Stephanus etiam teſtatur in dictione *Torone*. IDEM.

6. *Canaſtreum* ] Nunc *Caniſtro*. OLIVAR.

7. *Et portum qui Copos dicitur* ] Scribendum *Cophos* ex Strabone in *Selectis*, prodente *Derrin* promontorium eſſe propè portum *Cophon* nomine, & oppoſitum eſſe *Canaſtraeo* alteri promontorio, in-

ter

[8] Κωφὸς dicitur, urbes [9] Toronen & Phyſcellam; atque unde ipſi nomen eſt, Mecybernam incingit. [10] Canaſtraeo promontorio [11] Sena proxima eſt. [12] Mecybernaeus autem in medio quâ terra dat gremium, modicè in litora ingreditur. Ceterùm longis in altum immiſſis lateribus, [13] ingens inde Thermaïcus ſinus eſt. In eum Axius

ter quae duo promontoria claudatur *ſinus Toronaeus*, ut dictum eſt. Rurſus à Derri inchoari *Singiticum ſinum*, & finiri promontorio montis *Atho*, vergente in orientem. Eſt & *Cophos* portus Atticae Xenophonti ſecundo *Hellenicῶν*, & infra. PINTIAN.

8. *Copos dicitur*] vv. cc. κωφὸς, ſed nihil immuto. SCHOTT

9. *Toronem & Miſcellam* ] Diximus in Plinio, *Phyſcellam* ſcribendum videri poſſe, Ptolemaeum & alios ſequuti. BARBARUS.

10 *Canaſtro promontorio Sena proxima eſt* ] Scribendum non *Sena*, ſed *Scione*: Plinius, *poſt Scionem*, inquit, *promontorium Canaſtreum*. IDEM.

*Canaſtraeo promontorio Scione proximá eſt* ] Licet idem ſit ſenſus, mallem tamen hic legeres *Canaſtraeum promontorium Scionae proximum eſt*: ut à more ſuo & conſueto dicendi modo non diſcedat Mela. Cujus, ut dixi, peculiares ſunt hae admonitiones ad dirigendum Lectoris animum: ut in Cilicia, *Pyramus Iſſo propior*; & mox; *ſed Celendris Sarpedoni propior*. PINTIAN.

11. *Scione proxima* ] Vidit H. Stephanus leg. *Sane*, nam ſup. extremo cap. *Scione* nominaverat: cui aſſentior, emendationem confirmante Strabone in *Collectaneis*, Herod. *Polymnia* & Plinio lib. IV. cap. 10. ut quidem Pintianus reſtituit. SCHOTT.

12. *Migibernaeuſa in medio quâ terra dat gremium*] Scribo, *Mecybernaeus autem*, id eſt, ſinus, *in medio*, & cetera BARBARUS.

13. *Ingens inter maria ſinus eſt* ] Emendo, *ingens hinc Thermaïcus ſinus eſt*: ex omnibus Geographis & Hiſtoricis, nihil enim inter omnes notius Thermaïco ſinu. Confirmat hanc caſtigationem quod ſtatim ſequitur, *Axium & Peneum fluvios in Thermaïcum ſinum emittere*, quod Ptolemaeus etiam tradit. Item ſtatim redditur urbs *Algros*, quam eſſe in intimo receſſu ſinus Thermaïci auctor eſt Stephanus. In quo tamen Librarius imperitus pro *Thermaeus ſinus*, *Hermeus* ſcripſit. Ceterum non fuerit mihi fraudi paucis notaſſe ex Strabone in *Selectis* ſex continuos ſinus haberi in hac ora, à Meridie in Septentrionem, quo dicentur ordine: *Maliacum*; *Pagaſiticum*, *Thermaïcum* ſive *Thermaeum*, *Toronaeum* vel *Toronaicum*; alio etiam nomine *Mecybernaeum*, *Singiticum*, & poſtremum *Strymonicum*. Qui omnes promontoriis dividuntur hoc pacto, *Poſidium* promontorium Maliacum dividit à Pagaſitico; *Sepias* Pagaſiticum à Thermaïco; *Canaſtraeum* Thermaïcum à Toronaeo ſive Mecybernaeo; *Derris* Toronaeum à Singitico; *Nymphaeon* Singiticum à Strymonico; Sinum autem quem Pomponius *Thermaïcum* vocat, Strabo; Stephanus, Herodotus, *Thermaeum* dicunt; Ptolemaeus & Plinius *Thermaïcum* cum Pomponio. Eadem diverſitas in *Toronaeo*

ab eo ad Sunium tendentibus illa praenaviganda; Maliacus & Opuntius, grandes ſinus, & in his caeſorum etiam Laconum tropaea [70] Thermopylae, [71] Opoës, Scarpha, Cnemides, Alope: Anthedon, Larymne, [72] Aulis Agamemnoniae Grajorumque claſſis in Trojam conjurantium ſtatio: Marathon magnarum multarumque virtutum teſtis, jam inde à Theſeo, [73] Perſica maximè clade pernotus: [74] Rhamnus parva, illuſtris

69. *Maliacus & Opuntius, grandes ſinus*] Immo legendum *non grandes ſinus*. Nam in ora Locrorum ſunt ambo à duabus eorum civitatibus *Malieo* & *Opunte* nominati; tota autem illa Locrorum ora vix excedit ducenta ſtadia, auctore Strabone in nono: ex quibus quadraginta tantum ſtadiorum eſt ſinus Opuntius, ut idem Strabo tradit libro eodem. PINTIAN.

70. *Thermopylae Opoës*] Scribe *Opûs* cum circunflexo, non *Opoës*, ut legit Hermolaus: Poëtae enim perfectis utuntur; Oratores contractis. Denique ſic Ptolemaeus, ſic Strabo, ſic Pauſanias, ſic Plinius, ſic omnes proferunt, IDEM.

71. *Oroës carphanemides*,] Scribendum arbitror, *Opoës*, *Scarphia*, *Enemides*: ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Eſt autem *Opoës*, *id eſt*, Ὀπόεις, eadem, quae & *Opus Opuntis* κατὰ κρᾶσιν dicitur. Erat & in Achaiâ *Opoës* altera, & in Elide item altera, Stephanus. BARBARUS.

72. *Aulis . . . . commorantium ſtatio*] Hinc in Grammat. Commentariis Graecis ἀπὸ τοῦ αὐλισθῆναι ἐκεῖ τοὺς Ἕλληνας, litera υ interpoſita derivatur: Homerus . . . . Lucretius . . . . & Statius,

*Prima rates Danaas Hecateria congregat Aulis.*

SCHOTT.

73. *Perſarum maxima clade pernotus*] Scribendum *maximè*, non *maxima*. PINTIAN.

74. *Rhamnis*] Scribe *Rhamnus*. BARBARUS.

*Rhamnus parva, illuſtris tamen, quod in ea fanum eſt Amphiarai & Philiaca Nemeſis*] Et hunc locum comminutum eſſe, & corroſum, multaque deeſſe verba pro comperto habeo. Nec enim in oppido Atticae Rhamnunte fuit fanum Amphiarai, ſed in agro Oropi; qui locus celeberrimus alioquin eſt, medius inter Boeotios & Atticos, magnarumque utrisque contentionum materia. Sic invenies apud Pauſaniam in *Atticis*: ſic apud Strabonem, qui loco nomen dedit *Pſaphis*: ſic apud Plinium, qui lib. XVI. apud Thebas periiſſe Amphiaraum tradit. Strabo in nono, *Graeca*, inquit, *Oropo vicina eſt & Amphiarai ſacellum*. Demetrius quoque Triclinius in enarratione Pindari auctor eſt, apud Oropum Boeotiae terram Amphiaraum abſorbuiſſe & Oropi fuiſſe ejus oraculum, certaminaque illic celebrari ſolita, quae ab ejus nomine *Amphiaraia* vocarentur. Quam ob rem puto reſarciri poſſe hunc locum ſi ſic legatur: *Rhamnus & Oropus parvae; illuſtres tamen, quòd in hac fanum eſt Amphiarai, in illa Phidiaca Nemeſis*. Fefellerunt haec Solinum. PINTIAN.

[20] a Peneo ad Sepiada, [21] Gyrtona, [22] Meliboe-

Ptolemaeus, Stephanus, propè *Cydnam*, ſive quod idem eſt, *Pydnam*. De *Sepiade* poſt *Peneum* amnem ſita, iidem auctores. BARBARUS.

*Derris* ] Antiqua lectio *Icaris* praeferebat. Hermolaus pro *Icaris Derris* ſuppoſuit ex Ptolemaeo, Plinio; Stephano; à quibus ait *Derrin* locari propè *Pydnam*, quod ſalva manium Hermolai pace, falſum eſt: deſideroque ea in re Hermolai ingenuitatem, & in prodendo fidem. Nam *Derris* promontorium eſt Ptolemaeo & Stephano procul à Pydna, finis ut dixi ſinus Toronaici, Boream verſus, & principium Singitici. *Derrin* autem urbem Macedoniae nuſquam puto oſtendet mihi Hermolaus. *Derram* ſolùm in Plinio legimus; ubi de Macedonia disſerit, in quo, ut conſtat, paria ferè ſunt errata cum verbis. Quomodo autem legendum in eo ſit, quia non poterat paucis oſtendi, diſtuli in aliud opus, in quo dicata opera res mihi erit cum Plinio. Ceterum ego pro *Icaris*, *Ichnae* ſubſtituo, nobilem urbem in ora ſinus Thermaici, propè *Chalaſtram*, *Pydnam*, *Aloron*: quas hic recenſuit Mela. Colligitur id ex Stephano, Herodoto, Plinio apertè. PINTIAN.

*Ichnae* ] Magis probo, quàm quod Herm. Barbarus ſuppoſuit *Derris*: cùm è veſtigiis antiquae lectionis *Icario*, tum è Plinio ibidem. SCHOTT.

20. *A Peneo Sepias*, *Cordynia*, *Meliboea* ]. Legendum exiſtimo, *A Peneo Sepias*, *Dorion*, *Trachin*, *Meliboea*: ex Coſmographis, & Hiſtoricis omnibus. Lucanus quoque noſter in ſexto:

*Quae tetigit Phylace, Pteleonque, & Dorion ira,*
*Flebile Pieridum, Trachin pretioque nefandae*
*Lampados Herculeis fortis Meliboea ſagittis.*

Malè enim pro *Corinthia* ut priùs legebatur, ſubſtituerunt *Cordynia*, qui hunc librum ſuis ſacris initiaverunt. Sed quia ad hunc locum ventum eſt, & Hermolaus in Plinii *Caſtigationibus* Lucanum noſtrum inceſſit, quòd in verſibus paulo antè dictis allucinatus ſit, & pro *Dotion*, quae eſt Theſſaliae urbs, *Dorion* poſuerit, examinemus quàm diligentisſimè fieri posſit, quanto id Hermolaus jure fecerit. Ego certè nullo puto. Nam cui obſecro vel mediocri judicio praedito perſuaderi posſit, Lucanum tantum virum, Romae ſcribentem, hoc eſt, in urbe mundi domina, eruditisſimis illis temporibus, in poëmate eximio, quod univerſo orbi legendum proponebat, bellum litteris mandans maximum omnium, quae unquam fuerunt, ita inconſideratum, & conſilio praecipitem deviumque exſtitiſſe, ut ſimilitudine nominis in pudendum errorem raptus, pro *Dotion* Theſſaliae *Dorion* Achaiae acceperit: praeſertim loca exſequens Theſſaliae, in qua bellum quod prodebat, geſtum fuit, & unde nomen operi ſuo adſcivit. Quam ob rem ego ita cenſeo: quum in Graecia multa ſint loca non duplicia ſolùm, ſed triplicia, & plura, eodem nomine dicta; ut, *Thebae*, *Argos*, *Orchomenos*, *Pteleon*, & hujusmodi; ita duplex etiam *Dorion* fuisſe, alterum Peloponneſi, alterum Theſſaliae: praeſertim cùm ſcripta Plinii & Romana exemplaria *Dorion*, non *Dotion* propalam habeant, & ita oſtendat codex vetus Bibliothecae Academiae Salmanticenſis, & codice

liboea, Caſtanaea; pares ad famam; niſi quòd

dices etiam ſuos ſic habere Hermolaus ipſe fateatur. At nulla mentio *Dorii* Theſſaliae apud Geographos. Quid mirum? Multa enim à Geographis praetermiſſa, apud Poëtas, Oratores, & Hiſtoricos legimus; neque enim illi in opere tam vario ac diffuſo omnia complecti potuere. Nam & ipſe Hermolaus ad confirmandum *Teniam* oppidum eſſe Arcadiae, nullius Geographi teſtimonium inveniens, unâ tantum Ciceronis auctoritate contentus fuit, & ea ab angulo petita non ſatis illuſtri, etſi in omnibus Ciceronis exemplaribus, non *Tenia*, ut Hermolaus legit, ſed *Tene* habetur. Cur igitur & nos non tanti eſſe clariſſimum vatem putemus, cui vel ſoli *Dorion* etiam eſſe in Theſſalia credamus. *Dorion* ubi Lucanus ait excoecatum Thamyrin, non fuit *Theſſaliae*, cujus loca nunc refert Lucanus, ſed *Peloponneſi*. Meminiſſe debuit Hermolaus, homo inter Poëtas tamdiu verſatus, aſtutiſſimum eſſe Poëtis morem, ut cùm nominum ſimilitudo invitet, confundant ſaepe fabulas: ut Virgilius:

> *Quid loquar aut Scyllam Niſi*, &c.

& Propertius:

> *Quid mirum in patrios Scyllam ſaeviſſe capillos,*
> *Candidaque in ſaevos inguina verſa canes.*

& ipſe etiam Lucanus paulò infra hunc locum, de quo dimicamus, pro *Thebis Phthioticis Thebas Boeotias* poſuit: *Veteres*, inquit, *ubi fabula Thebas Monſtrat Echionias*. quod ejus Interpretes non latuit. nec finis exemplorum. Sed ut redeamus ad Melam. Deſiderari in eo puto verbum, *promontorio*, ut legendum ſit: *A Sepiade promontorio*, ut non ita poſt: *A promontorio Sepiade per Demetriam & Boion*, &c. PINTIAN.

*A Peneo Sepias* &c.] Scrib. *A Peneô ad Sepiada Erymne Meliboea:* & ſup. *Pydna*; *Aſoros*, *Heraclea*: & mox, *Hic eſt Olympus*. Reliqua lituram patiantur. SCHOTT.

21. *Gortyna*] Edi debuit *Gyrtone*; quomodo licet non habeant libri veteres, etiam Voſſius non ſic in emendatione reponat, tamen & in fine ejusdem notae apparet eum ſic utique cogitaviſſe, & vocabatur haec urbs Γύρτων vel Γυρτώνη. Sed eodem modo Γορτύνιος & Γυρτώνιος confuſum fuit in Polybio lib. XVII. cap. 18. Hoc ut pro vero habeam, multum facit frigida rixa, qua Voſſius Librarium non ſine convitii ſtigmate aggreditur. Sed valeat uterque, nos ſimpliciter agimus. GRONOV.

22. *Meliboea*] A Plinio inter Magneſiae (quae Theſſaliae eſt annexa) urbes collocatur. Pintianus hic operoſè Lucanum gentis ſuae Poëtam adverſus Herm. Barbarum purgat: ſed culpa ſabulae condonetur Poëtae in opere imperfecto: qui hujusmodi emendaturus erat, ſi per Neronem mortem feſtinantem integrum fuiſſet. Bis igitur erravit: cùm quòd in Theſſaliae urbibus *Dorion* (quod Peloponneſi eſt) collocarit, deceptus, ut fit, affinitate nominis *Dotion*. Qui error, ut fieri amat, alium traxit: ut ibi Thamyrim victum occoecaſſe, lyraque multaſſe Muſas finxerit; quod in Peloponneſo accidiſſe auctor Homerus *Iliad.* β.

> Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
> Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

quòd [23] Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat. Terrae interiores claris locorum nominibus inſignes, penè nihil ignobile ferunt. [24] Hinc non longè eſt Olympus, Pelion, Oſſa, montes Gigantum fabula belloque memorati: hîc Muſarum parens domusque Pieria: hîc noviſſimè [25] calcatum Grajo Herculi ſolum, ſaltus Oetaeus: hîc ſacro nemore nobilia [26] Tempe: hîc [27] Libethra, [28] carminum fontes. Objacet tum jam vaſtè & multùm [29] prominens Graecia, [30] & dum [31] Myrtoum pelagus attingat, à ſeptentrione in meridiem vecta, quâ ſol oritur, Aegaeis; quâ occidit, Ioniis fluctibus objacet. [32] Ac proximo

Vide Suidam & Euſtathium. SCHOTT.

23. *Philoctetes alumnus* ] Pindarus Πολλοτά, Philoctetae Troiae captae gloriam tribuit: de quo Lycophron *Caſſandra*, & Tzetzes Scholiaſtes. IDEM.

24. *Hinc non longè eſt Olympus* ] Caſtigo, *Hic nobilis Olympus*. Nam dixit ſtatim antè: *penè nihil ignobile ferunt*: & ſuccedit paulò pòſt: *Hic ſacro nemore nobilia Tempe*. PINTIAN.

25. *Calcatum grato Herculi ſolum* ] Scribe, *Graio*, non *Grato*: multi enim Hercules fuere: Cicero, Diodorus, Plinius. BARBARUS.

26. *Tempe* ] Nemora ſunt. OLIVAR.

27. *Liberta carminumque fontes.* ] Legendum *Libethra*: unde *Libethrides Camoenae*. BARBARUS.

28. *Carminumque fontes objacent* ] Legendum, *Objacet*, ut ſit principium ſequentium: vel, quod magis placet, *Adjacet*. PINTIAN.

29. *Prominens Graecia.* ] Duobus in locis: in Sunio promontorio, nunc dicto *Strues*, ſive *Cabo de la Columba*: & in Peloponneſo, nunc *La Morea*. OLIVAR.

30. *Et dum Myrthoum pelagus attingat*, ] Scribendum *Myrtoum* ſine adſpiratione, ex Strabone & Ptolemaeo, & ceteris. PINTIAN.

31. *Myrtoum pelagus* ] *Myrtilium* etiam Aethico dicitur, à Myrtilo. SCHOTT.

32. *Ac proximè ſpatioſa eſt Hellas nomine* ] Scribo, *ac proximè ſpatioſa & Hellas nomine*. PINTIAN.

*Ac proximè ſpatioſa eſt Hellas nomine*, ] Mutavi diſtinctionem, quum haec, ſi ſic legantur, non poſſint conjungi praecedentibus, & alibi Mela ab ſimili copulativa periodum inchoat. Si tamen benè attendas, ſunt hae arenae ſine calce. Nam quòd Voſſius τὸ *eſt* ejicit prorſus ex ſua editione, idque ſub generali praetextu auctoritatis meliorum librorum, unde minuta multa correxerit, neſcio an ſic abire hoc debeat, quum vel *eſt*, vel & *hic* nos viderimus in ſcriptis. Etiam in uno legi *ac proximus ſpatioſa & Hellas*, nec aliter Mediolanenſis. Hinc vide, quàm nitida exſurgat deſcriptio: *Graecia* — *Ioniis fluctibus objacet*; *à proximo*

proximo ſpatioſa & [33] Hellas nomine, grandi fronte procedit: [34] mox [35] mari utroque, & Ionio magis, latera ejus intrante, donec [36] quatuor milia paſſuum pateat, media fermè propè inciditur. Deinde rurſum terris huc ſe & illuc, verùm in Ionium mare magis expandentibus, progreſſisque in altum, non tam lata quàm coeperat, ingens tamen iterum [37] & quaſi penè inſula extenditur, vocaturque Peloponneſos; ob ſinus

*proximo ſpatioſa, & Hellas nomine, grandi fronte procedit.* Certè & Pincianus hic offendens ſcribebat, *ac proximè ſpacioſa* & *Hellas nomine. Ab proximo*, hoc eſt, ab ea parte, quam habet proximam regionibus enarratis, ut lib. III. cap. 8. *Ab ea parte, quae introëuntibus dextra eſt, urbes ſunt: in altera ab intimo angulo* &c. Nonne poterat dicere *ab dextro introëuntibus*? Sic paſſim *ab Oriente*, & ſimilia, quae notant reſpectu illius partis. Sed id diſplicet etiam Voſſio. Infamem enim ponit interrogationem. {Quis ferat Scriptorem ita loquentem, à proximo loco incipere Hellada?} Quae niſi haec veriſſimi ardelionis eſt? Ubi enim hic mentio verbi *incipere*, immo vel cogitatio? Ab Mela junguntur *ab proximo ſpatioſa*: an haec non ſunt & Latina & faciliima intellectu? an non debuit partes Helladis, quum ſint diverſae, ac diſcrepantes ſitu, plures conſiderare, & aut maximè vicinas, aut remotiores, aut remotiſſimas conſiderare? Pergit [illegible] {non ſtatim, ſed paulatim in majorem majoremque ſeſe Hellas explicat latitudinem.} Quid tum? an propterea non eſt ab proximo ſpatioſa, aut non poteſt eſſe? Immo & eſt nunc ſpatioſa, & dein ſpatioſior, utque rectè dicit Mela, grandi fronte procedit. Sed nugator ille neſcivit, qui frontem nunc conſideret Mela, nempe partem verſus Meridiem. Hinc ſcribit, *Ubi verò Aegaeis & Ioniis fluctibus grandi fronte objacet.* An unquam monſtrum majus auditum eſt? Frons objacet Aegaeis & Ioniis fluctibus? Quaeſo igitur, quod tergum? Si verſus Aegaeos eſt frons, averſam partem alluunt Ionii neceſſario. Sed licet illi eſſe monſtroſo & ignaro Auctoris, quem edidit, & [illegible] nutrire. Nam clarè latera conſtituunt eas partes, quae objacent utriſque illis fluctibus. Ideo latera ejus intrare dicitur mox utrumque mare. GRONOV.

33. *Hellas nomine; grandi fronte*] De Graecia, grandi fronte. id eſt, Sunio promontorio. OLIVAR.

34. *Mox mari utroque*] In Peloponneſo: nam ad ſinum Megaricum eſt Aegaeum, & à ſinu Corinthiaco incipit Ionium. IDEM.

35. *Mari utroque & Ionio magis,*] Libentius legerim, *ſed Ionio magis.* PINTIAN.

36. *Quatuor m. p. pateat*] Et hic & infrà non *quatuor*, ſed *quinque m. p.* Auctores alii anguſtias eas in Peloponneſo faciunt. BARBARUS.

37. *Et quaſi peninſula*] De Peloponneſo loquitur. OLIVAR.

nus & promontoria, [38] quîs ut fibris litora ejus inciſa ſunt, [39] ſimulque tenui tramite [40] in latus effunditur, platani folio ſimillima. [41] A Macedonia prima eſt Thesſalia, deinde Magneſia, Phthiotis, [42] Doris, Locris, Phocis, Boeotis, Atthis, Megaris; ſed omnium Atthis clarisſima: in Peloponneſo Argolis, Laconice, Mesſenia, Achaia, Elis, Arcadia: ultrà Aetolia, Acarnania, Epiros, usque in Adriam. De locis atque urbibus, quae mare non alluit, haec maximè memoranda ſunt: in Thesſalia Larisſa, [43] aliquando Iolcos:

38. *Quîs ut fibris, litora ejus inciſa ſunt* ] Lego *fimbriis*, non *fibris*; ſequitur enim *platani folio ſimilis*: & pleraque arborum & herbarum folia fimbriata ſunt. Plinius lib. XXI. cap. 15. de urtica: *Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis*. PINTIAN.

39. *Simul quod tenui tramite* ] Aeſtimandum an in hoc loco potior lectio ſit *termite* quàm *tramite*, quia asſimilat Peloponneſon folio platani: ut perſtet in imagine. Nec immemor ſum ſequi infrà, *anguſto tramite Helladi Peloponneſum annecti*, ſed ratione dicta, magis hic placet *termite*. IDEM.

40. *In latus effunditur* ] Scribo, *in latum effunditur*. IDEM.

41. *In Macedonia prima eſt Theſſalia* ] Legendum, *A Macedonia*, hoc eſt, poſt Macedoniam: neque enim regreditur in Macedoniam, ſed ea finita, tranſit ad referendas Graeciae provincias, quarum prima eſt *Theſſalia*. Nam etſi Ptolemaeus Macedoniae Theſſaliam contribuere videatur, ſimul de utraque disſerens, quod aliàs facere ſolet, minores regiones majoribus inſerens (ne cogatur parvis etiam terminos asſignare, quod fuisſet tum ei tum etiam Lectori oneroſum, & non nimis necesſarium) diverſa tamen eſt Thesſalia à Macedonia. Quin Strabo ſolos *Theſſalos* appellari *Graecos*, & *Hellenes* Apollodori teſtimonio ſcribit: & Arrianus Hiſtoricus lib. II. equitatum Thesſalicum à Macedonico ſeparat. Strabo quoque in *Selectis* Peneum fluvium diſterminare tradit Macedoniam à Thesſalia, Caeſar Haliacmonem, ut dixi. Quod nonne & ipſe Mela hoc manifeſtè monſtravit in ſuperioribus, cùm dixit: *in eum Axius per Macedonas, & jam per Theſſalos Peneus excurrit*. IDEM.

42. *In Graecia Doris, Locris* ] Duae priores dictiones ſuperfluunt, adjectae ab his, qui perſuaſum habebant, Thesſaliam, Magneſiam, Phthiotida ad Macedoniam pertinere, non ad Graeciam, decepti auctoritate Ptolemaei malè intellecti. IDEM.

43. *Aliquando Iolcos* ] Haec verba, ni fallor, Pomponii non ſunt. Nam paulò antè teſtatus eſt, dicturum ſe de locis atque urbibus, quae mare non abluit. Porro *Iolcon* urbem esſe maritimam, nemo neſcit. Citare Auctores in re comperta quid attinet? Satis ſit pro omnibus Strabo: *Iolcos*, inquit,

jam

Eurotas: in ipſo Taenaro Neptuni templum, & ſpecus, illi, quem in Ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis: [96] in Aſinaeo flumen Pamiſſum; in Cypariſſio Alpheus; nomen dedit urbs in litore ſita, [97] huic Cypariſſae, illi Aſine: [98] Meſſenii Pyliique terras colunt; & ipſa

rum, non *Trinaſſos*, ut teſtantur Cicero tertio *Officiorum*, Livius in Bello Macedonico, Polybius, & Strabo. Cum Interpres neſcio quid ſibi volens, pro ἐπίνειον, hoc eſt, navale, *emporium* convertit. Nec *Trinaſſos*, ut hoc quoque notem, in Ptolemaeo rectè ſcriptum eſt cum duobus *ſſ* & accentu in prima. Scribendum enim cum unico *ſ* & accentu in ultima, ſic dicta à tribus inſulis exiguis è regione ipſius urbis, auctore Pauſania in *Laconicis*. PINTIAN.

*Gythius*] Reprehendit Freden. Strabonis Interpretem quod ἐπίνειον *emporium* converterit: quem Thucydidis *Scholiaſtes* à culpa liberat: Ἐπίνειον, inquit, καλεῖται τὸ ἐμπόριον, ἢ παρὰ τὸ ἐπικεῖσθαι αὐτὸ τῇ θαλάσσῃ, ἢ παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ὃ ἐπίνειον. Idem ναυτίζεσθαι etiam ſignificare, ille & Suidas teſtatur. Hic mihi locus manum injicit, auremque vellit, ut rurſum Ptolemaeo qualemcunque ab ingenio opem feram: ſic enim omnes, quos quidem viderim, Codd. in vulgus editi Τρίνασσος ἐπίνειον, Ego verò ἐπίνειον loco motum, & proximè antecedenti reddendum contenderim, ſcil. Γύθιον: quod Lacedaemoniorum navale fuiſſe omnes affirmant. Τρίνασος quoque unico σ ſcrib. quis ex Steph. Πολυγράφῳ contendat. SCHOTT.

96. *In Aſinaeo flumen Pamiſſum, In Cypariſſio Alpheus*] Scribe *Pamiſus*, non *Pamiſum*, & cum uno *ſ* tantùm, ex Strabone, Pauſania, Plinio, Ptolemaeo; apud quem tamen mendosè *Paniſus*, pro *Pamiſus*, & Latinè, & Graecè ſcriptum eſt. Legendum praeterea *Cypariſſio*, non *Cypariſſia*, de ſinu enim loquitur. PINTIAN.

97. *Hinc Cypariſſus; Illinc Aſine*] Scribe, *Huic Cypariſſus, illi Aſine*. IDEM

98. *Meſſenii Pyliique terras colunt, & ipſa pelago Pylos adjacet.*] Tres fuere urbes *Pyli*. *Pylus Meſſeniae*, regni Neſtorei, alio nomine *Coryphaſium*. Alia *Arcadiae* patria Neſtoris. Tertia *Eleae* regionis propè petram *Oleniam*. Haec ex Homeri Expoſitore. Ceterùm plaga ab utraque parte Alphei fluvii *Pyliorum terra* dicitur. Et cùm ſint tres *Pyli*, ut dixi; *Pylus*, Neſtoris patria (quae & *Triphyliaca* dicitur & *Lepreatica* & *Arcadica*) à mari remota eſt ſtadiis XXX. Reliquae mari propinquae. At *Pylum* Neſtoris regiam Homerus in principio III. lib. *Odyſſeae*, mari propinquam facit. Item Ptolemaeus in ora eam locat. Cui contributae erant non ſolùm aliae *Pyli*, ſed etiam ſex amplius urbes. *Enneapolin* enim fuiſſe *Pylum* Enarrator Homeri prodit, hoc ſignificaſſe ſcribens, novem illas ſedes, quas in litore Pyliorum Homerus fuiſſe tradit. De qua Ovidius:

> *Nos Pylon antiquam Neleia Neſtoris arva* &c.

Et Strabo omnia loca Neſtori ſubdita

Lacedaemon, Amyclae, mons Taygetus: in Meſſenia, [54] Meſſene & [55] Methone: [56] in Achaia atque Elide, quondam Piſae Oenomai, Elis etiam nunc, delubrumque Olympii Jovis, [57] certamine gymnico & ſingulari ſanctitate, [58] ipſo qui-

53. *Laconide*] In medio Peloponneſi. OLIVAR.

54. *Meſſene*] *Miſſetia.* IDEM.

55. *Methone*] *Modona* nunc. IDEM.

56. *In Achaia atque Elide quondam Piſae Oenomai*] Legendum puto inverſis dictionibus, *Piſae Oenomai quondam.* ut Melae cum Plinio conveniat. Cui ut ſuppetias ferremus, libenter incidimus in hanc mentionem. Is lib. IV. *Piſa*, inquit, *eorum quondam oppidum praefluente Alpheo amne.* Corrige: *Piſa Oenomai quondam oppidum*, &c. Unde apparet legendum hic *Piſa*, non *Piſae.* Nam *Piſae* urbs Italiae, multitudinis numero dicitur, Peloponneſi verò *Piſa* unitatis numero, ex Strabone, Stephano, Diodoro. Lucanus quoque noſter:

*Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Piſae.*

Et Statius quarto *Thebaidos:*

——— *depreſſae populus ſubit incola Piſae.*

& ſeptimo:

*Oenomaum ſua Piſa refert.*

Accedit Demetrii Triclinii nobilis Grammatici auctoritas, qui in enarratione Pindari appellatam ait *Piſam* Peloponneſi à *Piſa* filia Endymionis. Sed & Pindarus ipſe *Piſam* numero ſingulari nominat. De *Piſa* regia Oenomai Strabonis verba ſunt in octavo: *Tractus autem ipſe Piſae plurimum nominis conſecutus eſt, in primis propter principes ipſos longè latéque potentes, Oenomaum ſcilicet, ejuſque ſucceſſorem Pelopem & illius filios complures. Salmoneus quoque hoc loco imperitaſſe traditur.* PINTIAN.

57. *Certamine gymnico & ſingulari ſanctitate, ipſo quidem tamen ſimulacro, quod Phidiae opus eſt, maximè nobile.*] Lego mutato loco illius particulae *quidem: Certamine quidem gymnico & ſingulari ſanctitate, ipſo tamen ſimulacro, quod Phidiae*, &c. IDEM.

58. *Ipſo quidem ſimulacro*] Sic Voſſius, quum priores ederent *ipſo quidem tamen ſimulacro*, quod etiam in MS. fuit mihi obvium. Chiſſanus habebat *ipſoque tamen ſimulacro.* Certè juſtam cauſam non habuit Voſſius, cur aut voculam hanc expelleret, aut neſcio qua conjectura ſuffocaret, quae prorſus eſt Pomponiana: nam ſic planè lib. II. cap. 5. *Maſſilia olim inter aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita diſſimillimis tamen vicina gentibus.* lib. I. cap. 9. *Labyrinthus magno & inde explicabili tamen errore perplexus.* Haec poſueram tuendae veteris ſcripturae cauſâ, quum Voſſius mihi impingit nihil me aliud agere, niſi ut oſtendam *tamen* eſſe Latinum. Quaſi in duobus illis locis ea vox non potuerit omnino abeſſe ſine damno ſententiae ullo, perinde ut in hoc noſtro loco, quum tamen ut in illis, ita in hoc voluiſſe videatur Mela additam. Sed praeterea quid vult? nempe [quaeritur utrum *quidem tamen* conjunctum ſit Latinum.] Cur non à ſe ita rogat de illo *transjugare?* An ejus-

quidem tamen ſimulacro (quod Phidiae opus eſt) maximè nobile. Arcadiam Peloponneſiacae gentes undique incingunt. [59] In ea ſunt urbes [60] Pſophis, Tegea, [61] Orchomenos; [62] montes Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Maenalus; flumina Erymanthus & Ladon: in Aetolia [63] Naupactos, in Acarnania Stratos, oppida: in Epiro Dodonaei Jovis templum; & fons ideò ſacer, quòd cùm ſit frigidus, & immerſas faces, ſicut ceteri, exſtinguat, ubi ſine igne procul admoventur, accendit. At cùm litora leguntur, [64] à promontorio

eiusdem hominis eſt. ſic loqui & ſcribere ad cap. 5. [ *Tunc poſt an alibi apud Melam occurrat, quaerant, qui nugas bonis volunt redimere horis.* ] Agnoſcis vulpinam varietatem, modò ſuas nugas ſic verbis commendet. Nam & ſic non deſinit ad cap. 5. nugari aliquid de junctis *etiam aliogqin.* Quid ſi juncta occurrant, an tum Mela in ſalvo erit? Perinde etſi non occurrant juncta. Potuit enim Mela junxiſſe, quae ab aliis non jungerentur. Ut haec ſcripſit Voſſius, quum jam eſſet ἐν τῇ κοινῇ, diſcat etiam nunc igitur, quod tum neſcivit. Appulejus in *Apologia: & quidem C. Lucilium. quamquam ſit jambicus, tamen improbarim.* Cur placuit autem ſic mentiri in ſequentibus? dicit enim. [ E libro, quem contulit, hanc profert lectionem, *ipſoque tamen ſimulacro.* ] Nunquam dixi à me collatum eſſe codicem Chiſianum: in Mſto, quem contuli, quomodo mihi fuerit obvium, dixi. Itaque poſt nugas, poſt odium ſui, poſt mendacia, quid immorabimur futiliſſimae transpoſitioni ejus? GRONOV.

59. *In ea ſunt urbes Pſophis, Tenea* ] Scribo *Tegea*, non *Tenea*, etſi aliter ſentiat Hermolaus. Nam Mela, ut ſaepe dictum eſt, celeberrima quaeque refert; *Tegea* autem, nobile oppidum eſt Arcadiae, Geographis omnibus, Hiſtoricisque ac Poëtis. & in primis Homero: ut credibile non ſit in relatione Arcadiae omiſſa eſſe à Mela, qui locorum veluti flores delibat. PINTIAN.

60. *Perſophiſtenia* ] Legendum, *Pſophis & Tenia.* De *Pſophide*, unde Aglaus ille Pſophidius, Auctores omnes. De *Tenia* Cicero in *Epiſtolis ad Atticum.* BARBARUS.

61. *Et Orchomenon* ] Scribe *Orchomenos*, non *Orchomenon*, ex Strabone, Ptolemaeo, Pauſania in *Boeoticis*, & Homeri Interprete. Idem error caſtigandus in Plinio. PINTIAN.

62. *Montes Pholoë, Cyllenius* ] Lego *Cyllene*, non *Cyllenius*, ex Strabone, Stephano, Plinio, & Halicarnaſſeo Dionyſio, adjecta etiam ratione unde ſic dicatur, lib. 1. *Cyllenius* enim poſſeſſivum eſt, non proprium nomen. IDEM.

63. *Naupactos* ] Hodie *Lepanto.* OLIVAR.

64. *A Sepiade promontorio per Demetriam & Boion & Phtheleon, & Echinon ad Pagaſeum ſinum curſus eſt* ] Scribendum *Demetriada*, non

torio Sepiade per Demetrion & [65] Halon & Pteleon & Echinon ad Pagaſaeum ſinum curſus eſt. [66] Ille urbem Pagaſam amplexus, amnem Sperchion accipit: [67] &, quia Minyae Colchida petentes inde [68] Argo navem ſolvêre, memorantur. Ab


non *Demetriam* ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano, & Plinio. Item, *Pteleon* non *Phthelaon* ex Strabone, Stephano, Plinio, Homero. Item non video quomodo hic *Bolon* ut Hermolaus caſtigavit defendi poſſit; quum ſit *Boion* urbs in mediterraneo Doridis Ptolemaeo. *Doris* autem nullam partem occupat in hac ora Magneſſae, quam refert Mela, ut planum eſt ex Ptolemaeo & ceteris. Quapropter commodius hic legetur, ut ſentio, *Boebon* quàm *Boion*. Eſt enim *Boebos* Stephano, Theſſaliae urbs, quam ab Homero vocatam ait *Boeban*. Quo in loco temperare mihi non poſſum, quin profitear neſcire me, quare Stephanus idem, tradat *Boion* urbem Doridis nominari ab Homero *Boeben*, quum *Boebe* Homerica in Theſſalia ab ipſo Homero reddatur, cum *Iolco*, & aliis civitatibus Theſſaliae. Ad haec res eſt non vulgaris quaeſtionis, cur Mela dicat curſum eſſe à Sepiade promontorio ad ſinum Pagaſeum per Demetriadem: cùm Demetrias ipſa ſit, ut placet Ptolemaeo in ſinu Pagaſeo, quem Ptolemaeus ipſe Pelaſgicum appellat. Nimirum ſequitur Mela opinionem Artemidori, qui, teſte Strabone lib. x. procul à Demetriade ſubmovet ſinum Pagaſeum ad ſubdita Philoctetae loca. Sciendum praeterea in nomine hujus ſinus magnam eſſe inter auctores differentiam. Ptolemaeus, ut dixi, *Pelaſgicum* appellat: Plinius *Pagaſicum*. Strabo in *Selectis*, & Stephanus *Pagaſiticum*: Mela *Pagaſeum*. PINTIAN.

65. *Balon, & Pthelon, & Ethinion*] Scribendum, *Bolon & Pteleon & Chinon*, ut libro Plinii quarto evidentiſſime oſtendimus. BARBARUS.

66. *Ille urbem Pagaſam amplexus*] Lego plurali numero *Pagaſas*, non *Pagaſam*, ex Strabone, Ptolemaeo, Herodoto. Erratum idem in Plinio. PINTIAN.

67. *Et quia Minyae Colchida petentes inde Argo navem ſolvere memorantur.*] Deſideratur procul dubio hic nomen *Aphetae*. Lucus eſt Theſſaliae in ſitu Pagaſitico, unde ultimo Argonautae ſolverunt. Scribe igitur ſic: *Aphetae quia Myniae Colchida petentes*, &c. ex Strabone, Stephano, Herodoto, Apollonio, qui tamen ut litoris meminit, non ut urbis. IDEM.

68. *Argo navem*] Cujus memoriam ut ſignaverint Magnetes, pa-



tere volui ex nummo adjecto. Sicut & Nemeſin cum Acrocorintho cernes. GRONOV.

69. *Ma-*

Ab eo ad Sunium tendentibus illa praenaviganda; [69] Maliacus & Opuntius, grandes ſinus, & in his caeſorum etiam Laconum tropaea [70] Thermopylae, [71] Opoës, Scarpha, Cnemides, Alope: Anthedon, Larymne, [72] Aulis Agamemnoniae Grajorumque claſſis in Trojam conjurantium ſtatio: Marathon magnarum multarumque virtutum teſtis, jam inde à Theſeo, [73] Perſica maximè clade pernotus: [74] Rhamnus parva, illuſtris

69. *Maliacus & Opuntius, grandes ſinus* ] Immo legendum *non grandes ſinus*. Nam in ora Locrorum ſunt ambo à duabus eorum civitatibus *Malieo* & *Opunte* nominati; tota autem illa Locrorum ora vix excedit ducenta ſtadia, auctore Strabone in nono: ex quibus quadraginta tantum ſtadiorum eſt ſinus Opuntius, ut idem Strabo tradit libro eodem. PINTIAN.

70. *Thermopylae Opoës* ] Scribe *Opûs* cum circunflexo, non *Opoës*, ut legit Hermolaus: Poëtae enim perfectis utuntur; Oratores contractis. Denique ſic Ptolemaeus, ſic Strabo, ſic Pauſanias, ſic Plinius, ſic omnes proferunt, IDEM.

71. *Oroes carphanemides*, ] Scribendum arbitror, *Opoës*, *Scarphia*, *Cnemides:* ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Eſt autem *Opoës*, *id eſt*, Ὀποῦς, eadem, quae & *Opus Opuntis* κατὰ κρᾶσιν dicitur. Erat & in Achaiâ *Opoës* altera, & in Elide item altera, Stephanus. BARBARUS.

72. *Aulis . . . . commorantium ſtatio*] Hinc in Grammat. Commentariis Graecis ἀπὸ τοῦ ἀλισθῆναι ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, litera υ interpoſita derivatur: Homerus . . . . Lucretius . . . . & Statius,

*Prima rates Danaas Hecateria congregat Aulis.*


SCHOTT.

73. *Perſarum maxima clade pernotus* ] Scribendum *maximè*, non *maxima*. PINTIAN.

74. *Rhamnis* ] Scribe *Rhamnus*. BARBARUS.

*Rhamnus parva, illuſtris tamen, quod in ea fanum eſt Amphiarai & Phidiaca Nemeſis* ] Et hunc locum comminutum eſſe, & corroſum, multaque deeſſe verba pro comperto habeo. Nec enim in oppido Atticae Rhamnunte fuit fanum Amphiarai, ſed in agro Oropi; qui locus celeberrimus alioquin eſt, medius inter Boeotios & Atticos, magnarumque utriſque contentionum materia. Sic invenies apud Pauſaniam in *Atticis:* ſic apud Strabonem, qui loco nomen dedit *Pſaphis:* ſic apud Plinium, qui lib. XVI. apud Thebas periiſſe Amphiaraum tradit. Strabo in nono, *Graeca*, inquit, *Oropo vicina eſt & Amphiarai ſacellum.* Demetrius quoque Triclinius in enarratione Pindari auctor eſt, apud Oropum Boeotiae terram Amphiaraum abſorbuiſſe & Oropi fuiſſe ejus oraculum, certaminaque illic celebrari ſolita, quae ab ejus nomine *Amphiaraia* vocarentur. Quam ob rem puto reſarciri poſſe hunc locum ſi ſic legatur: *Rhamnus & Oropus parvae; illuſtres tamen, quòd in hac fanum eſt Amphiarai, in illa Phidiaca Nemeſis.* Fefellerunt haec Solinum. PINTIAN.

ſtris tamen, quòd in ea fanum eſt Amphiarai &




Phidiaca Nemeſis: [75] Thoricos & Brauronia, olim urbes, jam tantùm nomina. Sunium promontorium eſt, finitque id litus Hellados, [76] quod ſpectat orientem. Inde ad meridiem terra

* *Rhamnus parva*] Melae lectionem vulg. confirmat Solinus, niſi hunc ille in errorem induxit. Diſcrepat tamen: *Dianam* enim non *Nemeſim* Phidiae opus fuiſſe ſcribit cap. 13. *Delphi*, inquit, *Rhamnus quoque, in qua Amphiarai fanum & Phidiacae ſignum Dianae.* Pauſanias *Atticis* à nobis ſtat, & *Rhamnuſia Nemeſis* in Prov. ceſſit; nec temerè eſt quod vulgò dictitant. Schott.

75. *Phoricos Brauronia,*] Scribendum *Thoricos, Brauron, Ion:* ex Strabone, Plinio, qui de *Thorico* in metallicis habet mentionem. Erat verò *Thoricus* Acamantidis curiae plebecula. Hecataeus urbem eam fuiſſe tradit in Attica, à qua *Thoricii Thoricenſesque* dicantur. Nam *Thoracenſes* alia plebs erat, ex Antiochide curia, quam *Thoras* vocabant. Barbar.

*Thoricos, Brauron olim urbes*] Legebatur anteà; *Thoricos, Brauronia olim urbes:* Hermolaus caſtigavit, *Thoricos, Brauron, Ion:* &c. Pintian.

76. *Quod ſpectat ad Orientem.*] Scio ſic lib. III. cap. 7. *ad Meridiem ſpectans:* & ſimiliter alibi. Sed hoc loco praepoſitionem neuter MSS. agnoſcebat. Et ſic forſan alii codices quoque: ut certè nunc etiam de tertio Mediolanenſi teſtari poſſum, quoſcunque plurès & meliores Voſſius poſſit (& quid non ille poſſit) oſtendere, à quibus non abſit. Certè non gravior nunc cauſa fuit inſerendi eam, quàm lib. I. cap. 4. *totum latus quod Meridiem ſpectat usque in Aſiae confinia poſſident.* lib. I. cap. 15. *Etiam quà ſpectat Orientem.* lib. II. cap. 6. *Quà Septentrionem ſpectat.* lib. II. cap. 7. *Pachynum quod Graeciam ſpectat.* lib. III. cap. I. *Quà mare Atlanticum ſpectat.* lib. III. cap. 6. *Quà Oceanum ſpectat.* lib. III. cap.

terra convertitur [77] usque ad Megaram, Atticae ut modò latere, ita nunc fronte pelago adjacens. Ibi eſt Piraeeus Athenienſium portus: [78] Scironia ſaxa,

cap. 7. *Terrae ſpectantis Orientem.* Neſcio quid Voſſio acciderit, qui quum citaſſet lib. II. cap. 3. *In eo ad Septentrionem ſpectare litora incipiunt*, & monuiſſet legendum *Septentriones*, tamen edi curavit *in eo Septentriones ſpectare litora incipiunt*, ſine ulla auctoritate & negligenter. Haec quoque vox perusſit Voſſium. Itaque non obducit abſentiam ſuam Bruxellenſem, non Librarii perſonam, ſed ait. [In eo quod ſequitur *ad Septentriones* ubi aliter in Obſervationibus ac in ipſo Mela additur praepoſitio, id ut paſſim alibi, ita quoque hoc factum eſt loco ad ſignandam variantem lectionem, liberum relinquentes Lectori, quam vellet eligere.] Quaeſo te, Lector, an alibi citatum à me *ad Septentriones?* prout tamen legi debet, habetque Mediolanenſis. Credisne autem ita Voſſium ſollicitum tui fuiſſe, adeóque indulgentem? Quid legere tamen poteras, ſi non perfectè aperiret? Nulla fuit dubitatio illic in vocula *ad*. In eam enim conſentiunt omnia exemplaria. Quaeſo autem, conſidera, quid ſit illud *relinquentes*. Prae impotenti bile conſtruere nequivit. Quin etiam pari & cura & veritate in ejuſdem editione legitur lib. III. cap. 8. *Tigris ita deſcendens in litora permeat*, quum omnes Editiones his inferant voculam *usque*, quam ab tribus MSS. confirmatam & agnitam ſcio, nec dubitans de aliarum membranarum conſenſu eam rurſus appoſui, maximè quum ſic quoque loquatur plus vice ſimplici Auctor. GRONOV.

77. *Usque ad Megaram*] Nunc eſt *Alcathoe*. OLIVAR.

*Usque ad Megaram Atticae*] Lego *Megara* genere neutro, non *Megaram*, ex omnibus. PINTIAN.

78. *Scyronia ſaxa ſunto quondam Scyronis*, &c.] Scribendum *Scironia*, vel per duplex *rr Scirrhonia*, ſemper cum *i* in prima ex innominato apud Graecos Scriptore, de ſignis aquarum & ventorum; qui ait petras in Megaride *Scirrhonidas* appellari. Eſt autem nomen eis inditum à latrone *Scirone*, quem ab eis Theſeus in ſubjectum mare praecipitavit, auctore in *ejus Vita* Plutarcho, & Diodoro in quinto. Latronem Plutarchus modò *Scironem*, modò *Scirrhonem* appellat cum *i* ut dixi in prima. Ariſtoteles ſecundo *Meteorῶn*, ventum, qui à petris dictus eſt, *Scirrhonem* cum *ei* diphthongo nuncupat: quam Orthographiam ſecutus eſt etiam ejus Enarrator Alexander Aphrodiſeus. Pauſanias in fine *Atticorum* latronem *Scirona* vocat cum *i* tantum. Itemque Herodotus in *Urania*, *Scironida* viam in Iſthmo à *Scirone* latrone nominatam ſcribens. Euripides in *Heraclidis*, *petras Scironidas* cum *ei* diphthongo appellat. Quem ſecutus Alexandrinus Heſychius [illegible], *Sciron*, inquit, *'Αργέστης dicitur; videtur autem à petris Scironidibus flare.* Licet in Heſychio non *'Αργέστης*, ſed *'Αρχέτης*, perperam ſcriptum ſit. Strabo quoque in initio noni, & petras *Scironidas* & latronem *Scironem* eadem diphthongo ſcribit: *Hoc loco*, inquit, *res Scironis & Pityocaptae à Poëtis memorantur, qui partem eam regionis, quae montana dicitur, depopulabantur, quos Theſeus peremit. Ab his jugis procellas cientem à laeva Argeſtèn, Scironem Athe-*

ſaxa, ſaevo quondam Scironis hoſpitio etiam nunc infamia. Megarenſium tractus Iſthmon attingit, ([79] Diolco cognomen eſt:) qui quatuor milium ſpatio Aegaeum mare ab Ionio ſummovens, anguſto tramite Helladi Peloponneſon annectit. In eo eſt [80] oppidum [81] Cenchreae: fanum Neptuni, ludis, quos Iſthmicos vocant, celebre: [82] Corinthos, olim clara opibus, pòſt clade notior, nunc Romana colonia, ex ſumma

*Athenienſes cognominarunt. Poſt petras Scironidas promontorium imminet Minoa.* Haec Strabonis verba adduxi, ut laborantibus Latinis ejus codicibus opem ferrem, in quibus partim Interpretis culpa, partim Librariorum, malè ſcripta erant. Quin & Nicander in *Theriacis*, & ejus Enarratores *Scironem* cum eadem diphthongo ſcribunt. Orthographiam hanc tam moroſè praeter conſuetudinem meam proſecutus ſum, quod recentiores Litteratores, velut conjuratione facta, ad unum omnes in ſuis Lexicis per *y* ſcribunt. Praeterque in cunctis ferè Latinis Auctoribus non aliter invenias; inter quos eſt etiam Seneca conterraneus noſter; ut ego quoque caſtrenſi verbo utar, quinto *Naturalium Quaeſtionum*. IDEM.


79. *Hoc illi cognomen eſt, quia quinque millium ſpatio*, &c.] Temporibus Melae quid ſignificaret *Iſthmos*, & dictionis ejus Etymon puto fuiſſe omnibus luce clarius. Itaque nullum erat operae precium Auctori gravi, & verborum parciſſimo, ea docere quorum nemo ignoratione teneretur: aut ſi omnino ſtabat ſententia, tanto ſua tempora beneficio afficere; cur non ſuprà antevertit in Cherroneſo Thraciae, cujus anguſtias dixit appellari *Iſthmum*. Legendum itaque, ut opinor, ſic: *Hic quinque millium paſſuum ſpatio Aegaeum mare ab Ionio ſubmovens*, &c. reliqua ſuperfluunt. IDEM.

*Hoc illi cognomen*] Gloſſema putat Pintianus: mihi tamen ſine libris vett. delere religio ſit; quòd non infrequens ſit Graecis Latiniſque Auctoribus etiam ſuo ſeculo notiſſima inculcare, quòd de poſteritate exteriſque cogitarent. Non longè abiero. Lib. III. cap. I. Oceani aeſtum explicat, & Solin. cap. 26. lib. III. ab v. c. Livius *furcae* quid fuerint. Omitto innumera. Suprà de ſaxis Scyroneis Ovid. VII. *Transform.* legend. SCHOTT.

80. *Oppidum Chencerea:*] Scribendum *Cenchreae*, auctor Strabo, Plinius, ceteri. BARBARUS.

81. *Cenchreae, fanum Neptuni, ludi, quos Iſthmicos vocant, celebres*] Emendatior lectio: *Cenchreae, fanum Neptuni ludis, quos Iſthmios vocant, celebre.* Strabo in octavo: *In Iſthmo*, inquit, *Neptuni, quem Iſthmium vocant, templum eminet, picearum arborum luco circumcluſum, ubi ludos Iſthmios Corinthii celebrare ſoliti ſunt.* PINTIAN.

82. *Corinthos,*] Nunc *Gorante*, OLIVAR.




ma arcè, quam Acrocorinthon appellant, maria utraque contuens. Peloponneſi oram (ſicut diximus) ſinus & promontoria lacerant: ab oriente Bucephalos, [83] & Cherſoneſus, & Scyllaeon: ad meridiem [84] Malea, [85] Taenaros, Acritas, [86] Ichthys: [87] ad veſperum Chelonates, & Araxos.

83. *Et Cherſonneſus & Scylleon:*] Scribendum cum *ae* diphthongo *Scyllaeon*, ex Strabone, & Stephano, à Scylla Niſi filia nominatum, ut iidem tradunt. In Ptolemaeo *Scillion* vitioſè. PINTIAN.

84. *Malea*,] Nunc *Malvaſia*. OLIVAR.

85. *Taenaros*,] Nunc *Escapolis*. IDEM.

86. *Ichthys ad veſperum*] Concinnius fort. *Ad veſperum Ichthys*. Nihil tamen neceſſè mutare, ſi rectè interpungatur. SCHOTT.

87. *Ad veſperum Chenolates, & Araxos.*] Scribendum alterutro modo. aut *Cholonites*, quod mallem ex Ptolemaeo; aut *Chelonatas* declinatione Dorica ex Strabone: qui error & in Plinio caſtigandus. Ceterùm advertendum attentiore cura verba, quae poſt haec protinus leguntur, confuſo turbatoque ordine ſcripta eſſe, non qualem tenuiſſe Pomponium monſtrarent puto ejus exemplaria, ſi non truncata, ut dixi, & tot lacerata plagis ad nos perveniſſent. Naturalis enim ordo narrandi depoſcebat, ut expoſitis promontoriis continuò ſubjiceret ſinus ipſis promontoriis incluſos, deinde nobiliores populos, civitates, portus & fluvios, quos ſinus ipſi cingerent. Videntur igitur, quae pòſt ſequuntur, verba permutato ordine ſcribenda hoc contextu: *Ad veſperum Chelonatas & Araxos. His litoribus appoſiti ſinus. Inter Scyllaeon & Maleam Argolicus. Inter hanc & Taenaron Laconicus. Hinc ad Acritam Aſinaeus. Inde ad Ichthyn Cypariſſius. Habitant ab Iſthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aeſculapii templo inclyti, & Troezenii, fide ſocietatis Atticae illuſtres. Portus Saronicus, & Schoenos, & Pagonus. Oppida autem* Epi-

[88] Araxos. Habitant ab Iſthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aeſculapii templo inclyti, & Troezenii, fide ſocietatis Atticae illuſtres. [89] Portus [90] Saronicus, & Schoenitas, [91] & Pogonus: oppida autem [92] Epidaurus, & [93] Troezene, & Hermiona his litoribus appoſita ſunt. Inter [94] Scyllaeon & * Malean, ſinus Argolicus dicitur: inter Malean & Taenaron, Laconicus: inter Taenaron & Acritan, *Aſinaeus: inter Acritan* & Ichthyn, Cypariſſius. In Argolico ſunt noti amnes, Eraſinus atque Inachus, & notum oppidum Lerne: in Laconico [95] Gythius & Eurotas:

*Epidaurus & Troezen & Hermione. In Argolico ſunt noti amnes*, reliqua. PINTIAN.

88. *Taraxos.* ] Scribendum *Araxos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, & infrà Pomponio. Item non *Achritas*, nec *Iſthis*, ſed *Acrytas* & *Ichthys*, de quo Thucydides, & ceteri. BARBARUS.

89. *Portus Saronicus*, ] *Saronem* locum eſſe Troezenis Stephanus ſcribit. Is nimirum portus eſt *Saronicus* Pomponio. PINTIAN.

90. *Sardonicus & Schenitas*, nec multò poſt, *Thalonetas* ] Scribendum, *Sarronicus*, & *Schoenitas*, & *Chalonetas*. De *Schoenita* fuit, quando *Caenitam* legi poſſe credidi, ut illo loco Plinii, *Portus*, inquit, *Caenitas* & *Sarronicus*. Quoniam *Caenae* urbs Ptolemaeo Pauſaniaeque ad Taenarum montem erat. Quia verò non inter Scyllaeum & Iſthmum ſunt *Taenae*, ſed mediis Argolico & Laconico finibus ad *Taenarum*, & omninò procul à *Sarronico*; vertimus ferè ſententiam, & *Schoenitam* potiùs quàm *Caenitem* & hic & in Plinio defendimus. Eſt autem *Scyllaeum*, ubi *Hermione*, auctor Strabo. Habetur verò & portus *Schoenus*, ſed in Attica, ut conſtat iiſdem auctoribus Ptolemaeo ac Stephano. BARBARUS.

91. *Et Pagonus:* ] Scribo *Pogonos* ex Strabone, & Herodoto. Strabonis Interpres *menti* vertit, quod etſi vox ea Latinè ſignificet, retinere tamen priſcum nomen debuit, non interpretari; magna, ſi aliter fiat, occaſione allucinandi ſtudioſis. PINTIAN.

92. *Epidaurus* ], Nunc *Limera*. OLIVAR.

93. *Troezen* ] Nunc *Predena*. IDEM.

94. *Scylleon* ] *Damala* nunc, promontorium. IDEM.

* *Maleum promontorium* ] *Cabo de Malvaſia*. IDEM.

95. *Gythius* ] Lego *Gythium*, terminatione neutra, non *Gythius*, ex Ptolemaeo, & Polybio in quinto, qui cum *i* in ſecunda ſcribunt. Stephanus cum *ei* diphthongo: Xenophon ſecundo *Hellenicûn* & Pauſanias variant, modò per *i* ſimplex, modò cum diphthongo. Caſtigandus in tranſcurſu Graecus Ptolemaei codex: in quo duabus civitatibus deinceps poſitis *Gythio* & *Trinaſſo*, poſteriorem ait eſſe navale Lacedaemoniorum: quum ſit è contrario *Gythion* ſive *Gytheum* navale Lacedaemoniorum,

Eurotas: in ipſo Taenaro Neptuni templum, & ſpecus, illi, quem in Ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis: [96] in Aſinaeo flumen Pamiſſum; in Cypariſſio Alpheus; nomen dedit urbs in litore ſita, [97] huic Cypariſſae, illi Aſine: [98] Meſſenii Pyliique terras colunt; & ipſa

rum, non *Trinasſos*, ut teſtantur Cicero tertio *Officiorum*, Livius in Bello Macedonico, Polybius, & Strabo. Cum Interpres neſcio quid ſibi volens, pro ἐπίνειον, hoc eſt, navale, *emporium* convertit. Nec *Trinasſos*, ut hoc quoque notem, in Ptolemaeo rectè ſcriptum eſt cum duobus *ſſ* & accentu in prima. Scribendum enim cum unico *ſ* & accentu in ultima, ſic dicta à tribus inſulis exiguis è regione ipſius urbis, auctore Pauſania in *Laconicis*. PINTIAN.

*Gythius* ] Reprehendit Freden. Strabonis Interpretem quod ἐπίνειον *emporium* converterit: quem Thucydidis *Scholiaſtes* à culpa liberat: Ἐπίνειον, inquit, καλεῖται τὸ ἐμπόριον, ἢ παρὰ τὸ ἐπικεῖσθαι αὐτὸ τῇ θαλάσσῃ, ἢ παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ἐπινίδας ἀγορὰς, ἢ ἐπίπλοιον. Idem ναύσταθμον etiam ſignificare, ille & Suidas teſtatur. Hic mihi locus menem injicit, aureraque vellit, ut rurſum Ptolemaeo qualemcunque ab ingenio opem feram: ſic enim omnes, quos quidem viderim, Codd. in vulgus editi Τρίνασσος ἐπίνειον, Ego verò ἐπίνειον loco motum, & proximè antecedenti reddendum contenderim, ſcil. Γύθιον: quod Lacedaemoniorum navale fuiſſe omnes affirmant. Τρίνασος quoque unico σ ſcrib. quis et Steph. Πολυγράφῳ contendat. SCHOTT.

96. *In Aſinaeo flumen Pamiſſum, In Cypariſſia Alpheus*] Scribe *Pamiſus*, non *Pamiſſum*, & cum uno *ſ* tantùm, ex Strabone, Pauſania, Plinio, Ptolemaeo; apud quem tamen mendosè *Paniſus*, pro *Pamiſus*, & Latinè, & Graecè ſcriptum eſt. Legendum praeterea *Cypariſſio*, non *Cypariſſia*, de ſinu enim loquitur. PINTIAN.

97. *Hinc Cypariſſus; Illinc Aſine* ] Scribe, *Huic Cypariſſus, illi Aſine*. IDEM

98. *Meſſenii Pyliique terras colunt, & ipſa pelago Pylos adjacet.*] Tres fuere urbes *Pyli*. *Pylus Meſſeniae*, regni Neſtorei, alio nomine *Coryphaſium*. Alia *Arcadiae* patria Neſtoris. Tertia *Eleae* regionis propè petram *Oleniam*. Haec ex Homeri Expoſitore. Ceterùm plaga ab utraque parte Alphei fluvii *Pyliorum terra* dicitur. Et cùm ſint tres *Pyli*, ut dixi; *Pylus*, Neſtoris patria (quae & *Triphylíaca* dicitur & *Lepreatica* & *Arcadica*) à mari remota eſt ſtadiis XXX. Reliquae mari propinquae. At *Pylum* Neſtoris regiam Homerus in principio III. lib. *Odyſſeae*, mari propinquam facit. Item Ptolemaeus in ora eam locat. Cui contributae erant non ſolùm aliae *Pyli*, ſed etiam ſex amplius urbes. *Enneapolin* enim fuiſſe *Pylum* Enarrator Homeri prodit, hoc ſignificaſſe ſcribens, novem illas ſedes, quas in litore Pyliorum Homerus fuiſſe tradit. De qua Ovidius:

> *Nos Pylon antiquam Neleia Neſtoris arva* &c.

Et Strabo omnia loca Neſtori ſubdita

ipſa pelago Pylos adjacet. Cyllene, Enneapolis, [99] Patrae oram illam tenent, in quam Chelonates & Araxos excurrunt: ſed Cyllene, quòd Mercurium ibi natum arbitrantur, inſignis. Rhion deinde [100] (maris id nomen eſt) anguſtè, & [101] velut freto, latus orae ſequentis incidens [102] inter Aetolos & Peloponneſiacos, usque

dita quaè fuerunt tria, *Olympia* cujus pars Piſa, & *Triphylia*, & *Cauconia*, & univerſam illam plagam usque ad Meſſenem *Pylum* appellaſſe Homerum refert. Legendum ergo in Mela: *At ipſa pelago Pylos adjacet*, hoc eſt; Pylios interiora colere: at civitatem Pylon Neſtoris regiam, mari propinquam eſſe. Pintian.

99. *Patrae*] Nunc *Patras*. Oliv.

100. *Maris id nomen eſt anguſti & velut fretro lacus ore frequenti incidens inter Aetolos*, &c.] Scribendum puto: *Maris id nomen eſt, anguſto ore velut freto, latiore fronte, incidens inter Aetolos*, &c. poſſet etiam legi, *anguſto ore velut fluvio*, ut de Gadibus: *Eaque à continenti anguſto ſpatio & veluti flumine abſciſſa.* & in Cilicia: *Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens.* Pintian.

101. *Velut freto*,] *Velut fluvio*, Pintianus emendat. Mihi *velut falce*, ut & Fr. Sanctio magis placet, cujus proprium *incidere*. μάντις δ' ἄριστος ὅς τις εἰκάζει καλῶς. Schott.

102. *Inter Aetolos & Peloponneſiacos usque ad Iſthmon irrumpit*] Id verò falſiſſimum eſt: nec ut hujus maris alteri lateri oppoſiti ſunt continuè Peloponneſiaci usque ad Iſthmum, ſic quoque Aetoli alterum latus eo usque poſſideant. Minimam certè litoris ejus partem habent Aetoli. Vitium foedum & tamen in omnibus editionibus, quas vidi, exhibitum, ut diſtinctio ponatur poſt τὸ *incidens*, quum manifeſtè conſtet diſtingui ſic debere, *Rhion latus orae ſequentis incidens inter Aetolos & Peloponneſiacos, usque ad Iſthmon irrumpit.* Vult enim idem modò declarare, quod Dicaearchus, Κωπάδα αὐτ' ἐς μέγας ἐστι κόλπος εἰς Ἰσθμὸν φέρει. Scilicet in his mihi placuit videre parentheſes, commata, cola ſeu alias Grammaticorum notas, ad quas deviat in Appendice Voſſius, in hoc quidem ſtolidè garrulus, quod etiam iſta *inter Aetolos & Peloponneſiacos* diſtingui poſſe his ſignis judicaret. De pravo inde intellectu mihi res fuit. Debuit enim Mela notare, ubi & apud quos populos incideretur hoc latus. Ubi autem dixi *falſum eſſe Aetolos pertingere ad Iſthmum?* Haec eſt Iſaaci Voſſii Latinitas. qui etiam gratè reperit *usque ad Iſthmum pertingere.* Sic eſt; non opus eſt, quia Peloponneſii, ideo quoque Aetoli in oppoſito litore usque ad Iſthmum continenter habitarint. Hoc verum credo. Sed qui junctim dicit mare inter Aetolos & Peloponneſiacos usque ad Iſthmum irrumpere, utrosque eodem modo conſiderat, idemque de duobus dicit. Etiam mentitur, dum ſcribit ſe commatis incluſiſſe ſola iſtaec verba *maris id nomen eſt*, quum fecerit Stephanus. Et quî credimus ab ipſo factum, quum cap. 4. ad voces *Circes domus aliquando Circeii* fateatur redundare comma,

uſque ad Iſthmon irrumpit. [103] In eo ſeptentriones ſpectare litora incipiunt. In his eſt Ae- 145
gion, & Aegira, & [104] Oluros, & Sicyon: at [105] in adverſis Pagae, Creuſis, Anticyra, Oeanthia, [106] Cirrha; [107] & notior aliquanto nomi-

ma, temerè à Librariis ſe abſente ădditum? Quin ſimile diſtinctionis vitium annotavi lib. II. cap. 5. Ubi de exitu ferè Rhodani ſic legitur in editis plurimis, *& ſubinde grandior, inter Volcas, & Cavaras emittitur*: niſi quod Sanctiana, *grandior, inter Volcas, & Cavaras emittitur.* Aliàe nugacies, *grandior, inter, Volcas, & Cav.* una Vadiana nullam diſtinctionem prorſus agnoſcente. Sed certè Rhodanus non emittitur inter Volcas & Cavàras, quum Cavares non ſint litorales, ſed inter Volcas & Avaticos emitti ſupponit ſatis clarè Mela, dum procedens in litore ab Maſſilia ad Rhodanum ſcribit Avaticorum ſtagnum contineri; quòd videlicet in illo contineri non poſſet, niſi illic eſſent Avatici: & Rhodanus *factus ſubinde grandior inter Volcas & Cavaras, emittitur* ita per Avaticos, quas ultimas voces neceſſe non habuit Auctor adnectere, ne ingenii ſui ſincerum nectar acidum redderet. Nec hoc intactum relinquit Voſſius irritatus poſtremis verbis meis, quae idcirco ſic verſat, ut debuerint ipſi magnam amaritudinem infodiſſe. Ceterùm res in eo vertitur, an *Cavares* fuerint litorales. Illos autem certè tales eſſe manifeſtè cognoſci ſcribit ex Strabone, [Cavaris non tantùm dictos illos, qui inter Iſaram & Druentiam habitarent, ſed & Salyas & omnes à Druentià ad mare Rhodanum accolentes gentes, Cavarum cenſeas fuiſſe nomine.] Caditne in hominem, ut aetatem eo uſque progreſſam mendacio tam vili dedecoret? Strabonis verba ſunt lib. IV. pag. 186. Οὐόλκαι γειτονεύουσι τῷ ποταμῷ τῷ Ῥοδανῷ, τοὺς Σάλυας ἔχοντες ἀντιπαρήκοντας αὐτοῖς ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοὺς Καουάρους. Ἐπικρατεῖ δὲ τὸ τῶν Καουάρων ὄνομα, καὶ πάντας οὕτως ἤδη προσαγορεύουσι τοὺς ταύτῃ βαρβάρους. Ubi hic mentio maris? aut gentium ad mare accolentium Rhodanum? in ſolo ſcilicet luxato Senis cerebro. Quid ſuſpicabimur dicturum fuiſſe ad haec verba Livii lib. XXI. cap. 26.? *Volcàrum agrum gentis validae: colunt autem circa utràmque ripam Rhodani.* Etiam Plinius lib. III. càp. 4. *Deſuviates* & *Cavarus* intus locat. GRONOV.

103. *In eo ad Septentrionem ſpectare litorà incipiunt.*] Sincerior lectio: *Ab eo ad Septentrionem*, &c. Similis menda caſtigata eſt ſuprà: *In Macedonia prima eſt Theſſalia*, pro *A Macedonia prima eſt Theſſalia.* PINTIAN.

104. *Oliros & Scion*] Scribe *Olyros*, ſive *Oluros*, & *Sicyon*, omnibus, qui unquam de hoc ſcripſerunt, teſtantibus. BARBARUS.

105. *In adverſis Pagecreuſis*,] Diſtinguendum, ut duo ſint, *Pagae*, & *Creuſis.* Plinius, *Megara*, inquit, *è regione Pagarum*, De *Creuſi*, auctor idem, & ceteri gregatim omnes, juxta *Pagas.* IDEM.

106. *Cyra*,] Scribendum *Cyrrha.* nam de *Anticyra* non convenit, aliis *Anticyram*, aliis *Anticyrrham* ſcribentibus; ut alibi notavimus. IDEM.

107. *Et notior aliquando nomine Calidon & Euenus*] Scribo, *& notiora aliquando nomina Calydon &*

nomine [108] Calydon, & Euenos, extra Rhion. In Acarnania maximè clara ſunt oppidum [109] Leucas; flumen Achelous. In Epiro nihil [110] Ambracio ſinu nobilius eſt. [111] Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, [112] & quae minùs mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes quae aſſidunt; Actum, Argia Amphilochis,

*Euenus.* Lucanus in ſexto,

> *Et Meleagracam maculatus ſanguine Neſſi.*
> *Euenos Calydona ſecat.*

Scribendum enim cum *y* tenui in ſecunda ex Strabone, Stephano, Homero, & omnibus. PINTIAN.

*Et notior aliquando* ] Nihil muto. Quidam libri *aliquanto.* SCHOTT.

108. *Calydon & Euenus* ] Juxta Calydonem amnis, circa collem Taphoſſum, ut Strabo lib. IX. quem Plinius *Taphraſſum* vocat. Vide Ovid. IX. *Metamorph. Calydonia* ſilva, & aper *Calydonius* prodigioſae magnitudinis, in ea à Meleagro interfectus, in Aetolia eſt: cum *y* in ſecunda ſyllaba. *Caledonia* per *e* ſilva Scotiae: utraque ſecunda longa & tertia brevi: quae res multos fefellit. Martialis lib. I. *Epigr.*

> *Nuda Calydonio ſic viſcera praebuit urſo.*

Ex lib. X.

> *Quinte Caledonios Ovidi viſure Britannos.*

Lucanus VI. *Pharſal.*

> *Unda Caledonios fallit turbata Britannos.*

& Auſonius *Moſella:*

> *Tota Caledoniis talis pictura Britannis.*

IDEM.

109. *Leucas,* ] *Leucate.* OLIVAR.

100. *Ambracio ſinu* ] Ab Ambracia civitate, quae nunc eſt *Leric.* IDEM.

111. *Facit ſinus qui anguſtis faucibus* ] Legendum fortaſſe, *Facit ſitus, quippe anguſtis faucibus,* reliqua. PINTIAN.

112. *Et quae minus mille paſſibus pateant* ] Polybius in quarto vix ſexcentis paſſibus ſcribit patere os ſinus Ambracii: cui ſubſcribit Strabo, paulò majus faciens quattuor ſtadiorum. In Plinii impreſſis codicibus locus hic mutilatus habetur: *Maximéque,* inquit, *nobilitatus Ambracius ſinus, faucibus ſpacioſum aequor accipiens.* Codex vetuſtus: *Maximeque nobilitatus Ambracius ſinus faucibus paſſuum.* Numerum autem Librariorum incuria praeteriit. Legendum igitur in Plinio, *paſſuum D.* Verùm expendamus exactiùs, an haec verba Pomponii aliò magis pertineant: nam auctore Thucydide lib. II. os ſinus Corinthiaci, ſive, ut ipſe nominat, *Criſaei,* quod Pomponius paulò antè *Rhion* vocavit, ſeptem eſt ſtadiorum: quae cùm propius accedant ad millenarium numerum, videntur *Rhio* potiùs convenire, quàm ori ſinus Ambracii: atque illuc eſſe transferenda, ut fortaſſe hic poſitus ſit alienus numerus; illic deſideretur proprius, & legendum ſit hic; *anguſtis faucibus quingentorum paſſuum.* Illic, *anguſto ore & quod minus mille paſſibus pateat, latiore fronte,* &c. IDEM.

chis, [113] Ambracia, Aeacidarum regna Pyrrhique. Buthroton ultrà eſt: deinde Ceraunii montes: ab his flexus in Adriam. Hoc mare [114] magno receſſu litorum acceptum, & vaſtè quidem in latitudinem patens, quâ penetrat ta- 160
men vaſtius, [115] Illyricis usque Tergeſtum, cetera Gallicis Italicisque gentibus cingitur. [116] Partheni & Dasſaretae prima ejus tenent: [117] ſequentia Taulantii, Encheliae, * Phaeaces. Deinde ſunt,

113. *Ambracia Aeacidarum regia Pyrrhique Butroton ultra eſt*] Quid attinebat addere *Pyrrhi*, poſt verbum illud *Aeacidarum?* quaſi Pyrrhus non fuerit unus Aeacidarum. Quod vel illo Silii verſu conſtat,

*Hic ſpolia Aeacidae; hic Epirotica ſigna.*

Puto igitur ſcribendum: *Ambracia Aeacidarum regia, Epirique Buthrotos ultima*: ut poſtremum verbum, *eſt*, redundet, uſitatiſſima Melae conſuetudine claudendi regiones his vocibus, *Finis*, *Terminus*, *Ultimus*, & hujusmodi. Eſſe autem ultimam urbem Epiri *Buthroton*, Occidentem verſus, Ptolemaeus, ut ceteris ſuperſedeam, tradit. Scribitur autem *Buthrotos* cum adſpiratione in media Stephano, Straboni, Ptolemaeo: & neutra quidem terminatione Ptolemaeo & Straboni, in *os* autem Stephano definit, qui per *t* exile in ſecunda proferri à Lepido tradit *Butroton*. IDEM.

114. *Magno ſeceſſu*] Maris Adriatici. OLIVAR.

115. *Illyricis*] Nunc ſunt *Sclavoni*. IDEM.

116. *Parthini & Dasſaretae*] Lego, *Partheni* ex Stephano, qui *Partho* urbe Illyria gentile nomen deducit Partheni. Sic etiam proferunt Plinius tertio, & Appianus in *Illyrico*. Strabo ſolus *Parthini* ſed vitioſè, ſicut & *Tibarini* in eodem legitur corruptè, pro *Tibareni*, & pleraque hujusmodi. Eadem quoque menda in Caeſaris *Commentariis*. *Daſaretios* verò Strabo in ſeptimo cum unico *ſ* & tertia Graecorum inflexione nominat. Stephano, & Polybio per duplex, & prima declinat. & *i* in penultima *Dasſaritae* ſunt; Ptolemaeo cum Strabone, ſed cum duobus *ſſ* *Dasſaretii*. Plinius *Dasſaretas*, ſed corruptè, ut reor, appellat. Videtur autem Strabo, quos aliàs nominaverat *Daſaretios*, rurſus diverſo nomine *Seſaraſios* dicere. Adeò Auctores alii ab aliis, nonnulli etiam à ſe ipſis diſſentiunt. PINTIAN.

117. *Sequentia paulatim Encholeae*] Lego: *Sequentia Taulantii, Encheleae*. Nam *Taulantii* in hoc tractu populi ſunt adeò clari, ut à nullo non celebrentur. Earum urbes ſunt *Dyrrhachium*, & *Apollonia* Ptolemaeo. Stephanus & *Taulantios* & *Taulantinos* vocari ait. Procopius *Talantios* appellat, ſi non eſt vitium in exemplari. *Encheleas* autem Strabo *Enchelias* nominat; Stephanus *Encheleas* & *Encheleos* & *Engelanas*. IDEM.

* *Phaeaces.*] Fuit quando putavi legendum non *Phaeaces*, ſed *Phrygi*: poſtea legi in Appiano ſecundo *bellorum civilium*, *Corcyraeos*,

 hoc

ſunt, quos propriè Illyricos vocant: tum Pyraei, & [118] Liburni, & [119] Iſtria. [120] Urbium prima eſt Oricum, ſecunda [121] Dyrrachium: Epidamnos antê erat: Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt. Ultrà ſunt Apollonia, Salona, Iader, [122] Narona, Tragurium, ſinus Polaticus, & Pola, quondam à Colchis, ut ferunt, habitata ([123] in quantum res transeunt!) nunc Romana colonia. [124] Amnes autem Aeas & Nar, [125] & Danubius, qui jam dictus eſt Iſter: ſed Aeas ſecundum Apolloniam, Nar inter Pyraeos & Liburnos, [126] per Iſtros Iſter emittitur.

hoc eſt, Phaeacas habuiſſe urbem Dyrrhachium: ampliandum itaque cenſui judicium. Phrygorum meminit etiam Appianus eodem libro, quos *Phrygas* tamen, non *Phrygos* nominat. Idem.

118. *Liburni*] Nunc interiora tenent inter Dalmatas & veros Illyricos. Olivar.

119. *Iſtria.*] Cujus praecipua civitas eſt Pola. Idem.

120. *Urbium prima eſt Oricum*] Sic Ptolemaeus & Plinius neutra terminatione. At Stephanus ex auctoritate Hecataei, & admirandi, ut ipſe appellat, Artemidori, *Oricos* enunciat, quos ſecutus Lucanus; *Et qui Dardaniam*, inquit, *tenet Oricon.* Pintian.

121. *Dyrrhachium*] Nunc *Durazo.* Olivar.

122. *Narona, Tragurium,*] Lego *Naro*, non *Narona*, ex Strabone. Pintian.

123. *In quantum res transeunt*] Aliena verba, non Melae. Idem.

124. *Amnes autem Aeas, & Nar.*] Italiae fluvius eſt *Nar*, urbem *Narniam* ab eo nominatam alluens, teſte vel ſummo Poëta in ſeptimo, & Servio in eum. Item & Claudiano. Quapropter *Naro* hic legendum, non *Nar*, ex Strabone, Stephano, Plinio, Appiano in *Illyrico:* qui nomen dedit Naroni civitati, de qua mox antè. Nec Pomponius *Nar* ſcriptum reliquit, ut Hermolaus ſentire videtur, ſed Librariorum eſt ac Correctorum ea culpa. Idem.

125. *Et Danubius, qui jam dictus eſt Iſter:*] Legendum puto, *& alius ab eo qui jam dictus eſt Iſter:* nam ſuprà de Iſtro, qui in Pontum decurrit, dictum fuit. Cujus an ſit alveus hic Iſtriae fluvius, magna inter antiquos Scriptores contentio fuit. Quam ſi vellem ad longum perſequi citatis utriusque opinionis fautoribus, alterum esſet opus. Major pars negat, inter quos Diodorus in quinto, deceptos, qui eſſe tradant, vocis unitate putat. Idem.

*Alius ab eo, qui jam dictus eſt*] Conſtituta hac lectione, fruſtra ſudat Vadianus, & Olivarius Valentinus. Schott.

126. *Per Iſtros Iſter emittitur.*] Non loquitur de Danubio: conſtat enim Danubium longè diſtare ab Iſtria. Praeterea Danubius non dicitur Iſter niſi in Walachia, ut diximus: an fuerint qui ſenſerint eſſe

titur. [127] Tergeſte intimo in ſinu Adriae ſitum finit Illyricum.

eſſe fluvium in Iſtria, qui vocetur Iſter, Strabo eſt auctor: horum ſententiam Mela ſequitur. Sed nullum eſſe talem fluvium conſtat ex noſtra peregrinatione: quod etiam audiveramus ante illam profectionem; & Vadianus, vir, judicio meo, undecunque doctiſſimus, dum eam regionem penetraret, nunquam vidit Iſtrum fluvium. OLIVAR.

127. *Tergeſtum intimo in ſinu Adriae*] Ptolemaeus *Tergeſtum* nominat; Strabo, Plinius & ipſe Pomponius infrà *Tergeſte*. PINTIAN.

## CAP. IV.

# ITALIA.

De Italia, magis quia ordo exigit, quàm quia monſtrari eget, pauca dicentur: nota ſunt omnia. Ab [1] Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, ſe media perpetuo jugo [2] Apennini montis attollens [3] inter Adriaticum & Tuſcum, ſive (ut aliter eadem appellantur) Inter Superum mare & Inferum excurrit, diu [4] ſolida. Verùm ubi longè abit, [5] in duo cornua finditur, reſpicitque altero Siculum pelagus, [6] altero Ionium,

1. *Alpibus*] Alpes nos in quatuor itinera diſtribuimus: primum, verſus Septentrionem, & dicitur *Mons Sancti Gothardi*: ſecundum, verſus Meridiem, & dicitur *Mons Sancti Bernardi*: tertium, etiam verſus Meridiem, & dicitur *Mons Sancti Dionyſii*, nunc *San Senis*: quartum, etiam verſus Meridiem, & dicitur *Poeninus*. OLIVAR.

2. *Apennini*] Ramentum eſt Alpium, dividens univerſam Italiam. IDEM.

3. *Inter Adriaticum*] Sic quidem & ſuprà. Non tamen negligendum puto, quòd in MS. inveni *Adriacum*: quod & praefert Juntina, ſed alterum eſt in MS. Mediolanenſi. Quod idem prorſus contigit lib. II. cap. 7. *Adriaco mari*, prout in eodem MS. vidi. GRONOV.

4. *Solida.*] Id eſt, non faciens ſinus. OLIVAR.

5. *In duo cornua*] In duo promontoria; alterum, Salentinorum, alterum, dictum Leucopetram. IDEM.

6. *Altero Ionium*] Plinius tamen lib. III. cap. ult. *Ionium* inferum mare facit. Solin. *Inferum*, *Ionium*.

ionium: tota anguſta, & alicubi multò, quàm [7] unde coepit, anguſtior. Interiora ejus aliae aliaeque gentes; [8] ſiniſtra parte [9] Carni & [10] Veneti colunt [11] Togatam Galliam: [12] tum Italici populi, [13] Picentes, [14] Frentani, [15] Dauni, [16] Apuli, [17] Calabri, [18] Sallentini. Ad dextram ſunt ſub Alpibus [19] Ligures, ſub Apennino [20] Etruria; poſt [21] Latium Volſci, [22] Campania, & ſuper Lucaniam [23] Bruttii. Urbium, quae pro-

*& Tyrrhenum* cap. 26. Heſychius verò *Hadriam* & *Ionium*. eandem eſſe ſcribit, citatque Aèſchylum *Prometheo*. Vide & Apollonii *Schol.* SCHOTT.

7. *Unde coepit*,] Hoc eſt, ex Alpibus. OLIVAR.

8. *Siniſtra parte Carni & Veneti colunt*] Aldus, *Siniſtram partem*. Vide an legendum ſit, *Ad ſiniſtram partem:* nam ſequitur, *Ad dextram ſunt ſub Alpibus Ligures.* PINTIAN.

9. *Cauni & Veneti colunt*] Scribendum, *Carni & Veneti colunt.* BARBARUS.

*Carni*] Carni ſunt populi in ramento Alpium: ſunt omnes Sclavi, ſub jugo Ferdinandi Regis Romanorum, & Ungariae, & Bohemiae, Archiducis Auſtriae. Dividitur haec regio in duplicem Carniolam; alteram ſiccam, in qua ſunt Iſtri; alteram irriguam, unde Savus fluvius ortum habet. OLIVAR.

10. *Veneti*] In ſinu ſunt Adriatico, qui, ut diximus, *La Canale de Veniza* vocatur. Galli olim dicti Togati: nunc ea regio usque ad Rubiconem vocatur *La Marcha Trevifana:* ibi civitas ſunt Venetiae, de qua latisſimè dicam in meis *Commentariis.* IDEM.

11. *Togatam Galliam:*] A toga veſte, quá etiamnum utuntur Veneti. IDEM.

12. *Tum Italici populi*] A Rubicone usque ad promontorium Salentinorum, quod nunc dicitur *Cabo de Santa Maria.* IDEM.

13. *Pincentes Ferentani*] Scribendum, *Frentani.* Nam *Ferentani* à Ferento, Sabinorum ſive Samnitum oppido. Sunt & *Ferentini*, *Ferentinatesque:* illi Hetruriae populi; *Ferentinates* verò Latii, ut in Plinio declaratum eſt. BARBARUS.

*Picentes*] Juxta Anconam. OLIVAR.

*Picentes*] Nunc *Marcha d'Ancona.* IDEM.

14. *Frentani*] Nunc *Franca Villa.* IDEM.

15. *Dauni*,] *Siponto*, *Manfredonia*, mons *Garganus.* IDEM.

16. *Appuli*,] Nomen retinent nunc, *La Pulla.* IDEM.

17. *Calabri*,] Nomen retinet, *Calabria.* IDEM.

18 *Salentini.*] Nunc *Salen Mela.* IDEM.

19. *Ligures*,] Nunc *Genoveſes.* IDEM.

20. *Hetruria;*] *La Toſcana* hodie. IDEM.

*Hetruria; poſt Latium*] Cur enim acriori diſtinctione iſtud ſepararem ita, *Hetruria. Poſt Latium*, ut faciunt priores. GRONOV.

21. *Latium*] Latini. OLIVAR.

22. *Campani*] Regio, quae retinet nomen, & eſt initium regni Neapolitani. IDEM.

23. *Brutii.*] Nomen habent ubi Coſen-

procul à mari habitantur, opulentiſſimae ſunt, ad ſiniſtram [24] Patavium Antenoris, [25] Mutina & [26] Bononia, Romanorum coloniae: ad dextram [27] Capua à Tuſcis, & Roma quondam à paſtoribus condita; [28] nunc, [29] ſi pro materia dicatur, [30] alterum opus. At in oris proxima eſt à [31] Tergeſte [32] Concordia. Interfluit [33] Timavus, [34] novem capitibus exſurgens, uno oſtio emiſsus: deinde [35] Natiſo non longè à mari ditem attingit [36] Aquileiam. Ultrà eſt [37] Altinum.

Coſentia Calabrorum. IDEM.

24. *Patavium*] Nunc *Padua* in Marcha Tarviſana. IDEM.

25. *Mutina*] Nunc *Modena.* IDEM.

26. *Bononia*] *Bologna la graſſa.* IDEM.

27. *Capua*] Nomen retinet. IDEM.

28. *Nunc ſi pro materia*] Nihil planius aut apertius: in alterius, inquit, libri molem, ſi pro dignitate laudetur Roma, opus excreſceret: & ſanè argumentum, quod multorum praeſtantium ingenia exercuit, Graecorum Latinorumque: unus de multis Ariſtides de urbe Roma. Plinius lib. III. cap. 5. de Italia: *Urbs Roma vel ſola in ea, & digna tam feſta cervice facies, quo tandem narrari debet opere!* Valentinus tamen Olivarius ridiculè commentus eſt, aliosque in eundem errorem induxit, Urbis inſtaurationem & incrementum, quo ex caſis & tuguriis facta lapidea eſt tota, adeoque marmorea: quo nomine Auguſtus gloriabatur. SCHOTT.

29. *Si pro materia*] Id eſt, ſi habeatur ratio magnitudinis Romanae. OLIVAR.

30. *Alterum opus.*] Id eſt, nemo eſt, qui credat urbem conditam esſe à paſtoribus; tam eſt ornata aedificiis magnificis. IDEM.

31. *Tergeſte*] Nunc *Trieſte.* IDEM.

32. *Concordia.*] Nomen retinet. IDEM.

33. *Timavus*] Si quis volet ſcire rem ipſam veram de Timavo, legat Vadianum, qui peragravit regionem, & vidit Timavum: nomen eſt fluvii & fontis. IDEM.

34. *Novem capitibus exſurgens*] Timavus Venetiae fl. Concordiae atque Tergeſte proximus, qui ex monte quidem grandi per novem ora effuſus, ampliſſimum fontem facit: ex quo uno tantùm exiens alveo, in Adriaticum funditur mare in ſinu Tergeſtino. Et Antenor in Italiam veniens per hunc amnem Adriatici ſinus mare penetravit: hinc *Antenorius* Lucano lib. VII. ex Virg. I. *Aen.*

*Antenor potuit mediis elapſus*
*Achivis*, &c.

Non quòd Patavium attingat, ut quidam exiſtimarunt. Martialis quoque *Timavum multifidum* appellat. De hoc amne erudita *Epiſt.* exſtat Bapt. Egnatii ad Matthaeum Advocatium, inter eas quae *Clarorum virorum.* SCHOTT.

35. *Natiſo*] Nunc *Liſontio.* OLIVAR.

36. *Aquileiam.*] Nunc *Aigar* Caſtellum. IDEM.

37. *Altinum.*] Nunc *Torcello.* IDEM.

num. Superna latè occupat litora [38] Padus. Namque [39] ab imis radicibus Veſuli montis exortus, [40] parvis ſe primùm è fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox aliis amnibus adeò augeſcit atque alitur, ut ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat. Unum de eis magnum, Padum appellant. [41] Inde tam citus proſilit, ut discusſis fluctibus diu qualem emiſit undam agat, ſuumque etiam in mari alveum ſervet; [42] donec eum ex adverſo litore Iſtriae eodem impetu profluens Iſter amnis excipiat. Hac re per ea loca navigantibus, quâ utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium hauſtus eſt. [43] A Pado [44] ad Anconam tranſitur Ravenna, Ariminum,

38. *Padus*] Nunc *El Po*. Idem.

39. *Ab imis radicibus Veſuli*] Alii Padum ex jugis Poeninis ortum habere putant. Vide Strab. lib. IV. Γεωγραφικῶν Schott.

40. *Parvis ſe primum fontibus colligit*] MSS. tres, *parvis ſe primum è fontibus*. Gronov.

41. *Inde citus proſilit*] Aldus, *Inde tam citus proſilit*. Pintian.

42. *Donec eum*] Quotquot inviſerunt illam regionem, quos ego Venetiis interrogavi, reſpondent, fabulam esſe, quod de Iſtro fluvio adducitur ab Auctoribus: nam de Danubio nemo non ſcit longè diſtare ab Adriatico, praeterea interceptos esſe montes. Olivar.

43. *A Pado ad Anconam tranſitur Ravenna*] Id eſt, per Ravennam; nomen retinet: ſed cùm ſequitur *Ariminum*, accuſativus ille refertur ad illam praepoſitionem *ad*; cùm dicitur ad Anconam, ad Ariminum, ad Piſaurum. Ariminum nunc dictum *Rimino*. Idem.

*A Pado ad Anconam tranſitur Ravennam*] Verba tum converſa, tum etiam depravata. Caſtigo, *A Pado tranſito ad Anconam, Ravenna Ariminum*, &c. locutione honeſta & a doctisſimis etiam non faſtidita, ut Cornelio Tacito, *regnata civitas*, & ipſi Melae in Hiſpania, *& quo magis penetratur, anguſtior*: & Caeſari in *Commentariis*, *Circuitis Caſtris*, *Inita hyeme*: & Ammiano Marcellino, *Tanai tranſito*, lib. XXXI. & plura hujusmodi. Legendum praeterea *Anconem*, non *Anconam*, ex Geographis omnibus, & Poëtis, Lucanus,

*Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.*

& Silius,

*Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.*

*Anconis* autem hic habetur mentio, quòd ſit terminus inter Gallicas, de quibus nunc agit, & Italicas gentes, de quibus poſtea dicturus eſt. Pintian.

44. *Ad Anconam*] Lege, *Ad An-*

minum, [45] Piſaurum, [46] Faneſtris colonia; [47] flumen [48] Metaurus, atque Aeſis. [49] Exin illa in anguſto duorum promontoriorum ex diverſo coëuntium, inflexi cubiti imagine ſedens, & ideo à Grajis dicta [50] Ancon, [51] inter Gallicas Italicasque gentes quaſi terminus intereſt. [52] Haec enim praegreſſos Piceni litora excipiunt: [53] in quibus Numa-

*Anconem tranſitur; Ravenna Ariminum.* Vel *tranſitur* ferri poteſt. SCHOTT.

45. *Piſaurum*] Nunc *Piſaro*. OLIVAR.

46. *Faneſtris colonia*] Legendum puto non *Faneſtris colonia*, ſed *fanum fortunae*. Sic eam Ptolemaeo, ſic Strabone, ſic Plinio, ſic omnibus nominantibus Stephanus *Fanam* vocat, ſi, quod vereor, mendo non ſit in exemplari. Alioquin à Fano *Faneſis* posſesſivum magis ex Analogia, quàm *Faneſtris* fieret. Animadvertendum autem diligenter, *Senogalliam* urbem, quae non multò pòſt Librariorum culpa reddita eſt, poſt haec verba *Fanum Fortunae* locandam eſſe, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Nam Mela *Aeſin* fluvium inter *Fanum* & *Anconem* ſtatuit. Porro Strabo eundem *Aeſin* fluere ait inter Senegalliam & Anconem; ergo inter *Fanum* & *Aeſin* eſt *Senegallia*. PINTIAN.

*Faneſtris colonia*] Nihil mutandum ipſe Pintianus monuit extremo lib. III. quod eſt hominis verè humanitate exculti. SCHOTT.

47. *Flumen Metaurus atque Aeſis*] Strabo cum *ae* diphthongo *Aeſis*. Ptolemaeo *Aſia* nominatur, ſi codex, quod dubito, ſincerus eſt. Praeterea cum ſint duo fluvii, melius legetur *flumina* ſive *fluvii*, quàm *flumen*. PINTIAN.

48. *Metaurus*] Nunc *Plambo* fluvius. OLIVAR.

49. *Et illa in anguſto illorum duórum promontorium à diverſo coëuntium inflexi cubiti imagine ſedens*] Lego longè aliter; *At illa in anguſto illo Cumeri promontorii è diverſo coëuntis inflexi cubiti*, &c. Neque enim Strabo, Pliniùsve, qui de Anconis ſitu disſeruntu, duo illi promontoria attribuunt, ſed unum tantùm, quod Plinius *Cumerum* nominat, fortè à coëundo dictum. PINTIAN.

*Et illa in anguſto illorum duorum*] Promontorium, in quo ſedit urbs *Anco*, in Plinio appellatur *Cumerum*: ſic enim habent vulgati codices. Ceterùm Apographon Toletanum, non *Cumero* habet, ſed *Cunero*; ut putem neutro modo legendum eſſe, ſed *Cuneo*. Nam Hiſpaniae ora in Occidentem vergens promontorium habet nomine *Cuneus* à figura dictum, ut poſtea conſtabit. IDEM.

*Et illa in anguſto*] Repone: *At illa in angulo duorum promontoriorum ex diverſo coëuntium*. SCHOTT.

50. *Ancona*] Nomen retinet. OLIVAR.

51. *Inter Gallicas Italicasque gentes*] Ancona terminus eſt Galliae Ciſalpinae & Italiae. IDEM.

52. *Hanc enim praegreſſos*] Puto redundare verbum *enim*. PINTIAN.

53. *In quibus Numana*] Scribo, *in quo*, videlicet, *Piceno*: ſic enim vocatur regio Picentium Plinio in lib. III. IDEM.

M 5 54. *Nu-*

[54] Numana, [55] Potentia, [56] Cluana, Cupra, urbes, caſtella autem [57] Firmum, [58] Adria, [59] Truentinum: [60] id & fluvio, qui praeterit, nomen eſt. [61] Ab eo [62] Frentani jam Matrini habent ac

Aterni

54. *Numana* ] Dicunt hanc deletam eſſe. OLIVAR.

55. *Potentia* ] Ubi nunc eſt Virgo Maria Lauretana, vulgò *Loreto*. IDEM.

56. *Clterna Cypra* ] Scribendum, *Cliterna*, *Cupra*; ex Plinio, ceteriſque. BARBARUS.

*Claterna* ] Nunc *Flavianeo*, OLIVAR.

57. *Firmum* ] Nunc *Fermo*. IDEM.

58. *Adria*, *Truentum* ] Ptolemaeus *Truentinum*: Strabo *Druentum* fluvium & oppidum. PINTIAN.

59. *Truentum* ] Nunc *Tronto*. OLIVAR.

60. *Idem ei fluvio, qui praeterit, nomen eſt* ] Melior lectio: *Id ei à fluvio, qui praeterit, nomen eſt.* PINTIAN.

61. *Ab eo Senogallia maritima* ] Oſtenſum eſt ubi locanda ſit *Senegallia*. Nunc addo Ptolemaeo eſſe *Senamgallicam*, Straboni *Senegalliam*, Plinio *Senogalliam*, Silio *Senem* in lib. VIII. *& Senonum de nomine Sene.* In lib. XV. autem *Senamgallicam: qua Sena relictum Gallorum à populis traxit per ſecula nomen.* Reſtituto autem in proprium, quem dixi, locum verbo *Senegallia*; ſequitur proximè *Maritima* nomen oppidi, cujus meminit Ptolemaeus. Inſigni tamen in eo ſive Librariorum ſive Correctorum errore: duorum enim oppidorum nomina miſcentes, unum fecere, *Cupram maritimam* ſcribendo. Cauſa erroris, quòd propè erat altera *Cupra* cognomine *montana*, ad cujus differentiam putaverunt hanc dictam eſſe *maritimam*. Eſt etiam *Maritima* oppidum infrà in Narbonenſi. IDEM.

*Senogallia* ] Nunc *La Romandiola*, & *Campagna*. OLIVAR.

62. *Ab eo Samnites marit. tenent* ] Mendum latere ſuboluit Fredenando. Ego hanc lectionem probo. Editi enim: *Ab eo Senogallia maritima*. SCHOTT.

*Ab eo Frentani, Apuli ac Marucini. Habent Aterni fluminis oſtia* ] Quum nuper in his nonnulla diverſo charactere tanquam ſpuria & planè non Pomponiana exprimi curaviſſem, nunc aliter agere praeſtat & pergere. Nam certè quàm monſtroſè haec ab aliis deformata queritur Voſſius, non minus monſtroſè ipſe transformando foedat. Dicat enim in qua parte ſcripturae veteris, quam ſic exhibet, *frentia villa maritima habent Aterni*, (at ipſe vidi, *ab eo flentra cula maritima habent ac eterni*; in alio erat, *frenta villa maritima habent aeterni*; Mediol. *frentra villa maritima habent eterni*) conſpicere poſſit latentia ea *Apuli ac*. Sed fortius haec oppugnari poſſunt. Nam nunquam curioſiſſimus hic Scriptor *oſtia* dicit de fluvio, qui habet modò unum, ſed ſemper ſingulari numero utitur. Sic lib. I, cap. ult. *oſtio fluminis proximi Ixamatae*: lib. I. cap. 17. *Maeandri exitum & Gaeſi fluminis oſtium*: lib. II. cap. 7. non dicit *Boryſthenis* oſtiis, ſed *oſtio*: lib. III. cap. I. *Tagi oſtium*: lib. II. cap. 7. dicit quidem *citra Tiberina oſtia*: ſed ibi vocabulum illud majuſcula O ſcribendum eſt, ut in hac editione (nam priores minori *o* utuntur peſſimè) fecimus, quum non ad

exitum,

exitum, ſed ad urbeculam ita nominatam reſpiciat, quam ſic quoque agnoverat lib. II. cap. 4. & lib. III. cap. 9. Hanno *cum per Oceani oſtia exiſſet*, habebant olim editi, ſed benè ab viris doctis & ex MSS. correctum poſtea *oſtium*. Haec quum ita ſe habeant, & ſint certiſſima clariſſimaque, quae fides poteſt eſſe, hoc loco uno Melam ſcripſiſſe unius Aterni fluminis oſtia? Immò quae fides nobis perſuadebit in hac particulari urbium fluviorumque per regiones recenſione Melam voluiſſe allegare plurium populorum vocabula, quam ſuperius uno ſpiritu protulit, ubi nulla eſt horum Marucinorum mentio? ut prorſus eadem aequitate huc interveniant hi Marucini, (ſic colligo ejus vocis litteras, quia praeit ad hunc modum Voſſius, quum ab aliis geminetur canina, ut Scaligero ad Catullum p. 18. ubi ſtupeo, unde tantus vir *Marrucinos* Campaniae populos dixerit) quo ſuprà lib. II. cap, I. admiſceri debuerunt *Auchatae*, nuſpiam ab Mela ſcripti vel in hoc opuſculo cogitati, contra fidem & regulam MSS. omnium, ut diximus jam alibi. Deinde credemus ita inconditè ſcribere voluiſſe aut Melam aut quemquam alium, ut quum dicat, *Habent Aterni fluminis oſtia, urbes Bucam & Hiſtonium*, poſteriora tribuantur Frentanis, priora referantur ad Marucinos, & non intelligatur unus populus habere ſimul & urbes illas & oſtia fluminis? Nemo hominum aut ſic ſcripſerit aut aliter intellexerit. Rurſus an credibile eſt, & hoc loco & tali ordine Melam *Apulos* & *Marucinos* numeraviſſe, quum ſtatim dicatur ſequi, *ſinus Apulo litore incinctus*, cum ſequentibus aliquot extra eum urbibus? Hac ipſa phraſi pro variationis ſuae more definit Apuliam & ibi ſitam innuit. Accedit profectò, quòd quum Voſſius ſuprà numeraverit non modò quaſi diverſos Daunios & Apulos, ſed etiam Daunios ordinaverit ante Apulos, nunc eoſdem faciat. Denique Piceno, Frentanis, Dauniis attribuit urbes, ſolos Marucinos nominavit ridendi cauſa, quippe nudatos ac deſolatos. Haec omnia reſpiciat oro diligens Lector, & tum pronunciet. Sanè multo convenientius concinnabat hunc morboſum locum Cluverius citans, *Ab eo Frentani tenent Aterni fluminis oſtia, urbes Bucam & Hiſtonium*, ſi liceret ſic graſſari contra ſcriptos codices. Sed in his Marucinis ſanè quàm jactantur viri magni, de quo videbimus. Nunc Melam videamus. Diço manifeſtè in ſcripta lectione apparere haec, *Ab eo* (nempe Truentino) *Frentani jam Matrini habent ac Aterni fluminis oſtia*. Res tam clara eſt, ut probationem non requirat. Debuerat quidem dixiſſe *fluminum*. ſed quum eam numerum alibi obſervet, ſcimus quoque alibi eam differentiam negligi. Nunquam credo magis cum corde ambulavit Voſſius, quàm quum haec attrectavit. Nam quum illa ſua *Apuli ac* in MSS. reperire deſperaret, & ſtultè viderot ab ſe Apulos huc promotos, ipſam rem prorſus non tangit, ſed in parergis carpens anſam ſeniliter garriendi locum Melae de Tiberinis Oſtiis comparat cum Virgilio, ubi quoniam nemo interpretetur de Oſtia urbe, hinc ego parùm trivi Virgilium. Sic vidit me terentem Tabulas Ptolemaei, Virgilium nequaquam. Cur autem ad Virgilium ire debemus? An non Heinſius ad Ovidium lib. IV. *Faſt.* notat? *de Tiberinis oſtiis paſſim Veteres*. An non Livius lib. VII. cap. 25. *Tiberis oſtia*. & lib. XXVI cap. 19. *cum triginta navium claſſe oſtiis Tiberinis profectus*. Sidonius lib. I. *Epiſt.* 10. *Naves quinque Brundiſio profectus cum ſpeciebus tritici ac mellis Oſtia Tiberina tetigiſſe*. Ut plures naves, potuerunt aliae iſto, aliae altero oſtio

55 [63] Aterni fluminis oſtia; urbes Bucam & [64] Hiſtonium: [65] Dauni autem [66] Tifernum amnem; Cliterniam, [67] Larinum, [68] Teanum, oppida;

navigare. Sed an ideo *Tiberina Oſtia* non dicuntur de oppido? Martianus Capella ſolitus multum uti noſtro Pomponio lib. VI. pag. 204. *Umbri mox, Latiumque & Oſtia Tiberina.* Ita edidit, & rectè, Grotius, quum pag. 207. *Item ultra Tiberina Oſtia in Antiano Palmarea.* Edunt in Tacito lib. XV. *Ann.* cap. 22. *ab lacu Averno navigabilem foſſam usque ad Oſtia Tiberina depreſſuras.* An poterat illa etiam perduci ad alterum oſtium verſus Etruriam? Immò & Plinius apud Lipſium & Suetonius *Neron.* cap. 32. dicunt *Oſtiam*; ut Tacitus urbem quoque intellexerit. Apud Ovidium lib. XV. *Metamorph.* verſ. 728. navis Aeſculapium vehens:

*Lavini ſedes Tiberinaque ad oſtia venit.*

Aut urbs intelligitur, aut diviſam navem ſuppones: unam enim ſolam poſuit. Et tamen Cicero pro *L. Manil.* cap. 12. *qui modò ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis.* Idem Livius lib. XXIX. cap. 14. *Oſtiam ire juſſus ob viam Deae . . . Poſtquam navis ad oſtium amnis Tiberini acceſſit.* Florus lib. III. cap. 9. *Per Tiberinum oſtium invexit.* An hi debuerunt Virgilium reſpexiſſe? Perinde ut ego, qui in recenſione illa Pomponii mentionem fieri urbium, non fluviorum & oſtiorum, ſtatui, quidquid Voſſius velit me putaſſe vel ſomniet. Oſtia illa ſcilicet Tiberina, quorum antea memini. Et quis tandem audivit, *Aterni Oſtia eſt ipſum Aternum oppidum*? Portentum certè ingens. Omnia quae huc citat, rapta ſunt per furtum ab ingrato Voſſio ex Cluverii *Italia*; tantò impudentius, quòd ſcribens illam notam, ſignificabam, me ea tunc legere. In Mela verò id totum vanum eſſe, nec habere locum inde patet, quia de urbibus poſtea demum ſequitur. Quid enim erit, *Frentani habent Aterni fluminis Oſtia* (hoc eſt, oppidum) *urbes Bucam & Hiſtonium*? GRONOV.

63. *Aterni* ] Nunc *Peſcaria* flumen. IDEM.

64. *Hiſtonium* ] Nunc *Guaſto.* IDEM.

65. *Dauni autem Tifernum amnem* ] Legendum puto, *Daunii habent Tifernum amnem:* ut in Hiſpania: *Sequens Illicitanus Alonem habet & Lucentiam.* Ptolemaeus permutatis prioribus ſyllabis *Fiternum* nominat; ut neſcio an mendoſè, ſic ſcio, fieri hoc ſubinde apud Auctores; & ut uno interim ex multis exemplo contenti ſimus, urbem Piſidiae, *Sagalaſſum*, Straboni, Stephano, Ptolemaeo, dictam, Arrianus Hiſtoricus *Salagaſſum* nominat. Nec eſt dubitandum de fide codicis impreſſi: ſic enim habent duo ſcripti & vetuſti codices, quibus utor familiariter. Hermolaus verò qui in Plinii lib. V. emendat legitque *Sagaleſſus* cum *e* in tertia ſyllaba, unde id acceperit, neſcio. Strabo certè, cujus auctoritate nititur, & ceteri, quos legerim, *Sagalaſſus* omnes, nemo *Sagaleſſus.* PINTIAN.

66. *Tifernum amnem* ] Nunc *Biſano.* OLIVAR.

67. *Lucrinum, Theanum* ] Lego *Larinum*, non *Lucrinum* ex Plinio. Stephanus, ut arbitror, *Larinam* vocat; in quo falſò *Lariniarum eſſe*, ſcriptum eſt, pro *Dau-*

*nia-*

oppida ; montemque [69] Garganum. Sinus eſt continuo Apulo litore incinctus, nomine Urias, modicus ſpatio, pleraque aſper acceſſu ; [70] extrà [71] Sipontum, vel (ut Graji dixere) Sipus ; & [60] flumen, quod Canuſium attingens, [72] Aufidum appellant : [73] poſt Barium, [74] & Gnatia, & Ennio cive nobiles [75] Rudiae : etiam in Calabria [76] Brunduſium, Valetium, [77] Lupiae, Hydrus

*viorum*. Meminit & *Larini* Ptolemaeus, ſed in *Frentanis* collocat. vicinis Dauniorum. *Teanum* verò ſine ulla adſpiratione ſcribendum. Eſtque duplex *Teanum* : alterum *Apulum*, de quo hic Mela ; alterum *Campaniae*, quod Plinius appellat in lib. III. *Sidicinum*, ſed corruptè, ut opinor. Videtur enim legendum *Sindicenum* à *Sindicenis* gente, quae defecit Straboni lib. V. etſi Hermolaus in lib. III. *Plin. Caſtig.* *Sidicinum* legat, quod non probo. PINTIAN.

*Larinum*, *Theanum* ] Vulg. *Lucrinum*, & *Teanum* ſine ſpiritu : Sic Ptolemaeus, Strabo *Τίανον*, Livius & Cicero : *Theani* fl. Campaniae meminit Oroſius lib. V. cap. 18. *Tianum*, per *i*, in quibus Pomponii libris ſe offert : quae ſcriptura inſuper habenda non eſt, quòd & in nummis antiquis cuſa reperiatur : quòs mihi Abrah. Ortelius Vir Cl. oſtendit. SCHOTT.

68. *Theanum* ] Nomen retinet *Teano*. OLIVAR.

69 *Garganum* ] Nunc *Santangelo*. IDEM.

70. *Extra Sypuntum, vel (ut Graji dixere) Sypius* ] Ptolemaeus, & Strabo *Σηποῦς* nominat, accentu in ultima circumflexo, non *Sypuntum*. Strabo dictam à Graecis ait *Sepius* eodem accentu in ultima à *Sepiis* in id litus ejectis. Proinde ex eorum auctoritate lego in Pomponio : *Extra Sepus, vel ut Graji dixere Sepius* : Stephanus, quod miremur, cum *i* in prima *Sipus*. PINTIAN.

71. *Simponium vel ut Graji dixere Sipyllum* ] Scribo, *Sipuntum, vel ut Graji dixere Sipyus*. Strabo, *Sipuntum*, inquit, *ſive*, quod idem eſt, *Sipus*, *à Diomede conditum*. Videtur nominatum, inquit, antè à Graecis *Sipus*, à ſepiarum proventu. Dicetur ergo & *Sipuntum*, ut Plinius, & *Sipus Sipuntis*, ut ferè modò Graeci, & *Sypius Sypiuntis*, ut Antiqui. BARBARUS.

*Sypuntum* ] Nunc *Sypunto*. OLIVAR.

72. *Aufidum* ] *La Fante* vulgo. IDEM.

73. *Poſt Barium, & Gnatia* ] Scribo, *poſt Barium Egnatia*, Ptolemaeus, Strabo, Plinius. BARBARUS.

*Barium* ] *Barri* hodie. OLIVAR.

74. *Egnatia* ] *Juvenatia*. IDEM.

75. *Rudiae* ] Non exſtant. IDEM.

76. *Brunduſium* ] Nunc *Brindes*. IDEM.

*Brunduſium, Valetium* ] Rectè qui pro *Valetium* ſubſtituerunt *Valeſium*. PINTIAN.

77. *Lupehyarus* ] Strabo *Lupiae* in quibusdam Plinianis codicibus, & Ptolemaeo, *Luſpia* etiam *Hydruntum* dicitur, quemadmodum & *Sipus Sipuntum*, & *Ceraſus Ceraſuntum*, ut diximus in Colchide. BARBARUS.

*Lupiae* ] *Lezo*. OLIVAR.

78. Hy-

[78] Hydrus mons: tum Sallentini campi, & Sallentina litora, [79] & urbs Graja Callipolis. Hucuſque Adria, hucuſque Italiae latus alterum pertinet. Frons ejus [80] in duo quidem ſe cornua (ſicut ſuprà diximus) ſcindit: ceterùm mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis ſemel iterumque diſtinguens, non uno margine circuit, nec diffuſum patenſque, ſed per ſinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, * inter promontoria Sallentinum & Lacinium; in eoque ſunt [81] Tarentus, [82] Metapontum, Heraclea, [83] Croto, Thurium: ſecundus [84] Scylaceus, inter promontoria [85] Lacinium & [86] Zephyrium;

78. *Hydrus mons, tum*] Locus corruptus, quem nos inter alios reſtituimus: legendum eſt *Hydruntum*, nunc *Otranto*. Idem.

*Hydrus mons, tum & Salentini campi*] Legendum opinor, *Hydrus, Soletum, & Salentini campi.* Plinius, *Ab Hydrunte*, inquit, *Soletum deſertum.* Praeterea Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Pauſanias, Plinius etiam alibi, *Hydrus* omnes efferunt. Strabo cum *i* in prima, ceteri cum *y.* Pintian.

79. *Et urbs Graia Gallipolis*] Scribendum videtur, *& urbs Gallica Gallipolis.* Plinius in lib. III. *In ora*, inquit, *Senonum Gallipolis, quae nunc Anxa.* Erit igitur *Gallipolis* dictio compoſita, ex voce Graeca & Latina: quod etſi raro, aliquando tamen fit: ut in *Epitogium* & *Epirrhedium* monſtrat Quintilianus. Alioqui Graeci ipſi *Galliam* Latino nomine interdum appellant, ut oſtendit Stephanus. Idem.

80. *In duo quidem cornua, ſicut ſuprà diximus, ſcindit*] Scribo, *Scinditur*; ut circa initia Italiae: *Verùm ubi longè abit, in duo cornua ſcinditur.* Idem.

* *Inter promontoria Salen & Lacinium*] Lege *Sulentinum & Lacinium.* De *Salentino* Plinius in tertio. Idem.

81. *Tarentus*] Nunc *Taranto.* Olivar.

*Tarentus, Metapontum*] Legendum, *Tarentum* neutra deſinentia, vel ex illo Juvenalis verſu;

*Atque coronatum & petulans madidumque Tarentum.*

Ita Plinius, ceterique. Praeterea *Metapontium* appellant, non *Metapontum*, Strabo, Ptolemaeus, Stephanus. Pintian.

82. *Metapontum*] *Pelicor* hodie. Olivar.

83. *Croton*] Nunc *Crutone.* Idem.

*Croto, Turium*] *Thurium* primam cum adſpiratione, Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Plinius. Ea, ſi Stephano fidem habemus, prius dicta eſt *Syburis*, poſtea *Copiae*; nominatur etiam eidem *Thuria* & *Thurii.* Pintian.

84. *Scyllaceus*] Nunc *Deſquillacho.* Olivar.

85. *Lacinium*] Nunc *Cabo de colone.* Idem.

86. *Zephyrium*] Nunc *Cabo de ſole.* Idem.

phyrium; [87] in quo eſt Petilia, [88] Carcinus, [89] Scylaceum, Myſtiae: tertius inter Zephyrium & [90] Bruttium, [91] Conſentiam, [92] Cauloniam, Locroſque circundat. [93] In Bruttio ſunt, [94] Columna Rhegia, [95] Rhegium, Scylla, [96] Taurianum,

87. *In quo eſt Petilia*] Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, *Petelia* cum *e* longo in penultima. PINTIAN.

88. *Carcinus*, *Scyllaceum*, *Miſtrae*] Scribendum arbitror aut *Cecinthus*, non *Carcinus*, ex Polybio, Antonino, Plinio, ut in Locris Italiae disſerui: aut *Caecinum*, à *Caecino* Locrorum amne, de quo Pauſanias, & Thucydides. Philiſtus quoque *Caecinum* Italiae reddit oppidum, non longè à Siciliae trajectu. *Miſtros* verò Plinius *Miſtiam* ſcribit, ut in alterutro ſit erratum. Stephanus *Myſtiam* urbem Samnitum commemorat. *Lucani* verò à Samnitibus orti judicantur, auctore Plinio. BARBARUS.

89. *Scyllaceum*] Nunc *Eſquillatho*. OLIVAR.

*Scyllaceum*, *Miſtrae*] *Scylletion* urbs Italiae, colonia Athenienſium, duce Mneſtheo; poſtea, auctore Strabone, dicta eſt *Scylacion*: ſicque Stephanus eam nominat. Sinus autem ab ea dictus eidem Straboni appellatur *Scylleticus*, Ptolemaeo verò *Scylacios*. Unde apud Virgilium in tertio, *& naufragum Scylacion*, legendum erit cum unico *l* ſive oppidum intelligas, ſive ſecundum Ptolemaeum ſinum. Item *Abyſtron* neutro genere urbem in mediterraneo magnae Graeciae invenio apud Ptolemaeum, conjunctim cum Petelia. Itaque dubito, an in Plinio & Pomponio legendum potius ſit *Abyſtron*, quàm *Myſtra*, ut in Plinio, aut *Miſtrae*, ut in Pomponio. PINTIAN.

90. *Brutium*] Nunc *Cabo de ſciglio*. OLIVAR.

91. *Conſentiam, Pauloniam*] Scribo, *Caulonem*, ſive *Cauloniam*, ex Plinio, Strabone, ceteris. BARBARUS.

92. *Cauloniam*] Sic & Steph. *de Urbibus*. Solini tamen exc. *Caulonem τρισύλλαβον*. SCHOTT.

93. *In Brutia ſunt*] Aldus rectius, *In Brutio*: vocatur enim *Brutiorum ager*, *Brutium*; ut Latinorum Latium, Picentium Picenum. PINTIAN.

94. *Colonia regia Rhegium*] Scribo *Columna*, non *Colonia*: Graeci enim vocant locum eum *Stylida*, id ex Strabone Antoninoque probavimus in Plinio. BARBARUS.

95. *Rhegium*] Nunc *Rezo*. OLIVAR.

*Rhegium*, *Stylla*] Scribo cum duplici *ll* & *ae* diphthongo in penultima *Scyllaeon*. Promontorium eſt & Statio navium Straboni, Ptolemaeo, Stephano: at Plinio oppidum. PINTIAN.

96. *Taurinum & Metaurum*] Legebatur in Plinio *Terentum* hoc loco, non *Taurinum*: nos Ptolemaeum & alios Auctores ſequuti, *Taurianum* ſcribimus. BARBARUS.

*Taurianum & Metaurum*] Scopulus eſt *Taurianus* Ptolemaeo, oppidum Plinio *Tauranium*. Regionis *Tauraniae* ſuper *Thurios* Strabo meminit. Stephanus urbem facit Italiae *Tauriam*. Scribendum item *Metaurus*, non *Metaurum*, ex Strabone, & Plinio. PINTIAN.

97. Me-

rianum, & [97] Metaurum. Hinc in Tuſcum mare eſt flexus, & ejusdem terrae [98] latus alterum. Medama, [99] Hippo, nunc Vibon, [100] Temeſa, [101] Clampetia, Blanda, [102] Buxentum, [103] Velia, Palinurus, olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen, [104] Paeſtanus ſinus, [105] Paeſtum oppidum, * Silerus amnis, Picentia, Petrae quas Sirenes habitavere, [106] Minervae promontorium, [107] omnia Lucaniae loca; ſinus Puteolanus, [108] Surrentum; Herculaneum, Veſuvii montis aſpe-

97. *Metaurum* ] *Teriana.* OLIVAR.

98. *Latus alterum Maticana, Jonum, Iuben, & Emica* ] Erratum quadruplex; ex Plinio, Strabone Ptolemaeo, quos ſecutus, ita lego; *Latus alterum Terina, Hippo, nunc Vibon, Temeſa.* De *Terina*, hoc ſitu, unde *Terineus ſinus*, Strabo Pliniusque à fluvio cognomine, ut inquit Stephanus, *magna* quondam *Graecia* (ut Apollonides ait) vocata, Lycophroni eſt inſula hoc nomine, uni Syrenum *Ligeae* dictae ſacra. De *Hippone* iidem Auctores. Plinius: *Hippo, quod nunc Vibonem, Valentiam appellamus:* ejectis (ut Strabo inquit), Brutiis, mutato à Romanis vocabulo. De *Temeſa*, quam Graeci *Tempſam* vocant, metallis inclyta, clarius eſt, quàm ut adſtipulatorum egeat fide. BARBARUS.

99. *Hippo, nunc Vibon*] Strabo, & Stephanus *Hipponion*, non *Hippo*. Ptolemaeo etiam ſinus eſt *Hipponiates*, procul dubio ab *Hipponio:* quamvis Stephano ratione Analogiae magis placeat ab *Hipponia* deduci. Item Strabo *Vibona* nominat, Ptolemaeus *Vibon*, Plinius quoque *Vibon*. Praeterea puto deſiderari in Mela dictionem, *Valentia*, legendumque, *Vibon Valentia*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Stephano, apud quem perperam ſcriptum eſt *annibu alentia*, pro *Vibona Valentia*, ſive *Vibon Valentia.* PINTIAN.

100. *Temeſa* ] Poteſt quidem legi *Temeſa* ſive *Temeſe*: malo tamen legere *Temeſa* cum Ptolemaeo, Strabone, Plinio. *Prius*, inquit Strabo; *dicta fuit Temeſa, nunc Tempſa dicitur.* IDEM.

101. *Clampetia, Blonda, Buxentium* ] Plinius, & ceteri, *Buxentum*, non *Buxentium:* quod Graeci vocant *Pyxunta:* item non *Blonda*, ſed *Blanda*, in quo tamen aeſtimationi locus eſto. BARBARUS.

102. *Buxentum* ] Nunc *Belvedere.* OLIVAR.

103. *Velia* ] Ptolemaeus plurium numero, *Veliae.* PINTIAN.

104. *Peſtanus ſinus* ] Strabo, & Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima. IDEM.

105. *Paeſtum* ] Nunc *Polycaſtro.* OLIVAR.

* *Silerus amnis* ] Alii Scriptores modò *Silarus*, modò *Silaris.* BARBARUS.

106. *Minervae* ] Nunc *Cabo de Minerva.* OLIVAR.

107. *Opima Lucaniae loca* ] Fortè, *omnia Lucaniae loca.* SCHOTT.

108. *Surrento* ] Nunc *Sorrento.* OLIVAR.

aſpectus, Pompeji, Neapolis, [109] Puteoli, lacus Lucrinus & Avernus, Bajae, Miſenum, (id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen) Cumae, Liternum, [110] Volturnus amnis, Volturnum oppidum, amoena Campaniae litora; [111] Sinueſſa, [112] Liris, [113] Minturnae, [114] Formiae, [115] Fundi, [116] Tarracina, [117] Circes domus [118] aliquando [119] Circeji, Antium, Aphrodiſium, Ardea, Laurentium, [120] Oſtia, [121] citra Tiberim in

109. *Puteoli* ] Nunc *Puzoli*. Idem.

110. *Vulturnus* ] Nunc *Vilturno*. Idem.

111. *Sinueſſa* ] Nunc *Seſſa*. Idem.

*Sinueſſa* ] Stephanus *Sinoeſſa*: in quo falſò legitur [illegible], pro [illegible]. Strabo variat, modò *Sinueſſa*, modò *Sinoeſſa* proferens. In Ptolemaei exemplaribus in ora Campaniae falſò etiam ſcriptum eſt *Soeſſa*, pro *Sinoeſſa*. Conſtat enim ex Strabone, *Sinoeſſam* maritimam eſſe civitatem Latii. *Sueſſa* autem altera eſt in mediterraneo ejusdem Campaniae: nam has duas urbes Ptolemaeus *Campaniae*, Strabo *Latio* attribuit. In cujus Graeco codice atrox menda inolevit lib. v. [illegible], [illegible]. Legendum reor *& Soeſſa*, *Ceſtra*, *Antiumque & Velitra*: ridicula Interpretis tralatione. Pintian.

112. *Liris* ] Nunc *el Garillano*, fluvius. Olivar.

113. *Minturnae* ] Nunc Caſtellum, vulgò *Trajectum*. Idem.

114. *Formiae* ] Nunc *Nola*. Idem.

115. *Fundi* ] Nunc *Fondi*. Idem

116. *Tarracina* ] *Gaieta* nunc. Idem.

117. *Circes domus aliquando Circeji* ] Sic diſtinctione ſublata ediderant Sanctius, Schottus & inde propagatae minores editiones. Et rectè ſanè. Voſſius tamen maluit cum Vadiano, Stephaniana in qua notae Olivarii, & minore inde formata diſtinguere, *Circes domus, aliquando Circeji*, profectò peſſime, quum non aliquando, ſed ſemper, ex quo ſemel coepit, nomen illud Circeji obtinuerit: ſed verum eſt crediſſe Veteres aliquando fuiſſe domum Circes, quod innuit juſta diſtinctio. Planè ut lib. iii. cap. 9. *Inſulae Gorgades, domus (ut ajunt) aliquando Gorgonum*. Sed id abſente Voſſio ab Librariis additum. Quot illi, quaeſo, erant? At haec minuta mea cura. Sit ita; modò Voſſius ſaltet cum Vadiano & Olivario, nec extra chorum, quod in me culpat, ſed nunquam didici. Libenter autem vidiſſem Voſſium in plumeis pedibus in choro ſaltantem altaria circum, &c Gronov.

118. *Aliquando Circeji* ] Plinius lib. iii. cap. 5. *Circeji quondam inſula, immenſo quidem mari circumdata, ut creditur Homero, & nunc planitie*, &c. Locus Homeri extat *Odyſſ.* x. Idem & lib. ii. cap. 85. Schott.

119. *Circeji* ] Nunc *Cercelli*. Olivar.

120. *Oſtia* ] Nunc oppidum & portus, retinet nomen. Idem.

121. *Citra Tiberim in hoc late-*

N re

in hoc latere ſunt: [122] ultra [123] Pyrgi, Minio, [124] Caſtrum novum, [125] Graviſcae, [126] Coſa, [127] Telamon, [128] Populonia, [129] Cecina, [130] Pi-
105 ſae, [131] Etruſca & loca & nomina; * deinde [132] Luna Ligurum, & [133] Tigulia, & [134] Genua, & [135] Sabatia, & [136] Albingaunum; [137] tum Paulo

*re ſunt* ] Quatuor poſtrema verba redundant. Dictum fuerat ſuprà, *Hinc in Thuſcum mare flexus eſt, & ejusdem terrae latus alterum.* PINTIAN.

122. *Ultra Pyrgi, Anio, Caſtrum novum* ] Mariangelus non *Aniohit*, ſed aut *Halium* legit ex Strabone, aut *Alſium* ex M. Catone, Dionyſio, Plinio, Antonino, Ptolemaeo. IDEM.

123. *Pyrgi* ] Nunc *Civita Vicia.* OLIVAR.

124. *Caſtrum Novum* ] Nunc *Corneto*, IDEM.

125. *Grabus cecoſa* ] Scribendum *Graviſcae Coſa*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

*Graviſcae* ] Nunc *Montalto.* OLIVAR.

*Graviſcae, Coſſa* ] Ptolemaeus numerò plurium *Coſſae*, Stephanus, & Plinius numero unitatis *Coſſa*, Virgilius in lib. x. *Coſae*, cum Ptolemaeo, ſed unico *ſ* & prima brevi, *Quique urbem liquere Coſas.* Strabo alternat. PINTIAN.

126. *Coſſa* ] Nunc *Orbitello.* OLIVAR.

127. *Telamon, Populonia* ] Ptolemaeus, Strabo, Plinius, Stephanus, *Populonium.* Virgilius tamen in decimo, *Populonia.*

*Sexcentos illi dederat Populonia mater.*

PINTIAN.

128. *Populonia* ] Nunc *Piumbino.* OLIVAR.

129. *Cecina* ] *Ceſtna* hodie. IDEM.

130. *Piſae* ] Nunc *Piſa.* IDEM.

131. *Hetruſca* ] Nunc *Toſcana.* IDEM.

* *Deinde Luna Ligurum & Liguria* ] Mariangelus ex Ptolemaeo, & Plinio *Tigulia*, non *Liguria*, rectè PINTIAN.

132. *Luna* ] Nunc *Sarrazana.* OLIVAR.

133. *Liguria* ] Nunc *Terra de Genova.* IDEM.

134. *Genua* ] Nomen retinet. IDEM.

135. *Sabathia* ] Nunc *Saona.* IDEM.

*Sabathia & Albigaunum* ] Legendum *Albingaunum* ex Strabone, & Plinio. In Ptolemaeo depravatè ſcriptum eſt *Albigaunum*, pro *Albingaunum.* Sicuti & aliud antè oppidum *Albiniminion*, cùm legendum ſit, *Albion Intimelion* ex Strabone in quarto apertè; reddita cauſa, quare utrumque ita appelletur. Caſtigandus itaque Plinius, in quo *Albion Intemelium* legitur pro *Albion Intimelium.* PINTIAN.

136. *Albigaunum* ] Nunc *Arbenga.* OLIVAR.

137. *Tum Paulon & Varum* ] Lego, *Paulon & Varus*, ex Strabone & Ptolemaeo, adde etiam, ſi placet, Vibio Sequeſtre. PINTIAN.

*Tum Paulon* ] Scrib. *Tum Padon & Varus.* Et ſtatim: *Sed Varus, quia Italiam finit, aliquanto notior.* SCHOTT.

138. *Pau-*

138 Paulo & 139 Varum fluminà, utraque ab Alpibus delapſa, ſed Varum, 140 quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipſae ab his litoribus longè latéque diffuſae, primò ad ſeptentrionem 141 magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt, 142 verſo impetu in orientem abeunt, 143 diremtisque 144 populis immanibus, 145 usque in Thraciam penetrant.

138. *Paulon & Varum flumina*] Plinius *Padon*, non *Paulon*, ut ſit *Padon Padonis*, aut certè *Paulon Paulonis*, omnino alius à *Pado*: quandoquidem Pomponius hoc loco Varum amnem *Padone*; aut ſi quis ita malit, *Paulone* dicit eſſe notiorem. BARBARUS.

139. *Varum*] *El Var*, nomen retinet. OLIVAR.

140. *Quia Italiam finit*] Lucan. lib. 1. *Pharſal. belli*:

*Finis & Heſperiae promoto milite Varus.*

Legend. Strabo lib. IV. SCHOTT.

141. *Magno gradu*] Usque ad Adulam montem. OLIVAR.

142 *Verſo impetu in Orientem abeunt*] Juxta Noricos, Rhaetios, Vindelicos, Pannonios Superiores & Inferiores, usque ad Myſiam ſuperiorem. IDEM.

143. *Direptisque populis*] In vet. MS. Pariſino *diremptisque* reperi, quomodo leg. conjecerat H. Stephanus lib. 1. *Schediaſm.* cap. 25. Dionyſius Afer Graecè huiusmodi effert, [illegible]. SCHOTT.

144. *Populis immanibus*] Quos diximus, & alios videlicet Carnos. OLIVAR.

145. *Usque in Thraciam*] Id eſt, ad principium Thraciae. OLIVAR.

## CAP. V.

# GALLIA NARBONENSIS.

1 GALLIAE 2 Lemanno lacu & 3 Cebennicis montibus in duo latera diviſa, atque altero

1. *Gallia Lemano lacu*] Strabo cum *a* in fine, & cum duplici *n* *Limennam* appellat, Ptolemaeus cum uno *n* & *e* longo in fine *Limene*. In Strabonis lib. IV. ubi de Rhodani, & Araris coitu diſſerit, oſcitantes Librarii [illegible] ſcripſerunt, prò [illegible].. Rhodanus enim Lemano lacu excipitur, Plinio, & Pomponio auctoribus. PINTIAN.

2. *Lemanno lacu*] *El lago de Geneva*, ſive *El lago de Loſana*. OLIVAR.

3. *Gebennicis montibus*] *Le Mont Calvernia* nunc. IDEM

ro [4] Tuſcum pelagus attingens, altero Oceanum, hinc à Varo, illinc à [5] Rheno, ad Pyrenaeum usque permittitur. Pars Noſtro mari appoſità (fuit aliquando Braccata, [6] nunc Narbonenſis) eſt magis culta, & magis conſita, ideoque etiam laetior. Urbium, quas habet, opulentisſimae ſunt, [7] Vaſio Vocontorium, [8] Vienna Allobrogum, [9] Avenio Cavarum, [10] Arecomicorum [11] Nemauſus, [12] Toloſa Tectoſagum, [13] Secundanorum [14] Arauſio, [15] Sextanorum [16] Arelate, [17] Septimanorumque [18] Baeterrae. [19] Sed anteſtat omnes Atacinorum Deci-

4. *Thuscum pelagus* ] Diximus eſſe *El mare de la Toſcana.* IDEM.

5. *Rheno* ] *Le Rhin* hodie. IDEM.

6. *Nunc Narbonenſis* ] Olim vocata *Provincia Romanorum.* IDEM.

7. *Vesco Vocontiorum* ] Scribe *Vaſio*, non *Vasco*, unde *Vaſionenſes*, ex Sidonio Apollinari multis locis, praeter ea, quae in Pliniana ejusdem partis caſtigatione diximus. BARBARUS.

8. *Vienna* ] Nomen retinet, in Delphinatu. OLIVAR.

9. *Avenio Canarum*] Scribo *Cavarum*, ex Plinio, & infrà Pomponio. BARBARUS.

*Avenio* ] Nomen retinet. OLIVAR.

*Avenio Cavarum* ] *Cavaros* tertio ordine nominat Ptolemaeus, *Cuaros* Strabo, *Cavares* Plinius. PINTIAN.

10. *Arecomicorum Nemauſus* ] Strabo, & Ptolemaeus cum *i* in ſecunda *Aricomicos*; Ptolemaeus ſine *c Aricomios*, & item Strabo, qui aliquando adjecta *ſ* poſtremae ſyllabae *Aricomiſcos* nominat. IDEM.

11. *Nemauſus* ] Nunc *Niſmes.* OLIVAR.

12. *Tholoſa* ] Nomen retinet. IDEM.

13. *Secundanorum* ] Id eſt, ubi erat ſecunda legio. IDEM.

*Secundanorum Auraufio* ] Scribendum, *Arauſio*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. PINTIAN.

14. *Araufio* ] *Aurenge.* OLIVAR.

15. *Sectanorum Arelate* ] Scribo *Sextanorum Arelate.* BARBARUS.

*Sextanorum* ] Ubi erant milites ſextae legionis. OLIVAR.

*Sextanorum Arelatae* ] Sic quidem Strabo cum *ae* diphthongo in fine; Ptolemaeus tamen neutro genere *Arelatum.* PINTIAN.

16. *Arelate* ] Nomen retinet, *Arles.* OLIVAR.

17. *Septumanorum Blitera*] Nunc *Beſiere.* IDEM.

*Septumanorumque Blytera* ] Ptolemaeus *Baetirae.* Strabo *Blitera*, Plinii vetuſtus codex *Beterre.* PINTIAN.

18. *Blitera* ] Strabo quoque *Blitera*, ſed Plinius, Stephanus & Antoninus, *Beterra.* BARBARUS.

19. *Sedanteſtaronis* ] Diſtinguendum, *Sed ante ſtat omnis*, hoc eſt, Martius Narbo. Plinius, *Narbo*, inquit, *Martius Decumanorum colonia.* Quod autem ſequitur, *Atacinorum*, ab Atace fluvio id nomen: quod & Pomponio & Porphyrioni dictum eſt: ut quidam *Atacinus* Romae hinc nominatus

aibt

Decimanorumque colonia, unde olim his terris auxilium fuit, nunc & nomen & decus eſt, [20] Martius Narbo. [21] In litoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca, ceterùm rarae urbes, quia rari portus, & omnis plaga auſtro atque africo expoſita eſt. [22] Nicaea tangit Alpes, [23] tangit [24] oppidum Deciatum, tangit [25] Antipolis. Deinde eſt [26] Forum Julii, [27] Octavanorum colonia: [28] tunc poſt Athenopo-

arbitrentur, ut alibi notabimus. IDEM.

20. *Martius Narbo* ] Nunc *Narbone*. OLIVAR.

*Martius Narbo* ] De Narbone elegans exſtat Sidonii Apollinaris carmen. SCHOTT.

21. *In litoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca* ] Mallem legeres *litore*, quàm *litoribus*, vel ſi placet ſcribe, *in litore ejus* Dictio etiam, *aliquibus*, ocioſa eſt. PINTIAN.

22. *Nicea* ] Nunc *Niſa*. OLIVAR.

*Nicea tangit Alpes* ] Scribendum cum *ae* diphthongo in media, *Nicaea*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano. PINTIAN.

23. *Tangit oppidum Deceatum; tangit Antipolis* ] Scribendum videtur, *Tangit oppidum Deciatiorum Antipolis*: ut ſuperfluat verbum *tangit* ſecundo poſitum, ex Ptolemaeo, cui *Antipolis*, *Deciatiorum* urbs eſt. Strabo *Deceitas* appellat primo flexu; Plinius modò *Deceatas*, modò *Deciatas*. Poſſet tamen retineri antiqua lectio, ſi *Deciatum* legas ex Stephano, cui urbs eſt Italiae *Deciatum*. IDEM.

24. *Oppidum detiacum* ] Lego *Deceatum*, ex Polybio, Strabone, Plinio. BARBARUS.

25. *Antipolis, deinde forum Julii, Octavanorum colonia. tunc poſt Antiopolim & Olbiam* ] Lego, *Antipolis, deinde forum Julii, Octavianorum colonia, tum Athenopolis & Olbia*, ex Plinio ferè ad verbum. De *Antipoli* verò, & *Foro Julii*, & *Olbia*, Ptolemaeus quoque. De *Athenopoli* & ceteris Plinius. IDEM.

*Antipolis* ] Nunc *Ragni*. OLIVAR

26. *Forum Julii* ] Nunc *Frejo*. IDEM.

27. *Octavianorum colonia* ] Dele, *Octavianorum*, & illud *poſt*. SCHOTT.

28. *Tunc poſt Athenopolis. & Olbia, & Tauroïs, & Citharistes, & Lacydon* ] In citando ſanè ſequuti ſumus editionem Voſſii, ſed nihil longius à nobis abeſt, quam ut perſuaſi ſimus ſcriptum ita fuiſſe à Mela, & fieri poſſe, ut in hoc loco ſine ineptia criminetur ineptos Librarios. Attende modò, Lector, & brevi tota res deciſa erit. Nuſpiam Mela has duas particulas *tunc poſt* ita conjungit, ſed alterutram modò adhibet. Itaque & Pintianus more ſuo deleri juſſit poſtremam *poſt*. Ceterùm ſolam hanc voculam initio periodi perſaepe inſtar adverbii uſurpat. Sed & porro quoque Mela ſemper ferè praepoſitionem ſubnectit voculae *tunc*: ut hoc ipſo capite, *tunc ex*, *tunc inter*, & ſic paſſim. Qua ratione igitur fieri poteſt, ut hoc loco non credamus, particulae eidem *tunc* ſubnexam particulam *poſt*, eſſe poſitam non quaſi adverbium, ſed praepoſitionem? imprimis quum omnia ſcripta exemplaria per quartum caſum exſerant ſequentia, *tunc poſt Anti-*

nopolin, & [29] Olbiam, & [30] Tauroin, & Citthariſten eſt [31] Lacydon Maſſilienſum portus, & in

*nopolin & Olbiam & Laurion & citharis tenet macedon*, ex quorum poſtremis Barbarus texuit *Glanon & Cithariſtes &*. ſed pertemerè. Haud dubiè ſcripſit, *Tunc poſt Athenopolin & Olbiam & Tauroin & Cithariſten eſt Lacydon.* Conſummatiſſima periodus. Τὸ *poſt* frequentiſſimè in hoc ſcripto adverbium eſt: ſed etiam τὸ *extra*. qua vocula paſſim Auctorem uti poſt egreſſum ex ſinu jam ſuprà declaravimus. An ergo nunquam τὸ *extra* illi placuit conſtructione praepoſitionis? Immò lib. III. cap. 8. *extra ſinum. veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri maris.* Omnia docent τὸ *poſt* hic eſſe praepoſitionem. Quid deploratius apud Antiquos Protheo? quid nunc Voſſio ubique eum exprimente? Qui paſſim ſic crepat veteres codices, ubi aliquid non occurrit ád guſtum, praeferre illis ſolet neſcio quid neſcio unde correptum. In qua ratione quum ſemper occurrat cum riſu adſpernabilis, maximè talem ſe agit in hoc loco, cujus controverſiam totam retulit in accuſativo *Tauroin*, quem non potuit concoquere, ſic ut nec Graecum nec Latinum eſſe pronuntiet, pronuntiaturo, opinor, idem Holſtenio, qui ad Ortelium ſic notaverat [apud Pomponium Melam corrupta haec vox in *Glanon*, ubi MS. *Laurion*. Sed legendum haud dubiè *Taurentum*, vel potiùs Graeca formatione *Taurois*.] Cauſam prodit Voſſius. [*Taurentum* Latini, Graeci *Tauroenta* vocant, & ſic Caeſar.] In quo imitari voluit Melam, *Extra Sipuntum, vel, ut Graji dixere, Sipus*, qui tamen apud Grajos agnoſcit Σιποῦς. Sed quid agit Voſſius, quum ſic maculat tempus & chartam & ſepiam? non enim ſcribit. An Caeſar eſt Graecus? Non Graeci magis, quam Latini ſic vocarunt, quippe quibus multa Graeca magis placuerunt, quàm ſua Talis eſt ipſe noſter Pomponius. Sed quam *Tauroenta* vocant, eam non etiam queunt vocare Tauroin? Pateat analogia; *Taurois*, *Tauroenta*, *Tauroin*, ut *Simois*, *Simoenta*, ut aliquoties apud Virgilium, pro quo tamen Servius dicit in genitivo *Simois*, *ad lib.* I. *Aen.* verſ. 104. etſi illic citet Virgilianum *Simoentis*, quod quum occurrat verſ. 622. ibi tamen dicit *circa fluvium Simoin.* Si haberemus in Latinis aliqua de Selinunte, non ambigo ſimilia repertum iri Σελινόεις, Σελινοῦς. Vis ridicula? Scylax vocat Σολόεσσαν ἄκραν, quae ut & notavit Voſſius, Heſychio dicitur Σολοεντὶς, Ptolemaeo Σολοεντία ἄκρα: & tamen Voſſius in prima lanugine jam arbitrabatur legendum Σολόεντα. Nonne jam tum inchoavit veridicinam? Videbimus. GRONOV.

29. *Olbia*] Nunc *Eres*. OLIVAR.

30. *Laurion & Citaris tenet, & Lacidon*] Scribo, *Glanon & Cithariſtes & Halycidon*. De *Glano*, & promontorio *Cithariſta* Antoninus, Plinius. De *Halycidibus* Strabo: id autem verbum *ſalinas* ſignificat. Ad campum, inquit, lapideum vocatum ἐν μέσῳ ὕδατα, καὶ ἀλυκίδες συνίστανται, καὶ ἅλες: fortaſſeque locum eum, aut ſimili natura praeditum ſignificat, quem Antoninus *Salſulas* appellat, 64. milibus paſſ. à Pyrenaeis. BARBARUS.

31. *Halycidon*] Legendum reor *Lacydon* ex Euſtathio. Aeſtimationi locus. SCHOTT.

*Lacydon, Maſſilienſum portus & in*

in eo ipſa [32] Maſſilia. Haec à Phocaeis oriunda, & olim inter [33] aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita

*in eo ipſa Maſſilia*] Planè ut lib. I. cap. 16. *Portus, cui ex urbe, quam complectitur, Tiſanuſa cognomen eſt.* Ut illic dicitur portus Tiſanuſa amplecti urbem cognominem, ſic nunc in Lacydonte portu ſtatuit eſſe urbem Maſſiliam. Veriſſimè ſic eam deſcribi à Mela, & quid velit apparet ex Dionyſii *Periegeſi* v. 75. ubi ſcribit,

——— Ἔνθα τε γαῖα,
Μασσαλίη τετάνυσται, ἐπίστροφον
ὅρμον ἔχουσα,

Vide illic Euſtathium. Cunctatus ſui monere quidquam de furto Voſſii, quo totam iſtam notam & emendationem Melae contra Hermolaum ingratè deſcripſit ex Caſaubono *ad Strabonem* pag. 83. Nunc ut indicem, cogit malia futiliſſimi hominis, qua in *Appendice* negat Tiſanuſam cum Maſſilia componi poſſe, quum ipſe de ſpatio Tiſanuſae aut portus eius omnino nihil noverit; ac debeamus contenti eſſe illis, quae tradita ſunt in reſiduis Fragmentis. Voſſius tamen probat probatione Voſſiana. [At verò minuti portus, qualis eſt iſte Maſſilienſium, quomodo illi ambire magnas poſſent civitates, qualis erat Maſſilia?] Quo tandem metatore utriusque fuit uſus? Ecce rem omnem aperta narratione expreſſam in *Panegyrico*, qui dictus eſt Conſtantino: *Maſſilia enim, ut audio, in profundum mare prominens, & munitiſſimo accincta portu: in quem anguſto aditu meridianus refluit ſinus, mille quingentis paſſibus terrae cohaeret,* (ſic patet fuiſſe χερρονησίζουσαν, ut ab tribus partibus mari alluеretur, & eſſet in portu) *qua firmiſſimus & turribus frequens murus opponitur.* Itaque mox refert terra marique admotis machinis, aggeribus exſtructis, navalibus praeliis ſaepius oppugnatam, quum Conſtantini militem *nihil altitudo murorum, nihil creberrimae* (perperam editur *celeberrimae*) *turres nihil loci natura remorata eſt, quo minus & portum caperes, & urbem continuo, ſi velis.* Ergo portus ibi primum capiebatur, atque adeo exterior erat, quàm urbs, quam cingebat & in ſe continebat. Sic Martianus Capella lib. VI. pag. 210. *Oeanthe, in quo portus Apollinis.* Nonne in Cilicia memoratur Auctori noſtro *Corycos oppidum portu ſaloque incinctum?* Contrà de Syracuſis Cicero lib. v. *in Verrem* cap 37. GRONOV.

32. *Maſſilia à Phocaeis*] Phocaeenſium coloniam, auctor Herodotus *Clio.* Oppianus *Halieuticis*, & Iſocrates in *Archidamo*. Reſpub. optimis & ſeveriſſimis legibus temperata: litteris etiam Graecis & Philoſophiae ſtudiis clara, quò & Romani tanquam alteras Athenas proficiſcebantur. Valerius Maximus, & Strabo lib. IV. Ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας. Mollitiei tamen nomine malè audiebant; credebanturque γυναικοπαθῶν, teſte Athenaeo. Hinc Plautus *Caſina Maſſilienſes mores* vocat molles: tametſi ſecus Chiliaſtes. SCHOTT.

33. *Aſperas poſita*] Τὸ *poſita* obelo fodio, ut gloſſema, *Gentes* ἀπὸ κοινοῦ repetendum; & verbum aliquod exaudiendum: quis enim conciſum Melae dicendi genus non obſervavit? Infrà verò, *has intrat;* & poſt, *ingentis alio-*

ita diſſimillimis tamen vicina gentibus; mirum quàm facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rhodanum [34] Maritima Avaticorum ſtagno aſſidet. [35] Foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit. Alioquin litus ignobile eſt, [36] lapideum, ut vocant; in quo Herculem [37] contra Albiona & Bergion, Neptuni liberos, dimi-

*qui alvei tenent*, etiam expungo. A Librariis enim intempeſtivè intruſa ſunt ex ſcholiis. Idem.

34. *Maritima Avaticorum ſtagno aſſidet*] Legendum fortaſſe non *ſtagno aſſidet*, ſed *ſtagnum Aſtromela*. Cujus, ut celebris, mentio apud Plinium, & Stephanum: qui non *Aſtromela* nominat, ſed *Maſtramelle*, tum ſtagnum, tum civitatem ejuſdem nominis per *a* in tertia à fine, & duplex *ll*, & ita in Plinio legendum videtur. Pintian.

35. *Foſſa Mariana*] *Aigues mortes*. Olivar.

36. *Lapideum ut vocant, in quo Herculem contra Albiana*] Scribendum *Albiona*. Barbarus.

37. *Contra Albionem & Bergiona*] Enimvero dignum politiſſimo Pomponio nitorem! ut ejuſdem declinationis duos caſus ſic variata terminatione efferret, nulla prorſum ſuavitatis gratia? Quis hoc credat? Atqui jam olim hic lectum *Albiana*, unde Barbarus monuit legendum *Albiona*. Immò ipſe etiam in MS. legi clarè *Albiona*, habetque jam Juntina editio & MS. Mediolanenſis, nec aliter citabat Voſſius pater in lib. 1. *de Idololatria Gentil.* cap. 35. Itaque hoc pro certiſſimo habendum. Alterum *Bergiona* planè fictum falſumque eſſe apparet vel inde, quod Voſſius teſtetur in aliis veteribus libris legi *Gergion*; tum etiam ex Graecis fabulatoribus, qui hunc poſtremum vocant Δέρκυνον, hoc eſt, vocabulo tertiae declinationis. Ergo certè in MS. perſpicuè legi *Bergion*. Itaque ſecurè & propter has rationes abhinc edatur *Albiona & Bergion*. Sed & praecedentia nullum habent nexum, & duntaxat, ſi probare volumus correctionem Voſſii, ſcribendum eſt diſtinguendumque, *Alioquin litus ignobile. Eſt lapideus (ut vocant) campus*, Campus enim nec ille eſt ignobilis, & facit, ut litus ſatis ſit nobile. An debebat credi fieri poſſe, ut his obſtreperetur. Dicit tamen Voſſius. [Hanc lectionem, *nempe Albionem & Bergiona*, è ſuis libris dederunt & Vinetus & alii.] Hoc mendacium eſt. In nullis libris eam aut ipſi aut ulli alii invenerunt: inveniſſem enim & ipſe: immo nec Voſſius de uno quodam ſuo id teſtari ſuſtinuit. Hinc addit [*Albiona* an *Albionem* utrum legas perinde eſt] non illi, qui Melam legere vult, ſed qui neſcio, cujus impuras & inquinantes & planè Voſſianas manus, ut eſt iſta ipſa Latinitas. Egone autem dicendus ſum audacter reponere *Bergion* pro *Bergiona*, quum iſta poſtrema *a* ſit in nullo codice, quum ipſe teſtetur alios veteres libros legere *Gergion?* An non debet abjici & expelli, quod injuſtè & iniquè invaſit? Juntina jam habet *Bergion*, nec aliter MS. quem citavi ex Mediolano; imo jam editio Veneta

dimicantem cùm tela defeciſſent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe, adeò multi paſſim & latè jacent. [38] Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit; deinde Lemanno lacu acceptus tenet impetum, ſeque [39] per medium integer agens, quantus venit egreditur; & inde contra occidentem ablatus, aliquandiu Gallias dirimit: [40] pòſt curſu in

neta anni 1482. 15. Calend. Auguſti, quam in Muſeo eruditiſſimi Deinotii conſului. Ita ut quod Voſſius in *Obſervationibus*, citans *contra Albionem & Bergiona*, ſcribit, nonnullos veteres libros legere, *Bergiona*, quaſi in illis exiſtant *Albionem & Bergiona*, eam vivus non videatur vidiſſe, ſed fortaſſe nunc. Nam in quibus libris legitur *Bergiona*, in iisdem legetur quoque *Albiona*, ut lego in membrana, quam mihi donavit politiſſimus ille vir, cujus modo indulgentiam erga me laudavi. Quid quod eandem terminationem Graeci velint. An verò A & B miſceri mirabimur, qui in libro primo vidimus ab Voſſio amari Bechiros, quos MSS. vocant Diſcheros? Dercynum aut Berginum nemo cogitare poteſt niſi iſtud intolerabile ϰαναδν Voſſii. Quae ſtatuit in poſteriori parte, omnia ſunt ſtupendae ineptiae. Explicat enim, ut ipſe diſtinguit. [Dicit Mela litus hoc lapideum & annexos huic campos lapideos fore ignobiles, niſi foſſa eſſet Mariana, qua parte Rhodàni illuc tranſlata, campi iſti irrigantur.] Quid primum mirer? Ubi ſtatuitur litus lapideum? Ut Mela campum lapideum, ita Euſtathius ad Dionyſium λίθινον πέδον: nihil de litore. Etiam campos lapideos ignobiles fore non dicit Mela: falſum eſt. Fuit campus lapideus nobilis ante foſſam Marianam. Docent Graeci, docet Hercules. Porro an foſſa Mariana ducta fuit ob irrigationem? an ſine foſſa fuiſſent hi campi ſteriles & inutiles? Quid audio ſtultiſſimi commenti? Aliter Solinus cap. 2. *C. Marius bello Cimbrico factis manu foſſis invitavit mare; pernicioſamque ferventis Rhodani navigationem temperavit:* quae citat Harduinus *ad Plinii lib.* III. addens, quo in Rhodanum naves è mari facilius ſubirent, quibus aegrè aditus eſſet in amnem per orientale oſtium, quod id erat navigiorum vix patiens. Sed & is tamen Campos ibi lapideos novit. GRONOV.

38. *Rhodanus*] Nunc *La Rosne*. OLIVAR.

39. *Per medium integer agens*] Rhodanus & Arar ex Alpibus decurrit, & inſulam Deltae forma efficit Polybio lib. III. *Hiſt.* ubi Sipontinus ex Mela haec addidit, quae in Graecis non comparent; videturque *per medium iter agens* legiſſe. Vide Amm. Marcell. lib. XV. *Hiſt.* SCHOTT.

40. *Pòſt curſu in Meridiem abducto, hac intrat*] Scribendum reor, *hanc intrat*; hoc eſt, Narbonenſem, quod innuit Strabo his verbis: *Deinceps de Aquitanis & de attributis illis gentibus Gallicis numero* XIV. *dicendum eſt, quae inter Garumnam & Ligerin habitant, ex quibus nonnullae Rhodani amnis aſſumunt regionem camposque Narbonenſes.* & Caeſar in *Commentariis*,

in meridiem abducto, hâc intrat, acceſſuque aliorum amnium jam grandis, & ſubinde grandior inter [41] Volcas & [42] Cavaras emittitur. Ultrà ſunt ſtagna Volcarum, Ledum flumen, caſtellum Latera, [43] Meſua collis incinctus mari penè undique; ac, niſi quòd anguſto aggere continenti annectitur, inſula. Tum [44] ex Cebennis demiſſus [45] Arauris juxta Agathan, [46] ſecundum Baeterras Orbis fluit. [47] Atax ex Pyrenaeo monte degreſſus, quâ ſui fontis aquis venit

*riis*, lacu Lemano, & Rhodano fluvio Provinciam Romanorum ab Helvetiis dirimi ait. PINTIAN.

41. *Volcas* ] Eos qui apud Montem Peſſulanum agunt. OLIVAR.

42. *Cavaras* ] Avenionenſes. IDEM.

43. *Meſua collis incinctus mari* ] Nihil muto, ſed Ptolemaeus *Segiam* montem, ſive *Setium* vocaſſe hunc videtur, Strabo *Sigium*, contra inſulam *Blasconem*, Ptolemaeus, *Agatham* enim objectam facit, non Blasconem paulò remotiorem. Hic autem mons *Pullerius* appellatur hodie, ut ferè credi video. BARBARUS.

44. *Ex Gebennis demiſſus Araurris* ] Strabo *Raurari*, Ptolemaeus *Araurias*, ſive *Araurios*. PINTIAN.

45. *Arauſus juxta Acatam* ] Strabo *Arauraris*, ſive *Raurari*, *juxta Agatham*, Ptolemaeus autem, *Araurius juxta Agathopolin.* Differt autem omnino *Arauraris* ab *Arari*, eadem provincia, ut conſtat. BARBARUS.

46. *Secundùm Blyteras Obris fluit* ] Legendum, ut dictum eſt, *Bilteram*, ex Strabone, & Ptolemaeo; cui *Orobis* fluvius eſt, ceteris cum Pomponio *Obris*. PINTIAN.

47. *Atax . . . . exiguus* ] Lucanus lib. 1. *Pharſal.*

*Mitis Atax Latias gaudet non*
*ferre carinas.*

Sed natalibus Varronis Atacini clarior. Mox, *ſe tendens*, pro *tenens*, legit Pint. quod, quoniam Melae peculiaris phraſis eſt, non damno. SCHOTT.

*Atax ex Pyrenaeo monte degreſſus* ] Non putavi hîc opperiendum conſenſum à libris ſcriptis, quin ſic ederem, non *digreſſus*, ut retrò factum. Ne hîc quidem ſe continet Voſſius; ſed detrectationis vitio in naturam transgreſſo, non loquitur, ſed bacchatur de duabus his particulis. Quod quidquid ſit, Rhenanus locupletior Voſſio teſtis ſcribit ad Tacitum lib. 1. *Hiſt.* cap. 61. *Peninis jugis degredi juſſus* [Codex MS. pro *digredi* plerumque habet *degredi* &c.] Ad eundem Tacitum lib. IV. *Annal.* cap. 49. *degrediebantur* ex unico MS. reſtituit Pichena, illic laudans in ſimili cauſa Sigonium. Id ſi in Mela locum non habet; cur igitur modò antè dixit *ex Gebennis demiſſus*; cur lib. III. cap. 2. *ex Pyrenaeo monte delapſus?* cur lib. 1. cap. 18. *ab Iaaeo monte demiſſus?* cur toties *defluere* vel *devolvi?* Sed Voſſio etiam *deductus* & *diductus* pro iiſdem habentur ad lib. III. cap. 6. quod nulli Latino. GRONOV.

48. Exi-

nit, [48] exiguus, vaduſque eſt; [49] & jam ingentis alioquin alvei tenens, niſi ubi Narbonem attingit, nuſquam navigabilis: ſed cùm hibernis intumuit imbribus, uſque eò ſolitus inſurgere, ut ſe ipſe non capiat. Lacus accipit eum [50] Rubreſus nomine, ſpatioſus admodum, ſed quâ mare admittit, tenuis aditu. Ultrà eſt [51] Leucata, litoris nomen, & [52] Salſulae fons, non dulcibus aquis defluens, ſed ſalſioribus etiam quam marinae ſint: juxtà campus minuta arundine gracilique perviridis, ceterùm ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Id manifeſtat media pars ejus, quae abſciſſa proximis, velut inſula natat, pellique ſe atque attrahi patitur. Quin & ex iis, quae ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur. Unde Grajis noſtriſque etiam Auctoribus, verine ignorantia, an prudentibus etiam mendacii libidine, viſum eſt tradere poſteris, in ea regione [53] piſcem è terra penitus oriri, qui ubi ex alto hucuſque

48. *Exiguus vaduſque, & ingentis alioquin alvei tenens*] Lego, *exiguus, vadoſuſque, & ingenti ſe alioquin alveo tendens.* PINTIAN.

49. *Et ingenti alioquin alvei tenens*] Non dubito, quin foedè hanc ſcripturam invertat Pintianus: ſed etiam, an haec ſit manus Pomponii, dubito. Nam in duobus MSS. legitur *etiam ingentis*, quae ſcriptura cur poteſt cuiquam non placere? Imò verò eſt, cui diſpliceat, Voſſius: qui in hoc animadvertendo tam fuit attentus, quàm ſi cantilenas in choro ſorberet. Scribit enim, ſic me reformare hunc locum, *etiam ingentis alioquin alvei capax.* Scilicet illi perinde eſt, tum *tenens*, tum *capax*. Deinde an quum ſic notavi, aliquid conjunxi, aut ſeparavi? Pergit autem ille, quum conceſſiſſet in pluribus ita legi libris, ſcribere (jam ſic diſtinguendus erat locus; *exiguus vaduſque eſt etiam, ingentis alioquin alvei capax.*) Ingratus eſt, qui me excitante cogitur ad commata ponenda (en laboris Voſſiani ſpecimen!) nec tamen amat. GRONOV.

50. *Rubreſus nomine*] *Rubrenſem* vocat Plinius, niſi mendoſus codex eſt, cap. 4. lib. III. *Flumen*, inquit, *Atax è Pyrenaeo Rubrenſem permeans lacum: Narbo Martius Decumanorum colonia* XII. M. *paſſuum à mari diſtans.* SCHOTT.

51. *Leucata,*] Nomen retinet. OLIVAR.

52. *Salſulae*] Nomen retinent, nunc *Salſes.* IDEM.

53. *Piſcem è terra*] T. Livius lib. II. *Annal. In Gallico agro, quà*

que penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur. Inde eſt [54] ora Sordonum, & parva flumina [55] Telis, & Tichis; ubi accrevere, perſaeva: colonia [56] Ruſcino, [57] vicus Eliberri magnae quondam urbis, & magnarum opum tenue veſtigium. [58] Tum inter Pyrenaei promontoria [59] Portus Veneris eſt ſinu Solſo, & [60] Cervaria locus, [61] finis Galliae.

*quà induceretur aratrum, ſub exſiſtentibus glebis piſces emerſiſſe.* SCHOTT.

54. *Ora Sordonum,*] Plinius, *Sardonum.* BARBARUS.

55. *Thelis & Thicis ubi accrevere immania fiunt, Ruſcino,* &c.] Sic Aldus. Lego, *Thelis & Thicis, ubi accrevere, immania. Sunt Ruſcino,* &c. PINTIAN.

56. *Ruscino*] *Perpinnam* hodie, caput Comitatus Roſſilionis. OLIVAR.

57. *Vicus Eliberre*] Graeci ferè ſcribunt *Iliberris*, ut Ptolemaeus: nam & Strabo *Ilibirris*, ποταμὸς Οἰλλιβέρρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον. Nos *Eliberri*, & *Illiberri*, quidam *Illiberris* & *Illiberri*, ſed prior ſcriptura melior. Fuit & in Baetica oppidum hoc nomine, quod nunc opulentiſſimum eſt, & *Granatam* vocari, quemadmodum & regionem ipſam, putant, cùm aliis argumentis, tum illo maximè, quòd ejus urbis porta una in hodiernum quoque diem Eliberris appellatur *la puerta de Elvira:* id maximè compertum hoc anno eſt, cùm ea civitas in poteſtatem Hiſpaniae Principum conceſſit, Mauritanis, qui DCCC. ferè annos occupaverant, obſidione longa in deditionem compulſis. BARBARUS.

58. *Tum inter Pyrenaei promontoria portus Veneris in ſinu ſalſo,* &c.] Scribo diverſa & ratione, & diſpunctione: *Tum in Pyrenaei promontorio templum Veneris, & in ſinu ſalſo Cervaria,* &c. Nam omnes in hoc tractu *Pyrenaei promontorium*, & in eo *templum Veneris* noſcunt, nemo *portum*. Praeterea, an ſit dictio illa, *ſalſo*, adjectitia, dubito. PINTIAN.

59. *Portus Veneris*] *Cap de Creus* hodie. OLIVAR.

60. *Cervaria* ] Nunc *Coblhure*, IDEM.

61. *Finis Galliae.* ] Amicus quidam meus haec à Librariis adſcripta de more putabat: quod ut crederem nondum à me impetrare potui. Sic enim ſuper. cap. *Varus Italiae finis:* & proximè, *Junonis promontorium finit Europen*, & alibi ſaepè. SCHOTT.

CAP.

## CAP. VI.

# HISPANIAE ORA CITERIOR.

[1] PYRENAEUS primò hinc in Britannicum procurrit Oceanum; [2] tum in terras fronte converſus, Hiſpaniam irrumpit, & minore ejus parte ad dextram excluſa, trahit perpetua latera continuus, per omnem donec provinciam longo limite immiſſus: [3] in ea litora, quae occidenti ſunt adverſa, perveniat. Ipſa Hiſpania, [4] niſi quâ Gallias tangit, [5] pelago undique incincta eſt: [6] ubi illis adhaeret, [7] maximè anguſta, paulatim ſe in Noſtrum & Oceanum mare extendit, [8] magiſque & magis latior ad occidentem abit, ac fit ibi latiſſima: viris, equis, ferro, plumbo, aere, [9] argento auroque

1. *Pyrenaeus hinc*] Hoc eſt, ex Capite Veneris in Britannicum Oceanum excurrit, id eſt, mare Oceanum fontis Rabiae. OLIVAR.

2. *Tum in terras fronte converſus Hiſpaniam irrumpit*] Nam duo maxima ramenta ex Pyrenaeo irrumpunt: alterum vocatur *Idubeda* mons, alterum, *Oroſpeda*. IDEM.

3. *In ea litora, quae Occidenti ſunt adverſa,*] Nam *Idubeda* usque ad Portugalliam protenditur. Varia ſortitur nomina ex gentibus juxtà habitantibus. In primis vocatur *La Sierra Datiença*: deinde, *Sumo Sierra:* tum, *El puerto de la Tablada:* poſtea, *La Palomera davila:* hinc, *El puerto del Colmenar*, & *El puerto del Pico:* deinde, *El puerto de Tornavacas*. Hinc procurrit usque ad mare occidentale in Portugallia, & *Frominens* mons vocatur, *El monte de la Strella*. IDEM.

*In ea litora, quae Occidenti ſunt adverſa*] Poſſet etiam legi, & commodiùs, *obverſa*. PINTIAN.

4. *Niſi qua Gallias tangit*] Indicat totum tractum Pyrenaei à promontorio Veneris, quod eſt *Cap de Creus*, usque ad fontem Rabiam. OLIVAR.

5. *Pelago*] A Meridie, mari noſtro; à Septentrione, mari Britannico. IDEM.

6. *Ubi illis adhaeret*] Illis videlicet Galliis. IDEM.

7. *Maximè anguſta*] Haec videbis in plano, & in globo. IDEM.

8. *Magis magiſque latior ad Occidentem abit*] Praecipuè in medio, à Capite Finis-terrae usque ad Carthaginem novam. IDEM.

9. *Argento auroque tam abundans*] Aldus, *argento auroque: & tam abundans.* Scribo, *argento auroque etiam abundans.* Nam quia tribuerat Hiſpaniae copiam ferri, plumbi, aeris: ne quis putaret eorum tantum metallorum copiam habere, adjecit, *argento etiam*

que [10] etiam abundans, & adeò fertilis, ut ſicubi ob penuriam aquarum effoeta ac ſui diſſimilis eſt, [11] linum tamen aut ſpartum alat. [12] Tribus autem eſt diſtincta nominibus; parsque ejus Tarraconenſis, pars Baetica, [13] pars Luſitania vocatur. [14] Tarraconenſis altero capite Gallias, altero [15] Baeticam [16] Luſitaniamque contingens, mari latera objicit Noſtro, quâ meridiem; quâ ſeptentrionem ſpectat, Oceano. [17] Illas fluvius [18] Anas ſeparat, [19] & ideo Baetica maria utraque proſpicit; [20] ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem Noſtrum. Luſitania Oceano tantummodò

*etiam auroque abundare.* PINTIAN.

10. *Tam abundans,*] Rectius, *auroque etiam abundans*, pro *Tholobin*, alii *Thalabin* reponunt. SCHOTT.

11. *Linum aut ſpartum alat*] Juſtin. lib. ult. *Jam lini ſpartique vis ingens.* Plinius, & alii. Hinc credo & Ptolemaeo, & Appiano Carthago nova, Conteſtanorum, [illegible], hoc eſt, *Spartaria*. à ſparti copia appellatur. IDEM.

12. *Tribus diſtincta nominibus*] Dividitur Hispania in Hispaniam Tarraconenſem, Baeticam, & Luſitaniam. OLIVAR.

13. *Pars Luſitania vocatur.*] A *luſu* Liberi patris, aut *Lyſſa* cum eo bacchantium: auctor Varro apud Plinium lib. III. cap. I. à ludo ſcilicet, aut λύσσης furore bacchantium. L. Andreas Reſendius, Luſitanus, vir omnis antiquitatis peritiſſimus, ſic explicat, à *Luſo* Liberi filio, aut *Lyſſa*, ſocio nomen ſortitum. A quo invitus facio ut diſſentiam. *Lyſitaniam* etiam per y ſcribi idem, ex Steph. *de Urbib.* Inſcriptionibus marmorum, & L. *In Lyſitania.* D. *de Cenſibus* eruditè docet Comm. in Vincentium ſuum. SCHOTT.

14. *Tarraconenſis altero capite Gallias*] Gallias ex parte Pyrenaeorum. OLIVAR.

15. *Baeticam*] Verſus Caridemum promontorium, nunc dictum *Cabo de Carbonero.* IDEM.

16. *Luſitaniamque contingens*] Prope Guadalupe, usque ad Duriam fluvium. IDEM.

17. *Illas*] Videlicet Luſitaniam & Baeticam. IDEM.

18. *Ana*] Legendum iſto modo, & non *Anas*. Vulgo dicitur *Guadiana*, vocabulo Sarracenico: nam *Gua* Lingua Arabica ſonat aquam: fluvius iſte dividit Baeticam à Luſitania. IDEM.

19. *Et ideo Baetica maria utraque*] Id eſt, noſtrum & Oceanum: noſtrum à freto usque ad Caridemum promontorium, quod eſt caput *de Gora*: Oceanum à freto usque ad Anam. IDEM.

*Et ideo Baetica maria utraque proſpicit*] Duae primae dictiones falſò additae ſunt. PINTIAN.

20. *Ad Occidentem Atlanticum, ad Meridiem noſtrum*] Scribo, *ab Occidente Atlanticum; à Meridie noſtrum*, ut lib. I. *Tribus hanc è partibus tangit Oceanus. Eous ab Oriente; à Meridie Indicus; à Septentrione Scythicus.* Par menda protinus. IDEM.

21. *Sed*

modò objecta eſt, [21] ſed latere ad ſeptentriones, [22] fronte ad occaſum. Urbium de mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimae fuerunt [23] Pallantia & [24] Numantia, nunc eſt [25] Caeſarauguſta: in Luſitania [26] Emerita: [27] in Baetica [28] Aſtigi, [29] Hiſpal, [30] Corduba. At ſi litora legas, [31] à Cervaria proxima eſt rupes, [32] quae in altum Pyrenaeum extrudit: [33] dein Tichis flumen ad [34] Rhodam, [35] Clodianum ad [36] Emporias: tum [37] mons Jovis, cujus partem occidenti adverſam, emi-

21. *Sed latere ad Septentrionem, fronte ad Occaſum*] Lego, *ſed latere à Septentrione, fronte ab Occaſu.* IDEM.

22. *Fronte*] Videlicet *Cabo de San Vicente.* OLIVAR.

23. *Pallantia*] Nunc *Palentia.* IDEM.

24. *Numantia*] Nunc *Soria.* IDEM.

25. *Caeſarauguſta*] Nomen retinet, in regno Aragonum. IDEM.

26. *Emerita*] Nunc *Merida la grande.* IDEM.

27. *In Baetica Aſtygi*] Ptolemaeus *Aſtygis*, Plinii vetus codex *Aſtygi*, uterque cum *y* in penultima; idque expoſcere videtur Etymologiae ratio. PINTIAN.

28. *Aſtigi,*] Nunc *Ecca.* OLIVAR.

29. *Hiſpalis*] Nunc *Sevilla.* IDEM.

30. *Corduba.*] Nomen retinet. IDEM.

31. *A Cervaria proxima eſt rupes*] Diſtinguendum, *à Cervaria*, hoc eſt, poſt Cervariam, de qua paulò antè dictum fuerat in Narbonenſi: *Cervaria*, inquit, *locus, finis Galliae.* BARBARUS.

*A Cervaria proxima eſt rupes, quae in altum Pyrenaeum extrudit:*] Emendatior lectio, *quam in altum Pyrenaeus extrudit*: nam magis eſt rationi conſentaneum magiſque è ſenſu communi, quod minus eſt extrudi à majore, quàm retrò. PINTIAN.

32. *Quae in altum extrudit:*] Qui me audiet, audiet autem, qui rationi auſcultabit, nihil mutabit. Latina enim & elegans formula: ut, *quòd benè vertat*, pro vertatur; aliaque ſexcenta melioris notae Scriptoribus uſurpata, ſaepe etiam affectata. Sic Juvenalis. SCHOTT.

33. *Deinde Thicys flumen ad Rhodam,*] Stephanus *Rhodem*, quod idem eſt, Ptolemaeus *Rhodipolin*, Strabo *Rhodopen.* Alioquin *Rhodope*, urbs eſt Ioniae, Stephano. Praeterea in codice vetuſto Plinii *Ticher* eſt hic fluvius, non *Tichis.* PINTIAN.

34. *Rhoda*] Nomen retinet. OLIVAR.

35. *Clodianum ad Emporia*] Ptolemaeus *Emporias*, & item Silius. *Phocaïcae dant Emporiae.* Plinii quoque vetus codex non aliter legit. Stephanus urbem *Emporium*, Maſſilienſium aedificium, Galliae attribuit, non Hiſpaniae. PINTIAN.

36. *Emporia:*] Nunc *Ampuries.* OLIVAR.

37. *Mons Jovis,*] Nunc *Montjui.* IDEM.

38. *Quae*

eminentia cautium, [38] quae inter exigua ſpatia ut gradus ſubinde conſurgunt, [39] Scalas Hannibalis appellant. Inde ad Tarraconem parva ſunt oppida, [40] Blanda, Eluro, [41] Baetulo, [42] Barcino, [43] Subur, Tolobi: parva flumina, Baetulo juxta Jovis montem, [44] Rubricatum in Barcinonis litore, [45] inter Subur & [46] Tolobin Ma-

38. *Quae inter exigua ſpatia*] Probatior lectio, *quae intra exigua ſpatia*. PINTIAN.

39. *Scalas Annibalis*] Nunc *les Coſtes de Garraf*. OLIVAR.

40. *Blandeluro*,] Scribendum, *Blanda Illuro*, ſive *Blanda Eluro*. De hoc & III. Plinii volumine. BARBARUS.

*Blanda*] Nunc *Blanes*. OLIVAR.

*Blanda*, *Illuro*] Ptolemaeus *Diluro*, Stephanus *Ilurgia* penultima producta. Plinii codex antiquus *Iluro*. Omnes cum uno *l*. PINTIAN. Diximus *Iluronem* appellari à Stephano *Ilurgian*: ſed cùm Ptolemaeus ſtatuat in mediterraneo Baeticae oppidum, nomen *Ilurgis*, vocari, non abſurdè in dubium poſſet, ſitne potiùs *Ilurgia* Stephani, quae eſt *Ilurgis* Ptolemaeo, quàm quae eſt *Iluro* Pomponio. IDEM.

41. *Baetullo*,] Nunc *Beſon*. OLIVAR.

*Betullo*, *Barchino*] Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima, & unico *l*, *Baetulo*: & *Barcino* ſine adſpiratione Ptolemaeus & Plinius: etſi Plinius *Barcine* appellat, non *Barcino*. PINTIAN.

42. *Barchino*,] Nunc *Barcelona*. OLIVAR.

43. *Subur*,] *Siges* hodie. IDEM.

44. *Rubrica tum in Barchinonis litore* Scribo *Rubricatum*, ita enim vocatur amnis Plinio, Ptolemaeoque, unde *Rubricata* oppidum. BARBARUS.

*Rubricatum*] Nunc *Lobregat*. OLIVAR.

45. *Inter Subur & Tholobin majus*] Hic etiam haereo, habeamne pro legitimis haec verba, an potiùs pro nothis & ſubdititiis. PINTIAN.

*Inter Subur & Tholobin majus*] A gloſſa eſt, vel Librarii oſcitantis ſomnium: quare in inſulam deportetur. Apparet, ſi conjectare licet, ſuprà paulò ſic interpunxiſſe: *Subur*, *Tholobi*, *parva flumina*: ut igitur Geographiam ſcioli locupletarent, & ob prolata pomoeria Imperatores fierent; totidem majora fl. commenti, addiderunt. O homines nimis largos! SCHOTT.

*Inter Subin & Telobin amnes Tarraco urbs*] Hac mutatione eximiè ſe habere effectam rem putat Voſſius contra haeſitationem Pintiani, quum profectò nihil mihi videatur occurrere poſſe abſurdius. Quid enim? an Mela deſcribet ſitum *Tarraconis* tribus fluviis cinctum, *Subi*, *Telobi*, & *Tulci*? immò ſi id jam concedatur voluiſſe, cur non ordine & junctim & eodem narrationis proceſſu eos deſcripſit? quaſi verò quum eam inter *Subin* & *Telobin* amnes poſuiſſet, tunc adhuc addi debuerit à *Tulci* modico amne eam ſuper attingi. Et ſic audet corrigere in Pomponio ille, qui tranſcriptores Melae ante aliquot ſecula reprehendit lib. II. cap. I. & ſeq. idque ob hanc quoque cauſam, quod eum offenderet intempeſtiva repetitio vocis *terra*. Denique moleſtiſſima prorſus eſt vox *amnes*, quae non magis apponi debuit his duobus, quàm prae-

Majus. [47] Tarraco urbs eſt in his oris maritimarum opulentiſsima: [48] Tulcis eam modicus

praecedentibus *Rubricato* & *Baetulloni*: & quis ultro non videt, eſſe ea nomina fluminum, quod clarè praemiſerat? Mihi dubium nullum eſt, quin τὸ *majus* ſit appellatio fluvii ibidem, licet ignoti, ſcripſeritque Auctor, *Parva flumina, Baetullo juxta Jovis montem, Rubricatum in Barcinonis litore, inter Subur & Telobin* (urbes nempe, quas ſuprà nominatas nunc reperit, ut repetiit *Barcinonem*, quum prope illas litora per hos amnes ſecentur) *Maius* nempe tertii fluminis nomen, poſt quod ſequitur Tulcis prope Tarraconem. Litus illud in hodiernae Hiſpaniae Tabulis impletur laceraturque frequentibus fluviis; at in antiquae prorſus ab Sanſonio nulli ponuntur, niſi *Rubricatus*, *Subis*, *Telobis*, *Tulcis*, non ſecus ac nuper illi fluvii demum exſiſtere coepisſent. Non vacat ulterius inquirere. Inquirit ergo Voſsius, planè ut tortor. Nam primò dicit me rogare, an Mela tribus fluviis *Tarraconem* cingi ſcripſit? Sic *Tarraco* & *ſitus Tarraconis* idem illi eſt. Et tamen nihil niſi id ipſum oſtendit Voſſius, nempe inter duo flumina *Subin* & *Telobin* ſitam eſſe Tarraconem, quum ipſam praeterfluat *Tulcis*. Nihil affirmat, niſi quòd ego quaeſivi. Ubi autem Mela dicit *Tiber* & *Clodianum* eſſe ignobilia flumina? poſt haec demum ſequuntur, quae vocat parva flumina. Qui verò poſſum dici fingere aliquod flumen, ex quo licet Voſſius nunquam biberit, non ideo poteſt dici non exſiſtere, quum Mela id appellaverit, ut teſtantur omnes priſci codices. Qui autem inſuſurravit Voſſio, à ſemidoctis hoc eſſe mutatum Librariis? Certè ratio ejus tota eſt irrationalis. Scilicet [privam ſecuti diſtinctionem cùm *Telobis* parva praecederet, exiſtimarunt alteram deeſſe, quae nominaretur *Telobi majus*.] Eximiè naſutum! Sic iidem qui *Telobin* crediderunt feminino genere dici, ii tunc, quum id crederent & ita uſurparent, tamen redegerunt mox ad neutrum. Haec non viri probè eruditi, ſed mullonis pronuntiatio. Quaenam fuit, aut eſt prava diſtinctio in MSS. qui ferè habent nullam? Quomodo autem potuerunt ſeparare *Telobis parva*? idque quum in eodem ſenſu praemitterentur *parva oppida*? Porro ſi peccavi, non Librarios ſecutus fui & eorum errorem, ſed Voſſianam Editionem, quae *ſuper* conſtruit cum *Tulci*. Et quid erit ex diſtinctione Voſſiana *ſuper*? verſus Meridiem procedit ordo Melae. Et id dicetur *ſuper* apud Geographos veteres Septentrionalia ſemper vocare ſolitos ſuperna & editiora? ut lib. III. cap. I. *Cetera ſuper Tamarici incolunt*, & cap. 8. *Super Albin Codanus ſinus*. Imò manifeſtè docet Mela *Tulcin* eſſe *Tarraconi* ad Septentrionem. Itaque quum nil niſi ſtolidum ad haec proferre potuerit Voſſius, omnia ineptiarum ejus veſtigia delevi, vero repoſito. GRONOV.

46. *Thulobin*] Ptolemaeus *Telobin*. BARBARUS.

47. *Tarraco*] Scribe *Tacaco*; unde nomen provinciae. Hanc, inquit, urbem duo attingunt amnes, Tulcis exiguus deſuper, & Hiberus ingens deorſum. IDEM.

*Tarraco*] Nunc *Tarragona*. OLIVAR.

48. *Tulcis eam modicus amnis ſuper*] Scribendum videtur *ſurſum* potiùs, quàm *ſuper*; ſequitur enim conteſtim, *Ingens Iberus deorſum*. PINTIAN.

cus [49] amnis ſuper, ingens [50] Iberus Dertoſam attingit. Inde ſe in terras pelagus inſinuat, & primùm magno impetu admiſſum, mox in duos ſinus promontorio, quod [51] Ferrariam vocant, finditur. Prior [52] Sucronenſis dicitur, majorque, ac magno ſatis ore pelagus accipiens, &, quo magis penetratur, anguſtior, [53] Saetabim, [54] & [55] Turiam, & [56] Sucronem non magna excipit flumina: urbes complexus, & alias quidem, ſed notisſimas [57] Valentiam, & Sa-

*Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus Dertoſam attingit.*] Vulgati codd. *amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit.* Nos *ſubit* pro *ſuper* reponimus. H. Stephanus, & ante illum Adr. Turnebus, *Dertoſam* pro *deorſum* ſubſtituit: quòd apud Strabonem huic urbi ἐπ' αὐτῇ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, *in ipſo Iberi trajectu*, locus detur. Et non multò pòſt Idem: ἐν δὲ τῷ Ταῤῥακῶνος, ἐπὶ τὴν πέραν τοῦ Ἴβηρος, κατὰ Δερτῶσσαν πόλιν. Turnebus lib. XXIV. cap. 41. *Adverſar.* ſimilem locum in *Galba* Suetonii cap. 10. emendat: *ac ſubinde Alexandrina navis, Dertoſam appulit armis onuſta.* Excuſi enim hactenus *detorſa* vitioſè. SCHOTT.

49. *Amnis ſuper,*] Alii *ſurſum* legunt, cui *deorſum* altera ex parte reſpondeat. Amicus quidam meus, *ſubit: Ingens Iberus* tentabat. IDEM.

50. *Iberus*] Nunc *Ebro.* OLIVAR.

51. *Ferrariam*] Nunc *El cabo de Martin.* IDEM.

52. *Suppronenſis dicitur,*] Scribe *Sucronenſis*, à *Sucrone* fluvio, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, & infrà ſtatim Pomponio. BARBARUS.

53. *Satabin, & Duriam, & Sucronem*] Scribendum *Saetabin* cum *ae* diphthongo in prima ex Ptolemaeo: qui ſequentem fluvium *Turulin* nominat, non *Duriam.* Alii *Turia* dicunt. PINTIAN.

54. *Et Duriam*] *Turiam*, per tau leg. ex Claudiano, & Hermol. *Caſtigat. in Plinium.* Salluſt. lib. II. *Hiſtor. Inter laeva moenium & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo interfluit.* SCHOTT.

55. *Duriam*] Notavimus in Plinio, *Turia* legi poſſe, ex Salluſtio, Phocaque, & aliis Grammaticis: eò relegamus noſcentem haec. BARBARUS.

*Duriam*] *Turiam* legendum eſt, nunc eſt *Guadalaviar.* OLIVAR.

56. *Sucronem*] Nunc eſt *Xucar.* IDEM.

57. *Valentiam,*] Nomen retinet. IDEM.

*Valentiam & Saguntum*] Non omittendum Ptolemaeum, & Plinium neutra terminatione in recto nominare *Saguntum*, Stephanum *Saguntos*; cui ſubſcribit Silius in tertio:

*Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos.*

Et in primo:

*Mandati ſumma eſt, dum ſtat remeate Saguntos.*

PINTIAN.

58. *Sa-*

[58] Saguntum illam fide & aerumnis inclytam. Sequens [59] Illicitanus [60] Alonem habet, & [61] Lucentiam, [62] &, unde ei nomen eſt, [63] Illicen. [64] Hîc jam terrae magis in altum eunt, latioremque, quàm fuerat, Hiſpaniam faciunt. Verùm ab his, quae dicta ſunt, ad principia Baeticae, praeter [65] Carthaginem, quam dux Poenorum Hasdrubal condidit, nihil referendum eſt. [66] In illis oris ignobilia ſunt oppida, & quorum mentio tantùm ad ordinem facit; [67] Virgi in ſinu, quem Virgitanum vocant: [68] extra Abdera, Suel,

58. *Saguntum*] Nunc *Morvedre*. OLIVAR.

59. *Illicitanus ſinus*] Nunc dicitur *de Alacant*. IDEM.

60. *Alonem habet & Lucentiam*] Legendum videtur *Alonas*, non *Alonem*, ex Ptolemaeo. *Lucentium* quoque non *Lucentiam* Plinius vocat: Ptolemaeus *Lucentos*; etſi codices Latini *Lucentum* legant: unde conjicio Graecum codicem caſtigandum, & pro *Lucentoe* ſubſtituendum *Lucenton*. PINTIAN.

61. *Lucentiam*] Nunc *Lugent*. OLIVAR.

62. *Et unde ei nomen eſt Illicen*] Plinius cum uno *l* & diverſa deſinentia *Ilici*. Ptolemaeus cum duplici, *Illicitatus*. Codices Latini addunt *portus*, quod ſi admittimus, ſinus etiam *Illicitatus* appellabitur, non *Illicitanus*, ut paulò ante. PINTIAN.

63. *Ilicen*] Nunc *Alacant*. OLIVAR.

64. *Hic jam terrae magis*] Legendum, *Hinc jam terra magis*. PINTIAN.

65. *Carthaginem*;] Nunc *Cartagena*. OLIVAR.

66. *In illis oris ignobilia ſunt oppida*] Ita diſpunge, ut tria prima verba ſuperioribus adjungas. PINTIAN.

67. *Virgi*] Nunc *Almeria*. OLIVAR.

*Virgi in ſinu Virgitano*] Ptolemaeus, *Urce*, Plinii vetus codex *Murci*, ſervante adhuc oppido priſcum nomen, etſi longiùs aliquantò ſubmoto à mari. PINTIAN.

68. *Extra aderas velox Menobia*] Scribendum; *Extra Abdera*, *Suel*, *Hexi*, *Menoba*. Eſt autem ſenſus; Extra ſinum Virgitanum haberi haec oppida: ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Antonino. Fuit quando verbum *Extra* caſtigandum putaverim pro *Hexi*. Eſt autem *Hexi*, quod & *Sex* & *Sexi* dicitur, unde ſalſamenta *Sexitana* Plinio, Straboni, Athenaeo, ſed melius eſt, ut inter *Menobam* & *Abderam* collocemus, ex Ptolemaeo. Plinius tamen duo *Sexi* facit, inter quae ſit *Abdera*. BARBARUS.

*Extra Abdera*, *Suel*, *Hexi*, *Menoba*] Strabo & Stephanus cum *e* in ſecunda *Abdera*, Ptolemaeus & Plinii vetus codex cum *a* in eadem *Abdara*. Item Ptolemaeus *Hex*, non *Hexi*. Plinii antiqua lectio verſo aſſlatu in *ſ. Sex Menoba* quoque Ptolemaeus per *a* in prima, Plinius ſcriptus *Menuba* cum *e* in prima & *u* in ſecunda,



Stra-

[69] Suel, Ex, [70] Maenoba, [71] Malaca, [72] Salduba, Lacippo; Barbeſul. [73] Aperit deinde anguſtisſimum pelagus, & proxima inter ſe Europae atque Africae litora montes efficiunt, ut initio diximus, Columnae Herculis Abyla & Calpe: uterque quidem, ſed Calpe magis, & penè totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, quâ ſpectat occaſum, medium ferè latus aperit: [74] atque inde ingresſis totus admodum pervius, propè quantum patet, ſpecus. Sinus ultrà eſt, [75] in eoque [76] Carteia (ut quidam putant) aliquando [77] Tartesſos, [78] & quam

Strabo cum *ae* diphthongo in prima & *o* in ſecunda *Maenoba*. Pintian.

69. *Suel*] *Chipiona*. Olivar.

70. *Menoba*] Nunc *Velez Malaga*. Idem.

71. *Malach*, *Ciſal*, *Dubal*, *Acipiro*] Scribendum, *Malaca*, *Salduba*; *Lacippo*, iisdem ferè auctoribus. Barbarus.

*Malaca*] Nomen retinet. Olivar.

72. *Salduba*,] Nunc *Ubeda*. Idem.

*Salduba*, *Lacippo*, *Berbeſul.*] Ptolemaeus poſt Malacam *Saducum* fluvium in ora refert, à quo fortè oppidum fuit cognomine. Alioquin *Salduba* oppidum eſt eidem Ptolemaeo in mediterraneo Turdulorum. *Barbeſola* quoque Ptolemaeo eſt, non *Berbeſul*. Plinii ſcriptum exemplar *Barbeſula*. Pintian.

73. *Aperit deinde anguſtisſimum pelagus*] Puto omisſum à Librariis verbum *terras*, ut in Operis aditu, de Oceano: *Hoc*, inquit, *primum anguſtum nec amplius* x. m, *pasſuum patens terras aperit*. Vel ſcribe, ſi magis placet: *Aperit deinde ſeſe anguſtisſimum pelagus:* ut in Bithynia. *Hinc jam ſeſe ingens pontus aperit*. Idem.

74. *Atque inde ingresſus, totus admodum pervius prope quantum patet ſinus, & ſpecus ultra eſt*] Haec lectio ipſa ſe indicat. Scribendum enim permutato ordine: *atque inde ingresſis totus admodum pervius, propè quantum patet ſpecus eſt. Sinus ultra*. Idem.

75. *In eoque Cartheia*] Scribendum *Carteia* ſine ulla adſpiratione, ex Strabone, Ptolemaeo, & omnibus gregatim Graecis ac Latinis. Idem.

76. *Tartheia*] Scribendum *Carteia*. Barbarus.

*Carteia*] Nunc *Cartaia*. Olivar.

77. *Tartesſos*] Non *Tartheſos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Nam *Tarteros* ipſae Gades aliquando vocabantur, Plinius & Strabo. Barbarus.

78. *Et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque, unde nos ſumus Cingenteratum Melaria*] Sic antiqua habent exemplaria. Scribendum puto *Poeni*, non *Phoenices*, ut paulò antè de Carthagine Hiſpaniae: *quam dux*, inquit, *Poenorum Asdrubal condidit:* & *Barcino* apud Auſonium *Punica* vocatur. Confirmat etiam hanc lectionem, quòd Ptolemaeus *Melariam*, ſive, ut ipſe appellat, *Mem-*

quam transvecti ex Africa 79 Phoenices habitant,


*Menraliam* in Baſtulis locat, qui, ut ait, Poeni cognominantur. De cetero Hermolaus pro *Cingenteratum*, ut antè legebant exemplaria, quod verbum nos Barbarum & falsò Pomponianae lectioni interjectum putamus, *cingente freto* ſuppoſuit, caſtigatione, ut ſentio, frivola & vix cohaerente. PINTIAN.

*Et quam transvecti*] Dele conjunctionem, *et.* Pro *Cingentera Tum*, Pet. Chiaconus Toletanus, Hiſpaniae ornamentum, *in gente ea: Mellaria, Bello. & Beſippo:* ut Tarteſſius Mela ſit, non, ut hactenus creditum, Mellaria oriundus: alioqui Mellarius vel Mellarienſis dictus eſſet. Ambroſ. Morales Cordubenſis, Hiſtoricus Regius, qui & eam oram luſtravit, *Interamnium* pro *Cingenteratum*, quod duo amnes illic concurrant, leg. videri monuit. Eruditus Lector arbitrabitur. Cùm haec ſcripſiſſem, triſtis nuncius Roma allatus, Chiaconum immatura morte praereptum. Semper enim immatura mors eorum, qui benè de R. P. merentur, videri ſolet. Equidem hominem tamen etſi nunquam viſum, ſingulari amore ex litteris proſequebar, quem admiratio excitarat. Erat in eo ſummum ingenium, memoria tenaciſſima, judicium ſingulare: Linguam Latinam & Graecam, omnemque antiquitatem ita callebat, ut peregrinus homo cives ipſos, quae hactenus in tenebris ſepulta jacuerunt, multa Romae docuerit. Philoſophiam verò non Sophiſticis contaminatam, Mathematicasque diſciplinas, & Jurisprudentiam ita perdidicerat, ut in ſingulis excellere nihilque aliud omni vita tractaſſe videretur. Quae quidem adjumenta ad divinam Philoſophiam attulerat, ut ſumma omnia ab illo ſperentur, ni ſint, qui ejus labores immobilitate quadam nobis invideant, & apud ſe βιβλιοτάφοι recondant. Erat ſanè in homine ſumma εὐψυχία: jurares illuſtrandis Auctoribus natum. Docebit id Plinius & Iſidori *Origines*, ſeu *Etymologiae:* in quo fontes tanquam digito indicavit: & de Theologis, Caſſianus, Ambroſius, & Tertullianus, quem jam affectum reliquit. Jus etiam Pontificium mirificè illuſtravit, repurgatis ex fontibus rivulis ipſis, qui turbidè hactenus decurrebant: quod opus Gregorii XIII. Pont. Max. Vigilantisſimi Paſtoris beneficio pii omnes efflagitant. Sed uſurpato hic illud Varronis; & LIB. MER. Eulogium tribuam: *Illum, quia terra non cepit, caelum recepit.* SCHOTT.

79. *Phoenices habitant*] *Poeni* Pintianus: rectè. Solinus cap. 26. *Polyhiſtoris* de Hiſpania, *Gades* à Poenis cultam inſulam habitatamque innuit, *Gadirque* ab iis nominatam. Sic Horatii illud lib. II. *Carm.* Oda II.

*Latius regnes avidum domando*
*Spiritum, quàm ſi Libyam remotis*
*Gadibus jungas, & uterque Poenus*
*Serviat uni:*

Sic explicandum videri Doctiſſ. Ortelius me admonuit: licet aliter Turnebus *Adverſar.* lib. XXX. cap. 5. Salluſt lib. II. *Hiſtoriarum: Tarteſſum Hiſpaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* IDEM.




bitant, [80] atque unde nos ſumus, Tingentera. Tum

80. *Atque unde nos ſumus Cingenteratum* ] Lege, *Atque u. n. ſ. ex gente ea: Tum Mellaria*: rationem in Prolegomenis reddidimus. Tot enim lectiones fabricarunt, quot manum Melae admoverunt. Idem.

*Atque unde nos ſumus Tingentera. Tum Mellaria* ] In tam variis, magnis, dubiisque ſententiis nihil putavi commodius à me potuiſſe fieri, quàm exhibere ſcripturam, quam & retro docti plerique teſtati ſunt in ſcriptis exemplaribus haberi, & ipſe etiam vidi, quae eſt vel *Cingenteratum*, vel *Tingenteratum*, vel ut tandem ex optimo ſuo producere ſe teſtatur Voſſius *Tingenteria tum*, quibus acceſſerunt inſpecti nuper quatuor codices Medicei in iisdem characteribus hoc quidquid latet exhibentes, niſi quod unus habet *ingente ratum*. Ex hac autem tam fixa earundem litterarum tenacitate apparet, quam fraudem patri Voſſio inferant Typographi, aut ipſe ſibi lib. 1. *de Hiſtor. Latin.* ubi dicit alios veriſimilius putare fuiſſe natum *Cingeterati*, quod (addit) MSS. Melae Codicum fidem ſecuti ibidem Baeticae oppidum ſtatuunt, quum ex ſequentibus appareat literam *n* in nullo codi-

codice omiſſam eſſe: & ipſe tamen rurſum mox: *Ergo ſi MSS. codicibus ſtandum, patria Melae erit Cingeteratum, vel Tigentera.* Porro etiam inde fieri debere *Tinge Cetraria*, nunquam mihi perſuaſi, & planè in eo clariſſimum virum tam cenſui eſſe verum, quàm eſt in Salmaſiana conjectura refellenda. Id enim ut faciat, format hanc [illegible]. „ Si nominis tantùm ſit convenientia, „ uti ſi quis Carthaginem novam, „ alteram Carthaginem, aut Athenas in Libya, alteras Athenas, „ aut has vel iſtas Thebas, alteras abſolutè Thebas vocarit, is „ non tantum ineleganter, ſed „ neque uſitato more loquetur." Ea nihil ſingi poſſe vanius, vel ipſum Melae hoc compendium probat, ſcribentis lib. I. cap. 7. *Tum Leptis altera.* & lib. I. cap. 14. *alter fluvius:* lib. II. cap. 4. *lacus alterum:* & lib. III. cap. 8. *Et alia Beronice.* Nulla hic ſimilitudo rei, & tantùm nominis: & ſic paſſim ab aliis fieri ſolet. Ex qua eadem obſervatione prorſus [illegible] eſſe pronuntio, cogitare lib. II. cap. 2. ſcripſiſſe Auctorem, *tum Neſtos fluvius.* Si enim ſic ſcripſiſſet, ex perpetua ejus conſuetudine etiam ſtatim pòſt ſcripſiſſet, *Ultra Neſtos alter fluit.* Quod quum non fecerit, alligamus ſententiam noſtram, hoc eſt, manum Pomponii libris manu exaratis. Ipſa autem haec *Cetraria* facit, ut aliquando & *Parmariam*, (imò talem propinquam Italiae inſulam olim fecerant lib. II. cap. 7. ſed *Palmaria* eam ejecit) & Haſtariam aut Sariſſariam exſpectemus. Et cur non ſuffecit *Cetrata?* Nos quidem ita hic verſamur, ut nihil excudere poſſimus, aut ſanè temerè velimus. Nam quòd nuper Eliam Venetum ſequutus cenſuit retinendam *Tingenteram*, quam velut minus celebre ejus orae oppidum ceteris Geographis omittentibus, Mela tamen ibidem natus debito erga patriam cultu & obſequio, ſuis libris inſerendam duxit, lepidè quidem, ſed fruſtra, dicuntur, non minorem riſum merentia, quàm quo Ephorum Cumaeum inſequuta eſt univerſa antiquitas, quum hoc tempore Cumas pacem tenuiſſe ſcriptis ſuis inſeruit. Immò *Tingentera* eſt vox ſine ratione; neque conſtat quidquam ex illis tot MSS. utrum *Tingentera*, an *Tingenteratum* fuerit appellatum, an denique *Cingentera.* Ne tamen aſymboli ſimus, proponimus, Lector, quid nobis conſiderantibus ſcripturam veterem obvenerit, aſſerentes probationem nullam, quia illam omnem ab tuo judicio exſpectare malumus. Ut ſaepe apparuit commixtas & confuſè uſurpatas in hoc opuſculo fuiſſe quasdam litteras alias, ſic video etiam has, nempe *n* & *h*, idem paſſas. Vel animadverte lib. III. cap. 2. ubi pro *haec* editiones diu habuerunt *nec.* Id tu delibera, an non & hoc loco contigerit. In vulgatis enim, quas repoſui, planè videmus eſſe has litteras *Tingehieratum.* Poteſtne igitur fuiſſe *Tinge Hiera, tum Mell.?* Nihil addo. Ita licuit nuper diſcedere, ut nunc liceat, non permittit Voſſius. „ Nam poſtea „ ſua argumentatione contra Salmaſium, ſcribit, me dicere ni„ hil hoc argumento vanius, cùm „ ipſe Mela poſtquam minorem „ Leptin recenſuit, addat, *tum* „ *Leptis altera.*" Nonne ſordidiſſimus ac planè peſtifer in ſtudiis fuit Voſſius, qui velut ex meis verbis cogitare ſuſtinuit de Lepti minorè & magna; ut mox vocat? Quum ſic ſcribere velit, eat ad ſuum Plinium & Ptolemaeum & Antoninum & poſteriores *Leptimagnenſes*, & *Leptiminenſes.* Operam damus nunc Pomponio, qui Leptin minorem planè ignoret: & ex ejus verbis de Syrti majore intelligendis ferè crediderim Le-

tin magnam vel majorem procuſam eſſe. Ubi verò Salmaſius dixit hanc *Tingin* abſolutè (ea vox Voſſii) vocari alteram? Non dicit Salmaſius habuiſſe cognomen abſolutè *Alteram*, ſed ab Mela ſic vocari. Verba ejus certa ſunt pag. 288. [Hanc Mela Tingi alteram vocavit, ad diſcrimen Tingis Mauritaniae, & quòd ex illa haec ducta ſit.] Itaque comparativè ſic dictam volt, non abſolutè: & quidem à Mela, qui in lib. 1. de Mauritanica Tinge egerat. Quid igitur iſte mucoſus ſenex niſi impiè violavit manes Salmaſii, ad quos ſciebat tranſitum ſuum adeò vicinum eſſe? Cur non metuit tam ſceleratum exemplum, nec cogitavit Nemeſin? Sed neque ego dixi Leptin magnam cognominatam fuiſſe Leptin alteram, quod ſcurriliter rogat: ſed Mela ſic explicat, ut pateret diverſam ab priùs nominata. Cur igitur debuit Salmaſius aut ego oſtendere ullum locum aut ullam civitatem abſolutè alteram dictam fuiſſe? Cur negaſſe ſe gloriatur illam abſolutè ſic fuiſſe appellatam, cùm Julia Joza &c. cognominata fuerit, non altera, quum Salmaſius id nuſpiam ſtatuat? Haſtariam aut Sariſſariam exſpectabo ab Voſſio non utique apud Mauros & Hiſpanos, (de iis nihil peculiare dixi; & aſtutè hic quoque in ludibrio omittit haſtae mentionem) ſed quacunque in regione. Salmaſii conjecturam non adſerui, niſi hactenus, ut iniqua ab Voſſio argumentatione depreſſam pateret: nam & ipſa nimis abit ab vetuſta lectione. Quomodo enim mihi imaginabor litteras *Tingentera eum*, vel ut eſt in Mediol. *Tingente ratum*, ſive *Tingenteria tum*, ſive *Tingetanam tum*, aut ſi monſtroſa placet, quam vidit & notavit frater ex Veneto codice, *atque inde mons ſinus. Tagete juxta meriola*; veniſſe aut ex *Tinge contraria cum* Caſauboni, aut *Tinge alteratum*, aut *Tinge cetraria tum*; praeſertimque iſtam Cetrariam ad tempora uſque Ravennatis Geographi fuiſſe ſuppreſſam & incognitam? Falſum eſt, me ſcribendum cenſuiſſe *Tinge hiera*, quum nihil dixerim, niſi obveniſſe mihi, & rogaverim an poſſit fuiſſe. Hic iſte ex vulpe mutatus in canem habet lapidem, cui adſultet latrando. Dicit, „Si Graecum „eſt, & ſacram ſignificet, quis „riſum contineat inter Mauros „& ultimos Hiſpanos recenſeri „coloniam Romanam cum Grae„co cognomento? Primò igitur an Mela conſiderat Romanam coloniam? Nec hic, nec ferè uſquam, niſi ubi manifeſtè edit. Deinde an id mirandum putat tantopere? Nonne circa Tagum ab Antonino noſcitur *Hierobriga*? An non ΑΕΠΤΙC utique colonia jam tunc Romana, Graeco charactere ſic exprimitur in nummo Tiberii, ut & Agrippinae apud Genofevam? An non Oſſigi in Hiſpania ad Baetim ponit Plinius cognominari Laconicum? An Romana verò colonia non eſt cum Graeco cognomento? Quae eſt illa igitur Nicopolis Actii? Hinc vide, quàm legitima objectio ſit, iſtos rerum dominos ne in ipſa quidem Graecia alia quàm Latina indidiſſe cognomina. Nunc pergerem, niſi medio tempore ea eſſent edita, quae fermè piaculum eſt cognoſcere. Legantur ea, quae Noriſius, Harduinus, Vaillantius potuerunt comminiſci, & auſi fuerunt evulgare. Quis modus nugarum erit? Ad Juliam Traductam in nummis glorioſam trahunt omnes quoque Melam, varia ſanè fabulatione. Et hinc etiam quatuor nummos appoſui. Sed non credo vel minimum intercedere Pomponianae Tingenterae cum iſta Traducta. Habeant eam ſibi. Latent alia, de quibus alibi. Gronov.

*Unde nos ſumus Cingenterarum Mellana*] Scribendum *Mellaria*. Verbum autem *Cingenterarum* arbi-

Tum [81] Mellaria, [82] & Belo, & Beſippo usque ad [83] Junonis promontorium [84] oram Freti occupat. Illud jam in occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens, atque ei, quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixeramus, adverſum, quâ Noſtra maria ſunt, finit Europen.

arbitror corruptum, pro eo, vel ſimili, quod eſt, *Cingente freto*, vel *attingens fretum*. Plinius, *Oppida*, inquit, *Bello*, *Mellaria*, *fretum ex Atlantico mari Carteia*. Strabo, *Egredientibus*, inquit, *fretum poſt Calpem Mellaria eſt*. BARBARUS.

81. *Mellaria & Bello*] *Tariffo*. *Mellaria* non exſtat. OLIVAR.

82. *Et Bello & Beſippo*] *Belo* cum uno *l* Ptolemaeus, Strabo, & Stephanus. Item *Baeſippo* Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima, ſed interius, non in ora. PINTIAN.

83. *Junonis promontorium*] *Sancta Maria*, aut *El puerto de Sancta Maria*. OLIVAR.

84. *Oram freti occupat*] Lego *occupant*, ut referat antedicta oppida, *Carteiam*, *Melariam*, *Belonem*, *Baeſipponem*. PINTIAN.

## CAP. VII.

# MEDITERRANEI MARIS INSULAE.

[1] GADES inſula, quae egreſſis Fretum obvia eſt, admonet antè reliquas dicere, quàm in Oceani litora Terrarumque circuitum, ut initio promiſimus, oratio excedat. [2] Paucae ſunt in Maeotide, (inde enim videtur commodiſſimum incipere) neque omnes tamen incoluntur: nam nec pabula quidem largè ferunt. H[illegible] [illegible] habitantibus caro magnorum piſcium ſole [illegible]

1. *Gades inſula*] Nunc dicta *Cadiz*. OLIVAR.

*Gades*] *Erythiam* hanc Plinius lib. IV. cap. 22. & *Polyhiſtor*. cap. 26. appellant: de qua inf. lib. III. cap. 6. S[illegible]

2. *Paucae ſunt in M*[illegible] Una eſt [illegible], nunc [illegible]*na*; olim erat Vene[illegible], [illegible]cebatur *Alopecia*. OLIVAR.

ta, & in pollinem uſque contuſa, pro farre eſt. Paucae & in Ponto; [3] Leuce Boryſthenis oſtio objecta, parva admodum, [4] & quia ibi Achilles ſitus eſt, Achillea cognomine: [5] non longè à Colis Aria, quae Marti conſecrata (ut fabulis traditur) tulit aves, cum ſumma clade advenientium, pennas quaſi tela jaculatas. Sex ſunt inter Iſtri oſtia: ex his Peuce notisſima & maxima. [6] Thynias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam, quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Boſporum duae parvae, parvoque diſtantes ſpatio, [7] & aliquando creditae dictaeque concurrere, &

3. *Leuce Boryſthenis oſtio* ] Scribendum *Leuce*, Auctores omnes. BARBARUS.

4. *Et quod ibi Achilles* ] Melius *ſed quod*: & pro *Cirana* Accurſius Mariangelus *Methymna* ſubſtituit. Ego *Arysbe* muto, transpoſitis ferè litteris. SCHOTT.

5. *Non longè Acolliſaria*] Scribendum: *non longè accolitur Aria*, nomen id habet à Marte, cui ſacrata eſt, inquit. Haec & *Areos Neſos*, id eſt, Martis inſula vocatur Stephano. Plinius lib. VI. *Contra Pharnaceam*, inquit, *Chalceritis, quam Graeci Ariam dixerunt, Martique ſacram, & in ea volucres pugnasſe*, quod quidem & Apollonius poëta ſecundo libro cecinit, Ἀρητιάδα vocans eam inſulam. BARBARUS.

*Non longè accolitur Aria* ] Stephanus Ἄρεως νῆσον, hoc eſt, *Martis inſulam*, nominat; Apollonius ſecundo *Argonauticôn Aretiada*; Plinius *Ariam*. PINTIAN.

6. *Cymas Mariandynorum finibus* ] Scribendum non *Cymas*, ſed *Thynnias*. ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio lib. v. fine. BARBARUS.

*Thynnias* ] E regione Mariandynorum. OLIVAR.

*Thynnias Mariandynorum finibus proxima* ] Ptolemaeus, & Stephanus cum uno *n* *Thynias*, quae alio nomine dicta ſit *Daphnuſia*, & *Thyne*, & *Thynis*, & *Thyneis*. Strabo *Thynia* nominat, & ipſe cum ſimplici *n*. Caſtigandum idem vitium in Plinio: *Quam quia Bithyni incolunt Bithynida appellant*. Plinius *Bithyniam*, non *Bithynida* appellatam ait lib. v. PINTIAN.

7. *Et aliquando creditae dictaeque concurrere, & Cyaneae vocentur & Symplegades* ] Haec oratio planè talis eſt, ut ipſa ſuo indicio tanquam ſorex pereat: proinde credo mutato verborum textu reponi poſſe in commodiore ſtatu ſic: *Cyaneae vocantur, aliquando creditae concurrere, dictaeque inde Symplegades*. Plinius ob eandem cauſam & *Planetas*, hoc eſt, errabundas appellatas ſcribit, lib. VI. Quo in loco cum antea mendoſè legeretur *Planiteae*, Hermolaus *Planetae* ſubſtituit: quaſi à verbo πλανᾶσθαι, id eſt, *errare*, indi-

les, [70] Andros, quia in orbem jacent, Cyclades dictae. Super eas jam in medio mari, ingens & centum quondam urbibus habitata [71] Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem [72] Κριῦ μέτωπον immittit; niſi major eſſet, Cypri ſimilis: multis famigerata fabulis, [73] adventu Europae, Paſiphaes & Ariadnae amoribus, Minotauri feritate fatoque, Daedali operibus & fuga, [74] Tali ſtatione atque morte; maximè tamen

70. *Andros* ] Nunc *Andria*. OLIVAR.

71. *Crete* ] Nunc *Candia*. IDEM.

72. Κριῦ μέτωπον ] Id eſt, *arietis frontem*. IDEM.

73. *Adventu Europae* ] Lego, *avectu Europae*: ut illud Lucani,

——— *Nec fortior undis*
*Labitur avectae pater Iſidos.*

Neque enim Europa ſponte ſua advenit in Cretam, ſed rapta & avecta à Jove. Poſſet etiam legi *advectu*: Plinius *advectionem* dixit lib. 2. cap. 1. ſed melior ſignificantiorque prior lectio. PINTIAN.

74. *Tum ſtatione atque morte* ] Scribo, *Tali ſtatione*, &c. fuit hic *Talus* aereus gigas, ſolus ex ſeculo illo aereo ſuperſtes, quo narrant fabulae donatam à Jove Europam ad cuſtodiam Cretae inſulae: tantae pernicitatis, ut ſingulis diebus univerſam inſulae oram ter luſtraret. Is quum appulſos in Cretam Argonautas, poſt raptam Medeam, aditu inſulae arceret, carminibus veneficiiſque Medeae extinctus eſt, auctore Apollonio in quarto *Argonauticôn*. Meminere etiam Orpheus, Zenobius, & Lucianus in *Philopſeude*; item ex noſtris Catullus. IDEM.

*Tum ſtatione atque morte* ] Emendavimus, *Tali ſtatione atque morte*, teſtimonio multorum Auctorum. Nec ſubiit tunc Platonem citare in *Dialogo*, qui inſcribitur *Minos*, vel *de Lege*. Ejus verba ex tralatione Marſilii Ficini ſunt: *Eo planè veluti legum cuſtode per urbem uſus eſt Minos, ad reliquam verò Cretam cuſtode Talo. Talus enim ter quotannis pagos omnes luſtrabat, leges eorum obſervaturus, tabulis aereis leges ſculptas circumferens, unde aereae nominatae ſunt.* Haec Plato, cujus poſtrema illa verba, *unde aereae nominatae ſunt*, vertit Marſilius, homo quidem mediocri ingenio, & eruditione, mediocri item Graecae ac Latinae Linguae cognitione praeditus, verùm in humanis ſtudiis parùm verſatus, ſuper quam aſper & durus nimis Interpres. Transferre igitur debuit Ficinus, *unde aereus appellatus eſt*: ſic enim Graeca praeferunt exemplaria; & *Talus* ipſe, ut probavi, *aereus* à Poëtis fictus appellatusque eſt, non leges. Sed de erroribus Marſilii in tralatione Platonis, alio loco dicturi ſumus uberius. IDEM.

*Tali ſtatione* ] Hujus loci reſtitutio Jano Parrhaſio viro doctiſſ. debetur: is enim primus (niſi fallit memoria) ſic leg. vidit libro *De quaeſitis per epiſtolam*. Tantae autem

Pyrrha, [14] Ereſos, Methymna, [15] Mytilene: in Ionia [16] Chios & [17] Samos: in Caria [18] Coos: in Lycia [19] Rhodos; in illis ſingulae ſunt iiſdem nominibus urbes: in Rhodo tres quondam erant, Lindos, [20] Camiros, Jalyſos. Quae contra Tauri promontorium importunae navigantibus objacent, Chelidoniae nominantur. [21] In ſinu, quem maximum Aſia recipit propè media, [22] Cypros ad ortum occaſumque ſe immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriaſque porrigitur; ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clariſſimae [23] Salamis & [24] Paphos, & quò primùm ex mari Venerem egreſſam accolae affirmant,

ca *Maeotin*, ſed circa *Aeolin* ſcribatur. Sed & in Lesbo, & in adverſa ei, *Aeolides*, tum *Pyrrha*, tum *Antisſa* memorantur fuiſſe: nam & una Cycladum *Antisſa* dicebatur, Philon auctor. Barbarus.

14. *Ereſos*, *Cirava*] Mariangelus, expuncto verbo barbaro *Cirava*, *Methymna* ſubjicit. Pintian.

15. *Mitylene*] Alcaei Lyrici patria; *Samos* Pythagorae; *Cos* verò Hippocratis, & Apellis. Schott.

16. *Chios*] Nunc *Cio*. Olivar.

17. *Samos*] Nunc *Samo*. Idem.

18. *Cos*] Nunc *Lango*. Idem.

19. *Rhodos*] Nomen retinet. Idem.

20. *Camyros*, *Jalyſos*] Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus, Homerus, cum duplici, *ſſ*, *Jalyſſos*; Strabo, Dionyſius Byzantius, Thucydides, Pauſanias uno tantùm, *Jalyſos*. Pintian.

21. *In ſinu, quem maximum Aſia recipit propè media Cyprus*] Commodior lectio, *medio* quàm *media*; ut illud ſummi Poëtae de Creta,

—— *medio jacet inſula ponto*.

& Silius,

*Addiderat medio geminas conſurgere ponto*
*Aegates.*

& Mela ipſe de Creta, *Super eas jam in medio mari ingens*. Idem.

22. *Cyprus*] Nomen retinet. Olivar.

23. *Salamis*] Ad hanc Cypri, in amoeniſſimo ſinu Orientalis littoris ſitam, D. Paulus, & Barnabas è Seleucia Syria profecti pervenerunt: auctor D. Lucas *Act.* cap. 13. Alia in' Attide, de qua pòſt paulò. Schott.

24. *Paphos & Palaepaphos.*] Aethicus Coſmographus inter Oceani Septentrionalis inſulas collocat *Cypron*, *Item Cypron*, & *Paphon*, & *Paphien*; corrupte haud dubiè: tot enim menda in eo. quot nomina. Idem.

25. *Para-*

mant, Palaepaphos. [25] Arados in Phoenice eſt parva, & quantùm patet, tota oppidum: frequens tamen, [26] quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet. Parva & Canopos, Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obvia eſt. Menelai gubernator Canopus*, ibi fortè moriens, nomen inſulae, illa oſtio dedit. [27] Pharos nunc Alexandriae ponte conjungitur, [28] olim (ut [29] Homerico carmine proditum eſt) ab eisdem oris

25. *Paralos*] Lego *Arados*, de qua & ſuperiùs dictum eſt. BARBARUS.

*Arados*] Nunc *Ar*. OLIVAR.

*Arados etiam in Phoenice*] Vox ſecunda nihil niſi turbat, & nulli bono eſt; neque etiam diſco, unde venerit, quum à duobus MSS. abeſſe ſciam. Sed neque in Mediolanenſi Frater invenit. In quibus libris igitur eſt? Voſſius in *Appendice*, teſtatur exſtare in antiquioribus, & nihil minus quàm otioſam eſſe. Cur non id declaravit? GRONOV.

26. *Quia etiam ſubter aliena tecta ſedem ponere licet*] Mariangelus antiquam lectionem retinet, *ſuper aliena tecta*, ex Strabone rectiſſimè. PINTIAN.

27. *Pharo*] Nunc *Phara*. OLIVAR.

*Pharos Alexandriae*] Plinius lib. XXVI. cap. II. emendante Sigism. Gelenio viro undecunque doctiſſimo: *Cùm etiam quae rigatur Aegyptus illa non eſſet, poſtea fluminis limo invecta. Tantùm enim Aegypto, aggerente limo, acceſſit, ut Pharos inſula, quam Homerus aetate ſua unius diei curſu à continenti abeſſe ſcribit, poſtea litorali urbi Alexandriae ponte jungeretur*. SCHOTT.

28. *Olim ut Homerico carmine*] Odyſſ. δ. Et Lucan. extremo lib. X. belli Pharſalici:

*Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam*
*In medio ſtetit illa mari ſub tempore vatis*
*Proteos, at nunc eſt Pellaeis proxima muris.*

Tantam enim arenarum vim Nilus evolvit, ut Pharum Aegypto conjunxerit. Malè igitur Apollodorus & Ariſtarchus Homerum reprehendunt, quod inſulam *Pharum* dixerit: quem defendit & Strabo lib. I. & XI. *Geograph.* Accedit ad haec *Deltae* inſulam arenarum Nili eluvie natam, neque ſemper exſtitiſſe, auctor Ariſtot. *Meteor.* β. Herodotus *Euterpe*, & Ptolemaeus. Legend. Plinius lib. II. cap. 85. & XIII. cap. II. Soſtratus Cnidius in ea inſula, regnante Ptolemaeo Philadelpho, Lagi F. turrim immenſae magnitudinis mirifico opere exſtruxit, quae navigantibus procul lumen praeberet. Plin. lib. XXXVI. cap. 12. Hinc moles hujusmodi *Pharos* appellant. IDEM.

29. *Homerico carmine*] Ita ille habet quarto *Odyſſeae*.

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι,

oris curſu diei totius abducta: &, ſi ita res fuit, videri poteſt conjectantibus [30] in tantum mutatae cauſas Nilum praebuiſſe, dum limum ſubinde, & praecipuè cùm exundaret, litori annectens, auget terras, ſpatiumque augeſcentium in vicina vada promovet. In Africa contra majorem Syrtim Euteletos: contra minoris promontoria, [31] Meninx & Cercinna: [32] contra Carthaginis ſinum, [33] Tarichiae & Aega-

Τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν, ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.

OLIVAR.

30. *In tantum mutatae*] Aldus, *in tantum mutatas rei*. PINTIAN.

31. *Meninx & Cercinna*] Scribo cum uno *n Cercina*, ex Strabone, Ptolemaeo, Dionyſio, Plinio ſcriptae & Romanae lectionis, itemque Cornelio Tacito libro primo. IDEM.

*Meninx*] Chiffianus *Methus*. Quaſi nunc etiam *h* pro *n* poſito; ſed quem inſpexi alter *Menis*, nec aliter Mediolan. Haud dubiè oſtendunt ſcripſiſſe Auctorem *Menix*, de quo alibi. Pleroſque autem appellare hanc *Meninga*, non *Meniga*, mentitur Voſſius, quum de Livio vulgaverim in *Epiſtolis Geographicis*, & certè in Polybio magis aſſidua fuerit juventus mea, quàm illius tota vita, non ſtudiis intenta, ſed pulcherrimas res per ventoſam levitatem [illegible]. GRONOV.

32. *Contra Carthaginis ſinum Tarichiae & Aegathes*] Scribendum videtur *Tarichaeae*, *e* brevi in penultima, ex Stephano, qui multa ſic loca nominum ſcribit. *Aegates* verò duae ſunt inſulae inter Siciliam & Africam, inſignes victoria navali Lutatii Conſulis adverſus Carthaginenſes, auctoribus Livio, Floro, Silio, & Polybio apud *Aeguſam* inſulam hanc victoriam partam tradente. Ut fortè quam Graeci appellarunt *Aeguſam*, noſtri *Aegates* dixerint, etſi in numero ſit differentia, quod ſaepè contingit. Nam *Caſſiterides* plures inſulae ſunt Hiſpaniae in oceano occidentali; Stephano tamen una eſt *Caſſitera*. Semper autem ſine adſpiratione inveni *Aegates*. De hac Lutatii victoria Silius:

> *Addiderat geminas medio conſurgere ponto*
> *Aegates, lacerae circum fragmenta videres*
> *Claſſis*, &c.

Ut neſciam, qua ratione Hermolaus *Aegatem* numero ſingulari legat in Plinio, cùm ſint, ut ex proximo Silii verſu patuit, duae. Idem Hermolaus agnoſcit ut legitimam ſequentem Pomponii lectionem, *Romana clade memorabiles*: quae nullo modo procedere poteſt, ut planum eſt ex paulò antè dictis, de victoria Lutatii Conſulis adverſus Carthaginenſes ad Aegates. Legendum ergo alterutro modo, aut, *Punica clade memorabiles*; aut, quod magis arridet, *Romanae claſſis victoria nobiles*. PINTIAN.

33. *Tarrichiae & Egatheae*] Scri-

34 Aegates, Romana clade memorabiles. Plures Europae litoribus ſunt appoſitae: in Aegaeo mari

Scribendum, *Tarichiae & Aegathes*. Silius de Annibale,

———— *Avet Aegathis abolere parentum*
*Dedecus, & Siculo ſubmergere foedera ponto.*

Et alibi,

———— *Fuſaque per aequora claſſe,*
*Aegathea cernam.*

ut ſint *Aegathes*, *Aegathium*. Mentionem habent & alii. Invenio, qui hodie vocari dicant à nautis *Gotha*, quarum altera circuitu ſit ſtadiorum 24. ubi Carthaginenſes, duce Himilcone, primo bello Punico, à Q. Lutatio Catulo ſuperati ſunt, easque à Virgilio intelligi malunt, quàm *Philenorum aras*: ut *arae* propter foedus cum Poenis ictum dicantur: *Saxa* verò, quoniam ſcopuli veriùs quàm inſulae, ut ait lib. v. Plinius. BARBARUS.

34. *Aegates Romana clade memorabiles*] Ubicunque potius *clades* uſurpatur activè quàm in loco Livii, quem adnotavit in hunc uſum Voſſius, lib. XLII. cap. 2. *Legationes transmarinae deinde in ſenatum introductae ſunt; prima Eumenis & Pharnacis Regum, & Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade.* Nam planè illic indigitari cladem quam acceperunt, non quam dederunt Sinopenſes, apparet ex Polybio, quem per haec verba interpretatur Livius, *Legat.* 51. Ἧκον δὲ καὶ Ῥόδιοι κατηγοροῦντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. Jam verò licet ea vox ſic acciperetur, Pomponius tamen Mela reſpiciendus foret, quem tractamus, aliquoties ea uſum, & quo ſenſu, patet ex ipſo lib. II. cap. 3. *Marathon Perſica maximè clade pernotus.* Et paulò antè: *tutle aves cum ſumma clade advenientium pennas quaſi tela jactlatas.* Haec quum ita eſſe videamus, nunquam dubitavi, quin ſcripſerit Auctor *Romana claſſe.* Sic Salamin ei dicitur *excidio claſſis Perſicae notior* lib. II. cap. 2. *Laconicae claſſis ſignatus excidio.* Et ibid. *Naufragio claſſis Atticae.* Unde apparet, ubi rem geſtam mari adnotat, Auctorem ſemper feciſſe claſſis mentionem, ut hoc loco feciſſe etiam arbitror. Nam Pintianus eſt nimius. Nulla occaſio quidem ſic patefecit Voſſii nos eruditionem, quam non habuit, ſed calumniam eruditionis, qua mundo impoſuit. Quid enim niſi doctus eſſe nunc verè vult in voce ἀτυχία explicanda? item in Polybianis Interpretibus violandis? Scias igitur id omne excitatum fuiſſe ab Henr. Stephano in tomo III. *Theſauri* pag. 1452. Illic fulgere locum Ariſtotelis ex lib. v. *Nicomacheorum* videbis; illic Polybianos Interpretes produci *perverſitatem & nequitiam* vertentes. Magis autem patebit haec vanitas, ſi cum ea conferas doctrinam Grotii, quam publicavit ad *Euangelium* Lucae cap. 22. vers. 34. Sed tamen ab utroque, mi Lector, cave deduci: non enim eſt hic locus tam arcanus, ut non mediocriter litterato ſatis ſit cognitus; toties illum adhibet Themiſtius unus, ut debuerit eſſe [illegible], quem & citat Grotius; ſed praecipuè inſpice Orationem primam ad *Conſtantium* pag. 15, edititionis nuperae in Gallia. Sed totus ille locus eſt Philoſophicus. An hiſtoria Polybii ſe illi alligavit? An ἀτυχία non aliter uſurpatur & quidem ſimpliciter abſolutéque ſine conſideratione

mari prope Thraciam [35] Thaſos, [36] Imbros, Samothrace, Scandile, [37] Polyaegos, [38] Sciathos, Haloneſos; &, quam aliquando, omnibus, qui mares erant, caeſis, tantùm feminae tenuiſſe dicuntur, Atho monti [39] Lemnos adverſa. [40] Pagaſaeus ſinus [41] Scyron proſpicit, Cicynethon am-

ratiòne caſus ac τῆς τύχης? Quid ſtolidius dici poteſt? quaecunque pagina Hiſtoriae Graecae clamat aliud. Et certum eſt de calamitate ſumi, quam acceperunt Sinopenſes, non quam dederunt. Sed ait „ ridiculos futuros fuiſſe Rhodiorum legatos, ſi apud Senatum conqueſtum veniſſent de „ clade, quam ipſi intuliſſent. Quis dicit Rhodios intuliſſe? Rurſus unde habet Sinopenſes ab tyranno Pharnace invitos coactos fuiſſe, invadere naves Rhodiorum? Praeclaram non agendo didicit, ſed ipſe comminiſcitur hiſtoriam. At tu vide conſentientem Livio & Melae noſtro Tacitum XIII. *Ann.* 37. *Non defore Antiocho virtutem fortunamque ſaepius jam clade Romana expertam.* lib. XV. cap. 72. *Nam & ipſe pars Romanarum cladium erit.* Et Ovidium, *clade domus ab Agenore ductae*, dicentem. Cur autem *Romana claſſe* non poteſt intelligi pro Romanae claſſis victoria? Utique qui ſic loquitur, intelligit res geſtas illic ab ea, non quòd illic ſtationem habuerit. Iſtae autem ſunt vel adverſae vel ſecundae, ut narrat hiſtoria tum fuiſſe Romanis. Nihil autem aliud conatus fui, quàm quod contingit Propertio lib. III. eleg. 4.

*Nec miſer aera paro clade, Corinthe, tua.*

GRONOV.

35. *Thaſos*] *Taxo* nunc. OLIVAR.

36. *Imbros*] *Stalinum* nunc. IDEM.

37. *Polyagos*] Scribe *Polyaegos*, ex Plinio, ceteriſque, à caprarum copia videlicet. BARBARUS.

*Polyaegos, Scyathos, Haloneſos*] Scribendum *Sciathos* per *i* in prima, ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano: & *Halonneſos* cum duobus *n*, qua dixi ratione. PINTIAN.

38. *Sciathos*] Nunc *Sento*. OLIVAR.

39. *Lemnos*] Hodie *Sidrio*. IDEM.

40. *Pagaſaeus ſinus Schyathon proſpicit, Scinisſon amplectitur*] Invenio quidem *Schinusſam* inſulam in Phocide, ut Stephanus, à lentisco nominatam. Meminit & Plinius poſt *Naxum* inſulam, inter *Sporadas*. Quia tamen Strabo, idemque Plinius, ante ſinum Pagaſicum & alias plerasque haberi tradunt; & Cicynetum praecipuè, atque Sciathum, fieri poteſt, ut Pomponius quoque hoc loco eam ſcripſerit, cum Artemidorus, quem maximè ſecutus videtur, ita dicat, in Pagaſaeo ſinu Cicynetos inſula, hoc eſt Κικύνηθος. BARBARUS.

41. *Scyathon proſpicit, Cicyneton amplectitur*] Cum adſpiratione in poſtrema *Cicynethon* Strabo: & lego *Scyron*, non *Scyathon*, nam *Sciathus* paulò antè dicta eſt. Quod autem ait, *Scyron proſpicit, Cicynethon amplectitur*, à Strabone mutuatus videtur in nono. PINTIAN.

*Scyrum*] Edidi *Scyron*, quum ſic haberent tres MSS. GRONOV.

42. *Eubo-*

Cyclopas olim tulit, nunc aſſiduis ignibus flagrat. De amnibus Himera referendus, [108] quia in media admodum ortus, in diverſa decurrit, ſcindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Tuſcum mare devenit. Circa Siciliam [109] in Siculo freto eſt Aeaee, quam [110] Calypſo habi-

derit. Nunc dicitur *Bolear*. OLIVAR.

108. *Quia in media admodum ortus*] Conſiderandum, an ſit melior lectio diviſim *ad modum*, hoc eſt, *ad menſuram*. PINTIAN.

109. *In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur*] Plinius, *Altera*, inquit, *Calypſus, quam Ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur*, in quam videlicet, ut ait Stéphanus, Ulyſſes naufragus evaſit. BARBARUS.

*In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur*] Homerus decimo *Odyſſeae*, & Apollonius quarto *Argonauticῶn Circen* ſcribunt habitaſſe inſulam *Aeaeam*, non *Calypſo*: quos ſecutus Virgilius tertio *Aeneidos*, *Aeeam* appellavit inſulam Circes, noto verſu; ubi *Aeaee* nomen eſt inſulae, non cognomen Circes, ut Servius Grammaticus putavit. Neque enim *Circe* dicta eſt *Aeaea*, aut unde putat Servius, aut ab inſula quam habitavit, ſed ab *Aea* urbe Colchorum, Auctore Strabone in primo. Quia verò Ulyxes utramque amavit, & inſulae, quas habitaverunt, in eodem ſunt mari Tyrrheno non longè à ſe diſſitae, Pomponius pro *Circe* accepit *Calypſo*. In quem errorem incidit etiam Ariſtoteles ſecundo *Ethicorum* non longè à fine, quod Aſpaſius quoque ejus Interpres notavit. Propertius etiam in tertio *Calypſo Aeaeam* appellavit, non quòd *Ogygia* inſula, quam habitavit, alio nomine dicta ſit *Aeaea*, & ab inſula cognominata ſit ipſa *Aeaea*: nam inſulam, quam *Calypſo* incoluit, Homerus *Ogygiam* nominat in ſeptimo *Odyſſeae*; Apollonius *Nymphaeam* in quarto; & ab utroque diſſentiens Callimachus *Gaudon*: nemo *Aeaeam*. Dicta eſt igitur à Propertio *Calypſo Aeëa* ab eadem urbe Colchorum *Aeëa*, in qua regnavit *Acetes* frater Calypſus: *Solis* enim ambo filii fuerunt, ſecundum quosdam, referente celeberrimo apud Graecos Grammatico Zeze in *Lycophronis expoſitione*: licet Hómerus *Odyſſeae* ſeptimo Atlantis filiam *Calypſo* faciat, non Solis, & Homerum ſecutus Apollonius in quarto. Meminit & *Aeaeae* inſulae, quam Circe habitavit, Procopius Hiſtoricus in primo. Porro ab *Aea* ſive *Aeaea* Colchorum urbe deduci gentile nomen *Aeaeus*, Stephanus docet. Addo ex Interprete *Homeri* in decimo *Odyſſeae*, *Aeaeam* inſulam fuiſſe priùs, quod nunc eſt promontorium *Circaeum* ab illa denominatum, ex quorundam opinione. PINTIAN.

110. *Calypſo habitaſſe dicitur*] Imò *Circe*: μνημονικὸν ἁμάρτημα, magnis etiam ingeniis non infrequens. Sed eò venia faciliùs Pomponio dabitur, quòd & in eundem lapidem Ariſtot. Philoſophorum coryphaeus impegerit ſecundo *Ethic.* *ut Calypſo*, inquit, *monebat: Extra fluctum & fumum navem adige.* *Circe* enim (quod & Argyropolus repoſuit) dixiſſe oportuit ex Hom. XII. *Odyſſ.*

Oa

tis navigia fruſtretur. Aliquot [47] in ea ſunt oppida, [48] Styra, Eretria, Pyrrha, Neſos, Oechalia: verùm opulentiſſimae Caryſtos & Chalcis. In Atthide Helene eſt, nota ſtupro Helenae, & [49] Salamis excidio claſſis Perſicae notior: circa Peloponneſon [50] etiam nunc in Aegaeo Pityuſa, & Aegina Epidaurico litori proxima, Troezenio Calauria, inter ignobiles [51] alias letho Demoſthenis nobilis: [52] in Myrtoo Cythera

47. *In ea ſunt oppida Heſtiaea* ] Sic quidem Stephanus, & Homerus; at Xenophon ſecundo *Hellenikôn* ſine diphthongo *Heſtiea*; Pauſanias *Iſtiaea* ſine adſpiratione & cum diphthongo *ae* in penultima; Thucydides *Heſtia* triſyllabôs: nec in ullius dictionis Orthographia major Auctorum diſſenſio. PINTIAN.

48. *Styra, Erethria, Pyraneſſos* ] Scribendum puto, *Heſtiaea, Erethria, Pyrrha, Neſos.* De primis duabus Poëta eminentiſſimus πολυςάφυλόν τε Ἑστιαῖαν, ab *Heſtiaea*, quae ad Olympum eſt, deducto nomine. Idem Poëta Χαλκίδα τ' Ἐρέτριάν τε. Haec autem *Eretria*, cujus mentio apud omnes eſt, etiam *Melaneis* appellabatur, à *Melaneo* Euryti patre, ſicut ab *Eretrio* Titane, Phaëthontis filio, *Eretria.* De *Neſo & Pyrrha* Plinius, ceterique, in *Euboea.* Fuit in adverſo tamen Euboeae locus *Aſtyra*, ut ait Charax, juxta *Potnias*, niſi quis in Euboeam quoque id nomen translatum, ut alia pleraque, cenſeat; atque ita malit *Aſtyra*, quàm *Heſtiaea*, ſcribere. BARBARUS.

49. *Salamis* ] Subverſa eſt. OLIVAR.

*Salamis excidio* ] Ad hanc inſulam Xerxis innumerabiles copiae à Graecis navali praelio ſuperatae: ubi igitur vires ſuas mari afflictas videret, turpi conſilio aggreſſus aggerem in Salaminem deducere: in quem uſum mandabat Phoenicum naves converti. Hinc & Solon oriundus, teſte Laërtio. SCHOTT.

50. *Etiam nunc in Aegaeo Phitiuſa* ] Scribo *Pytiuſa* ex communi nomenclatura multarum Graeciae inſularum, à frutice videlicet pineo. PINTIAN.

51. *Alias leto Demoſthenis* ] Interpungendum, *inter ignobiles alias.* SCHOTT.

52. *In Myrtoo Cythera contra Maleam emiſſa* ] Aldus minus corruptè *Enuſſa*; Mariangelus, & ante eum Hermolaus, *Oenuſſa* legunt, ex Plinio, & antiquorum codicum fide. Sed neuter attigit veram lectionem: ſcribendum namque *Oenuſſae* numero plurali ex Pauſania in *Meſſenicis*: *Poſt Acritam*, inquit, *portus eſt Phoenicus, & prope eum inſula Oenuſſae.* Sunt & alterae *Oenuſſae* Chio finitimae, plures tamen inſulae ſunt, non una, ut falſò Hermolaus putavit, deceptus Stephani depravata lectione, in quo falſò ſcriptum eſt, νῆσος προσεχὴς Χίῳ: hoc eſt, *inſula admota Chio*, pro νῆσοι προσεχεῖς Χίῳ, quod eſt, *inſulae admotae Chio*, ut liquet evidentiſſimè ex Herodoto in primo

Thera [53] contra Malean, Oenuſſa & [54] Theganuſa contra Acritan: [55] in Ionio [56] Prote, Aſteria, Cephalenia, [57] Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium; & inter non ignobiles, Ulyxis nomine Ithaca maximè illuſtris: in Epiro Echinades, & olim Plotae, nunc Strophades: contra Ambracium ſinum Leucadia, & vicina Adriatico mari [58] Corcyra. Hae Thracum Grajorumque terris objacent. At interiùs [59] Melos, [60] Olearos, Aegilia, Cothon, Ios, Thia, [61] Thera,

mo, & Thucydide in octavo; quorum auctoritatem ne ſequeretur Stephanus, cauſam non habuit. In Orthographia diſſentiunt: Herodotus & Thucydides per duo *ſſ*, Pauſanias & Stephanus cum uno tantùm ſcribunt. PINTIAN.

53. *Contra Maleam emiſſa, & Theganuſa contra Acritam*] Lectio pervulgata. Ego veſtigia ſagaciter odoratus, veram lectionem repraeſentavi. *Oenuſſa* H. Stephanus pro *emiſſa* reponit: & mox *Aſteria*, pro *Hyria*: inſula quidem, ſed quae hic non quadret; & poſt, pro *Thera*, unus codex *Thyatira* praefert. SCHOTT.

54. *Tegea, Niſſa, contra Acritam*] Scribendum, *Theganuſa contra Acritam*, ex Plinio, Ptolemaeo. Eſt autem *Acritas*, Peloponneſi promontorium. Plinius tamen eam paulò ultra promontorium illud collocat, & utique in Laconico. BARBARUS.

55. *Ionio proſtiria*] Legendum fortaſſe, *In Ionio Prote, Hyria*. De *Prote* in Ionio ſinu ante Peloponneſum, & Ptolemaeus & Plinius. De *Hyria* cogitandum relinquimus, illud obiter teſtantes, vagum id multis urbibus eſſe vocabulum: *Zacynthon* quoque inſulam hoc ipſo tractu quandoque *Hyriam* fuiſſe nominatam. IDEM.

56. *Prote, Hyria*] Luxatum eſſe puto verborum ordinem: nulla enim inſula eſt *Hyria* praeter *Zacynthon*, quae aliquando dicta eſt *Hyrie*, auctore Plinio in quarto. Legendum itaque videtur *Zacynthos Hyrie*, more uſitato Melae. ut diximus ad cap. 1. lib II. PINTIAN.

57. *Neritos*] Sic omnes hactenus editi. Lege *Nericos*, ex Hom. ult. *Odyſſ.* *Neritos* enim Ithacae mons, eodem auctore & Strabone lib. x. Γεωγραφουμένων, & Euſtath. *Il.* β. SCHOTT.

58. *Corcyra*] Nunc *Corfu*. OLIVAR.

59 *Nelos*] Scribendum *Melos*. BARBARUS.

*Melos*] Hodie *Mil.* OLIVAR.

60. *Olearos, Aegina, Cathon*] Lego *Oliaros* per *i* in ſecunda, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano: ut mendoſè ſcriptum ſit, ubicunque aliter ſcriptum invenitur. Praeterea *Cothon* non *Cathon* legendum ex Stephano, & Plinio. PINTIAN.

61. *Thera, Hyaros*] Scribe *Gyaros* ex Strabone & Stephano. IDEM.

ra, Gyaros, [62] Hippuris, Dionyſia, [63] Cythnos, Chalcia, [64] Icaria, [65] Cinara, Niſyros, [66] Lebinthos, Calymnia, Syme. Hae, quia diſperſae ſunt, Sporades. [67] Ab eis [68] Sicinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, [69] Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos,

62. *Iporis*] Scribendum *Hippuris*, ex Plinio, ceterisque. Barbarus.

*Hippuris, Donyſa*] Lego *Donuſia*, non *Donyſa*, ex Stephano, tradente translatam fuiſſe à Baccho in eam inſulam Ariadnam, perſequente illam patre Minoe. Unde appellata fuit forma poſſeſſiva *Dionyſia*, ſed poſtea corrupto nomine dictam eſſe *Donuſiam*. Legendum igitur apud ſummum Poëtam *Donuſiam*, non, ut antehac legebatur, *Donyſam*. Nam ratio carminis ſynizeſi figura defenditur. Pintian.

63. *Cianos*] Legendum videtur *Ceos*, ex Strabone; aut *Cios* ex Ptolemaeo, apud quem falſò in Graeco exemplari ſcriptum reor *Cia* pro *Cios* facili lapſu ſcriptorum, duobus elementis *o* & *s* confuſis in unum *a*, etſi Hermolaus legit in Ptolemaeo *Ciam*, cui equidem non aſſentior. Idem.

64. *Icaria, Pinaria*] Stephanus, Plinius & ceteri ferè omnes *Icaros*: Strabo variat. *Pinarae* nullos meminit praeter Plinium, apud quem tamen in codice vetuſto *Pyrana* legitur, non *Pinara*. Idem.

65. *Pinaria*] Plinius *Cinara*, nondum muto, quoniam & *Pinara* Lyciae urbs fuit. Barbarus.

66. *Lebynthos, Calydne, Aſine*] Scribe per *i* in ſecunda *Lebinthos*, ex Strabone, & Plinii codice ſcripto. Pro *Aſine* autem fortè reponendum *Caſiae*: nam à *Caſo* una Sporadum complures adjacentes inſulae dictae ſunt *Caſiae* Straboni, Stephano, Homero. Pintian.

67. *Ab eis Sicynus*] Videtur ſcribendum *Sicenus*, penultima producta, ex Strabone, & Stephano, Ptolemaeus per *i* in eadem *Sicinos*, ſed vitioſè puto. Idem.

68. *Cicynos*, & infrà, *Mycon*] Scribendum *Sicynus*, ex Strabone, Plinio, Stephano, vetuſtis codicibus: item non *Mycon*, ſed *Myconos*, iiſdem auctoribus. Barbarus.

*Hypanos, Cythnos, Siphnos, Seriphos*] Aldus, *Hypanos, Sipanos, Seriphos*. Scribo, *Cythnos, Siphnos, Seriphos*: ex Ptolemaeo & Strabone; apud quem in Graeco codice *Cythros* pro *Cythnos* falſò ſcriptum eſt. In Plinio quoque *Citanos* depravatum pro *Cythnos*. Pintian.

69. *Paros, Scyros*] *Scyros* inſula nobilis Rege Lycomede, & latebris Achillis ſuprà reddita eſt. Quapropter hic *Syros* meliùs quàm *Scyros* legetur, quam Homerus *Pſyriam* nominaſſe creditur. Clara Pherecyde alumno, cognomento Rhabio, ex Strabone & Stephano. Eadem menda in Ptolemaeo Graecè Idem.

*Paros, Syros*] Pherecydes hic, de quo Pintianus *in Caſtigationibus*, *Syrius* fuit, proſae inventor. Plinius lib v cap. 29. & lib. vii. cap. 56. Apuleius lib. ii. *Floridorum*, & Strabo extremo lib x. Diog. Laertius, & Suidas, qui & ipſe ex Strabone reſtituendus. Fuit verò hic Athenienſi Pherecyde longè antiquior. Schott.

70. An-

les, [70] Andros, quia in orbem jacent, Cyclades dictae. Super eas jam in medio mari, ingens & centum quondam urbibus habitata [71] Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem [72] Κριῦ μέτωπον immittit; niſi major esſet, Cypri ſimilis: multis famigerata fabulis, [73] adventu Europae, Paſiphaes & Ariadnae amoribus, Minotauri feritate fatoque, Daedali operibus & fuga, [74] Tali ſtatione atque morte; maximè tamen

70. *Andros* ] Nunc *Andria*. OLIVAR.

71. *Crete* ] Nunc *Candia*. IDEM.

72. Κριῦ μέτωπον ] Id eſt, *arietis frontem*. IDEM.

73. *Adventu Europae* ] Lego, *avectu Europae:* ut illud Lucani,

——— *Nec fortior undis*
*Labitur avectae pater Iſidos.*

Neque enim Europa ſponte ſua advenit in Cretam, ſed rapta & avecta à Jove. Posſet etiam legi *advectu:* Plinius *advectionem* dixit lib. x. cap. 1. ſed melior ſignificantiorque prior lectio. PINTIAN.

74. *Tum ſtatione atque morte* ] Scribo, *Tali ſtatione*, &c. fuit hic *Talus* aereus gigas, ſolus ex ſeculo illo aereo ſuperſtes, quo narrant fabulae donatam à Jove Europam ad cuſtodiam Cretae inſulae: tantae pernicitatis, ut ſingulis diebus univerſam inſulae oram ter luſtraret. Is quum appulſos in Cretam Argonautas, poſt raptam Medeam, aditu inſulae arceret, carminibus veneficiisque Medeae exſtinctus eſt, auctore Apollonio in quarto *Argonauticῶν*. Meminere etiam Orpheus, Zenobius, & Lucianus in *Philopſeude*; item ex noſtris Catullus. IDEM.

*Tum ſtatione atque morte* ] Emendavimus, *Tali ſtatione atque morte*, teſtimonio multorum Auctorum. Nec ſubiit tunc Platonem citare in *Dialogo*, qui inſcribitur *Minos*, vel *de Lege*. Ejus verba ex tralatione Marſilii Ficini ſunt: *Eo planè veluti legum cuſtode per urbem uſus eſt Minos, ad reliquam verò Cretam cuſtode Talo. Talus enim ter quotannis pagos omnes luſtrabat, leges eorum obſervaturus, tabulis aereis leges ſcriptas circumferens, unde aereae nominatae ſunt.* Haec Plato, cujus poſtrema illa verba, *unde aereae nominatae ſunt*, vertit Marſilius, homo quidem mediocri ingenio, & eruditione, mediocri item Graecae ac Latinae Linguae cognitione praeditus, verùm in humanis ſtudiis parùm verſatus, ſuper quam aſper & durus nimis Interpres. Transferre igitur debuit Ficinus, *unde aereus appellatus eſt:* ſic enim Graeca praeferunt exemplaria; & *Talus* ipſe, ut probavi, *aereus* à Poëtis fictus appellatusque eſt, non leges. Sed de erroribus Marſilii in tralatione Platonis, alio loco dicturi ſumus uberius. IDEM.

*Tali ſtatione* ] Hujus loci reſtitutio Jano Parrhaſio viro doctiſſ. debetur: is enim primus (niſi fallit memoria) ſic leg. vidit libro *De quaeſitis per epiſtolam*. Tantae autem

tamen eo, quòd ibi [75] ſepulti Jovis penè clarum veſtigium ſepulcrum eſt, cui nomen ejus inſculptum [76] eſſe accolae oſtendunt. [77] Urbium notiſſimae, Gnoſos, Gortyna, Lyctos, Lycaſtos, [78] Holopyxos, Panacra, [79] Cydonia, [80] Marathuſa, Dictynna. Inter colles, quòd ibi nutritum Jovem accepimus, fama

tem celeritatis fingitur, ut totam Cretam uno die pedibus obiret: Orpheus, & Apollonius Rhodius lib. IV. *Argonaut.* Lucianus in Φιλοψευδεῖ, Catullus ad Camerium:

*Non cuſtos ſi fingar ille Cretum.*

Meminit & Zenobius in *Adagiis.* SCHOTT.

75. *Sepulti Jovis* ] Varro de litoralibus apud Solinum cap. 17. etiam ſuis temporibus affirmat ſepulcrum Jovis in Ida viſitatum. De hoc multa Arnobius in eruditis illis *adverſus Gentes* libris: quos propediem Caſpar Cardillus Villalpandeus emendatiores dabit. Hinc notiſſimum mendaces habiti: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, apud D. Paulum I. cap. *ad Titum*, ex Epimenide Cretenſi: ſimiliter apud Ovidium, Lucanum, & Statium. Vide Lactantium lib. I. *Divin. Inſtitut.* & Cyprianum *de Idolis.* Itidem & *Curetes* dicti, quaſi curatores. ut Strabo lib. X. διὰ τὸ κουροτροφεῖν τὸν Δία, καὶ κόρους ὄντας ὑπουργεῖν. Salluſt. *Hiſtor. Fragm.* apud Lactant. lib. I. cap. 21. *Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem ut cetera in majus componentem, altores Jovis celebraviſſe.* IDEM.

76. *Eſſe accolae oſtendunt* ] Lego, *etiam accolae.* Ex compendiis litterarum, ut fieri amat, natus error. IDEM.

77. *Urbium notiſſimae Gnoſos* ] Cum duplici *ſſ Gnoſſus* Strabo & Ptolemaeus. PINTIAN.

*Urbium notiſſimae* ] Plinius XL. urbes numerat, lib. IV. cap. 12. Solinus cap. 17. *Non ſtipata centum urbibus, ſicut perhibent qui prodigè lingua largi ſunt*, (ſic enim legi malim, quàm *largiti*) *ſed magnis & ambitioſis opidis, quorum principatus eſt penes Gortynam, Cydona, Cnoſſon, Therapnas, Dium, Lyctum.* SCHOTT.

78. *In Creta Clopixos & Camaracuſa* ] Scribe, *Holopyxos & Manathuſa*, ex Plinio: quamquam ſcriptum eſt *Manathuſa.* Vereor ne *Marathuſa* legendum ſit, à feniculis, nam & inſulae hoc nomine habentur aliquot. Quid ſi *Amaracuſa*, quaſi ab Amaraco? BARBARUS.

79. *Cydon, Marathuſa, Dictynna* ] Lego *Marathuſa* ex Plinii vetuſto codice, hoc eſt, *fenicularia*; nam & inſula eſt apud Clazomenas hoc etiam nomine à copia feniculi, ut tradunt Stephanus, Thucydides, Plinius. *Dictamnum* quoque Ptolemaeus, non *Dictynna. Dictynnaei* promontorii meminit Strabo. PINTIAN.

80. *Manathuſa* ] Libri vett. *Marathuſa*: & ſup. *Cnoſſos*, ſcrib. geminato ſibilo, & cappa, ex Hom. & Graeca conſuetudine. SCHOTT.

81. *Jux-*

ma Idaei montis excellit. [81] Juxtà eſt Aſtypalaea, [82] Naumachos, Zephyre, Chryſe, Gaudos, [83] & quas Muſagorus numero tres, uno tamen vocabulo appellant; atque, [84] unde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos. In Adria [85] Apſoros, Dyſcelados, [86] Abſyrtis, Iſſa, Pityia, Hydria, [87] Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, [88] Aeſtria, Saſon, atque, ut Alexandriae, ita Brunduſio adjacens Pharos. [89] Sicilia (ut ferunt) aliquando continens,

81. *Juxtà eſt Aſticla*] Rectè qui pro *Aſticla* ſubrogaverunt *Aſtypalaea*: nam de inſulis Rhodo propinquis hic agitur. *Aſtypalaea* vero inter *Con*, *Rhodon*, & *Cretam* ponitur à Strabone. Scribendum autem *Aſtypalaea* cum *ypſilon* in ſecunda & *ae* diphthongo in quarta, ex omnibus, item ex Etymologia. PINTIAN.

82. *Naumachos, Zephyre, Griſe, Caudos*] Plinius, *Maulocos*, *Zephyre*, *Chryſe*, *Gaudos*. De *Gaudo* etiam Callimachus atque Strabo. BARBARUS.

*Naumachos, Zephyre, Criſe*] Vetus Plinii codex *Naulochos*, non *Naumachos*: & *Chryſe* ſcribo; quo nomine habetur alia inſula in India. Poſcit id quoque Etymologia. PINTIAN.

83. *Et quas Muſagoros numero tres, uno tamen nomine* &c.] Plinius etiam cum Pomponio lib. IV. cap. 12. *Muſagoros* appellat: at in antiquiſſimo Toletano exemplari, non *Muſagoros* habetur, ſed *Muſagorus*, terminatione Graeca. Quare & in Pomponio, unde mutuatus eſt Plinius, *Muſagorus*, non aliter, ſcribendum cenſeo. IDEM.

84. *Unde Carpathio mari*] Vide Strabonem lib. X. extremo. SCHOTT.

85. *Aſporos, Dicedaleos, Abſyrtis*] Plinius, *Abſoros*, *Celaduſe*, *Abſyrtis*. Item paulò pòſt, non *Ticana*, ſed *Trucones*, nec *Phlecirides*, ſed *Electrides*, nec *Lingarium*, ſed *Tragurium*. De quibus multa libro ejus III. perſequuti ſumus. BARBARUS.

*Trucones*] VV.CC. *Ticana*. Herm. Barbarus pro *Abſoro Ticana* legit, niſi aut memoria lapſus eſt; aut ſcribae peccatum. *Abſurus* Straboni Ἀψυρτίδες. SCHOTT.

86. *Celaduſe*, *Abſyrtis*] Scribendum numero plurali cum *ae* diphthongo in poſtrema *Celaduſae*, ex Plinio in fine tertii, & *Abſyrtides*, non *Abſyrtis*. Licet Hermolaus antiquam lectionem retineat. Sed numero plurali *Abſyrtides*, non *Abſyrtis*, ut Hermolaus legit, Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Plinius, omnes. PINTIAN.

87. *Electrides*] *Electridae* primo ordine, Stephanus. IDEM.

88. *Aeſtria Aſine*] Legendum fortaſſe non *Aeſtria Aſine*, ſed *Scardona*, auctore Ptolemaeo: ut Librarii ex una dictione, quae illorum eſt diligentia, duas fecerint. IDEM.

89. *Sicilia*] Nomen retinet. OLIVAR.

*Sicilia aliquando continens*] Plinius lib. III. cap. 8. Juſtinus lib. IV. Solinus cap. 11. Thucyd. lib.

nens, & agro Bruttio annexa, poſt [90] freto maris Siculi abſciſſa eſt. Id anguſtum & anceps alterno curſu modò in Tuſcum, modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, ſaevum, & Scyllae Charybdisque ſaevis nominibus inclytum. Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare, utrumque noxium appulſis. Ipſa ingens & tribus promontoriis in diverſa procurrens, Graecae literae imaginem, quae Delta dicitur, efficit. [91] Pachynum vocatur, quod Graeciam ſpectat: [92] Lilybaeum, quod Africam; [93] Peloris, quod in Italiam

vi. Virg. iii. *Aen.* id. Cic. *Verrina* vi. & Salluſt. in *Hiſt. Fragmentis: Italiam conjunctam Siciliae conſtat fuiſſe: ſed medium ſpacium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum: inde Rhegium nominatum.* Schott.

90. *Freto maris Siculi*] Nunc dicta *El far de Meſina.* Olivar.

91. *Pachynum*] Nunc *Cabo Paſſino.* Idem.

*Pachynum vocatur, quod Graeciam ſpectat*] Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Dionyſius Byzantius, *Pachynus* in recto, non *Pachynum*; item Rufus Feſtus;

*In matutinos Pachynos producitur ortus.*

Idem error caſtigandus in Plinio. Pintian.

92. *Lilybaeon, quod in Africam*] Dionyſius *Lilybæn* nominat. Idem.

93. *Pelorum, quod in Italiam vergens*] Scribo *Pelorus*, non *Pelorum*, ex Ptolemaeo & Marciano. *Pelorias* eſt Straboni & Stephano. Variat Solinus, modò hoc, modò illo nomine utens. Thucydides quarto, & Dionyſius Byzantius *Peloris*, Silius *Pelorus* nominat lib. xiv.

— *Arenoſa tollit ſe mole Pelorus.*

Idem.

*Peloris*] Auſus fui deſerere editiones praecedentes, in quibus plerisque eſt *Pelorum*, quum in ſcripto libro reperiſſem *Pelorus*. In quo vocabulo diſputat quidem Pintianus, quàm variè pronuntietur; nempe *Pelorias*, *Peloris*, *Pelorus*, & ſe ſcribere teſtatur *Pelorus* ex Ptolemaeo & Marciano. Sed noſtrae lectioni fides eſt ab ipſa Pomponii manu, infrà ſcribentis *Pelorida*, quam ſcripturam tenent concordes MSS. quam terminationem nunc ei diſplicuiſſe, vel etiam maluiſſe nunc ſcribere *Pelorias*, mox autem *Pelorida*, (quod nobis impoſuit editio Voſſii) nulla cauſa eſt, cur putemus, praeſertim eò dirigentibus quoque antiquis libris. Similis ineptiae exemplum editur lib. iii. cap. 7. ubi in editis ſcribunt *elephantes*; paullò poſt autem *elephantis maximis*. Haec quoque ipſis variandi ratio placet: quam quis credat placuiſſe Pomponio, maximè quum in priore loco in MS. (& in Mediolanenſi Frater) invenerim *elephantes*, ut nunc quoque rurſus edidi? imò eandem terminatio-

liam vergens Scyllae adverſum eſt. Cauſa nominis, Pelorus gubernator ab Hannibale ibidem conditus; quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua eſſe litora, & non pervium pelagus, proditum ſe arbitratus occiderat. Ab eo ad Pachynum ora quae extenditur, Ionium mare attingens, haec fert illuſtria, [94] Meſſanam, [95] Tauromenium, [96] Catinam, [97] Megarida, [98] Syracuſas, & in iis mirabilem Arethuſam. Fons eſt, in quo viſuntur [99] jacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponneſiaco litori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed [100] ſubter maria terrasque depreſſus,

narionem, ex omnibus ſibi inſpectis, ut reor, edat Voſſius, qui tamen conjicere audet *elephantas*. Adverte, Lector, an in hac nota dixi in duobus libris manu exaratis *Pelorus* ſcriptum me reperiſſe? Id ut credas, impingit tibi Voſſius, tam licenter mendax. Rectum eſſe utrumque tam *Peloris* quàm *Pelerias* non negavi. In Strabone non ſic propinqua demonſtrabit Voſſius Πελωριάδα & Πελωρίδα, ut in Mela connectit *Pelorias* & *Pelorida*. GRONOV.

94. *Meſſanam* ] Nunc *Meſinam*. OLIVAR.

95 *Tauromenium, Catinam, Megarida* ] Scribo *Catanen*, non *Catinam*; & *Megara*, non *Megarida*, utrumque ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Thucydide, Xenophonte ſecundo *Hellenicῶn*, à quibus in Orthographia Graecarum dictionum libentiùs ſto, quàm à Plinii & Pomponii & Latinorum Auctorum depravatisſimis exemplaribus. Nec apud me rationes Hermolai in contrarium ullius ſunt ponderis. *Megarenſes* antè *Hyblaei* dicti Straboni, Stephano, Thucydidi. Diſſentiunt Ptolemaeus & Pomponius. *Tauromenium* penultimam producit, ſcribitur enim cum *ei* diphthongo Stephano. Nec video cur Hermolaus *Taurominium* pronuntiet; non *Tauromenium*. PINTIAN.

*Taurominium*] Nunc *Taverna*. OLIVAR.

96. *Catinam* ] Nunc eſt *Catania*. IDEM.

97. *Megarida* ] Nunc *Agoſta*. IDEM.

98. *Syracuſas* ] Nunc eſt *Saragoſa de Sicilia*. IDEM.

99. *Jacta in Alphaeum amnem* ] Scribendum ſine ulla diphthongo *Alpheum*. Habet tamen apud Graecos diphthongum *ei* in penultima, quae ſolet apud nos verti in ... *e* longum, ex Strabone, Stephano, Pauſania, & omnibus. PINTIAN.

100. *Subter maria* ] Hinc Arethuſam fontem Siciliae ab ... tum fabulantur Poëtae, Ovid. v. *Transform.* Lucanus lib. III. Statius Papinius *Sylvis*, & Silius lib. XIII. Virgil. *Ecloga* x. & *Aeneid.* III. Pauſanias lib. v. &

 ex

preſſus, huc agere alveum, atque hîc ſe rurſus extollere. Inter Pachynum & Lilybaeum 101 Acragas eſt, & 102 Heraclea, & Thermae: inter Lilybaeum & Pelorida 103 Panormus, & Himera: interiùs verò 104 Leontini, & 105 Centuripinum, & Hybla, aliaeque complures: famam habet 106 ob Cereris templum Enna. Praecipui montium Eryx maximè memoratus ob delubrum Veneris ab Aenea conditum, & 107 Aetna, quae Cocly-

ex Pindaro Cic. XII. ad *Atticum* epiſt. 5. Moſchi verſus Graecos, qui hoc Naturae miraculum Amorisque vim eleganter depingunt, libet adſcribere:

Ἀλφειὸς μετὰ Πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱράν,
Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὰν δὲ θάλασσαν
Νέρθεν ὑποτροχάει, κ' οὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ·
Ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένου ποταμοῖο
Κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
Καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβᾶν.

Apponam & Latinos aliquando à me factos:

*Flumen & Alpheus, Piſam circa, in mare tendit*
*Praecipitans, Arethuſa tuis ut miſceat undis*
*Uber aquae: folia & flores evolvit, arenasque,*
*Et fluvios ſubter jam labitur, & mare, longè.*
*Attamen illius vitat contingere fluctus:*
*Hinc adeò ignorat infra ſe tendere amantem.*
*Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogas,*
*Spicula ſi intorquens ita flumina nare docebas?*

Obſerva, malè vulgò *Alphaeum* cum dipthongo excudi. SCHOTT.

101. *Agragas*] Nunc *Gergenti*. OLIVAR.

102. *Heraclea & Therme*] Stephanus & Plinii vetus codex *Therma* ſingulari numero, Ptolemaeus *Thermae* plurali. PINTIAN.

103. *Panormus*] Nunc *Palermo*. OLIVAR.

104. *Leontini*] Ptolemaeus *Leontium*. PINTIAN.

105. *Centuripinum*] *Centoripa* cum *o* in ſecunda & neutro genere Strabo, & Thucydides; *Centuripae* cum *u* in eadem & diphthongo *ae* in extrema Ptolemaeus. IDEM.

106. *Ob Cereris templum Enna*] Cicero VI. *Verr.* Saepe hoc nomen oſcitantia Librariorum in *Aetna* vocem affinem commutatum: ut in Auctore *Viror. illuſtrium*, in Atilio Calatino: quem nuper emendavimus & Commentario illuſtravimus. SCHOTT.

107. *Aetna*] Non flagrat: nec ex vicinis aliquis eſt, qui hoc viderit

Cyclopas olim tulit, nunc aſſiduis ignibus flagrat. De amnibus Himera referendus, [108] quia in media admodum ortus, in diverſa decurrit, ſcindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Tuſcum mare devenit. Circa Siciliam [109] in Siculo freto eſt Aeaee, quam [110] Calypſo habi-

derit. Nunc dicitur *Bolear*. OLIVAR.

108. *Quia in media admodum ortus*] Conſiderandum, an ſit melior lectio diviſim *ad modum*, hoc eſt, *ad menſuram*. PINTIAN.

109. *In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur*] Plinius, *Altera*, inquit, *Calypſus, quam Ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur*, in quam videlicet, ut ait Stephanus, Ulyſſes naufragus evaſit. BARBARUS.

*In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur*] Homerus decimo *Odyſſeae*, & Apollonius quarto *Argonauticon Circen* ſcribunt habitaſſe inſulam *Aeaeam*, non *Calypſo*: quos ſecutus Virgilius tertio *Aeneidos*, *Aeeam* appellavit inſulam Circes, noto verſu; ubi *Aeaee* nomen eſt inſulae, non cognomen Circes, ut Servius Grammaticus putavit. Neque enim *Circe* dicta eſt *Aeaea*, aut unde putat Servius, aut ab inſula quam habitavit, ſed ab *Aea* urbe Colchorum, Auctore Strabone in primo. Quia verò Ulyxes utramque amavit, & inſulae, quas habitaverunt, in eodem ſunt mari Tyrrheno non longè à ſe diſſitae, Pomponius pro *Circe* accepit *Calypſo*. In quem errorem incidit etiam Ariſtoteles ſecundo *Ethicorum* non longè à fine, quod Aſpaſius quoque ejus Interpres notavit. Propertius etiam in tertio *Calypſo Aeaeam* appellavit, non quòd *Ogygia* inſula, quam habitavit, alio nomine dicta ſit *Aeaea*, & ab inſula cognominata ſit ipſa *Aeaea*: nam inſulam, quam *Calypſo* incoluit, Homerus *Ogygiam* nominat in ſeptimo *Odyſſeae*; Apollonius *Nymphaeam* in quarto; & ab utroque diſſentiens Callimachus *Gaudon*: nemo *Aeaeam*. Dicta eſt igitur à Propertio *Calypſo Aeaea* ab eadem urbe Colchorum *Aea*, in qua regnavit *Aeetes* frater Calypſus: *Solis* enim ambo filii fuerunt, ſecundum quosdam, referente celeberrimo apud Graecos Grammatico Zeze in *Lycophronis expoſitione*: licet Homerus *Odyſſeae* ſeptimo Atlantis filiam *Calypſo* faciat, non Solis, & Homerum ſecutus Apollonius in quarto. Meminit & *Aeaeae* inſulae, quam Circe habitavit, Procopius Hiſtoricus in primo. Porro ab *Aea* ſive *Aeaea* Colchorum urbe deduci gentile nomen *Aeaeus*, Stephanus docet. Addo ex Interprete *Homeri* in decimo *Odyſſeae*, *Aeaeam* inſulam fuiſſe priùs, quod nunc eſt promontorium *Circaeum* ab illa denominatum, ex quorundam opinione. PINTIAN.

110. *Calypſo habitaſſe dicitur*] Imò *Circe*: μνημονικὸν ἁμάρτημα, magnis etiam ingeniis non infrequens. Sed eò venia facilius Pomponio dabitur, quòd & in eundem lapidem Ariſtot. Philoſophorum coryphaeus impegerit ſecundo *Ethic.* *ut Calypſo*, inquit, *monebat: Extra fluctum & fumum navem adige.* *Circe* enim (quod & Argyropolus repoſuit) dixiſſe oportuit ex Hom. XII. *Odyſſ.*

Oc

habitaſſe dicitur ; Africam verſus [111] Gaulos, [112] Melita, Coſſura ; [113] propius Italiam Galata, & illae ſeptem, quas Aeoli appellant, Oſteodes, [114] Lipara, Heraclea, Didyme, Phoenicuſa, ac, ſicut Aetnâ, perpetuo flagrantes igne Hiera

Ὡς τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε

Νῆα.

Contrà quoque *Circe* tribuit, citrum, hederam, & laricem urere ſolitam, Virg. Poëtarum princeps, & eum ſecutus Plinius lib. XIII. cap. 16. quod erat *Calypſus*, auctore Homero X. *Odyſſ.* Talia in Cic. peccata. Agellius lib. XV. cap. 6. *Noct. Attic.* & Politianus *Miſcellan.* cap. 53. annotavit. Victorius quoque *Variar. Lect.* lib. II. cap. 15. & III. cap. 8. & Muretus lib. XIV. cap. 20. *Variar. Lect.* SCHOTT.

*Calypſo habitaſſe*] Annotaveram Ariſtotelis II. *Ethicorum* ad Nicomachum μνημονικὸν ἁμάρτημα, Calypſoni ea tribuentis, quae Circes ſunt, Euſtathium Scholiaſten ſecutus. Pòſt inſpecto Homero, Ulyſſis eſſe didici, gubernatorem hortantis, ut Charybdim vitet, Ὀδυσσ. μ. v. 217.

Σοὶ δὲ κυβερνῆθ' ὧδ' ἐπιτέλλομαι &c.

SCHOTT.

111. *Gaulos . . . Halaza*] Plinius & alii, *Gaulos* & *Galata*. BARBARUS.

112. *Mellita*] Nunc *Malta*. OLIVAR.

113. *Propius Italiam Galata & illae ſeptem quas Aeoli appellant: Oſteodes*, &c.] *Oſteodem* neque Strabo, neque Plinius, neque, quod ſciam, alius inter Aeolias numerat: quapropter exiſtimo erratum eſſe in ordine verborum, legendumque, *Propius Italiam Galata*, *Oſteodes*, *& illae ſeptem*, &c. Scribendum autem cum adſpiratione in poſtrema *Galatha*, ex Ptolemaeo & Plinii vetere codice, quamvis Ptolemaeus cum *c* in principio *Calatha*. PINTIAN.

114. *Lipara*, *Veracia*, *Didyma*, *Phoenicuſſa*, *Ericuſſa*. *Aetna perpetuo flagrat igne. Hiera*, *& Strongyle.*] Sic Aldi habent exemplaria. Scribendum arbitror, *Lipara*, *Hiceſia*, *Didyme*, *Phoenicuſſa*, *Ericuſſa*, *& quae perpetuo flagrant igne Hiera & Strongyle:* ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Marciano, Solino, & Homeri Interprete in decimo *Odyſſeae*, qui *Hiſceſiam* pro Euonymo ponit inter Aeolias. Ptolemaeus utramque locat prope Siciliam. Vel ſi magis placet lege: *& quae*, *ut Aetna*, *perpetuo flagrant igne Hiera & Strongyle*, ex Diodoro. De perpetuis harum incendiis praeter citatos Auctores meminere etiam Apollonii Rhodii Expoſitores in quarto. Illud non omittendum, ceteris unitatis numero eſſe *Didyme;* Pauſaniae verò plurium numero *Didymae*. Item inſulas illas *Ericuſſam*, & *Phoenicuſſam* à Ptolemaeo *Ericode*, & *Phoenicode* appellari, non etiam, a Strabone, ut Hermolaus ſomniavit. IDEM

115. At

Hiera & Strongyle. [115] Sed [116] Pithecuſa, Leucothea, Aenaria, Phitonia, Capreae,
Prochyta, Pontiae, [117] Pandateria, [118] Sino- 180
nia, Palmaria, Italico lateri citra Tiberina Oſtia objacent. Ultrà aliquot ſunt parvae, [119] Dianium,

115. *At Pithecuſa, Leucothea, Aenaria*] *Pithecuſae* plurali numero Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, quorum Strabo & Ptolemaeus cum ſimplici *s* ſemper *Pithecuſae*; Stephanus cum duplici. Ovidius quoque numero plurali:

*Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.*

Praeterea videtur legendum permutato dictionum ordine, *Pithecuſae*, *Aenaria*, *Leucothea*: ut ſervet morem ſuum ſaepe jam inculcatum, conjungendi duo locorum propria nomina: nam *Pithecuſae* alio nomine dictae ſunt *Aenaria*, ab ſtatione navium Aeneae, auctore Plinio lib. III. IDEM.

116. *Pithecuſa*] Plinius *Aenariam*, *Inarimen*, & *Pithecuſam* pro eadem habet lib. III. cap. 6. Appianus lib. V. *belli Civilis*, & Steph. Πιθηκοῦσσαι duplici *ſſ*. Hanc *Arimam* Homero, *Inarimen* Virgilio dictam contendit Nicolaus Erythraeus *in Virg.* SCHOTT.

117. *Pandataria*] Stephanus & Plinii antiquum exemplar: item Cornelius Tacitus lib. XIV. & Varro in tertio *de Re Ruſtica* cum *e* in tertia *Pandateria*; Ptolemaeus cum *o* magno in eadem *Pandatoria*; Strabo *Pandaria*, ſi codex vitiatus non eſt, quod vereor. PINTIAN.

118. *Phytonia*, *Parmaria*] Lego *Pinton*, non *Phytonia*, ex Marciano, & Plinio: cujus verba depravata, ut poſt hac emendatè legantur, libuit ſubtexere ex lib. III. cap. 6. *Etiamnum*, inquit, *anguſtias eas arcentibus inſulis parvis, quae Cuniculariae appellantur, itemque Phitonis foſſae, à quibus fretum ipſum Taphros nominatur.* Scribendum ex vetuſto Plinii exemplari: *Etiamnum anguſtias eas artantibus inſulis parvis, quae Cuniculariae appellantur, itemque Pintonis & foſſae*, Romana exemplaria *Pinton* & *foſſae* legunt, non minus probanda lectione. Nec me movet Ptolemaeus, qui eam inſulam *Phintonem* nominat: multis enim Graeci adſpirant, quae Latini per tenuem efferunt, & è contrariò. Sciendum tamen *Pintonem*, ſive mavis *Phintonem*, inſulam, non eſſe ex earum numero, quae ſunt citra Tiberis oſtia, quas hic Pomponius refert, ſed ex illis, quae ultrà ſunt. Quamobrem inter Transtiberinas locanda eſt, errore Librariorum hic poſita. Praeterea legendum videtur *Palmaria*, non *Parmaria*, ex Plinio & Marciano, à palma arbore, unde & *Phoenicuſa* inter Aeolias nominata, & duae aliae eodem nomine in ſinu Libyco prope Carthaginem Stephano. Adſtipulatur etiam Varro libro *de Re Ruſtica* tertio: *Hoc*, inquit, *ita fieri apparet in inſulis propinquis Pontiae*, *Palmariae*, *Pandateriae*. IDEM.

119. *Dianium*, *Iginium*, *Cerbania*] Plinii vetus exemplar & Romana lectio, itemque Marcianus *Igilium* legunt, non *Iginium*, ut Hermolaus agnoſcit: haud ſanè, ut mihi videtur, rectè. Quapropter legendum puto *Aegilium* ſive *Aegilion*: ut quemadmodum dicta

nium, Igilium, Carbania, Urgo, Ilva, Capraria: [120] duae grandes, fretoque diviſae, Corſica & Sardinia; quarum [121] Corſica Etruſco litori propior, [122] intra latera tenuis & longa, praeterquam [123] ubi Aleria [124] & Mariana coloniae ſunt, à barbaris colitur: [125] Sardinia Africum pelagus attingens, [126] niſi quòd in occidentem quàm in orientem anguſtius ſpectat, par & qua-

dicta eſt altera inſula *Aegilos*, id eſt, *Capraria*, ita haec forma diminutiva appellata ſit *Aegilion*, id eſt, *Capellaria*, & *minor Aegilos*. *Carbaniam* putat Hermolaus eam eſſe, quae à Plinio dicta ſit *Barpana*; cui nec aſſentio omnino, nec diſſentio. In alterutro erratum conſtat, in utro incertum. IDEM.

120. *Duae grandes fretoque diviſae Ethruſco*] Non eſſe attendandum verbum *Ethruſco* perſuadere videtur Plinius in tertio: *In Liguſtico*, inquit, *mari eſt Corſica, quam Graeci Cyrnon appellavere, ſed Thuſco propior*. Nihilominus pendeo animi, dubiusque ſum *Taphro* ne hic an *Ethruſco* legendum ex eodem Plinio; cujus verba paulò antè relata ſunt: *Itemque Pinton & foſſae, à quibus fretum ipſum Taphros nominatur*. IDEM.

121. *Corſica*] Nomen retinet. OLIVAR.

122. *Inter latera tenuis & longa*] Melior lectio, *ſed longa*. Ceterum haec verba non videntur convenire *Corſicae*, ſed *Sardiniae*, de qua ſtatim ſubjicet; quae ideo dicta eſt *Ichnuſa* & *Sandaliotis*, quòd longitudine & laterum anguſtia ſoleae ſive humani veſtigii effigiem exprimat, Stephano, Pauſaniae, Plinio, Solino, Marciano & reliquis. PINTIAN.

123. *Ubi Aleria & Marianae coloniae ſunt*] Scribe *Mariana*, non *Marianae*, ex Ptolemaeo, Plinio, Solino. IDEM.

224. *Et Mariana*] Sic edidi, ſequutus viros doctos & MSS. quos novi duos, (& manifeſtè ex Mediolan. idem notavit Frater) Non *Marianae*, ut nuper. Sic quum ſcripſi, intelligis vel inprimis Cluverium à me ſignari: ille praecipuè deſcripſit Corſicam: ille ſic citavit: ille locum Ptolemaei citat, Marianam utramque notat. Et tamen immodica in balbutiendo lingua Voſſii id ipſum nunc voluit praecipere, quaſi rem haberet cum templi camillis. Ego verò etiam ſcripſi mox *Sulci*, non *Sulchi*; quia illud videntur ſervaſſe ab Auctore iidem codices, praeferentes *Sola*, & maximè, quia flocci non facio Voſſium univerſum cum integra appendice. GRONOV.

125. *Sardinia*] Nunc *Sardegna*. OLIVAR.

126. *Niſi quòd in Occidentem quàm in Orientem anguſtius ſpectat*] Corrigendum puto: *niſi quòd ab Occidente quàm ab Oriente anguſtius patet*, ex Plinio in tertio: *Sardinia*, inquit, *ab Oriente patens*, &c. quae verba refert etiam Marcianus. PINTIAN.

*Niſi quòd in Occidentem*] Nihil muto, contra Pintianum, Salluſtium enim eſt imitatus lib. II. *Hiſtor. Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani, in Orientem quàm in Occidentem latior promi-*

quadrata undique, & nusquam non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi longisſima eſt Corſica; ceterùm [127] fertilis, & ſoli quàm caeli melioris, atque ut fecunda, ita penè peſtilens. *In* ea antiquisſimi populorum ſunt Ilienſes: [128] urbium antiquisſimae [129] Calaris & Sulci. At in Gallia quas referre conveniat, ſolae ſunt Stoechades, ab ora Ligurum ad Masſiliam usque diſperſae. [130] Baleares in Hispania contra Tarraconenſia litora ſitae, non longè inter ſe diſtant, & ex ſpatio ſuo cognominibus acceptis, [131] majores, mino-

*prominet. Inde Ichnuſa appellata.* SCHOTT.

127. *Fertilis, & ſoli quàm caeli melioris*] Peſtilentia caelique Inclementia infamis *Sardinia.* Hinc Tacitus II. *Annal.* ſub Tiberio factum S. C. refert, ut quatuor millia Judaeorum & Aegyptiorum in Sardiniam deportarentur: qui ſi interiisſent ob gravitatem caeli, vile damnum habitum. Martial. lib. II.

*Nullo fata loco posſis excludere; quum mors*
*Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.*

Claudian. lib. *de Bello Gildonico* extr. & Aurel. Victor *de Viris illuſtr.* in C. Graccho. IDEM.

128. *Urbium antiquisſimae Calaris & Sulchi*] Sunt qui *Calaris* probent, inter quos eſt & Hermolaus. Nos contrà ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Pauſania, Marciano, Plinio, utique ſcripto, *Caralis* defendimus; ſicubi aliter ſcriptum ſit perperam ſcriptum asſerentes. Stephanus *Caralium* nominat. Praeterea Strabo aſpiratè *Sulchi:* Ptolemaeus ſine aſſpiratione *Solci:* Plinius *Sulci:* Pauſanias *Sylci*, etſi in eo mendoſè *Syllus*, pro *Sylcus* ſcriptum leges. Sed quoniam haec Corſicae & Sardiniae relatio, ita confuſè & praepoſterè ſcripta eſt, ut neutri, quòd ſuum eſt, redditum videatur; viſum eſt faciendum, ut ſubjicerem, quo pacto reſtitui fortasſe in integrum posſit. Scribendum igitur, ut reor, hoc verborum conceptu: *Quarum Corſica litori propior par & quadrata undique, praeterquam ubi Aleria & Mariana coloniae ſunt, à Barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, inter latera tenuis, ſed longa; niſi quod ab Occidente quàm ab Oriente anguſtius patet, & nusquam non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi latisſima eſt Corſica*, &c. PINTIAN.

129. *Calaris*] Nunc *Caller.* OLIV.

130. *Baleares*] Duae ſunt. IDEM.

*Baleares in Hiſpania*] Ptolemaeus cum duplici *ll* & *i* in ſecunda *Ballarides:* Strabo *Balerides* cum uno tantum *l:* Stephanus *Bllarides.* PINTIAN.

*Baleares*] Nonnulli à *Baleo* Herculis comite derivant: alii, παρὰ τὸ βάλλειν, *à jaculando*, quòd fundae peritisſimi, in qua à puero exercebantur, nec aliter cibum capere poterant. Hinc etiam *Gymneſiae* Graecis dictae, Florus lib. III. cap 8. Lycophron, Suidas, & Vegetius lib. I. cap. 16. SCHOTT.

131. *Majores*] Nunc *Mallorca.* OLIVAR.

132. *Mi-*

[132] minoresque perhibentur. Caſtella ſunt [133] in minoribus, [134] Jamno & Mago: [135] in majoribus, [136] Palma & [137] Pollentia coloniae. [138] Ebuſos è regione promontorii, quod in [139] Sucronenſi ſinu Ferrariam vocant, eodem nomine urbem habet; frumentis tantum non fecunda, at alia largior, & omnium animalium, quae nocent, adeò expers, ut nec ea quidem, quae de agreſtibus mitia ſunt, aut generet, aut, ſi invecta ſunt, ſuſtineat. Contrà eſt [140] Colubraria, cujus meminisſe ſuccurrit, quòd cùm ſcateat multo ac malefico genere ſerpentium, & ſit ideo inhabitabilis, tamen ingresſis eam, intra id ſpatium, quod Ebuſitana humo circumſignaverunt, ſine pernicie & rata eſt; iisdem illis ſerpentibus, qui ſolent obvios appetere, aſpectum ejus pulveris, [141] aliud velut virus procul & cum pavore fugientibus.

132. *Minores*] Nunc *Minorca.* Idem.

133. *In minoribus Samo & Mago, in majoribus Parma & Polentia*] Ptolemaeus, & ferè Plinius, non *Samo*, ſed *Jamno*, ſive *Jamna.* Item non *Parma*, ſed *Palma.* Barbarus.

134. *Jamno, & Mago*] Ptolemaeus *Jamna*, non *Jamno.* Pintian.

135. *In majoribus Palma & Polentia*] Ptolemaeus *Palma* & *Pollentia* cum duplici *ll*: Strabo, *Palama & Potentia.* Idem.

136. *Palma*] Quae nunc dicitur *Mallorca* civitas. Olivar.

136. *Polentia*] Nunc *Polenza.* Idem.

138. *Ebuſos*] Nunc *Agiusſa.* Idem.

139. *Suppronenſi*] Legendum *Sucronenſi*, ut praediximus. Barbarus,

140. *Colubraria*] Nunc *La Dragonnera.* Olivar.

141. *Aliudve quod verius*] Neminem esſe tam obtuſi judicii puto, cui non ſuboleat, haec verba non esſe Pomponii, ſed Lectoris, fabuloſum putantis, quod de natura terrae *Ebuſitanae* Auctores prodidere. Pintian.

POM-

# POMPONII MELAE
## DE
# SITU ORBIS
## LIBER III.

### CAP. I.
### HISPANIAE ORA EXTERIOR.

DICTA eſt ora Noſtri maris: dictae inſulae, quas amplectitur. Reſtat ille circuitus, quem (ut initio diximus) cingit [1] Oceanus. Ingens infinitumque

1. *Oceanus*] Quem [illegible] [illegible] ex Viridario Caeſarinorum huc arceſſivi, ut monſtro ſuo incubantem & diverſum ab fluviorum

 rum



que Pelagus, & [2] magnis aeſtibus concitum (ita enim motus ejus appellant) modò inundat campos, modò latè nudat ac refugit, [3] non alios aliosque

rum ſimulacris videres. Hinc addidi eximium & verè ſelectum Antonini Pii nummum ab Cl.




Seguino vulgatum, in quo jacentem imaginem ſuſpicabatur vir ille doctiſſimus esſe terrae totius aut provinciae emblema. Sed eſt ipſe Oceanus rupibus accubans & iiſdem circumdatus, & ex naturae conſtituto bibens aquam caeleſtem ab Jove, qui throno ſuo inſidet, & pluviae moderator paſſim legitur, jam apud Heſiodum μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος Ζηνὸς ἐρισθενέος; effuſam ex cornu, prout Ganymeden quoque cornu miniſtrantem oſtendit gemma apud Gorlaeum.

——— πολλὸν δ' ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἐξ ἱερῦ ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν
Ὠκεανοῖο κέρας

apud Heſiodum in *Theogonia* v. 787. Gronov.

2. *Magnis aeſtibus concitum*] De maris exaeſtuatione Plinius lib. II. cap. 99 & 101. Q. Curtius, Caeſar *Comment* III. *belli Gall.* aliique. Hinc & *aeſtu ſecundo* & *adverſo* apud Salluſt. libris *Hiſtoriarum*, & *rumore ſecundo* Virg. *Aeneid.* & apud Nonium Feneſtella. Schott.

3. *Nunc ad alios aliosque invicem*] Scribendum reor, *nec ad alios aliosque invicem*. Pintian.

*Non aliò aliòque invicem*] Planè non auſcultari oportuit Voſſio hanc lectionem teſtanti facile fuisſe excudere, quum libri omnes manu exarati habeant *non alios aliosque*. Immò haec eſt ipſa vera lectio, dependens à voce *campos*, aequè ac ſequentes *hos* & *illos*. Non benè ſic mutaret ſermonem Mela. Sed neque dubitari à me potuit, quin huic notae non ignoſceret Voſſius. Itaque videns, qui retinens veterem lectionem retulerim ad *campos*, ſcribit rectius aliquanto me dicturum fuisſe, ſi homines aut populos interpretatus fuisſem. Mi Lector, vidiſtine aut legiſti homines aut populos inundatos ab Oceano ſine noxa, & id ſaepe fieri? Quid Voſſio portentoſius? Ne nunc quidem aliter ſentio. Campos expoſui praeëunte ipſo Mela, qui lib. I. cap. 9. quum dixiſſet Aegyptum ab exundante Nilo etiam irrigari, mox dicit humentes campos. Ita nunc Mela ubi planities ſunt, ibi ſcribit inundari campos ab Oceano, & quidem non alios aliosque invicem, hoc eſt, ut prius invadat Africam, inde procedat ad Hiſpaniam, pòſt ad Galliam, ut ſic campi vel regiones excipiant has vices; neque ut, ubi ſint oppoſitae regiones, nunc Britannia repleatur

alioſque in vicem, neque alternis acceſſibus nunc in hos, nunc in illos [4] toto impetu verſum: ſed ubi in omnia litora, quamvis diverſa ſint, Terrarum Inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſus ab illis colligitur in medium, & in ſemet ipſum redit; tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retroagat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat. Neque adhuc ſatis cognitum eſt, [5] anhelitune ſuo id Mundus efficiat, retractamque cum ſpiritu regerat undam [6] undique, ſi (ut [7] doctioribus placet) [8] unum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quò reciprocata Maria reſidant, atque unde ſe rurſus exuberantia attollant: an Luna cauſas tantis meatibus praebeat. Ad ortus certè ejus

repleatur exhauſtâ Galliâ, pòſt Gallia ſentiat liberatâ Britanniâ, & ſic alterni inter eas ſint acceſſus. Hanc geminam Melae interpretationem ignoravit Voſſius, ut plenè patet ex *Appendice*, ubi ſcribit [neque aliò alióque terrarum modò in hos, modò in illos populos per vices & quaſi ſucceſſivè] prorſus quae duo diverſa facit Mela, futiliter confundens. Stolida eſt igitur & paraphraſis Voſſiana & lectio. Etiam repoſui ex MSS. *ingens infinitumque pelagus*, non ut edunt, *& infinitum*. GRONOV.

4. *Toto impetu verſum*] Haec eſt vera atque integra Pomponii ſcriptura, unde vulgò ſubducunt vocem primam, quam ſtabiliunt libri veteres. IDEM.

5. *Anhelitu ne ſuo*] Vide Solinum cap. 26. extremo. SCHOTT. Legendus Plutarchus *de placitis Philoſoph.* II. cap. 3. & Seneca in *Natural. Quaeſt.* IDEM.

6. *Undique, ſi ut doctioribus placet, unum animal eſt*] Caſtigo: *utique, ſi ut doctioribus placet, mundus animal eſt.* Solinus cap. 26. *Phyſici autumant mundum animal eſſe, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum eſſe.* PINTIAN.

7. *Doctioribus*] Platonicis, qui ajunt mundum eſſe animatum. OLIVAR.

*Doctioribus*] Sic Cicero Stoicos, ni fallor, aliquando vocat. SCHOTT. Stoicis ſcilicet auctore Solino cap. 26. IDEM.

8. *Unum animal*] Sic editi libri. Pintianus *mundus animal*, tentabat: lege, *vivum animal*, proximè veritatem; immò germana lectio. Ovidius XV. *Metamorph.*

*Nam ſive eſt animal tellus, & vivit*, &c.

IDEM. Lego, *utique ſi, ut doct. placet, vivum animal eſt, ac ſint depreſſi*, ex Ovid. *Metamorph.* & Strabone lib. I. IDEM.

ejus occaſusque variantur: [9] neque eodem asſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atque adventare comperimus. Huc egresſos, ſequentesque ea, quae exeuntibus dextra ſunt, aequor Atlanticum & ora Baeticae frontis excipit, quae, niſi quòd ſemel iterumque paululùm in ſemet abducitur, usque ad flumen Anam penè recta eſt. [10] Turduli & [11] Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt, quem Gaditanum, [12] & lucus, quem Oleaſtrum appellant: tum caſtellum Ebora in litore, & procul à litore Aſta colonia. [13] Extrà Junonis ara templumque eſt: in ipſo mari munimentum Caepionis, ſcopulo magis quàm inſulae impoſitum, [14] Baetis ex Tarraconnenſi regione demisſus, per hanc ferè mediam diu, ſicut naſcitur, uno amne decurrit: pòſt ubi non longè a mari grandem lacum facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur: quantusque ſimplici alveo venerat, tantus ſingulis effluit. Tum ſinus alter usque ad finem provinciae inflectitur, eumque [15] parva oppida, Olintigi, Onoba, Laepa, contingunt. At

9. *Neque eodem asſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit*] Sincerior, ut arbitror, lectio erit: *Namque eodem asſiduè tempore, ut illa ſurgit*, &c. PINTIAN.

*Neque eodem asſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit, ac demergitur*, &c.] Haec verba in aliam formam mutavi, retento tamen eodem ſenſu: nunc ea in ſtatum priorem reſtituo, Plinium ſecutus lib. II. cap. 99. de aeſtibus maris: *Nec unquam*, inquit, *eodem tempore quo pridie fluunt, ut ancillantes ſideri avido, trahentique ſecum hauſtu maris & asſiduè aliunde quàm pridie exercitl*. IDEM.

10. *Turduli*] Nunc pars Andaluſes, pars Granatenſes. OLIVAR.

11. *Baſtuli*] Omnes Granatenſes. IDEM.

12. *Et lucus*] Fortè *locus*: & mox *à litore* gloſſam olet. SCHOTT.

13. *Extra, Junonis ara templumque eſt. In ipſo mari monumentum Geryonis*] Caſtigatius magisque è Pomponii elegantia & nitore: *Extrà Junonis ara templumque, & in ipſo mari monumentum Geryonis*. PINTIAN.

14. *Baetis*] Nunc *Guadalguebir*. OLIVAR.

15. *Parva oppida Olltingi, Onolapa*]

At [16] Luſitania trans [17] Anam, quâ mare Atlanticum ſpectat, primùm ingenti impetu in altum abit: deinde reſiſtit, ac ſe magis etiam quàm Baetica abducit. Quâ prominet, bis in ſemet recepto mari, in tria promontoria diſpergitur. Anae proximum, quia, lata ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, [18] Cuneus ager dicitur: ſequens, [19] Sacrum vocant: Magnum, quod ulterius eſt. [20] In Cuneo ſunt, [21] Myrtili, [22] Balſa, [23] Oſſonoba: in Sacro [24] Lacobriga, & Portus

*bra*] De primo nihil comperi, alterum *Oſſonoba* ſcribendum, non *Onoba*, ſive, ut Ptolemaeus, *Onoba* cognomento *Liſturia*, quam Plinius initio ferè lib. III. *Oſſonobam Aeſtuariae* vocavit. BARBARUS.

16. *Luſitania*] Pars Luſitaniae dicitur *Portugallia*, pars *la Extremadura*. OLIVAR.

17. *Ana*] Hodie eſt *Guadiana*. IDEM.

18. *Cuneus ager dicitur*] Verbum illud, *ager*, ſuppoſititium videtur. Nam Plinius in tertio ſine ullo adjitamento *Cuneum*, hoc promontorium nominat. Occaſionem dederunt errori, ſi error eſt, verba Strabonis in initio tertii malè tralata. Quid ſi legendum non, *ager dicitur*, ſed *à Graecis dicitur?* ut praetermiſſum ſit Librarii indiligentia, nomen promontorii Graecum, *Sphen*: ſic enim *Cuneus* vocatur Graecè. Nam Marcianus Latinus Auctor Graeco maluit quàm Latino nomine hoc promontorium demonſtrare, *per Sphenis*, inquit, *frontem circuitu ſacri promontorii*, &c. PINTIAN.

19. *Sacrum promontorium*] Nunc *Cabo de San vincente*. OLIVAR.

20. *In Cuneo ſunt Mirtylis*] Ptolemaeus per ypſilon in prima, & jota in duabus ultimis, *Julia Myrtilis*. PINTIAN.

21. *Myrtilibalſa Oſſonoba*] Scribendum *Myrtilis*, *Balſa*, *Oſſonoba*, ex Plinio, Ptolemaeo, Antonino, ceteris. BARBARUS.

*Mirtylis*] Nunc *Paena*. OLIVAR.

*Myrtilis*, *Balſa*] Ita correxit Hermolaus ex Plinio, Ptolemaeo, Antonino & ceteris. In quibus quum nihil culpare poſſet Voſſius, culpat lectionem Marciani Kaisan, putatque ſcripſiſſe Baisa, ut apud Ptolemaeum. Ego non dubito, quin *Ibalſa* verum ſit nomen etiam apud Melam, cujus veram ſcripturam non adſecutus fuit Hermolaus. Nam quum hic citet *Myrtilibalſo*, idque ego ſciam exſtare in duobus ſcriptis, etiam in Mediolanenſi viderit Frater, & haud dubiè exſtabit quoque in aliis, manifeſtè apparet idem fatum hujus vocis fuiſſe, quod vocis *Hiſpal* ſuprà, & ſcripſiſſe Melam *Myrtil*, *Ibalſa*. Nugatur in *Appendice* Voſſius, tacens de libris antiquis; nihil ſanum jaciens, quod ad Melam pertineret. GRONOV.

22. *Balſa*] Nunc *Tavila*. OLIVAR.

23. *Oſonaba*] *Silvera*. IDEM.

24. *Latobriga*] Scribendum, *Lacobriga*, uſitatum id Hiſpanis urbibus vocabulum. BARBARUS.

*Lacobriga*] *Coymbra*. OLIVAR.

 25. *Ebo*

tus Hannibalis: in Magno [25] Ebora. [26] Sinus interſunt: & eſt [27] in proximo Salacia; [28] in altero, [29] Ulyſſippo, [30] & [31] Tagi oſtium, amnis gemmas aurumque generantis. Ab his promontoriis [32] in illam partem, quae receſſit, ingens flexus aperitur; in eoque ſunt [33] Turduli veteres, Turdulorumque oppida: amnes autem, Mon-

25. *Ebora* ] Nomen retinet. IDEM.

26. *Sinus interſunt, & eſt in proximo Salacia* ] Scribo, *Sinus interſunt: Urbes, in proximo Salacia.* ut in Gallia exteriore: *Belgarum Treveri. Urbes opulentiſſimae. In Treveris Auguſta:* frequens eſt in hoc ordine Mela. PINTIAN.

27. *In proximo Salacia* ] Hodie indigitatur *Alcaçar de Sal.* Quod monui eorum gratia, qui ſuis in Ptolemaeum *Scholiis*, ferè dixeram *Scoriis*, annotarunt, ut & in Melam Joach. Vadianus *Olyſipponem* & *Salaciam* eandem eſſe, ex malè intellectis Plinii verbis lib. IV. *Natur. Hiſtoriae* cap. 22. Locus enim, ut vulgò circumfertur, male interpungitur: hinc illae lacrymae. Lege igitur: *Oppida memorabilia à Tago, in ora, Oliſipo, equarum è Favonio vento conceptu nobile: Salacia, cognominata urbs imperatoria: Merobriga.* Vadianus à Mela ſuo, quem interpretabatur, diverſas urbes eſſe admoneri poterat: cui ignoſcerem, niſi plures ille in errorem induxiſſet, qui ad eundem lapidem impegerunt, eum ſecuti. *Salacia*, autem vel hoc nomine clara, quod P. Nonium, Mathematicum inſignem, tulit, & inter Hiſp. Luſitanoſque principem: qui *de Ratione navigandi:* in *Sphaeram Io. de Sacro boſco:* in *Theoricas planetarum Ge. Purbachii;* in *Ariſtotelis problema de motu navigii: de Crepuſculis:* & *de erratis Orontii Finei*, doctiſſ. *Commentarios* reliquit, quos legerim: aliaque. SCHOTT.

28. *In altero Ulyſſippo* ] Ptolemaeus *Olios Hippon* diviſim, hoc eſt, *Olis equile.* PINTIAN.

*In altero Ulyſſippo* ] Alias *Olyſippo* ſcribitur, Ptolemaeo Ὀλι- Ἱππῶν: Straboni Ὀδύσσεια: Ὀδυσσοῦς Steph. *de Urbibus.* Strabonis locum lib. III. *Geogr.* Laurent Valla alibi eſt cavillatus. And. Reſendius, Luſitanus doctiſſ. patriae illuſtrandae natus, adeò Antiquitatis ſtudio capiebatur; cùm Olyſſippone Conimbricam Academiam migraret, quam Joannes III. Luſitaniae Rex, à Dionyſio inſtitutam, liberaliter inſtaurabat; in *Oratione*, quam pro roſtris habuit, OLISIPO, ſeptem non amplius litteris ſcrib. ſimplici *p*, & ſine *y* Graeco, ex ejuſdem urbis litteratis marmoribus plurimis, docuit: & ſingulari libro Damianus à Goes. SCHOTT.

29. *Ulyſſippo* ] *Lisbona* hodie. OLIVAR.

30. *Et Tagi oſtium* ] Lego, *ad Tagi oſtium:* urbes enim teſtatus eſt ſe relaturum, non fluvios, ſed in tranſitu dixit ad Tagi oſtium ſitam. PINTIAN.

31. *Tagi*] Nunc *Taio.* OLIVAR.

32. *Ad illam partem* ] MSS. tres *in illam p.* quod nunc reſtitui: mox, *paululum eminet*, non *paulum.* GRONOV.

33. *Turduli veteres* ] Scribendum;

Monda [34] in medium ferè ultimi promontorii latus effluens, & radices ejuſdem alluens [35] Durius. [36] Frons illa aliquandiu rectam ripam habet: dein modico flexu acceptò, mox paululùm eminet: [37] tum reducta iterum, iterumque recta margine jacens, ad promontorium, quod Celticum vocamus, extenditur. Totam Celtici colunt, ſed à Durio ad flexum [38] Grovii: [39] fluuntque per eos, [40] Avo, Celadus, [41] Naebis, [42] Minius,

dum, *Turduli veteres*; ſequitur enim, *Turdulorumque oppida*. BARBARUS.

34. *In medium ferè ultimi promontorii latus effluens*] Emendatius, ni fallor, ſcribetur: *è medio ferè ultimi promontorii latere fluens*. PINTIAN.

35. *Durius*] Nunc *Duero*. OLIVAR.

36. *Frons illa aliquandiu rectam ripam habet*] Lego: *rectam ripam agit*. ut de Gadibus: *quà terris propior eſt, penè rectam ripam agit*. PINTIAN.

37. *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens*] Hanc diſtinctionem ex aliis editionibus reſtituimus, à quibus temerè abiit Voſſiana alias pejores ſequuta. GRONOV.

38. *Groni*] Plinius quoque *Groni*, ſive *Gronii*: ut diximus, itemque Silius quibusdam exemplaribus, ſed frequentius tamen *Gravii*, à *Graiis* dicti,

*Quinque ſuper Gravios lucentes vorit arenas,*
*Infernae populis referens oblivia Lethes.*

item,

*Et quos nunc Gravios violato nomine Grajum,*
*Oeneae miſere domus, Aetolaque Tyde.*

Sed & Ptolemaeus *Gruios*, quaſi *Gravios* appellat. BARBARUS.

39. *Fluuntque per eos Auocelandus, Nebis*] Ptolemaeo amnes iis locis ſunt, *Auus & Nibis*, ſive, ut Strabo, *Naebis*, etiamſi eſt inverſa dictio apud eum *Baenis*, pro *Naebis*. Nihil verò mirum ſit, *Auonem* Pomponio vocari, quem Ptolemaeus *Auum* nominat: nam & *Noelo-em* Plinius appellat in Artabris fluentem, à quo *Noela* civitas, alia quàm *Noega*, inter Aſtures, ut dicemus, Ptolemaeus non *Noelonem*, ſed *Noelum* in Cantabris tamen, & Aſturia, non Artabris, quo *Noelae* populi dicantur Plinio: *Lacienſes*, inquit, & *Peſici*, & *Noelae*, quamquam ſcriptum eſt *Zoelae*, tertio volumine. Ab fluvio *Auone*, *Auarum* gens. De *Celando* nihil comperi. IDEM.

40. *Auo*, *Celandus*] Ptolemaeus, non *Auo*. PINTIAN.

41. *Nebis*, *Minius*] Strabo cum *ae* diphthongo in prima *Naebis*; ſine diphthongo Ptolemaeus. Utitur autem jure ſuo Mela hoc etiam loco, inculcatis duobus nominibus ejuſdem fluvii. Nam *Naebis*, & *Minius* idem eſt, auctore Strabone; repugnat tamen Ptolemaeus. IDEM.

42. *Minius*] *Migno* nunc. OLIVAR.

nius, [43] & [44] cui Oblivionis cognomen eſt [45] Limia. [46] Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus, [47] recipit fluvios Laeron & Ullam. Partem,

43. *Et cui Oblivionis cognomen eſt, Limia*] Variant codices in nomine hujus fluvii. Strabonis exemplaria modò *Limaeam* habent cum *ae* dipthongo in media, modò *Limiam*, primo utrumque ordine Graecorum. Variat item Plinii vetus codex. PINTIAN.

44. *Cui Oblivionis cognomen, Limia*] Plinio *Limaea* lib. III. cap. 22. Ptolemaeo Λίμιος· *Limia* hodieque, nomen retinens flumen, & oppidum *Ponte de Limae*. II. Stephanus *Lethia* legi vult, quòd in *Limia* nulla oblivionis ſignificatio deliteſcat. Non asſentior: Melam enim ſic explico, ut *cognomen* ſit rara notione, quaſi ſimul ejusdem rei nomen. Plinius apertius Melae ſenſum reddidit, olim etiam *Oblivionis* flumen dictum, ut ſunt plura ſaepe ejusdem rei nomina; quae Gramm. Graeci συνώνυμα paulò aliter atque Dialectici appellant. Horum in *Geographia* copioſam Silvam edidit Abr. Ortelius, civis meus: cujus induſtriae illuſtrata Geographia, omnesque ſtudioſi plurimum debent. Hujus & Livii *Epitoma*, *fl. Oblivionis* meminit. lib. LV. & fortè Salluſtius *Fragm. Hiſtoriarum: Cui nomen Oblivionis condiderunt*: apud .... *Ballon*, quod hic Hermolaus comminiſcitur, non comparet: *Balla* tantùm ſup paullo, quae fortè errandi anſam dedit. SCHOTT.

*Cui oblivionis cognomen*] Vide Plutarch. ἐν Αἰτίοις Ῥωμαϊκ. 34. Straboni lib III Λιμαῖος καὶ Λίμιος: ubi & Βελιώνα, pro Ὀβλιουίωνα malè legitur. Plinio *Limaeus* lib. IV. cap. 22. *Natural. Hiſt.* IDEM.

45. *Limia*] *Livia* hodie. OLIVAR.

46. *Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus*] Legendum exiſtimo non *Lambriacam*, ſed *Abobricam*, quam in hoc tractu ut inſignem urbem famigerat Plinius. PINTIAN.

47. *Recipit fluvios Iernam & Viam*] Aldus *Laeron* non *Iernam* legit. *Hierna* porro cum adſpiratione in prima promontorium eſt, non fluvius, Straboni in tertio. Sed ſciendum eam dictionem, ut pleraque alia in Strabone, depravatam eſſe, legendumque in eo non *Hierna*, ſed *Nerium*, quamvis Hermolaus diverſae ſit opinionis. Patet id ex alio loco ejusdem Auctoris in eodem ipſo libro: *Extremi*, inquit, *Artabri incolunt circa Nerium promontorium, quod Occidentalis & Septentrionalis eſt lateris*. Neque id promontorium dictum eſt alio nomine *Artabra*, ut Strabonis vitioſa tralatio perſuaſit credulis Lectoribus, ſed Artabrorum populorum promontorium eſt *Nerium*. Denique de *Hierna* promontorio aut fluvio nusquam mentio; *Nerium* promontorium omnes ferè celebrant, Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Pomponius. Sed Strabo & Ptolemaeus *Nerium* nominant; Plinius & Pomponius *Celticum*. Cauſa diverſitatis in nomine eſt, Celticos populos extremum illum angulum habitantes dictos eſſe cognomine *Nerias*, auctore Plinio. Quod ſi divinandum eſt fluvium eſſe in eo tractu monti cognominem, *Orbium* libentius ſcripſerim ex Ptolemaeo. PINTIAN.

*Recipit fluvios Hiernam*] Promonto-

Partem, quae prominet, Praeſamarchi habitant, [48] perque eos Tamaris & Sars, flumina non longè orta decurrunt; Tamaris, [49] ſecundum [50] Ebora portum; Sars, juxta turrem Auguſti titulo memorabilem. Cetera ſuper [51] Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem verſa litora pertinent. Deinde ad ſeptentriones toto latere Terra convertitur [52] à Celtico promontorio [53] ad [54] Scythicum usque. [55] Perpetua ejus ora, niſi ubi [56] modici receſſus ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt. [57] In ea primùm Artabri ſunt

montorium, quod eſt commune utriusque lateris Hiſpaniae, Occidentalis & Septentrionalis. dixi appellari à Strabone, & Ptolemaeò, *Nerium*, à Plinio & Pomponio *Celticum*: nec, ut ſentiunt aliqui, à Strabone dici *Artabrum*: poſtea animadverti tradi à Plinio, à quibusdam appellari id promontorium *Artabrum* lib. IV. cap. 21. Sed loco ita depravato atque alieno, ut promontorium id ſtatuatur longe ab eo ſitu, in quo eſt, quod mihi cauſa hallucinandi fuit. IDEM.

48. *Per quae eos Tamaris*] Ptolemaeus *Tamara*. IDEM.

49 *Secundum Arotebrarum portum*]. Strabo non *Arotebras* appellat, ſed inverſis litteris *Arotrebas*. Cui lectioni favet non Plinii modò vetus codex, ſed ipſa etiam Plinii ſententia: *Et ibi*, inquit, *gentem Artabrum, quae nunquam fuit, manifeſto errore. Arotrebas enim quod ante Celticum diximus promontorium hoc in loco poſuere, litteris permutatis.* Quibus Plinii verbis non puto refutari opinionem Melae, etſi paulò pòſt *Artabros* ponat. Nam qui à Plinio refelluntur ex *Arotrebis Artabros* fecerunt mutatis litteris, ut ex Plinii verbis liquet. At Mela utrosque refert & *Arotrebas*, & *Artabros*. IDEM.

50. *Arotebrarum*] *Gallegos* nunc. OLIVAR.

51. *Tamarici*] *Gallegos* quoque. IDEM.

*Tamarici Nerii quae incolunt*] Scribendum videtur *Neriae*, non *Nerii*, ex Plinii ſcripta & Romana lectione. PINTIAN.

52. *A Celtico promontorio*] A promontorio, quod vocatur *Finis terrae*. OLIVAR.

53. *Ad Scythicum usque*] Sudant hic Interpretes, & in Hiſpania hoc promontorium quaerunt. Fruſtrà: intellig. enim promontorium ultimum Orientis: agit enim hic de tota Septentrionis ora: & toto terrae tractu. SCHOTT.

54. *Scythicum*] Dacicum ad Saxoniam. OLIVAR.

55. *Hinc perpetua ejus ora*] Vocem primam nos quoque in nullo ex tribus ſcriptis exſtare novimus, ut rectè Voſſius eam delendam judicet, & ſicut debuit nunc delevi. GRONOV.

56. *Modici receſſus*] Ad Portum Magnum ad Trileucum promontorium. OLIVAR.

57. *In ea primùm Artabri ſunt & Janasſum Celticae gentis*] Caſtigo, *In ea primi Artabri ſunt, etiam-*

ſunt, * etiamnum Celticae gentis; deinde [58] Aſtures. In Artabris [59] ſinus ore anguſto [60] admisſum mare non anguſto ambitu excipiens, Adobricam urbem & quatuor amnium oſtia incingit: duo, etiam inter accolentes, ignobilia ſunt: [61] per alia duo [62] Mearus exit, & Ivia. [63] In Aſturum litore Noega eſt oppidum: & tres arae, quas Seſtianas vocant, in penè inſula ſedent, [64] & ſunt Auguſti nomine ſacrae, illuſtrantque terras antè ignobiles. [65] At ab eo flumine,

*etiamnum Celticae gentis.* Nam paulò antè dixerat Celticos populos longè tenere oram Hispaniae quae Occidentem ſpectat usque ad Celticum promontorium, communem angulum utriusque orae Occidentalis & Septentrionalis. Nunc autem referens populos Septentrionalem oram incolentes, ait primos in ea eſſe Artabros populos, nec pertinere ad ſequentes gentes Aſtures Cantabrosve, ſed eſſe adhuc Celticae gentis antedictae. Pintian.

* *Janaſum*] *S. Jacobus in Compoſtella.* Idem.

58. *Aſtures*] Nomen retinent. Olivar.

59. *Sinus ore anguſto admixtum mare non anguſto ambitu excipiens*] Ita nugatoribus placuit edere, in quibus emicat Voſſius, quum priores Editiones habuerint *admiſſum*, ut eſt & in Juntina. Sed MS. Mediolanenſis exhibet planè *admisſum*, ego vidi in altero *ammisſum.* Immò *admisſum* edidit jam Andr. Schottus, & ſimiliter Franc. Sanctius, cujus editione in conferendo libro Chiſiano uſus fuerat Rulaeus; ut hinc pateat in eo MS. etiam ita fuiſſe. Nec poteſt aliter eſſe, quin idem in codicibus MSS. omnibus repererit Voſſius. ille, qui Schottum vocabat hominem bonum, qualis ipſe non erat. Hoc Melae eſt, ac doleo nunc non repoſitum. lib. II. cap. 5. *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* lib. II. cap. 5. *Sed qua mare admittit.* lib. II. cap. 6. *Pelagus primùm magno impetu admisſum.* lib. I. cap. 5. *Oceanum ad quae nunc inundet admisſum.* Idem eſt lib. III. cap. 7. *Indus & alia quidem flumina admittit.* Gronov.

60. *Admixtum mare*] Legendum, *admisſum mare.* Pintian.

61. *Peralia, Ducamaris exit in Libyca*] Scribendum, *Per alia duo Mearus exit in Libunca.* Ptolemaeus quoque *Mearum*, & *Navium* juxta urbem *Libuncam* ſtatuit. Barbarus.

62. *Mearus & Narius*] Ptolemaeus, *Metarus*, & *Nabius.* Pintian.

63. *In Aſturum litore Noeta eſt oppidum*] Plinius & Strabo non *Noeta*, ſed *Noega*, id eſt, Νοῖγα. In Ptolemaeo quoque fluvius *Noegaviceſia* vocatur, in Cantabrorum litore, ceu dato urbi nomine vel accepto. Barbarus.

*In Aſturum litore*] Hinc *Aſturcones equi* C. Plinio lib. VIII. *Natur. Hiſtor.* cap. 42. extr. Schott.

64. *Et ſunt Auguſti nomine ſacrae*] Lego: *Eae ſunt Auguſti nomine ſacrae.* Pintian.

65. *At ab eo flumine, quod Saliam*

mine, quod Saliam vocant, incipiunt orae paulatim recedere, & latae adhuc Hiſpaniae magis magisque ſpatia contrahere; [66] usque adeò ſemet terris anguſtantibus, ut earum ſpatium inter duo maria dimidio minus ſit quâ Galliam tangunt, quàm ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractum [67] Cantabri & [68] Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesque ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore concipi nequeant. [69] Per eosdem

*liam vocant*] Cùm Pomponius poſt *Saliam* fluvium ſtatim *Cantabros* ponat, ab Occidente pergens in Orientem, & Plinius è contrario ab Oriente in Occidentem poſt *Cantabros* continuo *Sangam* fluvium ſtatuat, videntur uterque eundem fluvium agnoscere, ſive *Saliam* illum, ſeu *Sangam* nomines. Eſt igitur nominis differentia, non rei: ut vel in Pomponio legendum ſit *Sanga*, vel in Plinio *Salia*. Et Plinii quidem codex vetus *Sanga* oſtentat: in quam lectionem ut magis inclinem, facit, quod illius regionis incolae fluvium hunc appellant *Saia* corrupto nomine: nec mihi in hoc loco Hermolaus ſatisfacit. Idem.

66. *Uſque adeò ſemet & terras anguſtantibus*] Lego: *Uſque adeò ſemet terris anguſtantibus*. Idem.

*Uſque adeò ſemet & terras anguſtantibus*] Haec eſt codicum veterum ſcriptura. Unde Pintianus legit *ſemet terris anguſtantibus*. Sed videtur vulgare vitium in codicibus ſcriptis *anguſtantibus* pro *anguſtantis*, nempe Hiſpaniae. Sic cogitabam duntaxat irritandae ferociae Editoris poſtremi. Et pro ſectò Voſſius inde magis ſe anguſtatum nequivit diffiteri, quàm ipſae illae regiones. Hinc quaerit [quid ſibi vult *ſemet & terras:*] Si nunc non intelligit, certè minimè intellexit, quum Melam ederet: & tunc tamen potuit adeò deteſtabilem in laudabilium virorum lucubrationes edere praefationem, quaſi ſolus Melam intelligeret. Haec igitur victoria mea eſt, qua ridiculum hominem auribus teneo; qua, quum in *Obſervationibus* nihil diceret, quaſi omnia benè nosſet, vigilare compulſus fuit, & haeſitationem ſuam aperire. Primò decurrit ad Vinetum, & ſuas membranas, mox ad Vaticanum, denique ad Arundelianum: ita nihil habet, in quo poſt tot vitae annos quieſcat. Itaque dum ſaepius reſpicio locum, vidi leniſſimam opem, diſſolvendo duas lineas, quae in litteram *u* coaluerant, *iisque* pro *usque*, ſcil. oris. Illae adeo anguſtant ſemet ipſas ac mediterraneas partes, ut, &c. Gronov.

67. *Cantabri*] Nunc *Montanas*, & *Biscaia*. Olivar.

68. *Varduli*] Lipuſca, & pars Vaſconiae. Idem.

69. *Pereundi & Salenos*] Fortaſſe, *Per eundem & Salenos*, hoc eſt, per eundem tractum Cantabrorum Vardulorumque ac Salenos, amnem Saurium deſcendere. *Saleni* ab amne *Salia* vocantur, de quo paulò antè Pomponius. Ab eodem fluvio *Saleniana* locus Antonino dicitur, ab aquis Origenis decem M. p. remota. De *Origenis* ſtatim diſſeram. Ptolemaeus quoque *Selinos* populos ag-

eoſdem & Salenos Saunium, [70] per Autrigones [71] & Origenomeſcos Nanaſa deſcendit: & [72] Devales [73] Tritium Tobolicum cingit, [74] & Decium Aturia, & Oeaſonem Magrada. [75] Varduli

agnoſcit. quorum urbs *Nardinium*, de iis ipſis, ut arbitror, intelligens. Barbarus.

70. *Per Aurinos & Orgenomes quosdam Naſa deſcendit*] Scribi poteſt, *per Autrigones & Origeviones quosdam Neſua deſcendit.* De *Origevionibus*, ſive, ut Plinius, *Origenis*, ut mox dixi; Antoninus, qui *Originas aquas* nominat. Ptolemaeus quoque *Origevos* dicens eos, & *Origaviolcam* urbem eorum. Quod autem in Plinio dictum nobis eſt, *Aurigeves* in Pomponio videri esſe *Origenos*, melius eſt ut *Autrigones*, quemadmodum hoc loco diximus, legatur. Etenim Ptolemaeus inter *Autrigones* & *Origaviolcam* oppidum, flumen *Neſuam* ait delabi, quamquam *Nerva* in ipſo frequentius, quàm *Neſua* ſcriptum eſt. Sed quae hic ſequuntur, de amne *Deva*, dubium nòn relinquunt, hunc ipſum Pomponio intelligi, qui *Nerva* ſive *Neſua* dicatur. *Autrigonas* & Plinius lib. III. commemorat: *In Autrigonum*, inquit, *novem civitatibus Tritium & Verovesca memorantur.* De *Tritia* mox agetur. Idem.

*Per Autrigones & Origeviones*] Aliter legi in MSS. dixi ad lib. I. cap. 2. Gronov.

71. *Et Origeviones quosdam Neſua deſcendit*] Scribendum reor, *& Aurigevos & Cariſtos Nerva deſcendit:* ex Ptolemaeo, & Plinio. Legitur tamen in Ptolemaeo aliquando *Neſua*, quam lectionem rurſus videntur approbare, qui loca illa habitant, *Nanſa* lingua vernacula usque in hodiernum vocantes. Plinius *Origenos* vocat populos, non *Aurigevos*. Pint.

72. *Ex Devales Triton Obelunte cingit*] Legendum videtur, *Et Deva duplex Tritium Tobolicum attingit.* Ptolemaeus quoque *Devam*, ſive *Divam* amnem collocat juxta *Tritium*, cognomine *Tobolicum*, ſive *Toboricum*, in Vardulis Cantabriae. Habetur & eodem nomine alterum *Tritium*, nec procul admodum, inter *Beronas*, cognomine *Metallum*, Antoninus. Et Plinius; *Autrigonum*, inquit, *Tritium & Verovesca.* Barbarus.

73. *Tritium Tobolicum*] Ptolemaeus *Tritium Toboricum.* Pintian.

74. *Et Detum Aturiaſonans Sauſo & Magrada*] Cùm non longè à *Tritio Toborico* ſit oppidum *Iturisſa*, aeſtimandum erit, nunquid verbum *Aturiaſonans*, quod ſine dubio depravatum eſt, ad *Iturisſam* detrahere conveniat, ad hunc modum: *Deinde Iturisſam & Eaſonem Magrada*, ut verbum *attingit* ſubaudias. Fluvius quidem aliquis nomine *Magrada* nondum mihi lectus eſt, ſed cur mutem, non habeo. *Eaſonem* verò & promontorium & oppidum, non procul *Iturisſa*: Ptolemaeus collocat in litore Oceani, *Olarſonem* à Plinio fortasſe rectiùs vocatum, ad Pyrenaeos, finem Hiſpaniae celebrem. Scio & *Aturiam* fluminis eſſe vocabulum Ptolemaeo, ſed in Gallia Pyrenaeis proximi, ubi ſunt *Tarbelli* Aquitaniae populi, à quo civitas *Aturienſium* vocatur. Barbarus.

*Deinde Iturisſam & Eaſonem*] Ptolemaeus cum uno ſ *Iturisam*. & per *oe* diphthongon in prima *Oeaſonem*.

duli una gens, hinc ad Pyrenaei jugi promontorium pertinens, claudit Hiſpanias.

*Oeaſonem.* Strabonis codex Graecus *Idanuſam* nominat; Interpres *Oedaſunem* reddit, fortaſſe rectius, ex emendatioribus exemplaribus. Plinius non *Oeaſonem* ſed *Olarſonem* appellat. Nec ob id credam cum Hermolao, vitiatum eſſe Ptolemaei codicem. Parum enim efficax ea ratio eſt; ego potius crederem vitium in Plinio reſediſſe. PINTIAN.

*Deinde Ituriſſam*] Hodiè *Sanguesſan* in Navarrae regno plerique indigetant, patriam *Michaelis Lergae*, juvenis eruditisſimi, & in Graecis litteris, quas apud Complutenſes profitetur, apprimè verſati: quod ego alterum à Mich. Verino Hiſpaniae lumen aliquando futurum auguror, ſupereſſe modò queat: illi, patriae illuſtrandae, lampada trado, in iis, quos molitur, Variarum Lectionum libris. Ptolemaeus enim & Antonini *Itinerarium* ultra Pampelonam *Ituriſſam* collocant. SCHOTT.

75. *Varduli una gens*] Lego, *Varduli ultima gens.* Semper enim hujusmodi fine terminat provincias Mela, ut ſaepe dictum eſt. Vide ſup. lib. II. ad finem cap. 3. de Macedonia. PINTIAN.

## CAP. II.

# GALLIAE ORA EXTERIOR.

SEQUITUR Galliae latus alterum, cujus ora primò nihil progresſa in altum, mox tantundem penè [1] in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania [2] absceſſerat, [3] Cantabricis fit adverſa terris, [4] & grandi circuitu amflexa, ad occidentem litus advertit. Tunc ad ſeptentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas [5] Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti prae-

1. *In pelagus excedens*] In promontorio, quod nunc eſt *S. Matthaeus* in Brittannia Minore. OLIVAR.

2. *Absceſſerat*] In fonte Rabia. IDEM.

3. *Terris Cantabricis*] Diximus qui ſint Cantabri. IDEM.

4. *Et grandi*] Diximus à fonte Rabia eſſe hunc circuitum usque ad Britanniam Minorem. IDEM.

5. *Rheni*] Nunc *le Rhin.* IDEM.

6. *Ager*

pracipuè ac pabuli ferax, & amoena lucis immanibus. Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, [6] aegrè, nec ubique alit; ſalubris, & noxio genere animalium minimè frequens. Gentes ſuperbae, ſuperſtitioſae, [7] aliquando etiam immanes adeò, [8] ut hominem optimam & gratiſſimam Diis victimam caederent. Manent veſtiga [9] feritatis jam abolitae, [10] atque ut ab ultimis caedibus temperant, ita nihilominus, ubi devotos altaribus admovêre, delibant. Habent tamen & facundiam ſuam, magiſtrosque ſapientiae Druidas. Hi Terrae Mundique magnitudinem & formam, motus Coeli ac ſiderum, &, [11] quid Dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobiliſſimos

6. *Ager nec ubique*] Lego, *Aegrè, nec ubique:* flagitante ſenſu. Schott.

7. *Aliquando immanis*] Lucanus lib. I. *belli Pharſal.* de Gallis:

*Et quibus immitis placatur ſanguine diro*
*Teutates, horrensque feris altaribus Heſus:*
*Et Taranis, Scythicae non mitior ara Dianae.*

De horum crudelitate, & Druidis multa Caeſar *Commentario* VI. *belli Gallici:* Strabo lib. IV. *Geogr.* Cicero *pro Fonteio:* Plinius lib. VII. cap. 2. initio, & XVI. cap. ult. ubi de Druidum appellatione: & XXIV. cap. 11. & XXX. lib. cap. 1. extr. Lactantius lib. I. cap. 21. Legend. & Euſebius lib. IV. *Praeparat. Euangel.* cap. 17. Idem.

8. *Ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam crederent*] Scribo, *ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam caederent,* ut lib. II. de Tauris populis: *Immanemque famam habent ſolere pro victimis advenas caedere.* Confirmat etiam quod ſtatim ſequitur. Pintian.

9. *Feritatis abolitae*] Anno V. C. IↃCLVI. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. S. C. factum ne homo immolaretur: auctor Plin. lib. XXX. & Aur. Victor nuper à nobis recens erutus. Schott.

10. *Atque ut ab ultimis caedibus temperant*] Legendum potiùs, *atque ut ab humanis caedibus temperant.* Quod autem ſequitur *devotas*, ſcribo *devotos*, ut ſubintelligas, *homines.* Nam aliàs quod veſtigium obſecro erat feritatis abolitae, delibare victimas; quas mactare erat pietas? Pintian.

11. *Quid Dii velint*] Lucanus lib. I.

*Solis noſſe Deos, & caeli numina vobis*
*Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis*
*Incolitis lucis.*

Cetera in eandem ſententiam: & Caeſar. Schott.

12. Clam

mos gentis [12] clàm & diu, vicenis annis aut in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. [13] Unum ex his, quae praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque [14] cum mortuis cremant, ac defodiunt [15] apta viventibus. Olim negotiorum ratio etiam & [16] exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent. Regio, quam incolunt, omnis [17] Comata Gallia: Populorum [18] tria [19] ſumma nomina ſunt, terminanturque fluviis ingentibus. [20] Nam à [21] Pyrenaeo

12. *Clam & diu vicenis* ] Conträ Caeſar, diſciplinae myſteria occultasſe, quod ea litteris mandare nefas crederent, *Comment.* VI. *belli Gallici*. IDEM.

13. *Unum ex iis quae praecipiunt*] Ibidem Lucanus, ubi multa de Druidis & Bardis, de quib. leg. & Strabo lib. IV. & Amm. lib. XV. *Hiſt.* IDEM.

14. *Cùm mortuos cremant ac defodiunt apta viventibus olim* ] Legendum, *cum mortuis*, non *cum mortuos*, ex obſervatione Mariangeli. PINTIAN.

15. *Apta viventibus olim*] Fortè, *grata viventibus. Olim.* SCHOTT.

16. *Exactio crediti deferebatur ad inferos* ] Scribo *differebatur ad inferos*. Valerius Maximus: *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoriae proditum eſt, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare.* PINTIAN.

17. *Comata Gallia*] A coma ipſa capillorum. OLIVAR.

*Comata Gallia*] Quia coma, ut hodiéque Galli, delectata. Propriè tamen ea ora, quae vulgò Francia habetur. *Braccata* verò, Narbonenſis, ſeu Provincia Ro. Hodiè *Provence*. *Togata*: Ciſalpina Gallia Ligurum eſt. SCHOTT.

18. *Tria ſumma nomina* ] Caeſarem I. *Comm. Gallico* eſt ſecutus: quatuor enim Galliae populos alii numerant. IDEM.

19. *Summa nomina* ] Prior vox redundare videtur. IDEM.

20. *Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitania*] Lego, *Aquitani*, non *Aquitania*; quia praecesſit, *Populorum tria ſumma nomina*, & ſequitur *Celtae*, & *Belgae*. PINTIAN.

*Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitani* ] Editiones omnes antehac *Aquitania*. Nos tandem credidimus audiendum esſe Pintianum, non quia praecesſit *populorum* & ſequitur *Celtae* & *Belgae*, quas ille praefert cauſas, (in quibus contrà profecto varietatem captare ſolet Auctor) ſed quòd mox ſequitur *Aquitanorum*, nec ſolet Mela in ſequentibus aliter loqui, quàm in praecedentibus incipit. Et jam ſuprà habuimus exemplum corruptarum vocum ab proximis earum litteris. GRONOV.

21. *Pyrenaeo* ] *Pyrenaei* nomina multa habent: nam ex ea parte quae Lipus, quae & fonti Rabiae adjacet, *S. Adrianus* dicitur. Pro-

tus Hannibalis: in Magno [25] Ebora. [26] Sinus interſunt: & eſt [27] in proximo Salacia; [28] in altero, [29] Ulysſippo, [30] & [31] Tagi oſtium, amnis gemmas aurumque generantis. Ab his promontoriis [32] in illam partem, quae receſsit, ingens flexus aperitur; in eoque ſunt [33] Turduli veteres, Turdulorumque oppida: amnes autem, Mon-

25. *Ebora* ] Nomen retinet. Idem.

26. *Sinus interſunt, & eſt in proximo Salacia* ] Scribo, *Sinus interſunt: Urbes, in proximo Salacia.* ut in Gallia exteriore: *Belgarum Treveri. Urbes opulentisſimae. In Treveris Auguſta:* frequens eſt in hoc ordine Mela. Pintian.

27. *In proximo Salacia* ] Hodie indigitatur *Alcaçar de Sal.* Quod monui eorum gratia, qui ſuis in Ptolemaeum *Scholiis*, ferè dixeram *Scoriis*, annotarunt, ut & in Melam Joach. Vadianus *Olyſipponem* & *Salaciam* eandem eſſe, ex malè intellectis Plinii verbis lib. IV. *Natur. Hiſtoriae* cap. 22. Locus enim, ut vulgò circumfertur, male interpungitur: hinc illae lacrymae. Lege igitur: *Oppida memorabilia à Tago, in ora, Oliſipo, equarum è Favonio vento conceptu nobile: Salacia, cognominata urbs imperatoria: Merobriga.* Vadianus à Mela ſuo, quem interpretabatur, diverſas urbes eſſe admoneri poterat: cui ignoſcerem, niſi plures ille in errorem induxiſſet, qui ad eundem lapidem impegerunt, eum ſecuti. *Salacia*, autem vel hoc nomine clara, quod P. Nonium, Mathematicum inſignem, tulit, & inter Hiſp. Luſitanosque principem: qui *de Ratione navigandi*: in *Sphaeram Io. de Sacro boſco*: in *Theoricas planetarum Ge. Purbachii*; in *Ariſtotelis problema de motu navigii: de Crepuſculis*: & *de erratis Orontii Finei*, doctiſſ. *Commentarios* reliquit, quos legerim: aliaque. Schott.

28. *In altero Ulysſippo* ] Ptolemaeus *Olios Hippon* diviſim, hoc eſt, *Olis equile.* Pintian.

*In altero Ulysſippo* ] Alias *Olyſippo* ſcribitur, Ptolemaeo Ὀλισ- Ἱππῶν: Straboni Ὀδύσσεια: Ὀδυσσεία Steph. *de Urbibus.* Strabonis locum lib. III. *Geogr.* Laurent Valla alibi eſt cavillatus. And. Reſendius, Luſitanus doctiſſ. patriae illuſtrandae natus, adeò Antiquitatis ſtudio capiebatur; cùm Olysſippone Conimbricam Academiam migraret, quam Joannes III. Luſitaniae Rex. à Dionyſio inſtitutam, liberaliter inſtaurabat; in *Oratione*, quam pro roſtris habuit, OLISIPO, ſeptem non amplius litteris ſcrib. ſimplici *p*, & ſine *y* Graeco, ex ejusdem urbis litteratis marmoribus plurimis, docuit: & ſingulari libro Damianus à Goes. Schott.

29. *Ulysſippo* ] *Lisbona* hodie. Olivar.

30. *Et Tagi oſtium* ] Lego, *ad Tagi oſtium:* urbes enim teſtatus eſt ſe relaturum, non fluvios. ſed in tranſitu dixit ad Tagi oſtium ſitam. Pintian.

31. *Tagi*] Nunc *Taio.* Olivar.

32. *Ad illam partem* ] MSS. tres *in illam p.* quod nunc reſtitui: mox, *paululum eminet*, non *paulum.* Gronov.

33. *Turduli veteres* ] Scribendum;

Monda [34] in medium ferè ultimi promontorii latus effluens, & radices ejuſdem alluens [35] Durius. [36] Frons illa aliquandiu rectam ripam habet: dein modico flexu acceptò, mox paululùm eminet: [37] tum reducta iterum, iterumque recta margine jacens, ad promontorium, quod Celticum vocamus, extenditur. Totam Celtici colunt, ſed à Durio ad flexum [38] Grovii: [39] fluuntque per eos, [40] Avo, Celadus, [41] Naebis, [42] Minius,

dum, *Turduli veteres*; ſequitur enim, *Turdulorumque oppida.* BARBARUS.

34. *In medium ferè ultimi promontorii latus effluens*] Emendatius, ni fallor, ſcribetur: *è medio ferè ultimi promontorii latere fluens.* PINTIAN.

35. *Durius*] Nunc *Duero.* OLIVAR.

36. *Frons illa aliquandiu rectam ripam habet*] Lego: *rectam ripam agit.* ut de Gadibus: *quà terris propior eſt, penè rectam ripam agit.* PINTIAN.

37. *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens*] Hanc diſtinctionem ex aliis editionibus retinuimus, à quibus temerè abiit Voſſiana alias pejores ſequuta. GRONOV.

38. *Groni*] Plinius quoque *Groni*, ſive *Gronii*: ut diximus, itemque Silius quibusdam exemplaribus, ſed frequentius tamen *Gravii*, à *Graiis* dicti,

*Quinque ſuper Gravios lucentes vorit arenas,*
*Infernae populis referens oblivia Lethes.*

item,

*Et quos nunc Gravios violato nomine Grajum,*
*Oenaeae miſere domus, Aetolaque Tyde.*

Sed & Ptolemaeus *Gruios*, quaſi *Gravios* appellat. BARBARUS

39. *Fluuntque per eos Auocelandus, Nebis*] Ptolemaeo amnes iis locis ſunt, *Auus & Nibis*, ſive, ut Strabo, *Naebis*, etiamſi eſt inverſa dictio apud eum *Baenis*, pro *Naebis*. Nihil verò mirum ſit, *Auonem* Pomponio vocari, quem Ptolemaeus *Auum* nominat: nam & *Noelonem* Plinius appellat in Artabris fluentem, à quo *Noela* civitas, alia quàm *Noega*, inter Aſtures, ut dicemus, Ptolemaeus non *Noelonem*, ſed *Noelum* in Cantabris tamen, & Aſturia, non Artabris, quo *Noelae* populi dicantur Plinio: *Lacienſes*, inquit, *& Peſici, & Noelae*, quamquam ſcriptum eſt *Zoelae*, tertio volumine. Ab fluvio *Auone*, *Auarum* gens. De *Celando* nihil comperi. IDEM.

40. *Auo, Celandus*] Ptolemaeus, non *Auo*. PINTIAN.

41. *Nebis, Minius*] Strabo cum *ae* diphthongo in prima *Naebis*; ſine diphthongo Ptolemaeus. Utitur autem jure ſuo Mela hoc etiam loco, inculcatis duobus nominibus ejuſdem fluvii. Nam *Naebis*, & *Minius* idem eſt, auctore Strabone; repugnat tamen Ptolemaeus. IDEM.

42. *Minius*] *Migno* nunc. OLIVAR.

nius, [43] & [44] cui Oblivionis cognomen eſt [45] Limia. [46] Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus, [47] recipit fluvios Laeron & Ullam. Partem,

43. *Et cui Oblivionis cognomen eſt, Limia*] Variant codices in nomine hujus fluvii. Strabonis exemplaria modò *Limaeam* habent cum *ae* dipthongo in media, modò *Limiam*, primo utrumque ordine Graecorum. Variat item Plinii vetus codex. PINTIAN.

44 *Cui Oblivionis cognomen, Limia*] Plinio *Limaea* lib. III. cap. [illegible]. Ptolemaeo Λίμιος· *Limia* hodieque, nomen retinens flumen, & oppidum *Ponte de Limae*. II. Stephanus *Lethia* legi vult, quòd in *Limia* nulla oblivionis ſignificatio deliteſcat. Non aſſentior: Melam enim ſic explico, ut *cognom'n* ſit rara notione, quaſi ſimul ejusdem rei nomen. Plinius apertius Melae ſenſum reddidit, olim etiam *Oblivionis* flumen dictum, ut ſunt plura ſaepe ejusdem rei nomina; quae Gramm. Graeci συνώνυμα paulò aliter atque Dialectici appellant. Horum in *Geographia* copioſam Silvam edidit Abr. Ortelius, civis meus: cujus induſtriae illuſtrata Geographia, omnesque ſtudioſi plurimum debent. Hujus & Livii *Epitoma*, *fl. Oblivionis* meminit. lib. LV. & fortè Salluſtius *Fragm. Hiſtoriarum: Cui nomen Oblivionis condiderunt*: apud .... *Ra'i'n*, quod hic Hermolaus comminiſcitur, non comparet: *Balla* tantùm ſup paullo, quae fortè errandi anſam dedit. SCHOTT.

*Cui oblivionis cognom n*] Vide Plutarch. ἐν Αἰτίοις Ῥωμαϊκ. 34. Straboni lib III Λιμαίου καὶ Λίμιος: ubi & Βελιώνα, pro Ὀβλιουίωνα malè legitur. Plinio *Limaeus* lib. IV. cap. [illegible]. *Natural. Hiſt.* IDEM.

45. *Limia*] *Livia* hodie. OLIVAR.

46. *Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus*] Legendum exiſtimo non *Lambriacam*, ſed *Abobricam*, quam in hoc tractu ut inſignem urbem famigerat Plinius. PINTIAN.

47. *Recipit fluvios Iernam & Viam*] Aldus *Laeron* non *Iernam* legit. *Hierna* porro cum adſpiratione in prima promontorium eſt, non fluvius, Straboni in tertio. Sed ſciendum eam dictionem, ut pleraque alia in Strabone, depravatam eſſe, legendumque in eo non *Hierna*, ſed *Nerium*, quamvis Hermolaus diverſae ſit opinionis. Patet id ex alio loco ejusdem Auctoris in eodem ipſo libro: *Extremi*, inquit, *Artabri incolunt circa Nerium promontorium, quod Occidentalis & Septentrionalis eſt lateris*. Neque id promontorium dictum eſt alio nomine *Artabra*, ut Strabonis vitioſa tralatio perſuaſit credulis Lectoribus, ſed Artabrorum populorum promontorium eſt *Nerium*. Denique de *Hierna* promontorio aut fluvio nusquam mentio; *Nerium* promontorium omnes ferè celebrant, Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Pomponius. Sed Strabo & Ptolemaeus *Nerium* nominant; Plinius & Pomponius *Celticum*. Cauſa diverſitatis in nomine eſt, Celticos populos extremum illum angulum habitantes dictos eſſe cognomine *Nerias*, auctore Plinio. Quod ſi divinandum eſt fluvium eſſe in eo tractu monti cognominem, *Orbium* libentius ſcripſerim ex Ptolemaeo. PINTIAN.

*Recipit fluvios Hiernam*] Promonto-

Partem, quae prominet, Praeſamarchi habitant, [48] perque eos Tamaris & Sars, flumina non longè orta decurrunt; Tamaris, [49] ſecundum [50] Ebora portum; Sars, juxta turrem Auguſti titulo memorabilem. Cetera ſuper [51] Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem verſa litora pertinent. Deinde ad ſeptentriones toto latere Terra convertitur [52] à Celtico promontorio [53] ad [54] Scythicum usque. [55] Perpetua ejus ora, niſi ubi [56] modici receſſus ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt. [57] In ea primùm Artabri ſunt

montorium, quod eſt commune utriusque lateris Hiſpaniae, Occidentalis & Septentrionalis. dixi appellari à Strabone, & Ptolemaeò, *Nerium*, à Plinio & Pomponio *Celticum*: nec, ut ſentiunt aliqui, à Strabone dici *Artabrum*: poſtea animadverti tradi à Plinio, à quibusdam appellari id promontorium *Artabrum* lib. IV. cap. 21. Sed loco ita depravato atque alieno, ut promontorium id ſtatuatur longe ab eo ſitu, in quo eſt, quod mihi cauſa hallucinandi fuit. IDEM.

48. *Per quae eos Tamaris*] Ptolemaeus *Tamara*. IDEM.

49 *Secundum Arotebrarum portum*] Strabo non *Arotebras* appellat, ſed inverſis litteris *Arotrebas*. Cui lectioni favet non Plinii modò vetus codex, ſed ipſa etiam Plinii ſententia: *Et ibi*, inquit, *gentem Artabrum, quae nunquam fuit, manifeſto errore. Arotrebas enim quod ante Celticum diximus promontorium hoc in loco poſuere, litteris permutatis.* Quibus Plinii verbis non puto refutari opinionem Melae, etſi paulò pòſt *Artabros* ponat. Nam qui à Plinio refelluntur ex *Arotrebis Artabros* fecerunt mutatis litteris, ut ex Plinii verbis liquet. At Mela utrosque refert & *Arotrebas*, & *Artabros*. IDEM.

50. *Arotebrarum*] *Gallegos* nunc. OLIVAR.

51. *Tamarici*] *Gallegos* quoque. IDEM.

*Tamarici Nerii quae incolunt*] Scribendum videtur *Neriae*, non *Nerii*, ex Plinii ſcripta & Romana lectione. PINTIAN.

52. *A Celtico promontorio*] A promontorio, quod vocatur *Finis terrae*. OLIVAR.

53. *Ad Scythicum usque*] Sudant hic Interpretes, & in Hiſpania hoc promontorium quaerunt. Fruſtrà: intellig. enim promontorium ultimum Orientis: agit enim hic de tota Septentrionis ora: & toto terrae tractu. SCHOTT.

54. *Scythicum*] Dacicum ad Saxoniam. OLIVAR.

55. *Hinc perpetua ejus ora*] Vocem primam nos quoque in nullo ex tribus ſcriptis exſtare novimus, ut rectè Voſſius eam delendam judicet, & ſicut debuit nunc delevi. GRONOV.

56. *Modici receſſus*] Ad Portum Magnum ad Trileucum promontorium. OLIVAR.

57. *In ea primùm Artabri ſunt & Janasſum Celticae gentis*] Caſtigo, *In ea primi Artabri ſunt*, *etiam*-

ſunt, * etiamnum Celticae gentis; deinde [58] Aſtures. In Artabris [59] ſinus ore anguſto [60] admiſſum mare non anguſto ambitu excipiens, Adobricam urbem & quatuor amnium oſtia incingit: duo, etiam inter accolentes, ignobilia ſunt: [61] per alia duo [62] Mearus exit, & Ivia. [63] In Aſturum litore Noega eſt oppidum: & tres arae, quas Seſtianas vocant, in penè inſula ſedent, [64] & ſunt Auguſti nomine ſacrae, illuſtrantque terras antè ignobiles. [65] At ab eo flumine,

*etiamnum Celticae gentis.* Nam paulò antè dixerat Celticos populos longè tenere oram Hiſpaniae quae Occidentem ſpectat usque ad Celticum promontorium, communem angulum utriusque orae Occidentalis & Septentrionalis. Nunc autem referens populos Septentrionalem oram incolentes, ait primos in ea eſſe Artabros populos, nec pertinere ad ſequentes gentes Aſtures Cantabrosve, ſed eſſe adhuc Celticae gentis antedictae. PINTIAN.

* *Janaſum*] *S. Jacobus in Compoſtella.* IDEM.

58. *Aſtures*] Nomen retinent. OLIVAR.

59. *Sinus ore anguſto admixtum mare non anguſto ambitu excipiens*] Ita nugatoribus placuit edere, in quibus emicat Voſſius, quum priores Editiones habuerint *admiſſum*, ut eſt & in Juntina. Sed MS. Mediolanenſis exhibet planè *admiſſum*, ego vidi in altero *ammiſſum.* Immò *admiſſum* edidit jam Andr. Schottus, & ſimiliter Franc. Sanctius, cujus editione in conferendo libro Chiſiano uſus fuerat Rulaeus; ut hinc pateat in eo MS. etiam ita fuiſſe. Nec poteſt aliter eſſe, quin idem in codicibus MSS. omnibus repererit Voſſius. ille, qui Schottum vocabat hominem bonum, qualis ipſe non erat. Hoc Melae eſt, ac doleo nunc non repoſitum. lib. II. cap. 5. *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* lib. II. cap. 5. *Sed qua mare admittit.* lib. II. cap. 6. *Pelagus primùm magno impetu admiſſum.* lib. I. cap. 5. *Oceanum ad quae nunc inundet admiſſum.* Idem eſt lib. III. cap. 7. *Indus & alia quidem flumina admittit.* GRONOV.

60. *Admixtum mare*] Legendum, *admiſſum mare.* PINTIAN.

61. *Peralia, Ducamaris exit in Libyca*] Scribendum, *Per alia duo Mearus exit in Libunca.* Ptolemaeus quoque *Mearum*, & *Navium* juxta urbem *Libuncam* ſtatuit. BARBARUS.

62. *Mearus & Narius*] Ptolemaeus, *Metarus*, & *Nabius.* PINTIAN.

63. *In Aſturum litore Noeta eſt oppidum*] Plinius & Strabo non *Noeta*, ſed *Noega*, id eſt, Νοῖγα. In Ptolemaeo quoque fluvius *Noegavicesſia* vocatur, in Cantabrorum litore, ceu dato urbi nomine vel accepto. BARBARUS.

*In Aſturum litore*] Hinc *Aſturcones equi* C. Plinio lib. VIII. *Natur. Hiſtor.* cap. 42. extr. SCHOTT.

64. *Et ſunt Auguſti nomine ſacrae*] Lego: *Eae ſunt Auguſti nomine ſacrae.* PINTIAN.

65. *At ab eo flumine, quod Salliam*

giſſima apud eos pueritia eſt: viri [6] ſagis velantur, aut [7] libris arborum. [8] Quamvis saeva hieme, nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt. [9] Bella cum finitimis gerunt: cauſas eorum ex libidine arceſſunt: neque imperitandi prolatandique quae poſſident, (nam ne illa quidem enixè colunt) ſed ut circa ipſos quae jacent vaſta ſint. [10] Jus in viribus habent, adeò ut ne [11] latrocinii quidem

fere omnia eſt mutuatus *Comm.* VI. *belli Gall.* *Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit: ab parvulis duritiei ac labori ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.* Cetera in eandem ſententiam, quae cum his compones. Corporum enim vaſtitatem in hanc exercitii cauſſam refert, ut & lib. IV. *belli Gall.* initio. Sed de corporum proceritate T. Livius, Seneca, Florus, & pleni libri. SCHOTT.

6. *Sagis* ] Dixi *ſagum* esſe veſtem militarem, quae armis ſuperimponitur, auctore Bayſio: nunc *Sagon*: Germani eam veſtem ex lana & pilis conficiunt; *Feltre* dicitur: Sarraceni vocant *Albornoz.* OLIVAR.

7. *Libris* ] *Libri* ſunt cortices arborum. IDEM.

8. *Quamvis ſaeva hieme* ] Malè haec vulgò interpungunt: ad ſequentia refer. De hac ipſa re Caeſar initio *Comm.* quarti: *In eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus, praeter pelles, habeant: quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta: & laventur in fluminibus.* Et lib. VI. *Fluminibus perluuntur: & pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Noſter ſagis tegi, Caeſar rhenonibus affirmat: qui utrobique de vaſtis Germanorum agris, cauſisque. Tacitus quoque *de moribus Germ.* ſagis veſtiri auctor eſt. Videndus Seneca *de Ira*: & qui apud Ciceronem in ea quae *pro M. Scauro*, (ut hoc [illegible] moneam) *pelliti teſtes* appellentur, animadverſione dignum: pretium enim operae attendentium abſolvet, ut Melae noſtri verbis utar. SCHOTT.

9. *Bella cum finitimis* ] Hinc nec latrocinia, quae ferè bella comitantur, apud eos infamiam habent, ut è Caeſare rurſum noſter exſcripſit: & Ariſt. bellum venationis quoddam genus facit: atque utinam à ſociis & amicis, quos vulgò depraedantur, abſtinerent. Eadem infrà lib. III. cap. 6. de Britannis. IDEM.

10. *Jus in viribus* ] Hoc ſeculo Pomponii, nam noſtro in legibus, praeſertim municipalibus. OLIVAR.

*Jus in viribus habent* ] χειροδίκαις Heſiodo. Tale ferè Jus militare, ut armatis precibus quidvis extorqueant. De Gallis ſic ferè Livius lib. V. ab V. C. *Cùm illi ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum fortiter dicerent.* SCHOTT.

eoſdem & Salenos Saunium, [70] per Autrigones [71] & Origenomeſcos Nanaſa deſcendit: & [72] Devales [73] Tritium Tobolicum cingit, [74] & Decium Aturia, & Oeaſonem Magrada. [75] Varduli

agnoſcit. quorum urbs *Nardinium*, de iis ipſis, ut arbitror, intelligens. BARBARUS.

70. *Per Aurinos & Orgenomes quosdam Naſa deſcendit*] Scribi poteſt, *per Autrigones & Origeviones quosdam Neſua deſcendit.* De *Origevionibus*, ſive, ut Plinius, *Origenis*, ut mox dixi; Antoninus, qui *Originas aquas* nominat. Ptolemaeus quoque *Origevos* dicens eos, & *Origaviolcam* urbem eorum. Quod autem in Plinio dictum nobis eſt, *Aurigeves* in Pomponio videri esſe *Origenos*, melius eſt ut *Autrigones*, quemadmodum hoc loco diximus, legatur. Etenim Ptolemaeus inter *Autrigones* & *Origaviolcam* oppidum, flumen *Neſuam* ait delabi, quamquam *Nerva* in ipſo frequentius, quàm *Neſua* ſcriptum eſt. Sed quae hic ſequuntur, de amne *Deva*, dubium nòn relinquunt, hunc ipſum Pomponio intelligi, qui *Nerva* ſive *Neſua* dicatur. *Autrigonas* & Plinius lib. III. commemorat: *In Autrigonum*, inquit, *novem civitatibus Tritium & Veroveſca memorantur.* De *Tritio* mox agetur. IDEM.

*Per Autrigones & Origeviones*] Aliter legi in MSS. dixi ad lib. I. cap. 2. GRONOV.

71. *Et Origeviones quosdam Neſua deſcendit*] Scribendum reor, *& Aurigevos & Cariſtos Nerva deſcendit:* ex Ptolemaeo, & Plinio. Legitur tamen in Ptolemaeo aliquando *Neſua*, quam lectionem rurſus videntur approbare, qui loca illa habitant, *Nanſa* lingua vernacula usque in hodiernum vocantes. Plinius *Origenos* vocat populos, non *Aurigevos.* PINT.

72. *Ex Devales Triton Obelaete cingit*] Legendum videtur, *Et Deva duplex Tritium Tobolicum attingit.* Ptolemaeus quoque *Devam*, ſive *Divam* amnem collocat juxta *Tritium*, cognomine *Tobolicum*, ſive *Toboricum*, in Vardulis Cantabriae. Habetur & eodem nomine alterum *Tritium*, nec procul admodum, inter *Beronas*, cognomine *Metallum*, Antoninus. Et Plinius; *Autrigonum*, inquit, *Tritium & Veroveſca.* BARBARUS.

73. *Tritium Tobolicum*] Ptolemaeus *Tritium Toboricum.* PINTIAN.

74. *Et Decum Aturiaſonans Sauſa & Magrada*] Cùm non longè à *Tritio Toborico* ſit oppidum *Iturisſa*, aeſtimandum erit, nunquid verbum *Aturiaſonans*, quod ſine dubio depravatum eſt, ad *Iturisſam* detrahere conveniat, ad hunc modum: *Deinde Iturisſam & Eaſonem Magrada*, ut verbum *attingit* ſubaudias. Fluvius quidem aliquis nomine *Magrada* nondum mihi lectus eſt, ſed cur mutem, non habeo. *Eaſonem* verò & promontorium & oppidum, non procul *Iturisſa*: Ptolemaeus collocat in litore Oceani, *Olarſonem* à Plinio fortasſe rectiùs vocatum, ad Pyrenaeos, finem Hiſpaniae celebrem. Scio & *Aturiam* fluminis eſſe vocabulum Ptolemaeo, ſed in Gallia Pyrenaeis proximi, ubi ſunt *Tarbelli* Aquitaniae populi, à quo civitas *Aturienſium* vocatur. BARBARUS.

*Deinde Iturisſam & Eaſonem*] Ptolemaeus cum uno ſ *Iturisſam.* & per *oe* diphthongon in prima *Oeaſonem.*

duli una gens, hinc ad Pyrenaei jugi promontorium pertinens, claudit Hiſpanias.

*Oeaſonem.* Strabonis codex Graecus *Idanuſam* nominat; Interpres *Oedaſunem* reddit, fortaſſe rectius, ex emendatioribus exemplaribus. Plinius non *Oeaſonem* ſed *Olarſonem* appellat. Nec ob id credam cum Hermolao, vitiatum eſſe Ptolemaei codicem. Parum enim efficax ea ratio eſt; ego potius crederem vitium in Plinio reſediſſe. PINTIAN.

*Deinde Iturisſam*] Hodiè *Sanſueſſas* in Navarrae regno plerique indigetant, patriam *Michaelis Lergae*, juvenis eruditisſimi, & in Graecis litteris, quas apud Compluteſes profitetur, apprimè verſati: quod ego alterum à Mich. Verino Hiſpaniae lumen aliquando futurum auguror, ſupereſſe modò queat: illi, patriae illuſtrandae, lampada trado, in iis, quos molitur, Variarum Lectionum libris. Ptolemaeus enim & Antonini *Itinerarium* ultra Pampelonam *Iturisſam* collocant. SCHOTT.

78. *Varduli una gens*] Lego, *Varduli ultima gens.* Semper enim hujusmodi fine terminat provincias Mela, ut ſaepe dictum eſt. Vide ſup. lib. II. ad finem cap. 3. de Macedonia. PINTIAN.

## CAP. II.

# GALLIAE ORA EXTERIOR.

SEQUITUR Galliae latus alterum, cujus ora primò nihil progreſſa in altum, mox tantundem penè [1] in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania [2] absceſſerat, [3] Cantabricis fit adverſa terris, [4] & grandi circuitu amflexa, ad occidentem litus advertit. Tunc ad ſeptentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas [5] Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti prae-

1. *In pelagus excedens*] In promontorio, quod nunc eſt *S. Matthaeus* in Brittannia Minore. OLIVAR.

2. *Abſceſſerat*] In fonte Rabia. IDEM.

3. *Terris Cantabricis*] Diximus qui ſint Cantabri. IDEM.

4. *Et grandi*] Diximus à fonte Rabia eſſe hunc circuitum usque ad Britanniam Minorem. IDEM.

5. *Rheni*] Nunc *le Rhin.* IDEM.

6. *Ager*

pracipuè ac pabuli ferax, & amoena lucis immanibus. Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, [6] aegrè, nec ubique alit; ſalubris, & noxio genere animalium minimè frequens. Gentes ſuperbae, ſuperſtitioſae, [7] aliquando etiam immanes adeo, [8] ut hominem optimam & gratisſimam Diis victimam caederent. Manent veſtiga [9] feritatis jam abolitae, [10] atque ut ab ultimis caedibus temperant, ita nihilominus, ubi devotos altaribus admovêre, delibant. Habent tamen & facundiam ſuam, magiſtrosque ſapientiae Druidas. Hi Terrae Mundique magnitudinem & formam, motus Coeli ac ſiderum, &, [11] quid Dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobilisſimos

6. *Ager nec ubique*] Lego, *Aegrè, nec ubique:* flagitante ſenſu. SCHOTT.

7. *Aliquando immanis*] Lucanus lib. I. *belli Pharſal.* de Gallis:

*Et quibus immitis placatur ſanguine diro*
*Teutates, horrensque feris altaribus Heſus:*
*Et Taranis, Scythicae non mitior ara Dianae.*

De horum crudelitate, & Druidis multa Caeſar *Commentario* VI. *belli Gallici:* Strabo lib. IV. *Geogr.* Cicero *pro Fonteio:* Plinius lib. VII. cap. 2. initio, & XVI. cap. ult. ubi de Druidum appellatione: & XXIV. cap. II. & XXX. lib. cap. I. extr. Lactantius lib. I. cap. 21. Legend. & Euſebius lib. IV. *Praeparat. Euangel.* cap. 17. IDEM.

8. *Ut hominem optimam & gratisſimam diis victimam crederent*] Scribo, *ut hominem optimam & gratisſimam diis victimam caederent*, ut lib. II. de Tauris populis: *Immanemque famam habent ſolere pro victimis advenas caedere.* Confirmat etiam quod ſtatim ſequitur. PINTIAN.

9. *Feritatis abolitae*] Anno V. C. IϽCLVI. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coss. S. C. factum ne homo immolaretur: auctor Plin. lib. XXX. & Aur. Victor nuper à nobis recens erutus. SCHOTT.

10. *Atque ut ab ultimis caedibus temperant*] Legendum potiùs, *atque ut ab humanis caedibus temperant.* Quod autem ſequitur *devotas*, ſcribo *devotos*, ut ſubintelligas, *homines.* Nam aliàs quod veſtigium obſecro erat feritatis abolitae, delibare victimas; quas mactare erat pietas? PINTIAN.

11. *Quid Dii velint*] Lucanus lib. I.

*Solis noſſe Deos, & caeli numina vobis*
*Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis*
*Incolitis lucis.*

Cetera in eandem ſententiam: & Caeſar. SCHOTT.

12. *Clem*

mos gentis [12] clàm & diu, vicenis annis aut in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. [13] Unum ex his, quae praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque [14] cum mortuis cremant, ac defodiunt [15] apta viventibus. Olim negotiorum ratio etiam & [16] exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent. Regio, quam incolunt, omnis [17] Comata Gallia: Populorum [18] tria [19] ſumma nomina ſunt, terminanturque fluviis ingentibus. [20] Nam à [21] Pyrenaeo

12. *Clam & diu vicenis* ] Contrà Caeſar, diſciplinae myſteria occultasſe, quod ea litteris mandare nefas crederent, *Comment.* VI. *belli Gallici.* IDEM.

13. *Unum ex iis quae praecipiunt*] Ibidem Lucanus, ubi multa de Druidis & Bardis, de quib. leg. & Strabo lib. IV. & Amm. lib. XV. *Hiſt.* IDEM.

14. *Cùm mortuos cremant ac defodiunt apta viventibus olim* ] Legendum, *cum mortuis*, non *cum mortuos*, ex obſervatione Mariangeli. PINTIAN.

15. *Apta viventibus olim*] Fortè, *grata viventibus. Olim.* SCHOTT.

16. *Exactio crediti deferebatur ad inferos* ] Scribo *differebatur ad inferos.* Valerius Maximus: *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quoi memoriae proditum eſt, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare.* PINTIAN.

17. *Comata Gallia*] A coma ipſa capillorum. OLIVAR.

*Comata Gallia*] Quia coma, ut hodiéque Galli, delectata. Propriè tamen ea ora, quae vulgò Francia habetur. *Braccata* verò, Narbonenſis, ſeu Provincia Ro. Hodiè *Provence*. *Togata:* Ciſalpina Gallia Ligurum eſt. SCHOTT.

18. *Tria ſumma nomina* ] Caeſarem I. *Comm. Gallico* eſt ſecutus: quatuor enim Galliae populos alii numerant. IDEM.

19. *Summa nomina* ] Prior vox redundare videtur. IDEM.

20. *Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitania* ] Lego, *Aquitani*, non *Aquitania*; quia praeceſſit, *Populorum tria ſumma nomina*, & ſequitur *Celtae*, & *Belgae*. PINTIAN.

*Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitani* ] Editiones omnes antehac *Aquitania*. Nos tandem credidimus audiendum esſe Pintianum, non quia praeceſſit *populorum* & ſequitur *Celtae* & *Belgae*, quas ille praefert cauſas, (in quibus contrà profecto varietatem captare ſolet Auctor) ſed quòd mox ſequitur *Aquitanorum*, nec ſolet Mela in ſequentibus aliter loqui, quàm in praecedentibus incipit. Et jam ſuprà habuimus exemplum corruptarum vocum ab proximis earum litteris. GRONOV.

21. *Pyrenaeo* ] *Pyrenaei* nomina multa habent: nam ex ea parte quae Lipus, quae & fonti Rabiae adjacet, *S. Adrianus* dicitur. Pro-

renaeo ad [22] Garumnam, Aquitani; [23] ab eo ad [24] Sequanam, Celtae; indè ad Rhenum pertinent Belgae. [25] Aquitanorum clariſsimi ſunt [26] Auſci; [27] Celtarum, [28] Hedui; [29] Belgarum, [30] Treveri: urbesque opulentiſsimae, [31] in Treveris [32] Auguſta; in Heduis [33] Auguſtodunum; [34] in Auſcis

Progrediendo verſus Meridiem ſtatim eſt *Roncesvalles*: deinde *Montes de Jaqua*: tum *Delempurda*: poſtremo promontorium maris noſtri, dictum *Templum Veneris*, hodiè *Cap de creus*, id eſt, Caput crucis. OLIVAR.

22. *Garumnam*] Nunc *la Garona*, nomen amittit ante Burdegalam, eo loco ubi confluunt ipſa & Girunda: & dicitur Gironda, prope promontorium Sanctonum, nunc *Blagani*, in illum decidit *la Dordogna*. IDEM.

23. *Ab eo ad Sequanam Celtae*] Ptolemaeus *Seconam*: Strabo *Secuanam*. PINTIAN.

24. *Sequanam*] Nunc *Sena*. Pomponius ſecutus eſt Caeſarem in diviſione Galliae. OLIVAR.

25. *Aquitanorum clariſsimi ſunt Auſci*] *Auſcii* cum duobus *ii* Strabo & Ptolemaeus, etſi Hermolaus in *Plinianis Caſt.* aliter ſcribat. PINTIAN.

26. *Auſci*] Regio & civitas, nunc *Aux*: Archiepiſcopatus eſt in Vaſconia. OLIVAR.

27. *Celtarum Hedui*] Strabo & Ptolemaeus ſine adſpiratione; ſed Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima *Aedui*. Strabo ferè cum *e Edui*, nonnunquam tamen cum *oe* diphthongo *Oedui*. Stephanus cum Ptolemaeo, ſed *Aeduſios* nominat, ſi error non eſt in exemplari. Cornelius Tacitus undecimo *Eduos* ſine adſpiratione & diphthongo vocat. Urbem eorum *Auguſtodunum* Ptolemaeus & Marcellinus nominant. Proinde non eſt quod eam quis dictionem mutare attentet. PINTIAN.

28. *Hedui*] Quorum praecipua civitas eſt *Autun*, olim dicta *Auguſtodunum*. OLIVAR.

29. *Belgarum Treveri*] Ptolemaeus *Trebiri*: Strabo, & Cornelius Tacitus *de moribus Germanorum*, *Treviri*. PINTIAN.

30. *Treveri*] Nunc *Treves* ad Rhenum. OLIVAR.

31. *In Treviris Auguſta*] Puto deſiderari verbum *Trevirorum*, legendumque ex Ptolemaeo *Auguſta Trevirorum*, ut differat ab aliis urbibus ejusdem nominis: nam & *Auſciorum Auguſta* eſt. Proinde quod ſequitur. PINTIAN.

32. *Auguſta*] Auguſta Treverorum, dicta nunc *Trever*, *Trier*, vernacula Lingua. OLIVAR.

33. *Auguſtodunum*] Nunc *Autun*. IDEM.

34. *In Aucis Eliumberrum*] Scio in *Auſcia Eluſates*, & *Eluſticum* eorum oppidum fuiſſe, quod & lib. Plinii IV. diximus, ex Caeſare, Ammiano, Antoninoque, ut ſcribendum ſit, *in Auſcis*. Loco autem verbi *Eliumberrum*, ut non ponendum, ita certè concipiendum animo *Eluſaticum*, quod illi fortaſſe nominabant *Eluſaberrim*, quaſi *Eluſarum* urbem: nam *Berris* hoc ſignificat Barbaris Hiſpaniae Galliaeque confinibus, unde *Illiberris* in Baetica, & in Narbonenſi altera. Et *Laberris* in Aſturia, quemadmodum & *Obrigo*, unde *Lacobriga*, *Maſobriga*, *Deobriga*, mille talia, *Burgum* Germania, *Dunum* Thraces. BARBARUS.

*In Auſcis Eluſaberris*] Legendum *in Auſciis Auguſta*, ex eodem Ptole-

vius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres ſinus diffunditur; contra os ipſum in Hyrcanum, ad ſiniſtram in Scythicum, ad dextram in eum, quem propriè & totius nomine Caſpium appellant: omne atrox, ſaevum, ſine portubus, procellis undique expoſitum; ac belluis magis quàm cetera refertum, & ideo minùs navigabile. Ad introëuntium dextram [13] Scythae Nomades freti litoribus inſident. Intus ſunt ad Caſpium ſinum [14] Caſpii, & Amazones, ſed [15] quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum [16] Albani, & [17] Moſchi, & Hyrcani: in Scythico [18] Amardi, & Paeſicae, [19] & jam ad fretum [20] Derbices. [21] Multi in eo ſinu magni par-

*Mare Caſpium*] De mari Caſpio, hic quidam novum cap. fecerunt. Lege Herodotum *Clione* extr. SCHOTT.

13. *Scythae Nomades*] Nunc *Tartari* ſunt, confines Sauromatis. OLIVAR.

14. *Caſpii & Amazones*] Amazones prope magnos Bulgaros, nam alii ſunt in Ponto. IDEM.

15. *Quas Sauromatidas*] De his Amazonibus Plato *de Leg.* & Euſtathius *in Dionyſ.* Pro *Amardi* autem ſort. *Mardi* leg. qui cap. 2. lib. 1. nominantur. SCHOTT.

16. *Albani & Molchi*] Scribendum non *Molchi*, ſed *Moſchi*. BARBARUS.

17. *Moſchi*] Aliud genus Moſchovitarum. OLIVAR.

18. *Amardi & Paſici*] Scribendum *Amardi & Paeſici* ſeu *Paeſicae*. ut Ptolemaeus, & infrà Pomponius. Sunt, qui *Amordos* eos ſcribunt, ſed Strabo & Stephanus *Amardos*: ea gens eſt Hyrcana, unde Ptolemaeo quoque *Amardus* amnis in Caſpium delatus. BARBARUS.

*Amardi & Paeſici*] Stephanus *Paſſarnae*; Ptolemaeus *Paeſicae*. PINTIAN.

19. *Etiam ad fretum Derbices*] Scribe disjunctim, *Et jam ad fretum Derbices*, Stephanus tamen per duplex *cc* & *ae* diphthongum in fine, *Derbiccae*, Apollonii auctoritatem ſecutus: aitque appellari à Cteſia *Derbios*, vel *Terbiſſos*, Dionyſius Byzantius *Decrebior* nominat. Strabo undecimo modò *Derbices* penultima producta; modò *Derbyces* cum *y* in eadem, ſi vacat menda exemplar. Ptolemaeus cum Stephano *Derbiccae*. Sed in relatione Mediae *Dribyces*. ſicque habet vetus Plinii codex. PINTIAN.

20. *Derbices*] Prope Hyrcanos ad Oxum fl. ſiti. Plinius, Ptolemaeus, & Strabo. Dionyſius Afer [illegible] appellat: Aethicus Coſmographus ſemel iterumque *Derpicas*, nunc Orientalis Oceani, iterum Septentrionalis gentes: ex frequenti, ut arbitror, commutatione *y* & *b* litterarum. Et qui hic *Paeſici*, & Ptolemaeo *Paeſicae*, iidem Aethico *Raeſici*: qui hinc ſingulis penè verſibus corruptus, reſtitui poterit. SCHOTT.

21. *Multi in eo ſinu*] Τὸ *ſinu* redun-

tiora quis objacet, ubi ſe fluctus implevit, illa operit, haec ut prius tantùm ambitur: & quod ea, quibus antè ripae colleſque ne cernerentur obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garumnae exitu latus illud incipit terrae procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis adverſa litoribus, aliis populis media ejus habitantibus, 39 ab 40 Santonis ad Oſis-

à nemine hactenus intellectum praeſtare auſim: ideo, ut ſolet, variè à variis miſerèque acceptus eſt, ut, quem ipſi animo jam praeceperant, ſenſum eruerent: & ab invito Mela quae vellent, extorquerent. Doctiſſ. Pintianus tanquam facem praetulit, & quaſi manu duxit. Ad cujus emendationem facta à nobis acceſſio eſt. Pervulgatam lectionem, quae mendo non vacat, apponam; ut quid praeſtitum ſit, facilè appareat: *Quia cùm videatur editior, aquis objacet: ubi ſe fluctus implevit, illam operit, ut nec prius tantùm ambit.* Unde Pintianus, veſtigia ſecutus, faciebat: *quia cùm videantur editiora, quibus objacet, ubi ſe fluctus implevit, illa operit, nec ut prius tantùm abeunt.* Amicus quidam meus, hic *abeunt* in *abſunt* commutabat: quòd quae procul abſunt propter aquae διάφασιν propius abeſſe videantur, experientia magiſtra. Nos *quis*, pro *quibus* edendum curavimus; unde vulgata lectio, *editior aquis* cuſa, & pòſt excuſa. Quod ſequitur; *nec ut prius tantùm ambit*, Franc. Sanctius vir eruditiſſ. *hanc ut prius tantùm ambit*: mallim tamen minori commutatione, *haec ut prius tantùm ambitur: ambit'*, enim compendio ſcribebant, & affinitas vocum Scribas fefellit, ut *nec* pro *haec* exſcripſerint. Sic autem habe: duplici nomine natare inſulam incolis videri, ut & de Delo fabulantur; cùm quod immenſum aucto mari (ut Salluſtianis utar) ubi altiora, quae objacent, aquis fluctibus operiantur; in inſulae tamen ora nihil altius ſolito aqua excreverit: unde unà cum aqua attolli & deprimi inſulam opinio nata. Deinde quod quae antea objecta aggerum videri non poterant, tunc facilè ſub aſpectum cadant. Jo. Chriſtoph. Stella v. c. paulò aliter reſcripſit. Epiſtolam extremo libro collocavimus. SCHOTT.

*Cùm videantur editiora quis objacet*] Quidam ad opticen confugiunt; quae docet propter aquae διάφασιν minora quaeque longè majora; recta, incurva, & vice verſa apparere: adeoque quae alioqui non viderentur, aquae ſplendore & radiorum jactu ſub adſpectum cadere. Vide d. Strabo lib. I. *Geogr.* ad illum Homeri verſum *Odyſſ.* I.

Ὅϛε μάλα σμϛδαὶν μεγάλα
ὑπὸ κύματϛ ἀμϛὶς.

& Seneca *Natural. Quaeſt.* lib. VII. cap. 26. & lib. III. cap. 25. Caelius Rodig. lib. 12. cap. 22. *Antiq. Lect.* IDEM.

39. *A Santonibus ad Oſiſmios*] *Santones* penultima longa Ptolemaeus & Stephanus; at Strabo cum o parvo & diverſo ordine *Santoni.* PINTIAN.

40. *Santonibus*] Nunc *Santongers*, & oppidum *Salnctes*. OLIVAR.

41. *Oſiſ-*

41 Oſismios uſque deflexa. Ab illis enim iterum
ad ſeptentriones 42 frons litorum reſpicit, 43 per-
tinetque ad ultimos Gallicarum gentium 44 Mo- 65
rinos, 45 nec portu, quem 46 Geſoriacum vo-
cant, quicquam notius habet. 47 Rhenus ab Al-
pibus decidens, propè à capite duos lacus effi-
cit, 48 Venetum & Acronium. Mox diu ſo-
lidus,

41. *Oſismios* ] Britanni ſunt, nunc *Britones*, apud Sanctum Matthaeum. IDEM.

42. *Frons litorum* ] Tota illa ora, quae eſt à capite Sancti Matthaei, attingit Monnos. IDEM.

43. *Pertinentque ad ultimos*. &c.] Lego *pertinet*; *frons* videlicet, non *pertinent*. PINTIAN.

44. *Monnos* ] Nunc *Terroana*. OLIVAR.


45. *Nec portu quem Geſoriacum vocant quicquam habent notius.*] Ptolemaeus per *i* in prima & duplex *s* & duplex item *r Giſſorrhiacum*. Item *habet* lego, non *habent*, ut referatur ad illud *frons*. PINTIAN.

46. *Geſoricïacum* ] Plinius & Ptolemaeus *Geſoriacum*. BARBARUS.

*Geſoriacum*] Nunc. *Calais*, portus Caletenſis. OLIVAR.

*Geſoriacum vocant* ] Duplici *ſſ* ſcrib. ex Ptolemaeo. Meminit Suet. *Caligula*. Aliis hodie *Calais*, aliis *Bologne* creditur. SCHOTT.

47. *Rhenus* ] Quem multis regionibus fauſtum & arridentem amnem, Batavorum certè, quos oſtiis ſuis non aliter ac ulnis amplectitur, uberrimas delicias &







ab ſaeculis [illegible] duplici clypeo hic conſecratum vides. GRONOV.

48. *Venetum & Acronium* ] Caeſar Comm. VI. Hercyniam ſilvam oriri ait ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus. Beat. Rhenanus ibi *Venetum & Tauracorum* reponebat. SCHOTT.

ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille ſuo fonte grandis, hic incurſu aliorum grandior, & [31] aliquandiu ad occaſum ab oriente excurrens, [32] juxta Dahas primùm inflectitur: curſuque ad ſeptentrionem converſo, [33] inter Amardos & Paeſicas os aperit. [34] Silvae alia quoque dira animalia, verum & [35] Tigres ferunt, utique Hyrcania; ſaevum ferarum genus, & usque eò pernix, ut illis longè quoque progreſſum equitem conſequi, nec tantùm ſemel, ſed

ſcribe *Sogdianorum*. Barbarus.

31. *Aliquandiu ad Occaſum ab Oriente curren*] Scripti duo *occurrens*: immò ſic etiam editio Juntae & codex Mediol. Quid bonus Voſſius, cui ſenio fuit ſilentium, quod tenuerat me indicante? Qui mos ejus fuit, rogat [Sed quomodo flumen, ubi nullus eſt aeſtus, ſibi occurrere poteſt?] Difficultatem vides magnam. At quis dixit illum ſibi occurrere? Interrogatio penitus mendax. Imò elegantisſimè Mela, quoniam alii fluvii in eum incurrebant, dicit eum aliquandiu ad Occaſum ab Oriente, in quo ſcilicet ſpatio accipiebat alios fluvios, occurrere, hoc eſt, currentem hic illic praeſto ſiſtere ad eos admittendos. Gronov.

32. *Juxta Dacas primùm inflectitur*] Scribe *Dahas*, non *Dacas*. Barbarus.

33. *Inter Amardos & Peſicaſbs aperitur*] Legendum, *Inter Amardos & Paeſicas os aperit*, iisdem Auctoribus. Idem.

34. *Sylvae, alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, utique Hyrcaniae, ſaevum ferarum genus*] Luxatus eſt, ut opinor, ordo verborum: legendum, *Sylvae, utique Hyrcaniae alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, ſaevum ferarum genus*. Pintian.

35. *Tigres ferunt*] De his Plinius lib. VIII. cap. 18. & Solin. cap. 21. ubi in duobus MSS. Toletanis, ut hoc obiter moneam, diſertim legitur *cernuari*, hoc eſt, humi affligi, & occidi: pro quo vulg. libri, *ſedare praecipites*, quod à gloſſa eſſe alicujus Ludimagiſtri, qui illud non asſequeretur, quis non videt, niſi qui nihil videt? Ant. Delrio civis meus, Juris, bonarumque artium periſisſimus, in Solino à ſe emendato, Philoſtrati auctoritate id probavit, qui [illegible] ſcribit. Quoniam igitur prior ille occupavit; corollarii vice alterum Solini locum addamus in eadem voce corruptum: cap. enim 47. ubi de equorum praeſtantia, Antiochum ait Centaretrii ducis equum inſiluiſſe: *Is*, inquit, *adeò ſprevit lupatos, ut de induſtria curvatus, ruina & ſe, & equitem pariter affligeret*: iidem ſcripti codd. *cernuatus* praeferunt: Melius. De *cernuari* autem M. Ter. Var. apud Non. Marcellum, & Servius in x. *Aeneid.* *Cernuus, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, quam cernimus.* Utitur & Arnobius eruditus Auctor lib. VII. *adv. Gentes*. Schott.

*Tigres ferunt utique Hyrcanos*] Duo

giſſima apud eos pueritia eſt: viri [6] ſagis velantur, aut [7] libris arborum. [8] Quamvis ſaeva hieme, nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt. [9] Bella cum finitimis gerunt: cauſas eorum ex libidine arceſſunt: neque imperitandi prolatandique quae poſſident, (nam ne illa quidem enixè colunt) ſed ut circa ipſos quae jacent vaſta ſint. [10] Jus in viribus habent, adeò ut ne [11] latrocinii quidem

ſare omnia eſt murpatus *Comm.* vi. *belli Gall. Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit: ab parvulis duritiei ac labori ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.* Cetera in eandem ſententiam, quae cum his compones. Corporum enim vaſtitatem in hanc exercitii cauſſam refert, ut & lib. iv. *belli Gall.* initio. Sed de corporum proceritate T. Livius, Seneca, Florus, & pleni libri. SCHOTT.

6. *Sagis* ] Dixi *ſagum* esſe veſtem militarem, quae armis ſuperimponitur, auctore Bayſio: nunc *Sagon*: Germani eam veſtem ex lana & pilis conficiunt; *Feltre* dicitur: Sarraceni vocant *Albornoz*. OLIVAR.

7. *Libris* ] *Libri* ſunt cortices arborum. IDEM.

8. *Quamvis ſaeva hieme* ] Malè haec vulgò interpungunt: ad ſequentia refer. De hac ipſa re Caeſar initio *Comm.* quarti: *In eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus, praeter pelles, habeant: quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta: & laventur in fluminibus.* Et lib. vi. *Fluminibus perluuntur: & pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Noſter ſagis tegi, Caeſar rhenonibus affirmat: qui utrobique de vaſtis Germanorum agris, cauſisque. Tacitus quoque *de moribus Germ.* ſagis veſtiri auctor eſt. Videndus Seneca *de Ira*: & qui apud Ciceronem in ea quae *pro M. Scauro*, (ut hoc [illegible] moneam) *pelliti teſtes* appellentur, animadverſione dignum: pretium enim operae attendentium abſolvet, ut Melae noſtri verbis utar. SCHOTT.

9. *Bella cum finitimis* ] Hinc nec latrocinia, quae ferè bella comitantur, apud eos infamiam habent, ut è Caeſare rurſum noſter exſcripſit: & Ariſt. bellum venationis quoddam genus facit: atque utinam à ſociis & amicis, quos vulgò depraedantur, abſtinerent. Eadem infrà lib. III. cap. 6. de Britannis. IDEM.

10. *Jus in viribus* ] Hoc ſeculo Pomponii, nam noſtro in legibus, praeſertim municipalibus. OLIVAR.

*Jus in viribus habent* ] Χειροδίκαι Heſiodo. Tale ferè jus militare, ut armatis precibus quidvis extorqueant. De Gallis ſic ferè Livius lib. v. ab V. C. *Cùm illi ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum fortiter dicerent.* SCHOTT.

dem pudeat; tantùm hoſpitibus boni, miteſque ſupplicibus: victu ita aſperi incultique, ut cruda etiam carne veſcantur, aut recenti, aut cùm rigentem in ipſis pecudum ferarumque coriis, manibus pedibuſque ſubigendo, renovarunt. Terra ipſa multis impedita [12] fluminibus, multis [13] montibus aſpera, & magna ex parte [14] ſilvis ac paludibus invia. Paludum, Sueſia, Eſtia, & Melſiagum, maximae: [15] ſilvarum, Hercynia, & aliquot ſunt quae nomen habent; ſed illa dierum ſexaginta iter occupans, ut major aliis, ita & notior. [16] Montium altisſimi Taunus & Rhetico: [17] niſi quorum nomina vix eſt eloqui ore Romano. Amnium in alias gentes exeuntium, [18] Danubius & [19] Rhodanus; [20] in Rhenum,

11 *Latrocinii*] Fortaſſe verum in ipſis agris: nam in oppidis ſumma eſt aequitas. OLIVAR.

12. *Fluminibus*] Viadro, Amiſio, nunc dicto *Eme*: Viſurgo, nunc dicto *Weſer*: Albi nunc *Elb*: Suevo nunc *Spre*: Viadro nunc *Odera*, & Lupia, *Lippe*. IDEM.

13. *Montibus*] Meliboco, Sudete, Abnoba, Asmiburgio. IDEM.

14. *Silvis ac paludibus*] Corn. Tacitus *de moribus German. Terra etſi aliquanto ſpecie differt, in univerſum tamen aut ſilvis horrida, aut paludibus foeda, humidior quà Gallias, ventoſior quà Noricum & Pannoniam adſpicit, ſatis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum foecunda, ſed plerumque improcera.* SCHOTT.

15. *Sylvarum Hercynia*] Strabo *Ercyniam* ſine adſpiratione ſcribit: Ptolemaeus, Eratoſthenes, & alii Graeci Auctores *Orcynium*, auctore Caeſare in ſexto *Commentariorum*. PINTIAN.

*Silvarum Hercynia*] Hanc Caeſar VI. *Comment. Gallico* deſcribit. SCHOTT.

16. *Montium altisſimi Taurus & Rhetico*] Cornelius Tacitus lib. 12. montem *Taurum* cum Pomponio nominat. Idem tamen in XIV. *Taunum*, non *Taurum*. PINTIAN.

17. *Niſi quorum nomina*] Aldus, & *alii quorum nomina*. IDEM.

18. *Danubius*] Ex Abnoba monte profluit. OLIVAR.

19. *Rhodanus*] Profluit ex ipſis Alpibus. IDEM.

20. *In Rhenum Maevis & Lupia*] Tacitus in ſitu Germaniae non *Moevin*, ſed *Moenin* vocat: *Inter Hercyniam*, inquit, *ſylvam*, *Rhenumque & Moenin amnes, habitant Helvetii.* Plinius quoque lib. IX. per *n* ſcribit eum, non per *v*, quanquam *Moenus* ab ipſo, non *Moenus* videtur appellatus: *In Moeno*, inquit, *Germaniae amne Siluris graſſatur*, niſi quis non *in Moeno*, ſed *in Moeni*, aut

num, [21] Moenis & Lupia, [22] in Oceanum, [23] Amiſius, Viſurgis & Albis clariſſimi. Super Albim Codanus ingens ſinus magnis parviſque inſulis refertus eſt. [24] Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nuſquam latè patet, nec uſquam mari ſimile; verùm aquis paſſim interfluentibus [25] ac ſaepe tranſgreſſis, vagum atque diffuſum facie amnium ſpargitur: quâ litora attingit, ripis contentum inſularum non longè diſtantibus, & ubique penè tantundem, it anguſtum & par freto; curvanſque ſe ſubinde, longe ſupercilio inflexum eſt. [26] In eo ſunt [27] Cimbri & Teutoni: ultrà, [28] ultimi Germaniae Hermiones.

20. *Moevi* apud eum legat, de quo plura eo loco. BARBARUS.

21. *Moenis & Lupia*] Scribo *Moenis & Lupias* ex Strabone, & Cornelio Tacito. PINTIAN.

22. *In Oceanum Amiſius urbis & Albis*] Scribendum non *Urbis*, ſed *Viſurgis*. BARBARUS.

23. *Amiſius, Viſurgis*] Ptolemaeus, *Amaſius & Viſurgis*: Strabo, Plinius, Cornelius Tacitus *Viſurgis* cum Pomponio. *Amaſias* tamen eſt Straboni: *Aniſia* Cornelio Tacito. PINTIAN.

24. *Acre mare*] Scribo, *Hac re mare*. IDEM.

25. *Ac ſaepe transgreſſis*] Haec verba aliquem quidem ſenſum habent, frivolum tamen & parum neceſſarium: itaque pro alienis ferè habeo. IDEM.

26. *In eo ſunt Cymbri & Teutoni*] Scribo *Cimbri* cum *i* in prima, ex Ptolemaeo, Strabone Plutarcho, & omnibus. Item *Teutones* non *Teutoni* ex Ptolemaeo, & Plutarcho. IDEM.

27. *Imbri & Teutoni*] Scribendum *Cimbro*, ex Tacito, caeteriſque. Horum *Cimbrica Cherſoneſus*, quae modo appellatur *Dacia*. *Teutoni* vero ſunt, quos alii *Teutones*, Ptolemaeus *Teutonarios* in eo tractu nominat. Plinius lib. IV. *Cimbri*, inquit, & *Teutoni*. BARBARUS.

28. *Ultimi Germaniae Hermones*] Plinius & Tacitus, *Hermiones*, Ptolemaeus *Elmeones*, ad amnem Viſtulam, qui Germaniae finis eſt, & Sarmatiae principium, ut mox patebit. IDEM.

## CAP. IV.

# SARMATIA.

[1] SARMATIA intus quàm ad mare latior, ab his quae ſequuntur, [2] Viſtula amne diſcreta, [3] quâ retro abit uſque ad [4] Iſtrum flumen immittitur. Gens habitu armiſque Parthicae proxima, verùm ut caeli aſperioris, ita ingenii, [5] non ſe urbibus tenent, & ne ſtatis quidem ſedibus. Ut invitavere pabula, ut cedens & ſequens hoſtis exigit, ita res opeſque ſecum trahens, ſemper caſtra habitant; bellatrix, libera, indomita, & uſque eò immanis atque atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant; [6] atque ut habiles ſint, natis ſtatim dextra aduritur mamma: [7] inde expedita in ictus manus [8] quae exſeritur

1. *Sarmatia* ] Nunc *Polonia*. OLIVAR.

2. *Inſula amne diſcreta* ] Scribendum non *Inſula*, ſed *Viſula*, ſeu quod idem eſt, *Viſtula*. BARBARUS.

3. *Quâ retro abit usque ad Iſtrum flumen immittit* ] Lego *immittitur*; ut in Thracia, *à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immiſſa*. Nam in agendi ſignificatione in Creta: *ad Orientem Sammonium promontorium, ad Occidentem Criumetopon immittit*. Poſſet etiam legi, nec malè, *init*; ut infrà de Arabico ſinu: *Init penitus introrſusque, dum Aegyptum* &c. PINTIAN.

4. *Iſtrum* ] Danubium intelligit. OLIVAR.

5. *Non ſe urbibus tenet* ] MSS. duo *tenent* & mox *habitant*. Ex quibus hoc prius non modo eſt in MS. Mediol. ut *habitant*, ſed & editione Juntina. Haud dubiè tenore eodem loquendi uſus Auctor ſcripſit *tenens*, *habitans*. Ride iratum propterea Voſſium. Sed quid ad Voſſium, in magnis ſemper & Eccleſiaſticis πραγμάτων occupatum quinque participia & eorum junctio? GRONOV.

6. *Atque ut habiles ſint* ] Melius. *ad quae*. Et ſup. paullo, & *ne ſtatis quidem*, dele conjunctionem. SCHOTT.

7. *Ut inde expedita in ictus manu quae exeritur virile fiat pectus* ] Non ſapit haec oratio candorem Melae, nec brevitatem illam, quae ſemper doctiſſimis quibusque ſummae fuit curae. Lego igitur paucioribus verbis, ſenſu eodem: *Inde expedita in ictus manus, virile fit pectus*, cetera ſuperfluunt, adjecta puto ab ineptis, ut ajunt, Gloſſatoribus. PINTIAN.

8. *Quae egeritur* ] Suſpicor leg. *qua feritur*; vel, *qua res geritur*. im-

etiam meſſes ferant. In Celticis aliquot ſunt, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine [10] Caſſiteridas appellant. Sena in Britannico mari Oſiſmicis adverſa litoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt: cujus antiſtites, perpetua virginitate ſanctae, numero novem eſſe traduntur: [11] Gallicenas vocant, putantque ingeniis ſingularibus praeditas; maria ac ventos concitare carminibus; ſeque in quae velint animalia vertere; ſanare quae [12] apud alios inſanabilia ſunt; [13] ſcire ventura & praedicare: ſed non niſi deditas navigantibus, & in id tantùm, ut ſe conſulerent, profectis. [14] Britannia qualis ſit, qualesque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clauſam aperit ecce [15] principum maximus; nec indomitarum modò ante ſe, verùm ignotarum quoque gentium victor,

10. *Caſſiteridas*] Repugnat Herodot. *Thalia* in fine. SCHOTT.

11. *Gallicenas vocant*] Vide an legi etiam commodè queat *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*: carmina enim illis tribuit. PINTIAN. Conſiderandum, an ſit verior lectio diviſa, *Galli cenas vocent*. Nam Gallici numinis oraculum illud erat. IDEM. Corruptè hactenus una dictione, *Gallicenas*, Hadr. Turnebus, Galliae ornamentum, *Galli Senas*, aut ut in vet. cod. *Zenas*; reſtituit in Plutar. *de defectu Oracul.* à ſe converſum: quem lege, & *de facie in orbe Lunae*. Dionyſius in περιηγήσει quoque in illis Britanniae inſulis à mulieribus Baccho fieri teſtatur. Verſus, quia multi ſunt, non adſcribam. *Senagallia*, vel *Senagallica*, longè alia, de qua lib. II. SCHOTT.

12. *Apud alios inſanabilia*] Dele priora verba. Et mox, *praedicere* leg. & fortè *didita*, ut Virg. & Tacitus, vel *debita*. Nihil tamen demutaré auſim. IDEM.

13. *Scire ventura & praedicare*] Lego, *praedicere*, non *praedicare*, PINTIAN.

14. *Britannia*] Nunc *Anglia*, comprehendit & Scotiam. OLIVAR.

15. *Principum maximus*] Claudius Caeſar. IDEM.

*Principum maximus*] Claudium Imp. deſignari puto, de quo Tranquillus cap. 17. Sic & *claudi mare* & *aperiri* dicitur. Ex die tertio Iduum Novembris claudebatur olim, aperiebatur verò ad diem ſextum Idus Martias: auctor Vegetius lib. IV. *de re militari*: quod παρέργως moneo. SCHOTT.

montes, [6] ſub ipſo ſiderum cardine jacent: [7] ubi ſol non quotidie, ut nobis, ſed primùm verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo ſex menſibus dies, & totidem aliis nox usque continua eſt. [8] Terra anguſta; aprica, per ſe fertilis. Cultores juſtisſimi, & diutiùs quàm ulli mortalium, & beatiùs vivunt. Quippe [9] feſto ſemper otio laeti non bella novere, non jurgia; ſacris operati, maximè Apollinis: quorum primitias Delon miſiſſe, initio per virgines ſuas, deindè per populos, ſubinde tradentes ulterioribus, moremque eum diu, & [10] donec vitio gentium temeratus eſt, ſervaſſe referuntur. Habitant lucos ſilvasque, & ubi eos vivendi [11] ſatietas magis quàm taedium cepit, hilares, redimiti ſertis, ſemet ipſi in pelagus ex certa rupe praecipites dant. Id eis funus eximium eſt. [12] Mare Caſpium, ut anguſto, ita longo etiam freto, primùm terras, quaſi fluvius,

6. *Sub ipſo ſiderum cardine*] Tempore Melae regionem Hyperboream putabant ultimam verſus Oceanum eſſe. Inde nobis tradidit Mela rationem illam dierum aſtronomicam, quae revera falſa eſt in regione Hyperborea: quanquam ita ſit in ipſo cardine mundi, quam Mela & Veteres alii in ipſis Hyperboreis collocavere. OLIVAR.

7. *Ubi ſol non quotidie ut nobis, ſed primùm verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo ſex menſibus dies, & totidem aliis nox*] Plinius contrà ſentit lib. IV. *Semeſtri luce*, inquit, *& una die ſolis averſi, non, ut imperiti dixere, ab aequinoctio verno in autumnum ſemel in anno, ſolſtitio oriuntur iis ſoles, brumaque ſemel occidunt.* BARBARUS.

8. *Terra anguſta*]. Lego *augu-ſta, non anguſta*. PINTIAN.

9. *Feſto ſemper otio laeti*] Virgil. III. *Aen.* Agathyrſis tribuere videtur, fortaſſis non ſine auctore. Solinus ibidem. Juvenal. *Satyr.*

*Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.*

SCHOTT.

10. *Donec vitio gentium temperatus eſt*] Lego *temeratus eſt*: Aldus, *turbatus eſt*. PINTIAN.

11. *Satietas magisque taedium*] Vet. cod. *Satietas magis quàm taedium*. Utraque lectio ferri poteſt. SCHOTT.

12. *Mare Caſpium ut anguſto*] Diximus hoc non poſſe fieri, & antiquitatem hallucinatam fuiſſe. OLIVAR.

Mare

vius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres ſinus diffunditur; contra os ipſum in Hyrcanum, ad ſiniſtram in Scythicum, ad dextram in eum, quem propriè & totius nomine Caſpium appellant: omne atrox, ſaevum, ſine portubus, procellis undique expoſitum; ac belluis magis quàm cetera refertum, & ideo minùs navigabile. Ad introëuntium dextram [13] Scythae Nomades freti litoribus inſident. Intus ſunt ad Caſpium ſinum [14] Caſpii, & Amazones, ſed [15] quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum [16] Albani, & [17] Moſchi, & Hyrcani: in Scythico [18] Amardi, & Paeſicae, [19] & jam ad fretum [20] Derbices. [21] Multi in eo ſinu magni par-

*Mare Caſpium*] De mari Caſpio, hic quidam novum cap. fecerunt. Lege Herodotum *Clione* extr. SCHOTT.

13. *Scythae Nomades*] Nunc *Tartari* ſunt, confines Sauromatis. OLIVAR.

14. *Caſpii & Amazones*] Amazones prope magnos Bulgares, nam alii ſunt in Ponto. IDEM.

15. *Quas Sauromatidas*] De his Amazonibus Plato *de Leg.* & Euſtathius *in Dionyſ.* Pro *Amardi* autem ſort. *Mardi* leg. qui cap. 2. lib. 1. nominantur. SCHOTT.

16. *Albani & Molchi*] Scribendum non *Molchi*, ſed *Moſchi*. BARBARUS.

17. *Moſchi*] Aliud genus Moſchovitarum. OLIVAR.

18. *Amardi & Paſici*] Scribendum *Amardi & Paeſici* ſeu *Paeſicae*. ut Ptolemaeus, & infrà Pomponius. Sunt, qui *Amordos* eos ſcribunt, ſed Strabo & Stephanus *Amardos*: ea gens eſt Hyrcana, unde Ptolemaeo quoque *Amardus* amnis in Caſpium delatus. BARBARUS.

*Amardi & Paeſici*] Stephanus *Paſſarcae*: Ptolemaeus *Paeſicae*. PINTIAN.

19. *Etiam ad fretum Derbices*] Scribe disjunctim, *Et jam ad fretum Derbices*, Stephanus tamen per duplex *ee* & *ae* diphthongum in fine, *Derbiceae*, Apollonii auctoritatem ſecutus: eiaque appellari à Cteſia *Derbias*, vel *Terbiſſos*, Dionyſius Byzantius *Decrebios* nominat. Strabo undecimo modò *Derbeces* penultima producta; modò *Derbyces* cum *y* in eadem, ſi vacat menda exemplar. Ptolemaeus cum Stephano *Derbiceae*. Sed in relatione Mediae *Dribyces*. ſicque habet vetus Plinii codex. PINTIAN.

20. *Derbices*] Prope Hyrcanos ad Oxum fl. ſed. Plinius, Ptolemaeus, & Strabo. Dionyſius Afer *Δερβίκκας* appellat: Aethicus Coſmographus ſemel iterumque *Derpicas*, nunc Orientalis Oceani, iterum Septentrionalis gentes: ex frequenti, ut arbitror, commutatione *y* & *b* literarum. Et qui hic *Paeſici*, & Ptolemaeo *Paeſicae*, iidem Aethico *Rueſici*: qui hinc ſingulis penè verſibus corruptus, reſtitui poterit. SCHOTT.

21. *Multi in eo ſinu*] Id ſinu redun-

parvique amnes fluunt: ſed qui famam habent, ex Ceranniis montibus uno alveo deſcendit, [22] duobus exit in Caſpium Rha. Araxes Tauri latere demiſſus, quoad campos Armeniae ſecat, [23] labitur placidus & ſilens, neque in utram partem eat, [24] quanquam intuearis, manifeſtus: cùm in aſperiora devenit, hinc atque illinc rupibus preſſus, & quanto anguſtior, tanto magis pernix, [25] frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium: atque ob id ingenti cum murmure ſonansque devolvitur, adeò citus, ut quâ ex praecipiti [26] in ſubjecta caſurus eſt, non declinet ſtatim undam, ſed ultrà quàm canalem habet, evehat, plus jugeris ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſemet ipſe ſine alveo ferens: deinde ubi incurvus arcuatoque amne deſcendit, fit tranquillus,

redundat; & mox *fluunt*. IDEM.

22. *Duobus exit in Caſpium Araxes Tauri latere demiſſus*] Verba illa, *Araxes Tauri latere demiſſus*, ſenſum inchoant diverſum. Per praecedentia verò fluvius ſignificatur, cujus nomen Librariorum incuria omiſit. Hunc putamus eſſe fluvium, *Rha*: tum quòd facilis fuit Librarii ubique dormitantis lapſus una duntaxàt ſyllaba praeterita; tum quòd Mela duobus alveis tradit exire in Caſpium ſinum, quod de *Rha* flumine apertè teſtatur Ptolemaeus. Praeterea ſi quis rem diligenter examinet, inveniet ex magna fluviorum copia, qui in Hyrcanum mare emittant, ſex tantùm, qui famam habeant, delegiſſe Melam, quos memoriae proderet. Duos in ſinum Caſpium emittentes, totidem in Hyrcanum, poſtremos duos in Scythicum. Denique *Rha* fluvius plagae Septentrionalis Tanaidi vicinus, auctore Marcellino, clarus eſt & celeber; vel quòd disterminat Sarmatiam à Scythia, ut ſcribit Ptolemaeus; vel radice cujusdam herbae vegetabilis, quae in ejus ſuperciliis gignitur ad uſus multiplices medelarum: ut idem Marcellinus tradit. PINTIAN.

23. *Labitur placidus &*] Ita de Arari Caeſar 1. *Comm. belli Gallici: In Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non poſſit.* SCHOTT.

24. *Quamvis intuearis manifeſtum*] Rectius Aldus, *manifeſtus*. PINTIAN.

25. *Frangit ad oppoſita cautium*] Sic Flaccus lib. 1. *Carm.* oda XI.

*Quae nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare*
*Tyrrhenum.*

SCHOTT.

26. *In ſubjectam non declinet ſtatim unda*] Lego *in ſubjecta*, ut ſub-

catis axibus utuntur. Super Britanniam [28] Iverna eſt, [29] penè par ſpatio, [30] ſed utrinque aequali tractu litorum oblonga: caeli ad maturanda ſemina iniqui, verùm adeò luxurioſa herbis, non laetis modò ſed etiam dulcibus, ut ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabulo prohibeantur, diutiùs paſta disſiliant. Cultores ejus inconditi ſunt, & [31] omnium virtutum ignari, [32] pietatis admodum expertes. Triginta ſunt

*diſcurſu complebant.* Lucanus lib. I. *Pharſal.*

> *Et docilis rector roſtrati Belga covini.*

& Martial. lib. XII.

> *O jucunda, covine, ſolitudo*
> *Carruca magis, esſedoque gratum*
> *Facundi mihi munus Heliani.*

Curribus etiam falcatis uſos esſe Antiquos, auctor Livius & Salluſt. lib. *Hiſtoriarum* citante. *Esſedae* etiam frequenter vocantur Caeſari IV. *Comm. belli Gallici*, ubi de Britannis & de *Esſedariis* jocus Cic. *ad Trebatium* I. C. in *Epiſt. ad Famil.* SCHOTT.

28. *Juverna*] Nunc *Izlanth.* OLIVAR.

29. *Paene par ſpacio, ſed utrimque aequalis*] Aut mendoſus locus, aut [illegible] reliquis adnumerandum. Caeſar enim illius à quo mutuatur; *Ad occidentem Solem* (inquit Comm. V. bell. Gallici) *eſt Hibernia, dimidio minor, ut exiſtimatur, quàm Britannia: ſed pari ſpacio tranſmisſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam.* Unde aliquando hanc conjecturam feci, ſcripſisſe Pomponium *ſed utrimque inaequalis*, praepoſitione, ut ſolet, facilè in priore voce abſumpta & deperdita: vel potius, *ſed utrimque aequalis trajectu: litorum oblonga. Trajectum* enim vocat, quem Caeſar *tranſmisſum*, voce compendio ſcribendi corrupta, hoc verò Helleniſmo, *oblonga litorum*, C. Salluſtio & Corn. Tacito communi, non intellecto: ideò & falſa interpunctione obſcurata lectionis veritate. Vetat tamen meus pudor, fidesque in tractandis religioſè libris antiquis, ne quid temerè ſine MSS. immutem. Eruditi Lectoris judicium facio. Lib. II. cap. I. *ſaeva hiemis*, dixit, & alibi ſaepe. SCHOTT.

30. *Sed utrinque aequali tractu litorum oblonga*] MS. *utcunque.* GRONOV.

31. *Magis quàm aliae gentes aliquatenus tamen gnari*] Haec etiam verba non rectè Pomponio adſcribuntur; magis videntur hominis defenſantis honorem Juvernae, quem dolebat tanti Auctoris elogio imminutum. PINTIAN.

32. *Pietatis admodum expertes*] Ab editione Vosſiana abſunt hae voces, neque utrum de induſtria expulſae, an imprudenter omisſae, conſtat. Nos nullam cauſam vidimus, cur non reſtitueremus, quum ſint in MSS. Nec vero deſint rationes, cur probae notae ſint. Certè nihil eſt, unde colligas esſe *appendicem* gloſſematis,



quod

ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille ſuo fonte grandis, hic incurſu aliorum grandior, & [31] aliquandiu ad occaſum ab oriente excurrens, [32] juxta *Dahas* primùm inflectitur: curſuque ad ſeptentrionem converſo, [33] inter Amardos & Paeſicas os aperit. [34] Silvae alia quoque dira animalia, verum & [35] Tigres ferunt, utique Hyrcania; ſaevum ferarum genus, & usque eò pernix, ut illis longè quoque progreſſum equitem conſequi, nec tantùm ſemel, ſed

ſcribe *Sogdianorum.* Barbarus.

31. *Aliquandiu ad Occaſum ab Oriente currens*] Scripti duo *occurrens:* immò ſic etiam editio Juntae & codex Mediol. Quid bonus Voſſius, cui ſenio fuit ſilentium, quod tenuerat me indicante? Qui mos ejus fuit, rogat [Sed quomodo flumen, ubi nullus eſt aeſtus, ſibi occurrere poteſt?] Difficultatem vides magnam. At quis dixit illum ſibi occurrere? Interrogatio penitus mendax. Imò elegantisſimè Mela, quoniam alii fluvii in eum incurrebant, dicit eum aliquandiu ad Occaſum ab Oriente, in quo ſcilicet ſpatio accipiebat alios fluvios, occurrere, hoc eſt, currentem hic illic praeſto ſiſtere ad eos admittendos. Gronov.

32. *Juxta Dacas primùm inflectitur*] Scribe *Dahas*, non *Dacas.* Barbarus.

38. *Inter Amardos & Peſicaſus aperitur*] Legendum, *Inter Amardos & Paeſicas os aperit*, iisdem Auctoribus. Idem.

34. *Sylvae, alia quoque dira animalia, verùm & tigres forunt, utique Hyrcaniae, ſaevum ferarum genus*] Luxatus eſt, ut opinor, ordo verborum: legendum, *Sylvae, utique Hyrcaniae alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, ſaevum ferarum genus.* Pintian.

35. *Tigres ferunt*] De his Plinius lib. VIII. cap. 18. & Solin. cap. 21. ubi in duobus MSS. Toletanis, ut hoc obiter moneam, diſertim legitur *cernuari*, hoc eſt, humi affligi, & occidi: pro quo vulg. libri, *ſe dare praecipites*, quod à gloſſa eſſe alicujus Ludimagiſtri, qui illud non aſſequeretur, quis non videt, niſi qui nihil videt? Ant. Delrio civis meus, Juris, bonarumque artium peritisſimus, in Solino à ſe emendato, Philoſtrati auctoritate id probavit, qui ἀφεῖσθαι αὐτὴν πρὸς τῇ θαλάττῃ, καὶ [illegible] ſcribit. Quoniam igitur prior ille occupavit; corollarii vice alterum Solini locum addamus in eadem voce corruptum: cap. enim 47. ubi de equorum praeſtantia, Antiochum ait Centaretrii ducis equum inſiluiſſe: *Is*, inquit, *adeò ſprevit lupatos, ut de induſtria curvatus, ruina & ſe, & equitem pariter affligeret:* iidem ſcripti codd. *cernuatus* praeferunt: Melius. De *cernuari* autem M. Ter. Var. apud Non. Marcellum, & Servius in x. *Aeneid.* *Cernuus, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, qua cernimus.* Utitur & Arnobius eruditus Auctor lib. VII. *adv. Gentes.* Schott.

*Tigres ferunt utique Hyrcanos*] Duo

ſed aliquotiens etiam, curſu unde coeperit ſubinde repetito, ſolitum & facile ſit. Cauſa ex eo eſt, quòd ubi ille interceptos earum catulos citus coepit avehere, & [36] rabiem appropinquantium aſtu fruſtraturus, unum de pluribus omiſit; hae projectum excipiunt, & [37] ad cubilia ſua referunt, rurſumque & ſaepius remeant, atque idem efficiunt, [38] donec ad frequentiora, quàm adire audeant, profugus raptor evadat. Ultra Caſpium ſinum quidnam eſſet, [39] ambiguum aliquandiu fuit; idemne Oceanus, an Tellus infeſta frigoribus, ſine ambitu ac ſine fine projecta. Sed prae-

Duo poſtrema verba ſuperant, & ex Virgilio deſumta,

——— *Hyrcanaeque admôrunt ubera tigres.*

Vide Plinium lib. VIII. IDEM.

36. *Rabiem appropinquantium* ] Non diſſimile de Medea M. Tullius in ea, quae eſt *pro Lege Manilia*: *Medea illa*, inquit, *quondam ex Ponto profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga fratris ſui membra in his locis, quâ ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe: ut eorum collectio moerorque patris celeritatem perſequendi retardaret.* Apollonius tamen Rhodius Jaſoni caedem illam, non Medeae, tribuit. IDEM.

*Rabiem appropinquantium fruſtraturus aſtu unum de pluribus omittit* ] In tribus MSS. inverſo ordine verborum legitur *aſtu fruſtraturus.* Sed & totus hic locus ita ex MSS. videtur conſtituendus: *quod ubi ille interceptos earum catulos citus coepit avehere, & rabiem appropinquantium aſtu fruſtraturus unum de pluribus omiſit: hae pr.* Nam & copulativa in illis eſt, & aut *omiſſis* aut *omiſſum* habent. GRONOV.

37. *Ad cunabula ſua* ] Unde iſta mutatio placuit Voſſio? Ediri ante eum & MSS. quoque *cubilia.* An non ea vera vox? An non illuc alludit Cicero II. *Verr.* 77. *Avaritiae non veſtigia, ſed ipſa cubilia videret.* Lucullus ſic agnoſcebat [illegible], [illegible] apud Plutarchum. Hoc quum nuper monere neglexerim, nunc attendi oportebat: Aelian. XII. *Var. Hiſt.* cap. 89. [illegible] Plinius *Panegyr.* *Excutere cubilibus feras.* Seneca lib. I. *de Clementia* 3. *Quo procedente, non tanquam malum ac noxium animal è cubili proſiliret, diffugiunt* Nonne Apulejus lib. V. de ſerpente quum dixiſſet, poſtquam *ſulcatos intrahens greſſus cubile ſolitum conſcenderit.* Pricaeus cum Aeliano conferens pag. 275. [illegible] oſtendit explicari. IDEM

38. *Donec ad frequentiora* ] Plinius & Solinus paulo aliter navem venatorem jam conſcendiſſe: & D. Ambroſ. VI. *Hexaëm.* decipi tigres ſphaera vitrea à raptore, quae, ut ſolet, imaginem tigridis inſpecta referat, fallatque. SCHOTT.

39. *Ambiguum aliquandiu fuit* ] Scrib. *aliquando.* IDEM.

40. Ho-

praeter Phyſicos [40] Homerumque, qui univerſum Orbem Mari circumfuſum eſſe dixerunt, [41] Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, [42] ſic certior; teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retuliſſe commemorat: Cùm [43] Galliae pro conſule praeeſſet, [44] Indos quoſdam [45] à rege Baetorum dono ſibi datos; unde in eas terras deveniſſent requirendo, cognoſſe vi tempeſtatum ex Indicis aequoribus abreptos, emenſoſque quae intererant, tandem in Germaniae litora exiiſſe. Reſtat ergo pelagus; ſed reliqua lateris ejuſdem aſſiduo gelu durantur, & ideò deſerta ſunt.

40. *Homerumque* ] Strabo lib. 1. *Geograph.* καὶ ἄλλως δ᾽ ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν Ὠκεανόν, ὅταν οὕτω φησὶν ἡ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνάπτειν λέγει τὸν Ὠκεανόν· τὰ δὲ ἔσχατα πέρατα κύκλῳ περίκειται. ἔν τε τῇ ὁπλοποιίᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν Ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. Loca autem exſtant *Iliad.* Ξ. v. 200. & Σ v. 606. Idem.

41. *Corn. Nepos* ] Plinius hinc deſcripſit lib. II. cap. 67. *Nepos*, inquit, *de Septentrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri, C. Afranii in Conſulatu collegae, ſed tum Galliae Proconſuli, Indos à Rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam delati.* De his vide quae quinto ab hinc anno in Corn. Nepotis *Fragmenta* annotavimus. Idem.

42. *Sic certior tradit* ] Totum locum ſic lego: *ſic certior: teſtem rei Q. Metellum Celerem adducit, eumque*, &c. Idem.

43. *Galliis* ] MSS. tres & Juntina editio *Galliae*, quam ſcripturam quoque tuetur Plinius. Gronov.

44. *Indos quoſdam à rege Boiorum dono ſibi datos* ] Plinius, à rege *Sueverum*, non *Boiorum* In quibusdam tamen Pomponianis còdicibus, nec *Boiorum* nec *Suevorum*, ſed ineptisſimè *Lydorum*. Pliniana lectio ſimilior vero eſt, quòd *Suevi* longè latéque imperitabant, majoremque, ut ait Tacitus, Germaniae partem obtinebant. Erant & *Boii* Helvetiis attigui, unde *Boemi*, ſive, ut idem Tacitus appellat, *Boiemi*. Barbarus.

*Indos quoſdam* ] Idem Strabo lib. II. non credidit Herodoto, Heraclidi Pontico, & Poſidonio eadem Cornelio Nepoti affirmantibus. Schott.

45. *A rege Suevorum* ] in Chiſiano eſt *Lydorum*: at in altero erat *Botorum*, ut & in Mediolan. Gronov.

CAP.

# CAP. VI.

## HISPANIAE EXTERIORIS ET SEPTENTRIONALIS OCEANI INSULAE.

[1] HIs oris, [2] quas angulo Baeticae adhuc usque perſtrinximus, multae ignobiles inſulae, & ſine nominibus etiam, adjacent: ſed earum, quas praeterire non libeat, [3] Gades fretum attin-

1. *His oris, quas angulo Baeticae*] Videtur deſiderari praepoſitio, *ab* ut ſit, *ab angulo Baeticae.* PINTIAN.

2. *Quas angulo Baeticae*] Legamus contra MSS. omnes, ut vult Vosſius, *ab angulo Baet.* An uſpiam *angulum Baeticae* agnovit Mela? lib. III. cap. 10. Africae noviſſimus angulus ab eo agnoſcitur, non in oppoſita Baetica. Et certè ſi de angulo loquutus fuisſet Auctor, & praepoſitionem ſyntaxis requireret, an ea ſic evanuisſet, ut in nullo prorſus MS. veniret obvia? Ego non dubito, quin Melá ſcripſerit, *quas ab jugo Baeticae adhuc usque perſtrinx.* Alludit enim ad ſuperiora ſua lib. II. cap. 6. *Illud* (Junonis promontorium) *jam in Occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens.* Sed Vosſius oſtendit mihi angulum ſatis clarè deſcribi à Mela, [cùm dicit Baeticam maria utraque proſpicientem: ad Occidentem, Atlanticum; ad Meridiem, noſtrum] Credas ita agi, ac ſi Mela de Baetica egisſet perinde ut egit de Scythis Aſiaticis, qui cùm ſint ad Eoum mare, tamen ſpectant & Septentrionem, vel de Indis, qui in Eoum pelagus effuſi, tamen ſpectant quoque Meridiem & Indicum mare. Quid nugacisſimus Vosſius non aggreditur? Nullus talis angulus in Baetica eſt. Promontorium Junonis nihil confert ad angulum: quum ſit modò promontorium. Ut Baetica in utrumque mare ſpectet, nihil niſi fretum intercedens & Baeticae adſitum facit; non aliquis angulus. Ab freti uno fine ſpectat mediterraneum mare ac Meridiem, ab altero Oceanum verſus Occidentem. In promontorio ſemper ultimum cornu eſt inſtar anguli, non vocatur angulus. Quum negat Junonis promontorium obliquo jugo in Occidentem excurrere poſſe, niſi fiat angulus apertè ſignificat ſe ignorare, quid ſit obliquum jugum, etſi de eo jam egerit in *Obſervationibus.* Quum dicit per *jugum* intelligi non poſſe Junonis promontorium, ubi nullus mons & vix modici occurrunt colles; gratias Vosſio agimus, quòd hactenus nos inſtruat: nam ſufficiunt vel módici colles. Ipſe enim ſic explicuit ad lib. II. cap. 2. Jugum [litus excelſum, quo Melae ſinus utrinque praecingitur.] GRONOV.

3. *Gades*] Nunc *Calix.* OLIVAR.

tingit; eaque anguſto ſpatio, & veluti flumine, à continenti abſciſſa, quâ terris propior eſt, penè rectam ripam agit: quâ Oceanum ſpectat, duobus promontoriis evecta in altum, medium litus abducit, & fert in altero cornu ejusdem nominis [4] urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre. Tyrii conſtituêre: cur ſanctum ſit, oſſa ejus ibi ſita efficiunt: [5] annorum quîs manet numerus, ab Iliaca tempeſtate principia ſunt: opes tempus aluit. [6] In Luſitania [7] Erythia eſt, quam Geryone habitatam accepimus, aliaeque ſine certis nominibus; [8] adeò agri fertiles, ut cùm ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, [9] ſeptem minimùm, interdum plures etiam

4. *Urbem opulentam* ] *Gaditam.* IDEM.

5. *Annorum queis manet numerus* ] Falſò haec quoque verba Pomponio obtruduntur. PINTIANUS. Suſpicor gloſſema eſſe, & è margine huc irrepſiſſe: & rectè, niſi me amo: aut humanitus fallor. SCHOTT.

6. *In Luſitania Erythia* ] Ex Herodot. Μελπομένη. Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν ἔξω τοῦ πόντου κατοικημένον, τὴν Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον. Scribo *Erytheiam* cum diphth. ει. Graecis enim Ἐρύθεια. Dion. Afer. Περιηγήσει.

Ἤτοι μὲν ναίουσι βοοτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν.

Sunt qui *Erytheam* ubique excuderunt: contrà alii Sibyllam *Erytheam* fecerunt apud Lactant. quae *Erythraea* eſt. Non ignoro tamen diphth. illam ſaepe in *i*, vel *e*, longum converſam. IDEM.

7. *Erythia* ] Nunc *Berlingas.* OLIVAR.

*Erytheia* ] Hinc boves Geryonis abegiſſe Herculem omnes narrant. Hodie non extat. *Gades* inſulam ab Ephoro & Philiſtide *Erytheiam* vocatam auctor Plinius lib. IV. cap. 22. & à Pherecyde Strabo; cujus fidem ſecutus And. Reſendius, quem honoris cauſſa libenter nomino, in Plinio *Pherecyde*, pro *Philiſtide* reponendum putabat. Sed cur non potius Melae Baetico Auctori & de Graecis Dionyſio & Stephano, qui diverſas inſulas faciunt, fidem habeamus? SCHOTT.

8. *Adeò agri fertiles* ] Scribo, *adeo agri fertilis*, ut in India: *& tam feracis ſoli ut mella frondibus defluant*, PINTIAN.

9. *Septem minimè inter plures etiam meſſes*] Legendum, *Septem minimùm, interim plures etiam meſſes.* BARBARUS.

10. *Caſſi-*

etiam meſſes ferant. In Celticis aliquot ſunt, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine [10] Caſſiteridas appellant. Sena in Britannico mari Oſiſmicis adverſa litoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt: cujus antiſtites, perpetua virginitate ſanctae, numero novem eſſe traduntur: [11] Gallicenas vocant; putantque ingeniis ſingularibus praeditas; maria ac ventos concitare carminibus; ſeque in quae velint animalia vertere; ſanare quae [12] apud alios inſanabilia ſunt; [13] ſcire ventura & praedicare: ſed non niſi deditas navigantibus, & in id tantùm, ut ſe conſulerent, profectis. [14] Britannia qualis ſit, qualesque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clauſam aperit ecce [15] principum maximus; nec indomitarum modò ante ſe, verùm ignotarum quoque gentium victor,

10. *Caſſiteridas*] Repugnat Herodot. *Thalia* in fine. SCHOTT.

11. *Gallicenas vocant*] Vide an legi etiam commodè queat *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*: carmina enim illis tribuit. PINTIAN. Conſiderandum, an ſit verior lectio diviſa, *Galli cenas vocant*. Nam Gallici numinis oraculum illud erat. IDEM. Corruptè hactenus una dictione, *Gallicenas*, Hadr. Turnebus, Galliae ornamentum, *Galli Senas*, aut ut in vet. cod. *Zenas*; reſtituit in Plutar. *de defectu Oracul.* à ſe converſum: quem lege, & *de facie in orbe Lunae*. Dionyſius τὰς μαγικὰς quoque in illis Britanniae inſulis à mulieribus Baccho fieri teſtatur. Verſus, quia multi ſunt, non adſcribam. *Senagallia*, vel *Senogallica*, longè alia, de qua lib. II. SCHOTT.

12. *Apud alios inſanabilia*] Dele priora verba. Et mox, *praedicere* leg. & fortè *didita*, ut Virg. & Tacitus, vel *debita*. Nihil tamen demutare auſim. IDEM.


13. *Scire ventura & praedicare*] Lego, *praedicere*, non *praedicare*, PINTIAN.

14. *Britannia*] Nunc *Anglia*, comprehendit & Scotiam. OLIVAR.

15. *Principum maximus*] Claudius Caeſar. IDEM.

*Principum maximus*] Claudium Imp. deſignari puto, de quo Tranquillus cap. 17. Sic & *claudi mare* & *aperiri* dicitur. Ex die tertio Iduum Novembris claudebatur olim, aperiebatur verò ad diem ſextum Idus Martias: auctor Vegetius lib. IV. *de re militari*: quod παρέργως moneo. SCHOTT.

victor, [16] propriarum rerum fidem ut bello




affectavit, ita triumpho declaraturus portat. Ceterùm, ut adhuc habuimus, inter ſeptentrionem occidentemque projecta, grandi angulo Rheni oſtia proſpicit: dein obliqua retro latera abſtrahit, altero Galliam, [17] altero Germaniam ſpectans: tum rurſus perpetuo margine directi litoris [18] ab tergore obducta, iterum ſe in diverſos angulos cuneat triquetra, & Siciliae maximè ſimilis, plana, ingens, fecunda, verùm his, quae pecora quàm homines benigniùs alant. Fert nemora, ſaltusque, ac praegrandia flumina alter-

16. *Qui propriarum rerum fidem.*] In neutro MS. exſtat pronomen relativum, nec deſidero. Sed una deſiderat Voſſiana ratio, ipſa inſulſa in inſulſiſſima *Appendice.* Ne editio quidem Juntina eam vocem habet. GRONOV.

17. *Altero Germaniam*] Fortè *Juvernam.* & mox, *à tergore obducta: ſe in diverſos*, &c. Suprà, *projecta*, non *profecta:* ut inſ. hoc cap. *contra Germaniam projectae*, ubi tamen & *provectae*, vidi qui leg. cenſerent. SCHOTT.

18. *Ab tergo abducta*] Sententiam bonam in hoc poſtremo verbo esſe negat Latinitas: & ipſe Auctor longè aliter τὸ *abducere litus* uſurpat in ipſa Gadium deſcriptione. Egregiè MS. legebat *obducta:* quo notat baſin vel tertiam lineam ad conficiendum trigonum apponere. Placet audire aliquid pulchrum? Hoc quod profero, judicat magnus ille Voſſius admitti poſſe, quia bis ita loquitur Mela. Aliquid ſanè inexſpectatum! Unde Voſſio hanc inqui-

alternis motibus, modò in pelagus, modò retro fluentia, [19] & quaedam [20] gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum: ſed ſunt inculti omnes, atque ut longiùs à continenti abſunt, [21] ita aliarum opum ignari magis, tantùm pecore ac finibus dites; incertum ob decorem, an quid aliud, [22] vitro [23] corpora in-

inquiſitionem, qui ſupra ſic reſiciebat iſtam curam? Ergo ſi non exſtarent talia duo & quidem nota Voſſio exempla, non poſſet admitti? Quid non arrogat ſibi ferociſſimus ille ſtellio? GRONOV.

19. *Et quaedam*] Dele *quaedam:* & ſtatim illud, *& bigis*, abundat. SCHOTT.

20. *Gemmas margaritasque*] His nobilitata Britannia eſt: earumque ſpe trajeciſſe Caeſarem Auctor Suetonius: tametſi aliam ipſe cauſam fingat *Commentario* IV. De thorace è Britannicis margaritis Veneri Genetrici dedicato Plin. & Solinus cap. 56. *Polyhiſtoris*. IDEM.

21. *Ita aliarum opum ignari magis*] Scribo, *ita alienarum opum ignari magis*. PINTIAN. M. Tullius *ad Attic.* lib. IV. epiſt. XVI. *Britannici belli exitus exſpectatur: conſtat enim aditus inſulae eſſe munitos mirificis molibus. Etiam illud jam cognitum eſt, neque argenti ſcripulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem praedae, niſi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris, aut Muſicis eruditos exſpectare.* Efficitur itaque olim ab auro, argento, & pecunia inopem inſulam fuiſſe: quae nunc opulentiſſima mercaturis faciendis, rebusque quae cotidie importantur. SCHOTT.

22. *Ultro corpora infecti*] Addenda eſt, ut puto, dictio, *glaſto*, à Librariis praeterita, ut ſit: *ultro corpora glaſto infecti.* Caeſar quinto *Commentariorum: Omnes vero ſe Britanni ultro glaſto inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horridiore ſunt in pugna adſpectu.* Meminit & Plinius lib. XXII. cap. I. PINTIAN. Addendum dixi verbum *glaſto*, ex Caeſaris *Commentariis*, & Plinio lib. XXII in ipſis ſtatim initiis: nunc repudiata ſententia, locum, ut prius erat, relinquo, quod in Caeſaris & Plinii ſcriptis emendatisque codicibus ea vox minimè legatur, neque omnino Latina ſit. Debes hunc locum Hieronymo Suritae, ſummae in litteris diligentiae, ac tot planè meritorum, ut nulla eis par laus inveniri poſſit. IDEM. Quidam *glaſto:* alii *ultro* in *luteo* minori audacia commutarunt. Ego verò ſcripturam veterem B. F. repraeſentare malui. Turnebus *vitro* tentabat, pro herba, apud Oribaſium Medicum: quomodo & apud Caeſarem *Comm.* V. *belli Gall.* & Vitruvio lib. VII. cap. 14. *de Architect.* legi vult, lib. VI. *Adverſar.* cap. 17. quomodo & MS. ſuo legi Fulvius Urſinus v. c. affirmat. Pet. Victorius lib. XIX. *Variar. Lect.* cap. 3. *luteo* in Caeſare mutat, tametſi *ultro* in vetuſtis exempl. MSS. reperiatur. Franc. verò Hotomannus *lutro*, ex Dioſcoride tranſpoſitis elementis. *Glaſtum* verò vox barbara putatur. Atqui Plinius lib. XXII. cap. I. utitur, ubi Britanniae feminas hoc ſe tingere affirmat;

inſecti. [24] Cauſas tamen bellorum & bella contrahunt, ac ſe frequenter invicem infeſtant, maximè imperitandi cupidine, ſtudioque ea prolatandi, quae poſſident. Dimicant [25] non equitatu modò aut pedite, verùm & bigis & [26] curribus, Gallicè armati: [27] covinos vocant, quorum falcatis

*vitrum*, ni fallor, Theophraſtus & Dioſcor. appellant, caeruleum colorem exprimentem. Et Britanni ipſi barbari tunc habiti. *Gleſſum* etiam à *Gleſſaria* inſula Germanorum apud Solinum cap. 22. legitur. Quare cur omnino rejiciat Pintianus Hieron. Suritae aſſenſus, non video. SCHOTT.

23. *Corpora infecti*] Caeſar Comm. v. *belli Gallici*. *Omnes ſe Britanni luteo inficiunt, quod caeruleum efficit colorem: atque hoc horribiliore ſunt in pugna adſpectu: capilloque ſunt promiſſo, atque omni parte corporis raſa, praeter caput, & labrum ſuperius.* Haec eadem Herodianus extremo lib. III. τὰ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν, ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς. De pictis Agathyrſis lib. II. dicere memini. Apud Graecos quoque mulieres milto tingebantur, teſte Xenophonte: & Zygantes, auctore Herod. *Melpom.* μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες οὗτοι. De variis Plinius lib. VI. cap. 8. Nec Barbari ſolum, ſed & Romani Jovem minio pingebant. Idem lib. XIII. cap. 0. & lib. XXXIII. cap. 7. & hodiéque Turcae, ut Bellonius in *Obſervationibus*. IDEM.

24. *Cauſas & bella contrahunt, ac ſic frequenter invicem infeſtant*] Aldus, *Cauſas autem bellorum & bella contrahunt.* Lego: *Cauſas autem bellorum ex libidine contrahunt ac ſe frequenter*, &c. ut ſuprà in Germania: *Bella cum finitimis gerunt. Cauſas eorum ex libidine accerſunt.* PINTIAN.

*Cauſas autem & bella contrahunt*] Nihil huc facit adverſativa conjunctio; & legendum *tamen*, ut eſt in tribus MSS. referendo ſenſu ad ſuperiora; nempe, etſi ſint opum ignari, tamen cauſas & bella contrahunt, ac ſe frequenter invicem infeſtant. Opes ſunt fons & origo bellorum: has igitur quum non aeſtiment, immò ignorent; etiam ne belli quidem notitiam habere ſupponeres. Sed non ita benè cum illis agitur. Alia furia eſt, quae eos exagitet; gaudent abigere vicinum. Hinc inter eos etiam tum cauſae bellandi, tum ipſa bella. Iſta eſt mens Melae: & totum hoc ita nexum conſiderari debet, non ea modo, quae ſequuntur, ut obnitens Voſſius exigit. GRONOV.

25. *Non equitatu modò aut pedite*] Lego *peditatu*, non *pedite*. PINTIAN.

26. *Curribus Gallicè armati*] Scribendum videtur alterutro modo; aut *curribus Gallicis armati*; aut, *curribus Gallicè armatis*. IDEM.

27. *Covinos vocant*] Vehiculi genus falcatum, cujus apud Gallos & Britannos multus in proeliis uſus. Corn. Tacitus in *Vita Julii Agricolae*: *Media campi covinarius* (ſic enim dicitur auriga, qui covinum regit, & qui ex covino pugnat) *& eques ſtrepitu ac diſcur-*

catis axibus utuntur. Super Britanniam [28] Iverna eſt, [29] penè par ſpatio, [30] ſed utrinque aequali tractu litorum oblonga: caeli ad maturanda ſemina iniqui, verùm adeò luxurioſa herbis, non laetis modò ſed etiam dulcibus, ut ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabulo prohibeantur, diutiùs paſta disſiliant. Cultores ejus inconditi ſunt, & [31] omnium virtutum ignari, [32] pietatis admodum expertes. Triginta ſunt

*diſcurſu complebant.* Lucanus lib. I. *Pharſal.*

*Et docilis rector roſtrati Belga covini.*

& Martial. lib. XII.

*O jucunda, covine, ſolitudo*
*Carruca magis, esſedoque gratum*
*Facundi mihi munus Heliani.*

Curribus etiam falcatis uſos esſe Antiquos, auctor Livius & Salluſt. lib. *Hiſtoriarum* citante. *Esſedae* etiam frequenter vocantur Caeſari IV. *Comm. belli Gallici*, ubi de Britannis & de *Esſedariis* jocus Cic. *ad Trebatium* I. C. in *Epiſt. ad Famil.* SCHOTT.

28. *Juverna*] Nunc *Izlanth.* OLIVAR.

29. *Paene par ſpacio, ſed utrimque aequalis*] Aut mendoſus locus, aut μνημονικὸν σφάλμα reliquis adnumerandum. Caeſar enim Julius à quo mutuatur; *Ad occidentem Solem* (inquit *Comm.* V. *bell. Gallici*) *eſt Hibernia, dimidio minor, ut exiſtimatur, quàm Britannia: ſed pari ſpacio transmisſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam.* Unde aliquando hanc conjecturam feci, ſcripſisſe Pomponium *ſed utrimque inaequalis*, praepoſitione, ut ſolet, facilè in priore voce abſumpta & deperdita: vel potius, *ſed utrimque aequalis trajectu: litorum oblonga. Trajectum* enim vocat, quem Caeſar *transmisſum*, voce compendio ſcribendi corrupta, hoc verò Hellenismo, *oblonga litorum*, C. Salluſtio & Corn. Tacito communi, non intellecto: ideò & falſa interpunctione obſcurata lectionis veritate. Vetat tamen meus pudor, fidesque in tractandis religioſè libris antiquis, ne quid temerè ſine MSS. immutem. Eruditi Lectoris judicium facio. Lib. II. cap. I. *ſaeva hiemis*, dixit, & alibi ſaepe. SCHOTT.

30. *Sed utrinque aequali tractu litorum oblonga*] MS. *utcunque.* GRONOV.

31. *Magis quàm aliae gentes aliquatenus tamen gnari*] Haec etiam verba non rectè Pomponio adſcribuntur; magis videntur hominis defenſantis honorem Juvernae, quem dolebat tanti Auctoris elogio imminutum. PINTIAN.

32. *Pietatis admodum expertes*] Ab editione Vosſiana abſunt hae voces, neque utrum de induſtria expulſae, an imprudenter omisſae, conſtat. Nos nullam cauſam vidimus, cur non reſtitueremus, quum ſint in MSS. Nec vero deſint rationes, cur probae notae ſint. Certè nihil eſt, unde colligas esſe *appendicem* glosſematis,

 quod

ſunt [33] Orcades [34] anguſtis inter ſe ductae ſpatiis: [35] ſeptem Haemodae, [36] contra Germaniam

quod ut in aliis, ita & in Mediolanenſi extat libro, & expresſum eſt in editione Juntina, *Magis quàm aliae gentes, aliquatenus tamen gnari*, ut tamen fatetur Vosſius in *Appendice* ſe judicare; quo judicio fruatur, nos noſtro. GRONOV.

33. *Orcades*] Sunt enim regis Scotiae. OLIVAR.

34. *Anguſtis inter ſe ductae ſpatiis*] Scribendum, *diductae*. Plinius, *Modicis*, inquit, *inter ſe diductae ſpaciis*, ubi de *Orcadum Ebudumque* numero plura quaedam notavimus: uti hoc loco non *Emodes*, ſed *Ebudes* fortasſe legi posſit, niſi quòd contra Germaniam eas conſtituit. *Ebudes* verò contra Galliam potiùs habentur, ultra Hiberniam ac Britanniam, ſi Ptolemaeo credimus. In Plinio quoque ſeptem ſcribuntur *Nemodes*, ſive, ut nunc legitur, *Aemodae*. BARBARUS.

*Anguſtis inter ſe auctae ſpatiis*] In controverſiam venire nequit, quin ita ſcripſerit Mela. Sive id poſuerit pro diſcretae, ut loquitur Plinius, ſive ſimpliciter ab natura poſitae & jacentes. Planè ut Ovidius lib. 11. *Metam.*

*Ductae ſpatiis aequalibus Horae.*

GRONOV.

35. *Septem Aemodae. Contra Germaniam vectae in illo ſinu, quem Codanum diximus, ſex. Ex iis Scandinovia*] Voces hae magnus fuerunt Eruditorum labor, qui quid afferant, novimus: ſed in illis nemo ſe magis ridiculum & vanum praebuit, quàm qui nuperrimè ſpecioſa conjectura & Lectorem & Melam circumvenire voluit. Judicat pro *ex iis* ſcribendum *ex inſulis*: „facilè id „fieri potuisſe, quia Librarii vo„ces ferè omnes contrahebant." Nec ſatis, ſed addit: „ſi exara„tum vel *ins*, vel *iſis*, vel alia „ſimilis ſcribendi ratio fuit adhi„bita, facile in particulam *iis* „degenerare potuit." Sic nempe & caelum poteſt facilè ruere. Sed hoc eſt ſpecimen ejus judicii; quod ſanè nihil aliud, inimitabili & ſtudioſa hujus Auctoris cura ad nitorem ingenii ſui in hoc ſcripto adhibita. Nam ut uno halitu diffles, quicquid ille ineptit, obſerva, Lector, nec in capite ultimo libri ſecundi, nec hoc capite, vocem *inſula* ab Pomponio uſurpari, quamdiu aliquas earum enumerat: non item alibi. Hoc tantùm capite infrà, ubi aliquid ſingulare in Sarmaticis contingit, nec vitare potuit, ſcripſit. *alias inſulae videntur, alias una & continens terra.* Ut negari nequeat, quin is genium Scriptoris non ceperit. Quare quum MSS. habeant *contra Germaniam vectae* (ſic enim prorſus ex Chiſiano notavit Rulaeus, ego in MS. vidi *vecte*, in Juntina quum esſet *vectae*, non aliter in Mediolanenſi invenit Frater, ut Vosſius improbitate mendacii abutatur, quum in *Appendice* ita agit, quaſi libri veteres haberent *vecta*) *in illo ſinu, quem Codanum diximus, ex iis*, cenſui τὸ *vectae* negari non posſe, quin rectè ſe haberet, confirmante ipſo Pomponio lib. 11. cap. 3. *Graecia à Septentrione in Meridiem vecta.* Denique ſubodoratus ſum voculam numerandi ob ſimilitudinem litterarum excidisſe inter illas voces *diximus. ex*, quod ſanè etiam aliquoties ſuprà accidisſe perceperant Eruditi. Sed oblatrat Vosſius, negans duo

niam vectae. In illo ſinu, quem Codanum diximus, ex inſulis [37] Codanonia, quam adhuc Teutoni

duo haec loca ſimilia eſſe, quum de Graecia non poſſit vox *vecta* abeſſe, in noſtris verbis planè redundet, & nullius ſit ſignificationis, ſufficere enim dixiſſe *contra Germaniam*. Quo utroque nihil cenſeo falſius, nihil invenuſtius. Orcades ubi jaceant, non dicit Mela: etiam nec ubi Aemodae. De ſequentibus ſex vult indicare locum. Nec ſatis erat dixiſſe *contra Germaniam*. Id enim fieret nimis ſpatioſum. Hanc ſtultitiam notabis in iſta Voſſiana *Vecta in ſinu Codano:* ad quam enim partem ſinus Codani, qui certè maris inſtar? Unde ſic ait, *Contra Germaniam vectae in illo ſinu Codano*, hoc eſt, ad principia ingreſſus in illum Oceani ſinum ſerie continua jacentes: & rectè illic: quoniam finem ejus vix notum habebat, principio autem ejus certè poſitas inſulas noverat. In loco autem de Graecia poterat abeſſe *vecta*. Quidni enim, multum prominens *Graecia & dum Myrtoum pelagus attingat, ab Septentrione in Meridiem, qua ſol oritur, Aegaeis fluctibus objacet*, pleniſſimam habent ſententiam? *Prominens* poterat ſatisfacere, perinde ut *porrecta*, cui eſt aequivocum ferè, lib. I. cap. I. *Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occaſum*. Quin etiam per haec verba, prout reſtitui, certiſſimè patet eum accuratè explicare voluiſſe, quod dixerat lib. III. cap. 3. *Super Albin Codanus ſinus magnis parvisque inſulis refertus eſt*. Scilicet hae omnes inſulae redirent nunc ad unam Vectam, & alteram Scandinoviam. Riſum teneatis amici? Quo minus dubites, idem progrediendi ordo ſervatur lib. II. cap. 7. *Sex ſunt inter Iſtri oſtia: ex his Peuce notiſſima & maxima*. Immo etiam hoc ipſo capite, *in ea quod ibi ſolo longè occaſurus*, ut illic in libris melioribus legi notavit Voſſius, quod ego deprehendi nuſpiam. Ubi is ipſe ſcribere jubet, *quod ibi ſol haud longè*. Quod miror. Utrum in MSS. ſ eſt *haud*, an vero *non*? Τὸ *lon*, quod ſequitur, inducit ad credendum excidiſſe voculam *non*. Legi igitur debuit *ſol non longè*. Hoc quid ſit, etſi nolit fateri Voſſius perpetuo ingratus, ego tamen hinc eam mercedem refero, quam Pichena ad lib. VI. *Annal*. Taciti cap. 43. *Delectum caplendo diademati diem haud concelebraverant*, ubi vulgo dabant *non*: quam politiſſimus & mihi per illuſtris Thevenoti memoriam venerabilis Thoinardus in loco Lactantii *de Mortibus Perſecutorum* cap. 18. ubi ad verba iſta, *cùm inde ſibi aut nihil praeter nomen aut multum videbat accedere*, ſcribit. [Addidi *haud* ante *multum* tanquam neceſſarium, non autem *non*, quoniam *haud* potiùs abſorptum fuiſſe videtur in praecedente vocabulo *aut*] Immò an Voſſius ita judicabit in hac cura mea erga Pomponium Melam? nonne ipſe tam ſenex ad verba iſta Lactantii, ob hanc ipſam voculam adhaeſit vulgante Colomeſio? Didiciſſe litteras quid ſit, planè non ab Voſſio aeſtimandum cenſeo; nedum quae merces inde exſpectanda. IDEM.

36. *Contra Germaniam projectae*] Aldus *vectae* rectiùs: Plinius unitatis numero *vectis*. PINTIAN.

37. *Codanonia*] Nunc *Selandia*. Ptolemaeus vocat *Scandiam*. OLIVAR.



38. Sar-

toni tenent, ut fecunditate alias, ita magnitudine anteſtat. Quae 38 Sarmatis adverſa ſunt, ob alternos acceſſus recurſusque pelagi, & quòd ſpatia, quîs diſtant, modò operiuntur undis, modò nuda ſunt, aliàs inſulae videntur, aliàs una & continens terra. Is his eſſe 39 Oaeonas, qui

38. *Sarmatis* ] Polonis. Idem.

39. *Cenaeas, qui ovis avium paluſtrium & avenis tantùm alontur:*] Plinius non *Cenaeas*, ſed *Oonas*, *Feruntur*, inquit, *& Oonae inſulae, in quibus ovis avium & avenis incolae vivant.* Idem erratum & in Solino, apud quem *Oceanos* ſcriptum eſt. Dicuntur autem *Oonae*, id eſt, Ὠῶναι Graecis ἀπὸ τῶν ὠῶν, hoc eſt, *ab ovis.* Barbarus.

*Oaeonas*] Notabiliter nunc Graeciſſat Voſſius. Quis enim Graecus legens ὠαίωνας ſtatim colligeret id compoſitum ex ὠὸν & αἰών & notare *ovis viventes?* Immò inquit, id fieri, ut μακραίων & ὠαίων. Scilicet humano capiti cervinam, &c. Nam in ὠαίων eſt integra vocula aliquid ex ſe ſignificans: in μακραίων non modò ex prima ſyllaba, ſed ſequentibus eam duabus litteris ſtatim patet venire à μακρός. At in ὠαίων eſt ſimplex modò ω, quam litteram quis Deus inſpirabit venire ab ὠὸν, quum tot ſimplices Graecae voces ab eadem vocali incipiant? Immò habeamus ipſum ὦα? Hi quatuor verſiculi dolorem dederunt Voſſio, unde iſtos ante omnia elegit ad convellendum, ita commotam bilem evomens [Quis verò tam fatuus ſit, ut ab ὦα eam arceſſat, ac ſi homines pellibus veſcantur lanatis? Hac ratione ἐπωάζειν fuerit non ἐπ' ὠοῖς καθῆσθαι, ſed pellibus incubare] Quàm ineptit! Nam in αἰών, unde Ὠαίων componit, nihil eſt de veſcendo, non magis quàm in μακραίων. Tum in verbo compoſito ἐπωάζειν manifeſtè patet locutio ἐπ' ὠὰ καθῆσθαι: id ſupponit praepoſitio antecedens & juncta. In eo dubitare nullus poteſt. Ὠαίωνες autem conſiderari poſſunt, non qui pellibus veſcantur lanatis, ſed talibus pellibus multum utentes. Quid garrit Voſſius? Verba ſunt Etymologi citata Meurſio, ἐξ ὧ καὶ τὸ διὰ τῆς ω διφθόγγου· δηλοῖ δὲ δῆμον Ἀττικὸν καὶ τῦ χιτῶνος τὸ ἄκρον. Meurſius & viri docti id parum curant, ſcribuntque Οα Οα, & Οαθεν Οαθεν. At apud Sponium tom. II. *Itinerar.* pag. 358. ΠΑΑΙ-ΝΟΣ ΩΑΘ, & ipſe ſupplet Ωαθεν, quum tamen non niſi Οαι in Populis Atticae agnoſcat. In quo Voſſius utrum ova, an pelles aſſpiciet? Quaſi verò alterutrum conſiderari deberet. Ecce autem horridum & merum Voſſianum [Dantur etiam voces, in quibus nulla remanet littera, quarum tamen originem & compoſitionem aſſequuntur Graeci] Sic Graeci compoſitiones habuerunt ex vocibus, unde non erant compoſitae: ipſi tamen ſenſerunt inde compoſitas.

qui ovis avium paluſtrium & avenis tantùm alantur: eſſe equinis pedibus Hippopodas, &
40 Panotos, quibus magnae aures, & ad ambiendum

ſitas. Nonne ſecretum ingens: [illegible], addit, contractum ex [illegible]. ut [illegible] ex [illegible]. Unde igitur contractum [illegible]? Hoc deſerit, illud ſumit, quum in altero ſit ſubſtantivum, in altero adjectivum. Denique decurrit ad plurale [illegible], ut inde fiat compoſitio, idque ſaepe fieri dicit. In hoc utique vocabulo nunquam. [illegible] ipſe novit in pag. 5. *Obſervationum ad Melam*, ut omnes alii. [illegible] & [illegible] apud Lucianum & ſimilia. Similiter quoque abſit, ut Graecus aliquis [illegible], ſtatim conjiceret eſſe ovorum emptores. Non poteſt dubitari, ſi ab [illegible] deduxerint Graeci, quin vocaverint *Ooaeonas* vel *Ooaeonas*. Sed opinor hanc vocem ita formatam fuiſſe, ut non ova tantùm memoraret, verùm etiam avenas, quod rectè advertit Salmaſius, non ab eſu ovorum, ut judicavit Voſſius: utrumque enim jungit Auctor. Plinius & Solinus ut ipſarum inſularum appellationem referunt, ita nec vox illorum ad Melam pertinet. *Oceanas* vix credo repertum Voſſio in melioribus, ut ait, libris Pomponii, quum vel *Oeneas* vel *Ceneas* in tribus repererim. Avenam igitur quum Graeci dixerint [illegible], non dubito inde fuiſſe Pomponio conſtitutam vocem [illegible], unde *Ooaereas*. Quod ſcripſi [humano capiti cervinam &c.] ſi hoc eſt introducere Horatium elegantius loquentem, & reformare ejus verba, ex hac nota Voſſiana nunc addo aſininam; & vos Voſſiani intelligite, quam & cervinam & aſininam Iſaacus habuerit. GRONOV.

40. *Et Satmalos, quibus magnae aures*] Quae malum *Satmalos* vox eſt? Nempe ex earum nota, quae ab imperitis Agyrtis interjectae, pulcherrimum hoc opus non paucis in locis contaminavere. Strabo Graeco & litterato nomine *Enotocoetas* appellat: Plinius corrupto etiam nomine *Fanesios* vocat lib. IV. ubi fortè non *Fanesios*, ſed *Panusios* legendum, quod toti auribus contegantur. Sed hoc arbitrarium ſit. PINTIAN.

*Otomegalos*] Germana Melae lectio. Vulg. *Satmalos* vocem nauci praeferunt; vet. cod. *Saunalos*. Natum, ut ex compendiis litterarum, mendum: [illegible] enim repertum, in *Satmalos*, homines ſat mali, qui magnas illas aureis nimium quantùm averſabantur, perverterunt. Repone igitur jure poſtliminii in priſtinam ſedem, unde hactenus exſulat, *Otomegalos*: quo modo nomina plurima apud Melam de Graecis cuſa quivis non craſſae naris facilè obſervabit. Eadem autem in Plinio fabula, ſed & corrupto populi nomine lib. IV. cap. 14. *Fanesiorum*, inquit, *aliae, in quibus nuda alioqui corpora praegrandes ipſarum aures tota contegant*: ubi *Panusiorum* emendat Pintianus noſter in *Caſtigat. Plinianis*: Adr. verò Turnebus in utroque & Solino cap. 22. *Panotios* ex Iſidoro lib. XI. cap. 3. *Etymolog.* reponit, quos Tacitus *de moribus*

85 endum corpus omne patulae, nudis alioquin pro veſte ſint, praeterquam quòd fabulis traditur,

*moribus German. Helleſios* appellet, *Adverſar.* lib. VI. cap. 19. Nos à veſtigiis vulgatae lectionis propius abſumus. SCHOTT. *Otomegalos* leg. monui. Memini qui ab ingenio reponerent, *eſſe & alios quibus.* &c. IDEM.

*Satmalos* ] Hic quoque inanis eſt collectio vocabulorum ab Voſſio facta, quorum nullum aut ad litteras, quae exſtant in MSS. aut ad explicationem, quam adjungit Mela, & ad quam alluſit haec vox, quidquam accedit; non magis profectò, quàm quod ex eis eligit, *Tanuotos.* Quapropter hae, quas citavi, litterae conſiderandae ſunt, aut quae in aliis etiam MSS. exhibentur *& analos*, (has duas lectiones *Satmalos* vel *& analos* ipſe Voſſius teſtatur reperiri in pluribus manu exaratis libris: nuſpiam dixi me reperiſſe hoc poſterius, mentitur Voſſius) vel denique *Satinales*, quae exſtant in Chiſiano codice, aut *Satinalos*, ut vidit Frater in Mediolanenſi. *Satmalos* in editionibus habetur. Scripſiſſe Auctorem dico *Ouatmallos*, quae vox compoſita, ut clarum eſt, non eget expoſitione. Sic δρακοντόμαλλοι Γοργόνες Aeſchylo in *Prometheo*, quia habebant κεφαλὰς περιεσπειραμέναις φολίσι δρακόντων. Vehementer haec exagitat Voſſius, (nec ſperavi aliud) nec jam de Latinis aut Graecis mimis fategit, ſed Sarmaticam ſcenam animo vili concepit. Unde ſtatim ſcripſit *Aeſchilo.* Porro ait me miſerè falli. Quis enim neſcit, addit, Gorgonibus attribui capillitium anguinum? At quomodo inde probatur me falli? Utique ſcholia Aeſchyli non aliter eam vocem explicant, αὐτὶ γὰρ πλοκάμων ὄφεις ἔχουσιν ἐξαπτομένους ταῖς κεφαλαῖς. Hoc non poteram ignorare. Ergo fallor in poſterioris loci allegatione ex Apollodoro. Ibi verò ecce doctrinam Voſſianam! Citavi ſimpliciter, ut legebatur, περιεσπειραμέναις φολίσι δρακόντων. At ille [ quis non videat in hoc Apollodori loco legendum eſſe σκολλύων (hoc accentu notat) δρακόντων? Sed & quis ignorat μαλλὸν & σκόλλυν idem eſſe accipique pro comis & cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis? ] Reſpondeo ad prius; omnes id non viderunt, qui Apollodorum ediderunt; aut ſi in mentem ipſis venit, non putarunt tanti, ut vulgarent, prout αὐχητὴς Iſaacus. Nec aliter ipſe agerem. Voſſius quum inſpiceret Henr. Stephani Theſaurum in voce Μαλλὸς, & videret illic comparari cum ea σκόλλυν, è veſtigio id arripuit, & repentinam capturam Apollodoro contra veteres libros & ſanam lectionem infulcire auſus fuit. Σκόλλυς quum non legatur niſi ut propria in capillis & iis adſtricta vox, ſcilicet Apollodorus repentè eam dedit ſerpentibus. Scilicet quum dicitur apud Athenaeum ἀποκείρασα τὸν σκόλλυν, is cogitavit de cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis: non magis certè, quàm Heſychius, quum ſcripſit ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλὸν, in v. Οἰνιστήρια. Quaſi non pars pro toto vulgatiſſimè dicatur, & λευκὰ ἔρια

tur, auctores etiam, quos ſequi non pigeat, invenio. [41] Thule Belcarum litori oppoſita eſt, Grajis & noſtris celebrata carminibus. [42] In ea, quòd ibi ſol longè occaſurus exſurgit, [43] breves uti-

δρακόντων ſint ſquammoſae cutes ſerpentum, & hinc ipſi ſerpentes. Ita autem eſt, ut in compoſitis μαλλὸς modò praemittatur, interdum ſequatur. Itaque quos Voſſius ponit *Mallouatos* aut *Mallotios* potuiſſet quis cogitare, ſed inſanus, quum nihil in eis vocibus ſit, quod ad ſcriptam lectionem accedat. Jam verò ipſa vox δρακοντόμαλλος ſuggerebat aliam & veram poſitionem hujus vocis in compoſito. Tale fuit quoque στρεψίμαλλος, ἀμφίμαλλος, ἑτερόμαλλος, βαθύμαλλος, δασύμαλλος, στρεψίμαλλος, λευκόμαλλος, & hinc ſeriore tempore pantomimus Caramallus. Haec terminatio an non nota eſt in MSS. codicibus? Hinc quum nota eſſent ὦτα, & inde apud Callimach. in *Fragment.* pag. 265. ὠτίους, cenſui factum ab certis hominibus vocabulum gentis Ὠτόμαλλοι. Sed ait Voſſius ſic non magnas & patulas, ſed laneas vel cirratas habebimus aures. An igitur in voce δρακοντόμαλλοι habebimus laneos vel cirratos ſerpentes? Imò ut his notantur feminae, quarum capita ſerpentibus velantur; ita per illud vocabulum iſti homines, quorum corpora auribus poſſunt velari, cingi, circuiri, perindè ut τοὺς Ἑλλάδι κατοικοῦντας ἄνδρας μαλλοῖς γυναικείοις ἀναδοῦντας τὰς κεφαλὰς legimus. Expedivi me, Voſſi, ab tua nimis inepta & compoſitione & expoſitione. Gronov.

41. *Tile Belgarum litori*] Scribendum *Thule:* ita enim Graeci appellant, & apud nos Claudianus, ut ſicubi aliter ſcriptum eſt, non ratione aut doctorum uſu id, ſed vel incuria ſcribentium, vel imperitia Grammaticorum obtinuiſſe videatur. Diximus & aliis locis, quae per ου diphthongum Graii enunciant, ſervari hoc & à nobis. Quae verò illi per *y*, haec per *u*, parte plurima Veteribus efferri conſueviſſe. Barbarus.

42. *In ea quòd Sol longè occaſurus exſurgit, breves utique noctes ſunt: ſed per hyemem ſicut alibi obſcurae, aeſtate lucidae, quod per idem tempus*, &c.] Et in his verbis ordinis error eſt: debent enim ſic, ut reor, concipi: *In ea per hyemem, ſicut alibi, obſcurae utique noctes ſunt, aeſtate breves ac lucidae: quòd Sol longè occaſurus exſurgit, qui per id tempus jam ſe altiùs evehens*, &c. Pintian.

43. *Breves utique noctes*] Eadem de Britannia Tacit. in *Agricola*, & M. Minutius Felix in *Octavio:* qui liber falſò hactenus octavus Arnobii *adv. Gentes* ob argumenti potiùs, quàm ſtyli ſimilitudinem eſt habitus. Sed ex conjectura potiùs omnes, aliorumque relatu, quàm quòd compertum aliquid haberent. Noſter Caeſarem exſcripſit, quem lege *Comm.* v. *belli Gallici*, ubi de Britan-

utique noctes ſunt: ſed 44 per hiemem ſicut alibi obſcurae; 45 aeſtate lucidae, quòd per id tempus jam ſe altiùs evehens, quanquam ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore proxima illuſtrat: per ſolſtitium verò nullae, quòd tum jam manifeſtior non fulgorem modò, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat. 46 Talge in Caſpio mari, ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini populi, quae gignuntur attingere, nefas & pro ſacrilegio habent, 47 Diis parata exiſtimantes, Diisque ſervanda. Aliquot & illis Oris, quas deſertas diximus, aequè deſertae adjacent, quas ſine propriis nominibus Scythicas vocant.

Britannia praeclarè. SCHOTT.

44. *Per hyemem obſcurae* ] Nam in hyeme eſt nox maxima. OLIVAR.

45. *Aeſtate lucidae* ] Lucida nox dicitur in aeſtate, quia ferè nulla eſt nox, quando ſol eſt in primo puncto Cancri, vixque durat momentum. IDEM.

46. *Talge in Caſpio mari*] Ptolemaeus *Talon.* BARBARUS. Plinius in ſexto *Tazata:* Ptolemaeus *Tachalea*, ſic enim praefert codex Graecus, Latinus *Talcha* legit: Hermolaus ſine adſpiratione *Talca.* PINTIAN.

47. *Diis parata exiſtimantes diisque ſervanda*] Particula *que* delenda: & expende an potior ſit lectio, *parta*, quàm *parata.* IDEM.

## CAP. VII.

# OCEANUS EOUS ET INDIA.

1 Ab his in Eoum mare curſus inflectitur, inque oram terrae ſpectantis orientem. Perti-

1. *Ab iis in eorum recurſus inflectitur* ] Lego, *Ab iis in Eoum mare curſus inflectitur.* Plinius in ſexto, cap. 17. *A Caſpio mari Scythicoque Oceano in Eoum curſus inflectitur, ad Orientem converſa litorum fronte.* IDEM.

2. *Haec*

Pertinet [2] haec á Scythico [3] promontorio ad Colida: primúmque omnis eſt invia; deinde ob immanitatem habitantium inculta. [4] Scythae ſunt Androphagoe & Sacae, diſtincti regione, quia feris ſcatet, inhabitabili. Vaſta deinde iterum loca belluae infeſtant, usque ad montem mari imminentem, nomine Tabin. [5] Longè ab eo Taurus attollitur. [6] Seres interſunt; genus plenum juſtitiae, ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit, [7] notisſimum. India non Eoo

2. *Haec à Scythico promontorio appoſita*] Melius, *expoſita.* IDEM.

3. *Promontorio appoſita*] Fortè *ab Colida* pro *appoſita* ſcripſit Mela: & *Sacae* legi Herod. ſuadet *Polymnia.* SCHOTT.

4. *Scythae ſunt Androphagi*] Aldus *Androphagae* cum *ae* diphthongo in poſtrema. Scribe *Androphagoe* cum *oe* diphthongo, terminatione Graeca ex Herodoto, cui perquàm familiaris vox eſt *Androphagoe.* PINTIAN.

*Scythae*] Quos *Tartaros* dicimus. OLIVAR.

5. *Longè ab eo Taurus attollitur*] Verbum *longè* putamus aut redundare; aut ſi non redundat, ſignificare *in ſublime* & *excelſum.* Nam videtur hic Mela repetere & apertiùs dicere quod de Tauro monte in Lycia prodiderat; *Taurus ipſe ab Eois litoribus exſurgens vaſtè ſatis attollitur.* Facit igitur initium & originem montis Tauri, promontorium Tabin. Plinius quoque lib. IV. ab Eois litoribus venire aſſerit Taurum montem: & pauló antè. PINTIAN.

*Longè ab eo,* &c.] Credo ſcripſiſſe Melam: *Non longè ab eo:* niſi ſecum ipſe pugnet. Proximo enim cap. tanquam ſui oblitus *Tabis promontorium, quod Taurus attollit.* Plinius lib. VI. cap. 17. *Deſerta cum belluis, usque ad jugum incumbens mari, quod vocant Tabin.* Quae eò libentius integra adſcripſi, quòd Solinum, ut aliàs ſaepe, in errorem induxerint, qui *Tabin*, mare facit cap. 20. referens provocabulum *quod* ad *mare*, non ad *jugum:* quod & Pintianus admonuit in *Retractat.* SCHOTT.

6. *Seres interſunt genus plenum juſtitiae, ex*] Aliàs: *Seres interiùs ſunt gens juſta, & commercio quod rebus in ſol. relictis abſens peragit, notisſima.* Et ſeq. cap. *India non Eoo tantùm.* Quidam tamen, *Notisſima India* leg. contendunt locum.

7. *Notisſima India*] Falſò. Capp. diſtinctionem non à Mela, ſed à Librariis eſſe initio admonui; & in confeſſo res eſt, utilitatis ſpe aliqua, ne res commiſceri viderentur. Hinc factum ut ſaepe varient codd, hicque natum ſit monſtrum *turpe, informe, ingens.* Nihil enim India minus notum, vix nuper Hiſpanorum navigationibus ſatis patefactum. Si quis tamen mordicus editam lectionem tueri volet, animus eſt non admodum contrà niti: tantùm quid mihi videatur teſtificor.

Edita

[8] Eoo tàntùm appoſita pelago, ſed & ei, quod ad meridiem ſpectans Indicum diximus, & hinc Tauri jugis, [9] ab occidente Indo finita, tantum ſpatium litoris occupat, quantum per quadraginta dies noctesque velificantibus curſus eſt; ita multùm à noſtris abducta regionibus, ut in aliqua parte ejus [10] neuter ſeptentrio appareat, aliterque quàm in aliis oris, umbrae rerum ad meridiem jaceant. Ceterùm fertilis, & vario genere hominum, aliorumque animalium ſcatet. Alit [11] formicas non minùs maximas canibus; quas more Gryphorum aurum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire commemorant: immanes & [13] ſerpentes, aliqui ut elephantos [14] morſu atque ambitu corporis conficiant.

Edito jam Mela *Noviſſima India* legi maluit Pintianus. Si mihi cenſori clavum figere, luſtrumque condere liceat; ad ſuperiora, unde divulſa ſunt, quóque pertinent, Sanctio noſtro asſenſus, libenter retulerim, *abſens peragit notiſſimum.* In quo non mihi, ſed Euſtathio Dionyſii Scholiaſtae doctisſ. fidem haberi volo: ſic enim ille ad illud, ——— *καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν.* Τῶν πωλουμένων τὸ τίμημα σανίσιν ἐπιγράψαντες ἀποχωροῦσιν· εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι, καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν· ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμήν· εἰ δὲ μήγε, τὰ ἴδια. Accedit ad haec, quod in Mela obſervavi; ſolere eum de gente aliqua dicturum, ferè à gentis nomine narrationem inchoare: Exempla in ore omnium. Symbolam quoque Latinus conferat. Plinius lib. VI. cap. 17. de Scythis: *Nec in alia parte major Auctorum inconſtantia: credo propter innumeras vagasque gentes.* An igitur notisſima India, ſi tanta Scriptorum incertitudo? SCHOTT.

8. *Eoo* ] Orientali. OLIVAR.

9. *Ab Occidente indefinita*] Legendum *ab Occidente Indo finita.* Res nota ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Arriano, & omnibus. Notavit hoc etiam Mariangelus. PINTIAN.

10. *Neuter ſeptentrio*] Navigantes oppoſitum dixere. OLIVAR.

11. *Formicas non minores* ] Leg. Plin. lib. XI. cap. 31. SCHOTT.

12. *Immanes & ſerpentes aliqui, ut elephantes morſu atque ambitus corporis afficiant* ] Nihil muto. Tantùm moneo legi etiam poſſe: *Immanes & ſerpentes alit, ut elephantes morſu atque ambitu corporis conficiant.* PINTIAN.

13. *Serpentes aliqui &c.* ] Lege: *Serp. alit, qui elephantes morſu atque ambitu conficiant.* SCHOTT.

14. *Morſu atque ambitu corpus conficiant* ] Et ab illis vicisſim ca-

ſu

ficiant. Tam pinguis alicubi & tam feracis ſoli, [15] ut in eo [16] mella frondibus defluant, lanas ſilvae ferant, [17] arundinum fiſſa internodia, [18] veluti navia, binos, & quaedam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moresque diſſimiles. [19] Lino alii veſtiuntur, aut lanis, quas diximus; alii avium ferarumque pellibus: pars nudi agunt; pars tantùm obſcoena velati: alii humiles parvique; alii ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos equis, facilè atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne veſci optimum exiſtimant: quosdam tantùm piſces alunt. Quidam proximi parentes, priusquàm annis aut aegritudine in maciem eant, velut hoſtias caedunt: caeſorumque viſceribus epulari fas & maximè pium

ſu atque ruina elidantur. Sic enim Appulejus lib. I. *Floridor.* ubi de Indis & Gymnoſophiſtis multa: *Apud illos*, inquit, *immenſi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant. Quippe lubrico volumine indepti revinciunt: & illis expedire greſſum nequeuntibus, vel omnino abrumpere tenaciſſimorum ſerpentium ſquameas pedicas; neceſſe ſit ultionem à ruina molis ſuae petere, ac retentores ſuos toto corpore oblidere.* IDEM.

15. *Ut in ea mella*] Accedo MSS. qui habent *eo*, nempe ſolo, quod proximum eſt. GRONOV.

16. *Mella frondibus defluant*] Legendus Aelianus lib. XV. *Hiſt. Animalium* cap. 7. & Galenus lib. III. *De alimentorum facultatibus* cap. 39. Virg. *Ecloga* IV.

*Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.*

SCHOTT.

17. *Arundinum fiſſa internodia*] Aldus *ſciſſa*. Videtur legendum *ſingula*, ex Plinii ſeptimo libro: *Arundines*, inquit, *tantae proceritatis, ut ſingula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Nam quid attinebat in demonſtrando illarum arundinum uſu adjicere aut *ſciſſa*, aut *fiſſa*? Num admonendus erat Lector non praeſtare illum uſum, niſi priùs ſcinderentur? PINTIAN.

18. *Veluti navitas*] Scribendum fortè *veluti naviculae*. Solinus, *ut lembi*. Nam Plinius eos, qui illis internodiis feruntur, non appellavit navigantes, ſed homines; ut liquet ex verbis paulò antè allatis. IDEM.

*Veluti nautas*] Credo ex Plinii illo *navigantes* huc intruſum. Mox dele *quaedam*, & ſup. *in eo* redundare videtur. SCHOTT.

19. *Lino alii veſtiuntur, aut lanis*] Elegantior lectio: *Lino alii veſtiuntur, alii lanis.* PINTIAN.



20. *At*

um eſt. [20] At ubi ſenectus aut morbus inceſſit, procul à ceteris abeunt, mortemque in ſolitudine nihil anxii exſpectant. [21] Prudentiores & quibus ars ſtudiumque ſapientiae contingit, non exſpectant eam, ſed ingerendo ſemet ignibus, laeti & cum gloria arceſſunt. Urbium, quas incolunt (ſunt autem plurimae) [22] Nyſa eſt clariſſima & maxima: montium [23] Meros, Jovi ſacer.

20. *At ubi ſenectus aut morbus inceſſit*] Mariangelus: *Alii ubi ſenectus*. IDEM.

21. *Prudentiores eis, quibus ars ſtudiumque ſapientiae contingit*] Mirificas oportet eſſe rationes omnium, qui haec ita ſuſtinent edere, quum in nullo ſic invenerim ſcripto codice. Chiſianus praeferebat *prudentiores enim quibus*, ut nunc ex Voſſio diſcimus legi etiam in Arundeliano. In alio legebam *prudentiores ei quibus*, & ita Frater in Mediolan. Hic primus debebat eſſe ſtimulus non acquieſcendi huic commento ex cauſa vetuſtae lectionis. Praeterea quod nunc legitur, eſt & ipſum contra genium Melae, qui non ſolet talibus praemittere pronomen. Legendum enim, *Prudentiores & quibus ars ſtudiumque*. Itaque id ſequutus ſui, quum ſenilis illa *Appendicis* ſapientia non niſi effoetum Voſſium oſtentet. GRONOV.

22. *Nyſa*] Celebrata ob Dionyſum, ſive Liberum, ibi nutritum. OLIVAR.

*Nyſa eſt clariſſima*] Plures hoc nomine montes Baccho ſacrae: hinc Poëtis *Nyſaeus*. Graecis ferè duplici *ſſ*. *Nyſſa*. ut Ariano lib. v. Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως: ubi Alexandrum Nyſſam in deditionem acceptam, ſimul conditoris reverentia, ſimul religione tactum ab omni injuria, data opidanis ſalute, ſervaſſe. Idem & de Baccho Thebano, Aegyptio, & Indico, unusne idemque ſit lib. VIII. diſſerit, & Philoſtratus lib. III. Pauſanias *Boeoticis*, Diod. Siculus & Strabo XV. *Geogr.* Illud, quod pòſt non longè ſequitur, *famam hinc praecipuam habent*, *quòd*, ſuſpicor à gloſſa eſſe, quare uncis incluſi. SCHOTT.

23. *Meros Jovi ſacer*] Μηρὸς enim femur eſt, ex quo natum Bacchum fabulantur; ut è cerebro Minervam. Hinc & μηροτραφὴς Poëtis. Mons Ἠμωδῶν etiam appellatur Euſtathio in Περιηγητήν. Tzetzis in *varia Hiſt.* verſus ob elegantiam adſcribam:

Ἐγγὺς ὀρῶν τῶν Ἠμωδῶν, Ἰνδίας δὲ τὰ ὄρη,
Στῆλαί τινες ἑστήκασι, στῆλαι τοῦ Διονύσου,
Οὐ τοῦ Θηβαίου λέγω δὲ, καὶ Ζαβοσκοτίλου,
Ὥσπερ τινὲς νομίζουσι καὶ παλαιοὶ καὶ νέοι.
Τοῦ οἰνεργίας δ' εὑρετοῦ, φημὶ τοῦ Αἰγυπτίου,
Τοῦ Νῶε. καὶ Ὀσίριδος, Διονύσου Διονύσου.

Legendus Plinius lib. VI. cap. 21. & lib. VIII. cap. 39. IDEM.

24. *Fa-*

ter. [24] Famam hinc praecipuam habent; in illa genitum, in hujus ſpecu Liberum patrem arbitrantur esſe nutritum: unde Graecis auctoribus, ut femori Jovis inſitum dicerent, aut materia ingesſit, aut error. [25] Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, à Gange ad Colida (niſi ubi magis, quàm ubi habitetur, exaeſtuat) atrae gentes, & quodammodo Aethiopes. [26] A Colide ad Cudum

24. *Famam hinc praecip. habent, quòd*] Puto glosſema. IDEM.

25. *Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibothri*] Locus mendis creberrimus, & ordo verborum vitiatisſimus: quem, ſi velimus ſenſum aliquem commodum elicere, perinde ac putre & ruinoſum aedificium demoliendum habemus. Demoliamur igitur diis benè juvantibus: nam, ut ſubveniamus eximio Auctori jam propè animam agenti, committendum eſt aliquid vel Gyaris & carcere dignum. Lego igitur permutatis priùs verbis, deinde etiam caſtigatis ad hunc modum: *Oras tenent ab Iolide ad Indum Nyſaei, ab Indo ad Gangen Palibothri. A Gange magis, quàm ut habitetur, exaeſtuat.* Verbum illud *Nyſaei* tum *ae* diphthongo in penultima ſcribendum, auctore Stephano, ab urbe *Nyſa* Indicarum clarisſima, de qua & monte ejus *Mero*, ſtatim antè disſeruit; hoc enim melius quàm ut legatur *Niſi*, ut alii ſentiunt. Nec *Iolide* lego, ſed *Colide*. Eſt autem *Colis* promontorium ob immenſam altitudinem, alio nomine dictum *Aornos*; vel ut alii proferre malunt, *Aornis*, hoc eſt, avibus inacceſſum, cujus multi meminere, & inter alios Plinius in ſexto: apud quem tamen mendoſè pro *Coliacum*, *Coloicum* legitur. Inter hoc promontorium & Indum fluvium ſitam esſe urbem *Nyſam* praeter Geographos, Arrianus Hiſtoricus, & apud nos Curtius tradunt. Item *Palibothreni* lego, non *Palibothri*, ita gentile nomen formante Stephano. Ipſam autem urbem Arrianus ſemper cum *m* in ſecunda *Palimbothra* enunciat. Nec aliter in duobus vetuſtis codicibus, quos (ut dixi) domi habeo, invenitur. At Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, ſine *m* omnes cum *th* in ultima *Palibothra*. Hermolaus autem ſine adſpiratione ſcribit in ſexto *Palibotra*, contra Antiquorum omnium auctoritatem. PINTIAN. Fortè leg. *Oras tenent à Coliaco ad Gangem Palibotri, à Gange ad Indum Nysſaei, ubi magis quàm ut habitetur exaeſtuat*: ex Plin. lib. VI. cap. 19. Ptolemaeo & Solino cap. 55. ex quibus convincitur *Palibotri* retinendum, licet *Palibothreni* ſubſtituat Pintianus: cujus lectionem non damno, reponentis *Colide*, pro *Iolide*. SCHOTT.

26. *Ab Iollide ad Cudum rectà ſunt litora*] Scribo ut dixi, *A Colide*. De *Cudo* nihil comperi: Sed materiam nobis gravisſimus auctor Strabo ſubminiſtrat emendandi etiam hujus loci, *Coniacos* ſcribens populos esſe Indiae maximè Orientales, poſtremosque illius plagae. Quid ſi non *Cudum* ſed *Tabin* etſi duriuſcula correctione legendum eſt? Alioquin



mali

dum recta ſunt litora, [27] timidique populi, & marinis opibus affatim dites. [28] Tamus promontorium eſt, quod Taurus attollit: [29] Colit alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem verſi: [30] Ganges & Indus amnes. Ille multis fontibus [31] in Hemode Indiae monte conceptus, ſimul

malè cohaereret quod ſtatim ſequitur: *Tabis promontorium eſt quod Taurum attollit.* Nam videtur Pomponius repetere, quae antea dixerat, hoc eſt, *Tabin, Gangen, & Indum*, ut rurſus exponat pluribus, quae antea delibaverat tantùm. PINTIAN. Subſtitui pro *Iolide, Colide:* emendavi etiam in Plinii ſexto, *Coliacum* promontorium: cùm in omnibus excuſis exemplaribus permutatis litteris ſcriptum ſit *Colaicum.* Nunc addo confirmari hanc meam emendationem fide Apographi Toletani, in quo apertè *Coliacum* legas, non *Colaicum.* IDEM.

27. *Timidique populi & marinis opibus affatim dites*] Scribo, *nudique populi, ſed marinis opibus affatim dites.* & ita Aldus rectè. Dixit enim paullò ante: *ubi magis, quàm ut habitetur, exaeſtuat.* IDEM.

28. *Tamos promontorium eſt quod Taurus attollit*] Legendum, *Tabis promontorium eſt quod Taurum attollit:* ex ipſo Pomponio ſuprà, & Plinio in lib. VI. cap. 17. Nec *Tabis* finis eſt lateris ſeptentrionalis Aſiae, & *Tamos* orientalis: nam ſi quis rem exactiore cura expendat, inveniet Celticum Hiſpaniae promontorium initium eſſe lateris ſeptentrionalis totius terrae, & finem ejusdem lateris eſſe Scythicum promontorium. A quo rurſus incipit latus orientale, & finitur *Tabi* Promontorio. A Tabi verò excurrit latus meridianum usque ad promontorium *Heſperion Ceras:* à quo accipit initium latus occiduum & terminatur antedicto Hiſpaniae promontorio Celtico. Quatuor itaque ſunt promontoria totidem totius habitabilis anguli, *Celticum, Scythicum, Tabis, Heſperion Ceras;* quatuor latera ejusdem habitabilis includentia. IDEM. Oſtendi legendum eſſe *Tabis*, non *Tamos:* docui ex Plinio lib. VI. cap. 17. eſſe jugum incumbens mari, pudendo errore Solini, qui non perceptis Plinii verbis, neque adito Pomponio, *Tabin* nomen eſſe maris, non promontorii ſcribit. IDEM.

29. *Collis alterius partis angulus*] Scribo, *communis utriusque maris angulus.* IDEM. Hic vulg. lectionem libentius ſequor, tantùm *Colis*, pro *Collis*, ex ſuperioribus ſcribo. Et inf. *Poſt ubi aliquot ſe per magna flexibus ſcindit juga.* leg. conſicio. Torſit autem multos, quòd praeter morem ſuum Mela, qui praecipua primùm generatim, pòſt alia ſingulatim eodem ordine exſequitur: hic verò de Gange non unde coeperat, incipit, ſed deſinit. SCHOTT.

30. *Ganges in Haemo Mediae monte conceptus*] Scribendum vel in *Haemodo Indiae monte*, vel, ut Ptolemaeus, *in Imao Indiae monte conceptus.* Etenim *Imaus* & *Haemodus*, montes ibi ſunt omnibus. BARBARUS.

31. *In Haemodio Indiae monte*] *Emodum* montem ſive *Emodos* montes, nam utroque modo dicitur, nemo cum diphthongo ſcribit. Aſpirationem autem hoc nomen

ſimul unum alveum fecit, [32] fit omnium maximus, & alicubi latiùs, quando anguſtisſimè fluit, decem milia pasſuum patens, in ſeptem ora diſpergitur. [33] Indus ex monte Paropaniſo exortus, & alia quidem flumina admittit; ſed clarisſima, [34] Cophen, Aceſinem, Hydaspen: conceptamque pluribus alveis undam lato ſpatio trahit. Hinc penè Gangen magnitudine exaequat. [35] Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cinxit jugum

nomen invenio habere aliquando, aliquando non habere: quod & melius, ſi Graecos Grammaticos audimus. PINTIAN.

32. *Fit omnium maximus, & alicubi latius, quando anguſtisſimè fluit, decem milia pasſuum patens*] Lego non *decem milia*, ſed *octo millia pasſuum patens*, ex Plinio, Marciano, Solino. Praeterea cùm iidem Marcianus & Solinus Plinii asſidui asſeclae, & quae ſcripſerunt omnia à Plinio mutuati, neſcio an addàm impudenter, nulla Auctoris per quem profecerant mentione. Cum ergo Marcianus & Solinus maximam & minimam Gangis latitudinem notaverint, miretur quis, cur in Plinio in relatione Gangis fluviorum maximi, &, ut ita appellem, regis, nulla ſit mentio maximae ejus latitudinis, neque item in Pomponio, eodem in utrumque malo grasſante. Equidem ita cenſeo; Librariorum culpa omisſa eſſe verba, quibus maxima ejus fluvii latitudo explicaretur, idque tam in Plinio, quàm in Pomponio. Legendum igitur in Pomponio, ut reor, ſic: *quando latisſimè viginti millia pasſuum & alicubi latius, quando anguſtisſimè fluit octo millia:* ex Solino, ut dixi, & Marciano, & quod attinet ad anguſtisſimum fluxum etiam ex Plinio. Modicam latitudinem Strabo facit C. ſtadiorum, aſſerente id etiam Plinio. Profunditatem nusquam minorem XX. pasſuum uterque. Item *amnium maximus* libentius legerim, quam *omnium*. IDEM.

33. *Indus ex monte Garoparnaſo*] Scribendum, *Indus ex monte Paropamiſo*, ex Strabone, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

34. *Copem Agaſinem Hydaſpen*] Scribendnm non *Copem*, ſed *Cophen*, aut *Cophenen*, ſed & *Aceſinem* quoque, non *Agaſinem*, iisdem auctoribus. IDEM. *Cophen* in recto Arrianus in utraque compoſitione: *Cophes* Strabo & Plinius. PINTIAN. Legendum videtur *Cophenem*, ſeu *Cophena*. Nam dupliciter declinatur, aut *Cophen Cophenis*, aut *Cophes Cophetis*. Priorem inflexionem Arrianus in utraque compoſitione: poſteriorem Strabo, & Plinius ſecuti ſunt. IDEM.

35. *Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cinxit jugum, ingens iterum, rectus ſolidusque deſcendit*] Nunquam potui intelligere hunc locum; adeo vanisſimis diſtinctionum quisquiliis eùm torquent editores. Prout allego, ſic invenies in editione Sanctii, Stephanique ac Vosſii, quum Vadianus èdiderit *flexibus cinxit jugum, ingens iterum rectus ſolidusque.* Schottus, quem ſecuti Germani, *cingit jugum, ingens iterum, rectus, ſolidus*

jugum ingens, iterum rectus ſolidusque deſcendit: donec ad laevam dextramque ſe diducens, duobus oſtiis longè diſtantibus exeat. [36] Ad Tamum inſula eſt Chryſe, ad Gangen Argyre: [37] altera aurei ſoli (ita veteres tradidere) altera argentei: atque, ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo fabula eſt. Taprobane, aut grandis admodum inſula, aut prima [38] pars Orbis alterius Hipparcho dicitur: ſed quia habitatur, [39] nec quisquam circummeaſſe traditur, prope verum eſt. [40] Contra Indi oſtia,

*ſolidusque deſcendit.* Sed qualecunque illud, velim doceant me illi omnes, quare hic Indus dicatur ingens iterum? ubi. Pomponius ſtatuit eum minorem factum? Profectò nuſpiam: & licet diſcerpatur, ne ſic quidem ſtatuit eum diminutum. Verbum de eo nullum eſt. Dico prorſus τὸ *iterum* conjungi debere cum τοῖς *rectus ſolidusque;* at τὸ *ingens* cum praecedenti *jugum*, quod certè tale fuiſſe docent magni illi flexus. Itaque diſtinguo: *Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cinxit jugum ingens, iterum rectus ſolidusque deſcendit.* Sed & in duobus MSS. legitur *pòſt ubi ſaepe aliquot magnis.* Planè ut de Nilo lib. 1. cap. 9. *Cùm diu ſimplex ſaevusque deſcendit, circa Meroen latè patentem* (agnoſcis hîc magnos flexus & ingens jugum) *inſulam, in Aethiopiam diffunditur: ubi rurſus coit;* &c. Quis credat Voſſium in ſevera iſta aetate ſic potuiſſe nugari, ut rogaret [Quomodo Indus rectus ſolidusque poteſt deſcendere, ubi magnis flexibus cingit jugum ingens] quum planè videat ab me citari *cinxit*, hoc eſt, quum rurſus coiit. Ergo de ſe mentitur, ſe exiſtimaviſſe olim *cinxit*, non *cingit* legendum eſſe, eam tamen lectionem non admiſiſſe. Nonne editio Voſſiana, nonne *Obſervationes* teſtimonium contra eum dicunt, & docent ſanè admiſiſſe & ratiocinatum in eo fuiſſe? ſed immoriatur ineptiae ſuae GRONOV.

36. *Ad Tamum inſula eſt Chryſe*] Legendum ut monui *Tabin.* PINTIAN.

37. *Altera aurei ſoli*] Fabulae fidem non habet Plinius lib. VI. cap. 46. ex quo leg. ſuprà: *Ad Indum Argyre*, non, *ad Gangem.* SCHOTT.

38. *Pars orbis alterius Hyprachus dicitur*] Scribe *Hipparcho*, id eſt, ab Hipparcho. BARBARUS.

39. *Nec quisquam circum eam eſſe traditur*] Legendum *iſſe* non *eſſe:* hoc eſt, *circumiſſe, luſtraſſe.* Schema eſt Tmeſis. PINTIAN.

40. *Contra inde illa oſtia ſunt quae vocant Solis*] Locus etiam corruptiſſimus, & tantùm non deploratus. Caſtigo: *Contra Indi oſtia inſula eſt, quam vocant Solis,* ex Arriano hiſtorico in *Indica conſcriptione*, prodente hanc Solis inſulam, quam ipſe *Naſacalam* nominat, in ora Ichthyophagorum

oſtia, illa ſunt, quae vocant Solis, [41] adeò inhabitabilia, ut ingreſſos vis circumfuſi aëris exanimet confeſtim; [42] & [43] inter ipſa oſtia Patalene. Regio ob aeſtus intolerabilis: alicubi cul-

. . . . . . . . toribus

rum eſſe. Porrò idem Arrianus auctor eſt ſuper Ichthyophagos habitari interiora à Gedroſiis. Rurſus Ptolemaeus ſcribit Gedroſios ab Oriente terminari Indo amne. Ergo videtur colligi ex Arriano & Ptolemaeo & Pomponio contra Indi oſtia eſſe inſulam Solis. Meminit etiam hujus inſulae Plinius in ſexto his verbis: *Dein de Ichthyophagi tam longo tractu, ut viginti dierum ſpatio navigaverint. Inſula Solis, & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum non animal abſumitur incertis cauſis.* Accedit Plutarchi auctoritas in libro *de Montibus & Fluminibus*, *Indum* ſcribentis magno impetu decurrere in Ichthyophagorum terram. Ceterùm ut hac quoque parte juvemus ſtudioſos Plinianae lectionis, putamus antè dicta Plinii verba vitioſiſſima, ut reor, ſic eſſe reſtituenda: *& eadem cubile Nymphae Nereidis*, ex eodem Arriano in eadem *Indica hiſtoria*, narrante Nympham quandam Nereidem eam inſulam tenuiſſe: etſi ego pro comperto habeo Plinium verborum parciſſimum & ſuprà quàm dici poſſit brevem, non ſcripſiſſe *Nymphae Nereidis*, ſed *Neraidis* tantùm. Sic lib. x. *Nereidum falſa opinio*, & in eodem, *complures in litore apparere Nereidas*: & paullò pòſt, *Nereidas verò multas*: & lib. XXXVI. cap. 5. *Nereides ſupra Delphinos & Cete, & Hippocampos ſedentes.* Verbum ergo eſt adventitium *Nymphae*, & expoſitio illius *Nereidis.* Deinde procedente ulterius incuria & inſcitia ex *Nymphae Nereidis*, factum eſt *Nympharum rubens.* PINTIAN. Vulgati *inde illa.* Nos minori commutatione *Indi* reponendo locum in integrum reſtituimus. Pintianus audacius: *Contra Indi oſtia inſula eſt, quam vocant Solis, ideo inhabitabilis, quòd ingreſſos*, &c. SCHOTT.

41. *Adeò inhabitabilis, ut ingreſſos*, &c.] Lego, *ideo inhabitabilis quod ingreſſos*, &c. PINTIAN.

42. *Et inter ipſa oſtia rara tenet regio*] Scribendum puto: *At inter ipſa oſtia rara viret regio*, adſtipulante Arriano in *hiſtoria Indica.* IDEM.

43. *Inter ipſa oſtia Patalene regio*] Sic leg. videri monuit me Franc. Sanctius, cui aſſentior. Vulgati enim veteris ſcripturae veſtigia retinent, *rara tenet regio:* lege *Patalene regio.* Pintianus, *rara viret regio:* quod abjudico. Plinius enim Indum duas inſulas facere ſcribit *Praſianen* & *Patalen*, lib. VI. *Nat. Hiſt.* cap. 20. & Aethicus urbes Orientalis Oceani *Patalen*, & *Patalaten* nominat, & Dion. Afer de Indo flu.

Δισσὰ δέ οἱ στόματ' ἐστί· μέσην δ' ἐπιδέδρομε νῆσον,
Νῆσον τὴν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι Παταλήνην.
Κεῖνός τοι πεδίον ἀποτέμνεται ἔθνεα φωτῶν.

And. Papius noſter ſic vertebat:

*Atque ejus duplici circùm concluditur ore*
*Inſula, quam proprio Patalenen nomine dicunt;*

toribus egens, 44 inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipſa invia atque deſerta; humus cineri magis ſit quàm pulveri ſimilis; ideoque per eam rara & non grandia flumina emanant, 45 quorum Tuberonem & Aruſacen notisſima accepimus.

*Multaque praeterea diſtinguit ſecla virorum.*

Ubi ex Arriano Euſtathius: Δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς καὶ Δέλτα ποιεῖ, καὶ ἔστιν ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα παραπλήσιον. πόλις δὲ ἐν αὐτῇ ἀξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ὧν ἡ νῆσος Παταληνή. Meminit & Strabo lib. xv. ὁ δὲ Ἰνδὸς δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν μεσημβρινὴν ἐκπίπτει θάλατταν, ἐμπεριλαμβάνων τὴν Παταληνὴν καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. SCHOTT.

44. *Inde ad principia Rubri maris pertinent invia atque deſerta humus*] Legendum *pertinens*, non *pertinent*. PINTIAN.

45. *Quorum Tuberonem & Aruſacen notisſima accepimus*] Scribo, *Tonderon & Aroſapen*, ex Plinio lib. VI. cap. 23. tam ex ſcripta quàm Romana lectione. IDEM.

## CAP. VIII.

## MARE RUBRUM, AC UTERQUE HUJUS SINUS PERSICUS ET ARABICUS.

RUBRUM mare Graeci, 1 ſive quia ejus coloris eſt, ſive quia ibi Erythras regnavit, Ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant: proceloſum, aſperum mare, profundum, & magnorum animalium magis quàm cetera capax. Primò recedentes oras 2 aequabiliter impellit; & ut non intret inte-

1. *Sive quia ejus coloris eſt*] Legendus Strabo lib. XVI. extremo. SCHOTT.

2. *Aequabiliter*] Ita edidi nunc demum, quum praeter Gudiani Codicis auctoritatem fieret mihi fides ejus ab Mediolanenſi, etſi huc usque maluerint edere *aequaliter*,

interiùs, aliquantum patens ſinus arcuat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit; duosque iterum ſinus aperit. Perſicus vocatur dictis regionibus propior; Arabicus ulterior. Perſicus, quà mare accipit, utrinque rectis lateribus grande oſtium quaſi cervice complectitur: dein terris in omnem partem vaſtè & aequa portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor eſt, major aliquanto receſſus, & multo magis longa latera. Init penitus, introrſusque, dum Aegyptum penè & montem Arabiae Caſium attingat, quodam faſtigio minùs ac minùs latus, [3] & quo magis penetrat anguſtior. Ab his, quae diximus, ad ſinum Perſicum (niſi ubi Chelonophagi morantur) deſerta ſunt. [4] In ipſo Carmanii navigantium dextra poſiti, ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, praeter capita [5] toto corpore hirſuti. Interiora [6] Cedroſi, dehinc Perſae habitant. [7] Sabis per Carmanios, ſuprà [8] Andanis &

*liter.* GRONOV.

3. *Et quo magis penetrat anguſtior*] Legendum *penetratur*, non *penetrat:* ut in Hiſpania de ſinu Sucronenſi, *major hic & magno ſatis orè, pelagus accipiens, & quo magis penetratur anguſtior, Setabin & Duriam.* &c. PINTIAN.

4. *In ipſo Carmanii navigantium dextra poſiti*] Rectior lectio: *In ipſo navigantium Carmanii dextra poſiti.* Nam ſunt etiam *Carmanii* in illa ora, antequam intres ſinum Perſicum. IDEM.

5. *Toto corpore hirſuti*] *Hirti* malim, ut & infrà cap. 10. & Plinius lib. VI. cap. 31. & alibi ſaepe. SCHOTT.

6. *Gedroſi & Perſae*] Haec ſunt *Sophi*, & hae regiones vocantur *Turqueſtan.* OLIVAR.

7. *Sethis per Carmanios, ſupra Sandis & Coros effluunt*] Plinius oppidum Carmaniae *Zethin*, & (ut vetuſti codices habent) *Cethin* vocat. Ptolemaeus flumina haec, *Andanin & Corium* appellat, ut ad hunc modum ſcribi poſſit: *Cethis per Carmanos, ſupra Andanis & Corios effluunt.* BARBARUS. Plinius *Zetis* meminit oppidi *Carmaniae* & *Sabis* fluvii. Sed ſitne idem cum hoc Pomponii an diverſus, parum conſtat. Plinii vetus codex *Cheris* legit, non *Zetis*. & paullo ante. PINTIAN.

 8. *Andanis*

& Coros effluunt. In parte, quae pelagi oſtio adverſa eſt, Babyloniorum fines Chaldaeorumque ſunt, & duo clari amnes, Tigris Perſidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus eſt, ita deſcendens usque in litora permeat: Euphrates, immani ore aperto, non exit tantùm, unde oritur, ſed & vaſtè quoque decidit; [9] nec ſecat continuò agros, ſed latè diffuſus in ſtagna, diu ſedentibus aquis piger, & ſine alveo patulus, pòſt ubi marginem rupit, verè fluvius, acceptisque ripis celer & fremens, per Armenios & Cappadocas occidentem petit; ni Taurus obſtet, in Noſtra maria venturus. Inde ad meridiem avertitur, & primùm Syros, tunc Arabas ingresſus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modò & navigabilis, [10] inde tenuis rivus, deſpectus emoritur, & nusquam manifeſto exitu effluit,

8. *Andanis & Corios*] Ptolemaeus *Carios*, non *Corios*. Idem.

9. *Nec ſecat continuo agros, ſed latè diffuſus in ſtagna*] Adverſativa in MS. non exſtabat, imò nec eſt in editione Juntina, nec in MS. Mediolanenſi. Unde meritò reor eam non esſe Pomponii, cujus haec quoque elegantia eſt, ut aliorum Latinorum lib. III. cap. 8. *Nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt.* Hic locus ad rem facit, quod negat in *Appendice* Vosſius, tantùm, ut pateat, quam malint τὸ *ſed*, ubi vulgus ponit, elegantiores omittere, quod ignoravit miſer. Sed ſcilicet ibi occurrit *non tantum*, quod non eſt in noſtro loco, Habeat ergo, ubi illud non eſt, locum ex praeclara obſervatione Victorii ad Ciceronis *Epiſtolam ad Atticum* 15. lib. III. *ut cùm idem verbum crebrius ponatur, non offendat animum, etiam concinniorem orationem reddat.* Quod ſi & hic intermiſceri voculam *etiam* cauſabitur, eat tunc vel ad Martialem,

*——— ——— ——— aures*
*Non auditoris, judicis esſe puto:*

vel ad Statium,

*——— ſolis abjecit in arvis*
*Non regem dominumve; alienos impia partus.*

Quae collegerunt Paternae notae ad Livium lib. XXVIII. cap. 39. Vellem clarius monſtravisſet ambiguitatem & confuſionem, qua duplici dote totus conflatus fuit Iſaacus. Gronov.

10. *Inde tenuis rivus deſpectus emoritur*] Lego, *in pertenues rivos diſperſus emoritur*: posſet etiam legi *diſperſus*. Pintian.

11. *Ut*

effluit, [11] ut alii amnes, ſed deficit. Alterum latus ambit plaga, quae inter utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur, cognomen Eudaemon, anguſta, verùm cinnami & thuris aliorumque odorum maximè ferax. [12] Majorem Sabaei tenent partem, oſtio proximam & [13] Carmaniis [14] contrariam Macae. Frontem, quae inter oſtia oſtenditur, ſilvae cauteſque exaſperant. [15] Aliquot ſunt in medio inſulae ſitae: Ogyris, quòd in ea Erythrae regis monimentum eſt, magis clara quàm ceterae. [16] Alterum ſinum undique Arabes incingunt. Ab ea parte, quae introeuntibus dextra eſt, urbes ſunt, [17] Carra, [18] & Arabia,

11. *Ut alii amnes, ſed deficit*] Haec Pomponianae lectioni inſerta videntur, vel aſſuta potius. SCHOTT.

12. *Majorem Sabaei tenent partem. Oſtio proximam & Carmanis contrariam partem Macae, quae inter oſtia oſtenditur*] Scribendum arbitror, *Majorem Sabaei tenent partem. Oſtio proximam & Carmanis contrariam Macae, partem quae inter oſtia extenditur*, &c. PINTIAN.

13. *Carmaniis contrariam partem magnae*] Scribendum, *Carmanis contrariam partem Macae*: Plinius, Ptolemaeus, ceteri. Sunt & *Macae* in Libya. IDEM. *Mace* fortè ſcrib. ſine diphthongo. Hoc promontorium Carmaniae promontorio objacens *Harmozonta* Plinio eſt, & Ptolemaeo. *Mache* autem urbs Oceani Orientalis Aethico: *Mathae* verò gens Indiae, apud quos Erineſes oritur, teſte Arriano in *Periplo Indiae*. SCHOTT.

14. *Contrariam partem Macae*] Rectius, *Contrariam Macae frontem, quae inter oſtia extenditur*. IDEM.

15. *Aliquot ſunt in medio inſulae ſitae. Ogyris quod in eo* &c.] Videtur legendum: *Aliquot ſunt in eo inſulae, ſed Ogyris quod in ea*, &c. Hanc inſulam Strabo lib. XVI. *Tyrrhinem*; Arrianus in *Indica hiſtoria*, *Hoaracta* nominat. PINTIAN.

16. *Alterum ſignum undique Arabes incingunt*] Scribe, *ſinum*, non *ſignum*. BARBARUS.

*Alterum*, &c.] Caput ſinum nihil habet niſi Solis urbem, quam *Heliopolin* alii vocarunt, juxta ſinum Arabicum, ad quam venere filii Iſraël. OLIVAR.

17. *Cara, Arabia, Gandamus*] Stephanus *Carrae* Carrarum: *Ad mare*, inquit, *Rubrum ſunt Carrae*. *cognomines iis, quae ſunt in Meſopotamia, Craſſi nobiles interitu.* De *Arabia* emporio Ptolemaeus. Tertium loci nomen haud comperi. BARBARUS. Propoſito ſemper ob oculos Melae inſtituto exſequendi clariſſima quaeque, ſic lego: *Urbes ſunt Carna, Mariaba, & Agdamus.* Primam ex Strabone, cui eſt *Carna* magna Minaeorum urbs; meminit & Ptolemaeus: ſecundam ex eodem, me-

rabia, & Gadamus: in altera, [19] ab intimo angulo prima, Berenice, inter [20] Heroopoliticum & Strobilum: [21] deinde inter promontoria Μυὸς

ὅρμον

metropolin Sabaeorum, qui cùm ſint Arabum ditiſſimi, veriſimile eſt metropolin eorum à Pomponio celebratam eſſe: Tertiam ex Ptolemaeo. De *Mariaba* & Stephanus, in quo vitiosè ſcriptum eſt metropolin eſſe *Sabinorum*, pro *Sabaeorum*. Idem *Carnam*, *Carnanam* nominat, & à Sunio *Carnaniam* appellari ait. Poſſet etiam, & fortaſſe rectius, pro *Carrae* ſubſtitui *Gerra*. *Sabaei* enim & *Gerrhaei* omnium Arabum ditiſſimi ſunt, Straboni lib. XVI. Nec me fallit memorari à Ptolemaeo Arabiae emporium in Arabia Felici, & à Stephano Plinioque *Carrus* urbem, & Carraeorum latiſſimos & fertiliſſimos campos in eadem. ſed non ideo prioris ſententiae poenitet. PINTIAN.

18. *Et Arabia*] Non me fugit mutaſſe Fredenandum. Ego à vulgata non recedo. *Arabiam* enim & *Eudaemona*, Arabiae urbes ponit & Aethicus in *Coſmogr.* & Arrianus in *Periplo maris Rubri*. Quod ſequitur, *verùm inflexus, & non Rubri maris*, ferri fortaſſe poteſt: tametſi Pintianus alia interpunctione: *Extra ſinum (verùm inflexu etiamnum Rubri maris) pars*, &c. SCHOTT.

19. *Ab intimo angulo prima Beronice*] Ventum eſt ad locum longè omnium in univerſo opere laborioſiſſimum, maximis implicatum erroribus, ac pene dixerim Barathrum, & Chaos quoddam: neque enim ordo tantùm civitatum luxatus eſt, & depravata nomina; ſed, ut ſuſpicor, barbara inſuper aliquot vocabula intermiſta ſunt. Statui nihilominus vires experiri, etſi impares animo, & cum ſeptemcipiti Hydra congredi. Primùm igitur per partes quid de ſingulis ſentiam ſtrictim dicam; poſtea ſubjungam, quomodo in totum legendum mihi videatur. Igitur ubi poſita eſt urbs *Beronice*, poni *Arſinoe* debuit, & è contrario, auctoribus Ptolemaeo, & Plinio. Nam poſt *Heroopolin* ſtatim conſtituunt *Arſinoen*. Praeterea iidem Auctores, itemque Strabo & Stephanus, *Berenice* per *e* in ſecunda enunciant, non *Beronice*. PINTIAN.

20. *Hieropoliticum*] Scribo *Heroopoliticum*. Ita enim vocatur ſinus ab urbe, quam *Heroum oppidum* Plinius; Graeci *Heroopolin* vocant omnes. BARBARUS.

*Hieropolitium*] Minus corruptè legetur *ultra Heroopolin & Cambyſu* ex Plinio lib. VI. cap. 29. PINTIAN.

21. *Deinde inter promontorium Moronenon & Coloca Philoteris*] Scribo non tanto lectionis detrimento: *Deinde muris Hormos & ad Monoleum lacum Philoteris*, ex Ptolemaeo, qui poſt *Arſinoen* meridiem verſus collocat in hoc tractu Μυὸς ὅρμον, hoc eſt, *muris ſtationem*: quod nomen pro dimidio vertit Mela, quod fecit in *Aegos fluviis* urbe Thraciae, & Νότου κέρας promontorio Africam Aſiamque diſterminante, ut mox dicemus. Μυὸς ὅρμον in hoc tractu omnes celebrant, nec minus *Philoterida* urbem Satyri aedificium: nam Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Stephanus *Philoteram* appellant; Apollodorus referente Stephano *Philoterida*, quem ſecutus videtur Pomponius, de *Monoleo* vero lacu, ad quem

ſita

ὅρμον & [22] Coloba, Philoteris & Ptolemais: ultrá Arſinoē, & alia Berenice: tum ſilva quae hebenum odoresque generat, & manu factus amnis, ideoque referendus, quòd ex Nili alveoῦ [23] dioryge adductus. [24] Extra ſinum, [25] verùm in

ſita eſt *Philoteris*, Plinius in ſexto. Poſſet etiam legi non minus commodè: *Deinde inter promontorium Drepanon & Colobon Philoteris*, &c. ex Ptolemaeo, qui inter haec duo promontoria ſtatuit *Myos hormon*, *Phileteram*, *Berenicen*, & *Ptolemaidem Theron*. De *Colobis*, id eſt, *debilibus* ſeu *curtis*, ut Strabonis vertit Interpres, Strabo ipſe lib. XVI. Sed ampliemus judicium, creſcente ſubinde, ut in dubiis fieri ſolet, conjectura; conſideremusque, an neutro modo legendum ſit, ſed ſic potius: *Muris promontorium & Aenon antè dicta Philoteris*, ex Plinio lib. VI. cap. 29. ut quod Graeci ὅρμον dicunt, hoc eſt, *ſtationem*, Mela interpretatus ſit *promontorium*. Poteſt enim fieri, ut quod eſt *promontorium*, ſit aliquando etiam *ſtatio navium*. Legendus igitur in univerſum totus hic locus ad hunc maximè modum: *In altero ab intimo angulo ultra Heroopolin & Cambyſu prima Arſinoe. Deinde Muris Hormos, & ad Menoleum lacum Philoteris, & Ptolemais, & Berenice, & alia Berenice. Tum ſalva*, &c. ex citatis auctoribus. Sed ut retineamus morem noſtrum ſubveniendi pro tenuitate noſtra clariſſimo auctori Plinio, innumeris adhuc plagis diſcerpto; ſciendum *Ptolemaidem* urbem paulò antè dictam, appellatam eſſe cognomento, Ἐπιθήρας, hoc eſt, *ad venatus*; in Plinio autem vitioſè legi Ἐπιθήλας, ex caſtigatione Hermolai. Nam quis, obſecro tam Opicus & Graecè amuſos, qui θήραν neſciat Graecè ſignificare *venatum*, potiùs quàm θηλὴν. Denique & Plinii vetus codex Ἐπιθήρας habet, & à Ptolemaeo *Ptolemais* θηρῶν, hoc eſt, *venationum* nominatur, & à Strabone XVI. πρὸς θήραν, id eſt, *ad venationem*. Et in eodem libro, *Sunt*, inquit, *plures* θῆραι, id eſt, *venationes*. Non omittendum antequam ad reliqua transeamus, Strabonem contra ceteros, poſt *Heroopolin* conſtituere *Philoteram*; deinde *Arſinoen*. Ptolemaeus enim & Plinius priùs *Arſinoen*, deinde *Philoteram*. PINTIAN.

22. *Collaca Philopteris & Phiomalis*] Scribendum *Colaca*, ut ſit *Colax* Colacis promontorii ejus nomen. Item *Philoteris*, & *Ptolemais*, ex Plinio, Ptolemaeo, Stephano: ut in Plinio monſtravimus. BARBARUS.

23. *Diorige*] Scribendum eſt *dioryge*. Vox ea & Graeca eſt, & familiaris Straboni, foſſas & alveos manufactos ſignificans. IDEM. Scribo *dioryche* non *dioryge*. *Diorychos* enim inflectitur, non *Diorygos*, ex omnibus, gregatim tam antiquis, quàm recentioribus Grammaticis. Sic etiam Herodotus in *Polymnia* & aliis libris: Sic Thucydides in primo: Sic Strabo in undecimo: Sic omnes. Sicubi verò apud ipſum Strabonem, aliumve Auctorem aliter ſcriptum invenitur, perperam ſcriptum eſt. Ut non parum inceſſendus ſit Hermolaus vir Grae-

cè

in flexu tamen, etiam non modico, Rubri maris, pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt: partem [26] Panchaei habitant, [27] hi quos ex facto, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos vocant. Fuere interius [28] Pygmaei, minutum genus, & quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando deficit. Sunt multa volucrum, multa ſerpentium genera; de ſerpentibus memorandi maximè, [29] quos parvos admodum, & veneni praeſentis, certo anni tempore ex limo concretarum paludium emergere, [30] in magno examine volantes Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium, ab avibus, quas Ibidas appellant, adverſo agmine

tè ac Latinè juxtà doctus, qui in quarto *Plinianarum Caſtigationum*, *dioryge* legit in Pomponio, contra praecepta Graeci ſermonis & uſum Auctorum. PINTIAN.

24. *Extra ſinum verum inſt xus & non Rubri maris*] Caſtigo, *Extra ſinum, verum inflexu etiamnum Rubri maris.* IDEM.

25. *Veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri*] MSS. duo, *verum in flexu tamen etiamnum modico Rubri.* Quod voluit etiam Editio Juntina, *Verum in flexum tamen*, nec quidquam ibi mutat Mediolanenſis. GRONOV

26. *Candaei habitant: Si quos*] Ad Pintiani conjecturam autem legi poſſet concinnius, *Candaei habitant: quos Ophiophagos vocant.* Et mox pro conjunctione *& veneni*, adverſativam malim *ſed.* SCHOTT.

27. *Ii quos ex facto quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos appellant*] Lego, *Hos, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos appellant;* reliqua ſuperfluunt. Eadem brevitate uſus eſt Plinius in ſexto, ubi de *Ophiophagis* loquitur. PINTIAN.

28. *Pygmaei minutum genus*] De his Ariſtot. II. *de gener. Animal.* & VIII. *de Natura anim.* cap. 12. Plinius ſaepius. Homer. *Iliad γ.* initio, & Solinus cap. 16. *Unde*, inquit, *Gerania Thraciae Pygmaeos à gruibus pulſos.* Agell. lib. IX. cap. 4. *Noct. Attic.* Dicti à nomine πυγμῆ, *cubito.* D. Hieron in 27. cap. *Ezech.* bellatores, & ad pugnam promtiſſimum exponit. Ad utrumque Juvenalis reſpexit *Sat.* XIII.

*Pygmaeus parvus currit bellator in armis.*

De Ibide avi Herod. *Euterpe*, Ariſt. Plinius, denique Philoſophi & Hiſtorici omnes. SCHOTT.

29. *Quos parvos admodum & veneni praeſentis*] Melius, *ſed veneni praeſentis.* PINTIAN.

30. *In magno examine volantes Aegyptum tendere*] Lego inverſo praepoſitionis loco, *magno examine volantes in Aegyptum tendere.* IDEM.

31. *Pug-*

agmine excipi [31] pugnaque confici traditum eſt: de volucribus praecipuè referenda [32] Phoenix, ſemper unica; non enim coitu concipitur, partuve generatur: ſed ubi quingentorum annorum aevo perpetua duravit, ſuper exaggeratam variis odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat, ſolvi-

tur-

31. *Pugnaque confici* ] Aldus *pugnas*. Scribo *pugnantes*. SCHOTT.

32. *Phoenix* ] De hac avi quoque Plinius lib. x. cap. 2. Solinus cap. 36. & Aur. Victor noſter in *Hiſt. Auguſta*, & Corn. Tacitus v. *Annali* ſub Claudio, anno V. C. octingenteſimo Phoenicen viſum refert. Quòd verò ex ſe ipſa renaſcatur, Reſurrectionis, quam piè Chriſtiani credimus, ſignum viſum eſt Orthodoxis Eccleſiae Patribus: ut eandem ſemini & grano in terra putrefacto D. Paullus contendit 1. *Corinth.* cap. 15. Loca non pigebit indicare, ſi quis fortè requirat, ut aliis inveſtigandi laborem taediumque adimam. D. Clemens *Conſtitut. Apoſtolic.* lib. v. cap. 8. Ambroſius lib. *de fide Reſurrect.* Euſebius in *Vita Conſtantini.* Cyrillus *Catecheſi* XVIII. Greg. Nazianz. Lactantius & Claudianus in *Carmin.* Nos etiam pro ineuntis anni felici auſpicio carmine olim luſimus ad Caſp. Cardillum Villalpandeum Philoſophum & Theologum inſignem, Compluti artiſſima familiaritate conjunctum, in librum, quem *de Animae Immortalitate*, pro Ariſtotele (quem Athei quidam, & impii, animam una cum corpore morte damnaſſe, falſò affirmant) conſcripſit:

*Qualis & Eois Phoenix quae viſitur oris.*
*Unica ſemper avis: quà divitis oſtia Nili*
*Foecundantis agros labuntur Solis, ad urbem,*
*Atque Arabum felix regio quà ſpirat odorem,*
*Exſtruit haec nidum beneolentis termite amomi:*
*Agglomerat caſiam, nardos, & tura Sabaea.*
*Quingentis plureis ubi viderit ordine meſſes*
*Phoebus; jam ſenil, & vitae pertaeſa prioris*
*Certa mori, medium Solem contra adſpicit, alas*
*Verberat, attritu ſcintillam excudit, & ignis*
*Emicat: hinc flammam pyra jam liquefacta recepit.*
*Aeſtuat ipſe ſoli genius, Sol, aethera, & air.*
*Fit rogus ipſa ſibi, & condit de more ſepulcrum.*
*Nec mora, cernere erit, dictu mirabile monſtrum:*
*De cinere ipſa ſuo (ſic fama) renaſcitur ales.*
*Jam melior, ſenio procul, aevique integra ſurgit,*
*Remigio alarum pennis vaga nubila tranat.*
*Geſtit ovans curſu terras luſtrare jacentes.*
*Talis quum poſito revireſcit tergore ſerpens*
*Exuvias linquens, annis dum effoeta ſenectus.*
*Non aliter quum mors animo ſeduxerit artus*, &c.

turque: deinde [33] prutreſcentium membrorum tabe concreſcens, ipſa ſe concipit, atque ex ſe rurſus enaſcitur: cùm adolevit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbe, quam Solis appellant, fragrantibus archio buſtis inferens, memorando funere conſe-

33. *Putreſcentium membrorum tabe*] Legendum opinor *tabo*. Ex tabe enim nihil concreſcit, nec tabes eſt putreſcentium membrorum. Id verum. Et tamen reſiſtit Voſſius, quia, ait, nusquam invenias ex putreſcentibus membris naſci tabum, paſſim verò invenias putridam tabem. Quid ergo eſt apud divinum vatem in fine tertii *Georg.*

—— *dilapſa cadavera tabo.*

nunc alibi,

—— *membra fluentia tabo.*

nunc,

—— *ſanie taboque fluenteis.*

& apud Silium

*&* —— *manantia corpora tabo.*

An dilapſa ac fluentia ac manantia notant quid aliud quàm putreſcentia? Quid aliud voluit Tacitus lib. II. *Hiſt.* 70. *Trunci artus, putres virorum equorumque formae, infecta tabo humus?* Unde confirmatur ejus locus lib. III. *Hiſt.* 35. *noxia tabo humus.* Ita codices melioris notae, quibus aſſurgere debet recens ille Agricolae, unde producitur *tabe*. Sidonius Apollin. lib. VIII. *Epiſt.* II. *Terra tabo madefacta continuo.* Pergit Voſſius: [Nusquam quoque reperies ex tabo ſeu atro cruore naſci phoenicem, ſed vel ex ſanie alba vel ex cinere oſſium permixto medullis] An ſanies utique eſt alba, & tabum atrum? Cur igitur junxit Virgilius VIII. *Aeneid.*

*Ora virum triſti pendebant pallida tabo.*

Cur junxit Lucanus lib. VI.

*Stillantis tabi ſaniem.*

hoc eſt, atrum ex ſententia Voſſii & album? An hinc venit ſanies alba? De phoenice quid ait Clemens? nempe σηπομένης τῆς σαρκὸς, tum ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου. Cur junxerat Lucilius, *Latere penderes ſaxa. ſpargens tabo, ſanie & ſanguine atro.* Nec ibi ſiſtit: ſed ait. [Nec dicit Mela phoenicem ex tabe concreſcere, ſed ſolvi tabe putreſcentium membrorum, &c. Si pravam Librarii tollas diſtinctionem, omnia clara erunt: *ſibi ipſa incubat, ſolviturque deinde putreſcentium membrorum tabe: concreſcens ipſa ſe concipit*, &c.] An crediderat tale acumen hinc proditurum. Primò nuſpiam ſic Mela τὸ *deinde* in iſta ſerie ponit; ſemper à principio. Deinde unde concreſcit? Suppoſuit enim ultimam corruptionem & putrefactionem, ſuppoſuit quoque diſſolutionem. Immò concreſcit ex eo, in quod membra putrefacta abie-

ſecrat. 34 Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, à Cerauniis ſaltibus invium eſt.

abierunt. Id voca prout libet. De eadem re agunt ad Taciti lib. II. *Annal.* cap. 69. GRONOV.

34. *Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, à Cerauniis ſaltibus invium eſt.*] Locus ex numero eorum, qui inſigniter in hoc Opere corrupti ſunt. Nam quid oro *Ceraunis* Epiri montibus; aut Cerauniis illis, quos dixit primo libro in Caſpium pelagus obverſos, cum mari Rubro? Reſtituitur autem, ni fallor, ſi legatur hoc modo: *Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, Ceras Auſtri Aſiae ultimum eſt.* Par enim erat, cùm Aſiae terminum in mediterraneo Nilum ſtatuiſſet, idem in ora facere, ne diſtinctio disterminatioque duarum orbis, & quidem majorum partium remaneret imperfecta, caecaque. Quae res nonnullos movit ut nollent Aſiae & Africae terminum Nilum facere, ſed ſinum *Arabicum* & iſthmum *Peluſii*, ex quibus eſt celeberrimus Auctor Strabo primo Γεωγραφουμένων. Cujus verba quod attinet ad *Auſtri Ceras*, ut ipſe appellat, materiam ſuggeſſerunt huic meae caſtigationi. Ea ſunt ex lib. XVI. *Poſtea Elephas mons in mare expoſitus, & foſſa & Pſygmu portus ingens, & Cynocephalorum aquatio, & Notu Ceras ultimum hujus orae promontorium. Cùm verò ad Meridiem deflexit, negat ſe ulterius portum aut aliorum locorum deſcriptionem habere, quòd incognita ſint.* Haec Strabo. Cujus Interpres promontorii nomen Latinè vertens *Auſtri cornu* reddidit; non rectè. Meminit ejus promontorii & Ptolemaeus, ultimum penè illius orae & ipſe faciens: cujus etiam Interpres non feliciùs quàm ille Strabonis *Noti cornu* tranſtulit. Praeterea ultimum Aſiae promontorium eſſe *Notu* ſive *Auſtri Ceras* planum faciunt Pomponii verba, quae protinus ſequuntur; Nam proximos ipſi promontorio facit Aethiopas Meroën habitantes: Meroë autem Nili inſula eſt: Nilus Aſiae terminus eſt. Item mirandum non eſt, Melam praepoſtero ordine nominaſſe *Ceras Auſtri*, cùm Strabo, Ptolemaeus, Hanno, *Auſtri* ſive *Notu Ceras* nominent. Fecit hoc & in urbe Thraciae, quam ipſe *flumen Aegos* nominavit, cùm ceteri omnes *Aegos fluvios* appellent verſo dictionum ordine. Niſi fortè hoc etiam inter cetera depravatum eſt, & pro *Auſtri* ſive *Notu Ceras*, quod Mela ſcriptum reliquit, praepoſterè poſitis verbis *Ceras Auſtri* Librarii ſcripſerint. PINTIAN.

## CAP. IX.

# AETHIOPIA.

[1] Aethiopes ultrà ſedent, [2] Meroën [3] habent, terram quam Nilus [4] primo ambitu amplexus inſulam facit: [5] pars, quia vitae ſpatium dimidio ferè quàm nos longiùs agunt, Macrobii; pars, [6] quia ex Aegypto advenere, dicti Automoloe: pulchri forma, [7] aequi corporis, [8] parumque venerati opes, veluti optimarum alias virtutum. In illis mos eſt, cui potisſi-

1. *Aethiopes ultrà ſedent. Moeroëni habent terram quam Nilus,* &c.] Scribendum reor: *Aethiopes ultra ſunt Meroën habitantes, quam Nilus.* Mam à *Meroë* gentile nomen *Meroites* ſit, non *Moeroënus*, Stephano, & Straboni. PINTIAN.

2. *Meroëni habent*] Minori audacia ex *Meroëni*, *Meroën* mutavi. Vulgata lectio aliter proba eſt: immò eleganter *habere*, pro *habitare*: quo Mela, Salluſt. & quis non? uſus eſt. SCHOTT.

3. *Habent terram*] Dele *terram*, & *habent*, pro *habitant*, venuſtè. Alii tentant, *qui Meroën habent quam Nilus*, &c. Naevius in *Tarentilla* apud Fl. Cariſium lib. II. Gramm. *Ubi iſti duo adoleſcentes habent, qui hic antè parta patria peregre prodigunt?* IDEM.

4. *Primo ambitu*] Nam alios facit Nilus in Tachempſo, Elephantide, & Delta. OLIVAR.

5. *Pars quia vitae ſpatium*] Perturbata haec omnia. Fortè leg. alio ordine verbis in ſuum, unde exciderunt, locum tralatis, ex Herodoto *Euterpe* & *Thalia*: *Pars quia ex Aegypto advenere dicti Automoloe: pars quia vitae ſpatium dimidio ferè quam nos longius agunt, Macrobii: pulcri forma, proceri corporis*, &c. SCHOTT.

6. *Quia ex Aegypto advenere dicti Automolae*] Scribo per *oe* diphthongon in fine *Automoloe* ex Herodoto, & Stephano. PINTIAN.

7. *Aequi corpori*] Fortè leg. *proceri corporis*: vel, *pulcri forma corporis, aequi.* Aequitatem enim juſtitiamque tribuit *Polyhiſtor* Solini cap. 33. Vel ſic, *pulcri forma, aequo corpore.* Eruditus Lector arbitrabitur. SCHOTT.

8. *Parumque veneratiores veluti optimarum alii virtutum*] Hunc etiam locum peſſimè à Librariis, Correctoribusve, aut utrisque habitum, ſi non reſtitui, ſaltem in meliorem ſtatum redigi posſe cenſeo, ſic ſcriptum: *Eorumque veneratione mollitus Aethiopum aliorum victus.* Habeo hujus caſtigationis auctorem Herodotum in *Euterpe*, tradentem adventu horum Automolorum factos esſe Aethiopas meliores, ac manſuetiores;

potiſſimum pareant, 9 ſpecie ac viribus legere. 10 Apud hos plus auri quàm aeris eſt: ideo quod minus eſt, pretioſius cenſent. Aere exornantur, auro vincula fontium fabricant. Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus; 11 & quia ut libet veſci volentibus licet, 12 ἡλίου τράπεζαν appellant; & quae paſſim appoſita ſunt, affirmant innaſci ſubinde divinitus. Eſt lacus, quo perfuſa corpora quaſi uncta pernitent: bibitur idem; adeò eſt liquidus, & ad ſuſtinenda quae incidunt, aut immittuntur, infirmus, 13 ut folia etiam proximis deciſa frondibus, non innatantia ferat, ſed peſſum & penitus accipiat. Sunt & ſaeviſſimae ferae omni colore varii Lycaones, & quales accepimus, Sphinges. Sunt 14 mirae aves

cor-

tes: imbutos moribus & diſciplinis Aegyptiorum. PINTIAN.

9. *Specie ac viribus legere* ] Dignitas enim formae in viris ad parendum invitat Virgil. IX. *Aeneid.*

*Gratior eſt pulcro veniens de corpore virtus.*

Et Euripides; *Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος*, apud Porphyrium *de quinq. vocibus*, & Stobaeum *Serm. de Pulcritudine.* Archidamum regem quòd exiguam duxiſſet uxorem, à Lacedaemoniis multatem auctor Plutarch. *περὶ παίδων ἀγωγῆς*, & Athenaeus lib. XIII. *Δειπνοσοφιστῶν*. SCHOTT.

10. *Apud hos plus auri quàm Perſis eſt* ] Caſtigo: *Apud hos plus auri quàm aeris eſt*, ex Herodoto, & his quae protinus ſequuntur. PINTIAN.

11. *Et quia ut libet veſci volentibus licet* ] Lego, *& quibuslibet veſci volentibus licet.* Nam inepta erat ratio, ob id vocari *menſam Solis* quod volentibus veſci liceret: non enim ea ratione ſic dicta eſt, ſed quia, ut protinus ſubdit, ea quae paſſim apponerentur, videri vellent naſci ſubinde divinitus: quod ab Herodoto, ut pleraque omnia, deſumtum. Proinde quod ſequitur, *Et quae paſſim appoſita ſunt*, rectius legeretur, *quod quae paſſim appoſita.* IDEM.

12. Ἡλίου τράπεζαν ] Solis menſam. OLIVAR.

13. *Ut folia etiam proximis deciſa frondibus* ] Legendum exiſtimo, *ut folia etiam proximis decidua montibus*: poſſet etiam legi *decuſſa.* PINTIAN.

*Ut folia etiam* ] Si Herodotum expreſſit, ſcripſit Mela, *ut ligna etiam aut lignis deciſa non innatantia ferat, ſed peſſum*, &c. De *Sphingibus* Diod. Sicul. lib. IV. & Plin. VIII. cap. 21. SCHOTT.

16. *Mirae aves cornutae Tragopanes* ] Valde jactata fuit in edi-



tio-

[15] cornutae [16] Tragopanes, [17] & equinis auribus

tionibus vox ultima. *Tragopomenes* olim lectum. Hermolaus citat *Tragopomenes*. & vel hoc retinet, vel ex Plinio reponit *Tragopanades*, nulla addita cauſa. Pintianus *Tragopogones*, reſpiciens Ptolemaei gallinas barbatas, quas nunc ne ſomniavit quidem Mela. Turnebus, Schottus & Salmaſius *Tragopanes*, & non modò his ſe comitem dare potuit Voſſius, ſed etiam conatur probare. Dicit *Tragopanes* dictos ut Αἰγίπανες, & Ἑρμόπανες. Quid ergo? an haec quoque monſtra ex avium genere ſunt? Non ſane, (niſi forſan Voſſius viderit, aut illis quoque ut hircis cornutis addat alas) non magis quàm Tertullianei *Cynopanes*, quos ait fuiſſe canes cornutos, non volucres. Quid ergo contumelioſius, quàm impingere Melae vocabulum tale, quod ad ſententiam ejus plane accommodari non poteſt? Ut enim per *Cynopanes* non niſi cornuti canes, ſic per *Tragopanes* non niſi cornuti hirci intelligi poſſunt, quales ſunt omnes ejus generis, nec tanquam monſtra annotari vel poſſunt vel merentur; etiam certè in eo vocabulo nihil de aliis exprimitur: & tam boni ſunt tragopanes, quam *cynopeinae*, quas ita explodit ipſe in alio, vel maximè explodendus. Ne quaeram, an *Tragopanes* & *Aegipanes* non potuerint conjungi ab Mela. In MS. legi *tragopomenes*, nec aliter in Mediolanenſi vidit Frater. Ut habeas aves cornutas, lege ex tanta haeſitatione *tragopaones*. At Voſſius ait me affirmare ſine haeſitatione ſic legendum eſſe: quod vides multum diſcedere ab eo quod ſcripſi; quo nihil aliud niſi offam petulco iſti Cynico objeci, ſatis gnarus cum impetu involaturum. Sed etiam addit, rogitans, ſi hircis cornutis accedant alae, an non etiam fiant aves. Ita Victoriam, Cupidinem & Deos Gentilium, quibus alàs frequenter addebant, Voſſius cenſuit eſſe aves? Quod ſi Voſſio adderentur alae, quid tandem monſtri fieret? Avis quidem ſine dubio. *Tragopaones* agitat apud ſe, utrùm haberet pro Graeco an Graeco Latinum diceret? Quid ſi dixero Alexandrinum? quid ſi Macedonicum? Utique nuper docebas me, res novas vocabulis novis & inuſitatis efferri ſolitas. Immo ut ſcias, Lector, hac me pila irritare voluiſſe furorem μανέντος Voſſii; ego planè cenſeo & cenſui alia omnia ab MS. ſignificari: in quibus quum ſit *Tragapomenes* apparet ſimile id compoſitum eſſe illis Τραγέλαφος, Τραγάκανθα, ubi vocalem, quae ſequitur litteras τραγ. patet non eſſe appendicem harum litterarum, ſed primam partem ſequentium. Ita hoc vocabulum compoſitum ſtatuo fuiſſe ex τραγ & απομενης, quodcunque avium (aves enim denotari debent his litteris, ut in compoſita voce appareant aves cornutae) genus ſub illa corrupta voce lateat. Quam ad rem ut te adjuvem, nec quid ſuſpicer celem, vide an ex vicinia litterarum non fuerit Τραγατταγῆνες, *Tragattagenes*. Ἀτταγῆνα nullus non eorum, qui operam iſtam ſumſerunt, vel apud antiquos vel noſtros Interpretes tibi explicabit. GRONOV.

15. *Cornutae Tragapomenes equinis auribus*] Scribendum aut hic *Tragopanades*, ex Plinio lib. x. ubi hanc ipſam deſcribit avem, aut

bus Pegaſi. [18] Ceterum oras ad eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit. Vaſta omnia, vaſtis praeciſa montibus, ripae potiùs ſunt quàm litora. Inde ingens & ſine cultoribus tractus. [19] Dubium aliquandiu fuit, esſetne ultrà Pelagus; [20] caperetne Terra circuitum, [21] an exhauſto

aut lectio Pliniana corrigenda, *Tragopomenes.* Verbum autem, *equinis auribus*, jungendum cum ſequenti, hoc modo, *Et equinis auribus Pegaſi.* Plinius, *Pegaſi equino*, inquit, *capite volucres.* Barbarus.

16. *Tragopomenee*] Plinius in decimo *Tragoponades*: Solinus *Tragopae.* Fortè ſcribendum non *Tragopomenes*, ſed *Tragopones*, hoc eſt, praeter cornua, hircinam etiam barbam habentes. Nam Ptolemaeus in India, *Hic*, inquit, *ferunt esſe gallinas barbatas*: & Plinius inter aquilarum genera, *barbatas* etiam enumerat. Pintian.

*Tragopomenes, equinis auribus & Pegaſi*] Malè. Plinius enim lib. x. cap. 49. *Pegaſos equino capite volucres, & gryphas aurita aduncitate roſtri fabuloſos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia*, Ubi adverte *hos* referre antecedens remotius, contra Gram. praecepta: ſup. enim gryphos in Scythia collocat Pomponius lib. ii. cap. 1. *Tragopomenes* verò mihi de mendo ſuſpecta vox, & *Tragopanes* levi commutatione tentabam: aliter atque Pintianus *Tragopogones.* Solinus *Tragopas* cap. 33. vocat, & ibid. Plinius *Tragopanadem*; minus, quàm Mela, corrupte uterque: unde fort. veram lectionem erit eruere. Cum enim *Pan* Deus cornutus ſit, ut Antiquitas credidit; ab eo avi cornutae nomen tributum conjicere licet. Quare in Plinio *Tragopana* legit doctisſ. Turnebus lib. vi. *Advers.* cap. 19. prono ſanè errore ex bis repetita voce *de*; aut priori dictioni addita. Sic igitur legit: *Equidem & Tragopana, de qua* (vulg. *Trago panadem de qua*) *plures affirmant majorem aquila, cornua in temporibus curvata habentem ferruginei coloris, tantùm capite phoenicio.* Idem mox *rupes*, pro *ripae* reponit. Non ſequor. Mela enim in Antitheſi ludit. Schott.

17. *Et equinis auribus Pegaſi*] Plinius, & Solinus, *equinis capitibus.* Pintian.

18. *Ceterùm oras ad eurum ſequentibus*] Legendum videtur, *corum*, non *eurum.* Monſtrat enim oram Africae porrectam ab oriente in occidentem. Flat autem corus ab occaſu ſolſtitiali inter favonium & ſeptentrionem, Graecè 'Αργέστης, Plinio in ſecundo, & Vitruvio in primo. Fefellit haec menda Plinii doryphoros Solinum, & Marcianum. Emendationi noſtrae favent verba Plinii lib. vi. cap. 29. *A Moſelite*, inquit, *promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba, praeter Mauritanias ſuas Gadeis usque navigandum coro.* Idem.

19. *Dubium aliquando fuit*] Nunc tota illa regio eſt explorata. Olivar.

20. *Caperetne terra circuitum, an exhauſta fructu ſine ſine Africa ſe extenderet*] Lego, *an exuſta: aeſtu ſine ſine Africa ſe extenderet*; ut ſuprà de ſinu Caſpio: *Idem ne Oceanus an tellus infeſta frigoribus, ſine ambitu ac ſine ſine projecta*,

 &c,

hauſto fluctu ſine fine ſe Africa extenderet; [22] verùm & ſi [23] Hanno Carthaginienſis exploratum miſſus à ſuis, cùm per Oceani oſtium exiſſet, magnam partem ejus circumvectus, [24] non ſe mari [25] ſed commeatu defeciſſe memoratu retulerat: & Eudoxus quidam avorum noſtrorum temporibus, [26] cùm Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico ſinu egreſſus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usque pervectus eſt; ideo ejus orae notae ſunt aliquâ.

Sunt

&c. PINTIAN.

21. *An exhauſta fructu*] Pint. *an exuſta aeſtu*: Turnebus verò, *an inexhauſto tractu*: quòd in vet. exempl. repperiſſet, *an inexhauſta fructu*. Idem mox, *verum & Hanno legit*, non pro adverbio *verùm*: & τὸ *memoratum*, quod in vulgatis legitur, delet: pro quo Franc. Sanctius *commentario* reponebat; fortè quòd Plinius lib. II. cap. 67. navigationem eam in litteras miſiſſe Hannonem ſcribat. Ego à vulgata lect. ne latum quidem unguem diſcedendum cenſeo: nec enim abhorret ab hoc dicendi genere Mela, pro *memorandum*, vel *memoria dignum*: quod quivis in ejus lectione non admodum hoſpes facile, vel me tacente, jam obſervavit. Plinii verba quia hinc tralata ob oculos ponam, ut conferri inter ſe queant: *Anno Karthaginis potentia florente, circumvectus à Gadibus ad finem Arabiae, navigationem eam prodidit ſcripto: ſicut ad extra noſcenda miſſus eòdem tempore Himilco. Praeterea Nepos Corn. auctor eſt Eudoxum quendam ſua aetate, cùm Lathyrum Regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades usque pervectum: multoque ante eum Caelius Antipater, vidiſſe ſe qui navigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam commercii gratia.* Haec ille. Vide ſuprà cap. 5. extremo. SCHOTT.

22. *Verum etſi Hanno Carthaginenſis*] Particula *ſi* redundat: & *Anno* ſine adſpiratione cum duobus *n* ſcribunt Graeci. PINTIAN.

23. *Hanno exploratum miſſus*] Qui hic *commentario*, pro *memoratum* reponunt, Plinii ſe auctoritate tueri poſſunt lib. V. cap. I. *Fuere & Hannonis Carthaginenſis ducis Commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare Africae ambitum juſſi: quem ſecuti plerique è Graecis noſtriſque ad alia quaedam fabuloſa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec veſtigium exſtat.* SCHOTT.

24. *Non ſe mari*] Malo, *non ſe mare, ſed commeatum defeciſſe retulerat.* Sup. paullo *etſi* expungo. IDEM.

25. *Sed commeatu defeciſſe memoratum retulerat*] Verbum *memoratum*, ocioſum mihi videtur; vel lege ſi placet, *memoratur retuliſſe.* Ipſe Auctor paulò pòſt, *Hoc Hanno retulit.* PINTIAN.

26. *Cùm Jachanum regem Alexandriae*] Scribo *Lathurum*, ſive *Lathyrum*, ex Plinio, Strabone, ceteris, qui de hoc ipſo *Eudoxo* & rege tradunt haec. BARBARUS.

27. *Alii*

Sunt autem trans ea, quae modò deſerta diximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus eſt; alii ſine ſono linguae; alii ſine linguis; [27] alii labris etiam cohaerentibus, niſi quòd [28] ſub naribus etiam fiſtula eſt, [29] per quam bibere avenis, &, cùm inceſſit libido veſcendi, grana ſingula frugum paſſim naſcentium abſorbere dicuntur. Sunt quibus ante adventum Eudoxi [30] adeò ignotus ignis fuit, adeóque viſus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, & ardentia ſinu abdere, donec noceret, maximè libuerit. Super eos grandis litoris flexus grandem Inſulam includit, in qua tantùm feminas eſſe narrant, toto corpore hirſutas, & ſine coitu marium ſua ſponte fecundas; adeò aſperis efferisque moribus, [31] ut quaedam contineri ne reluctentur vix vinculis poſſint. Hoc Hanno retulit, & quia detracta occiſis coria pertulerat, fides habita eſt. Ultra hunc ſinum mons altus [32] (ut Graeci vocant) [33] Θεῶν ὄχημα perpetuis

27. *Alii labris etiam cohaerentibus, niſi quòd ſub naribus etiam fiſtula eſt*] Dictionum ordinem vitiatum eſſe puto, ſcribendumque: *Alii labiis etiam cohaerentibus, naribus etiam, niſi quòd ſubeſt fiſtula*, ex Plinio, & Solino. PINTIAN.

28. *Sub naribus etiam fiſtula*] *Eis* malim quàm *etiam*. Et mox *per quam bibere avenis, & cùm inceſſit libido*. SCHOTT.

29. *Per quam bibere avent, ſed cùm inceſſit libido veſcendi, grana ſingula frugum paſſim naſcentium abſorbere dicuntur.*] Locus eſt mutilatus; Lego, *per quam bibere avenae calamis, & cùm inceſſit libido veſcendi grana ſingula frugis ejus paſſim naſcentis abſorbere dicuntur*, ut *bibere* ſit modi infiniti, ex Plinio, & Solino. PINTIAN.

30. *Adeò igrotus ignis*] Gemina de Satyro & Prometheo narrat Plutarchus lib. *de Utilitate ex inimicis capienda*. SCHOTT.

31. *Ut quaedam contineri ne reluctentur vix vinculis poſſint*] Cur quaedam poterant, quaedam non poterant, ſi omnes erant aſperis efferisque moribus, ut paulo antè dixit? Rectior ergo lectio, *ut captae contineri*, &c. PINTIAN.

32. *Ut Graeci vocant Theon*] Addi poteſt, *Ochema*, ut legas, *Theon Ochema*, hoc eſt, deorum vehiculum, ex Plinio. Strabone, ceteris, id eſt, Θεῶν ὄχημα. BARBARUS.

33. Θεῶν ὄχημα] Deorum vehiculum. OLIVAR.

 34. *Lon-*

tuis ignibus flagrat. Ultra montem viret Collis [34] longo tractu longis litoribus obductus, unde viſuntur patentes magis campi, quàm ut perſpici posſint, Panum Satyrorumque. [35] Hinc opinio cauſae fidem cepit, quòd cùm in his nihil culti ſit, nullae habitantium ſedes, nulla veſtigia, ſolitudo in diem vaſta, & ſilentium vaſtius, nocte crebri ignes micant, & veluti caſtra latè jacentia oſtenduntur, crepant cymbala & tympana, audiunturque tibiae ſonantes majus humanis. Tunc rurſus Aethiopes, nec jam dites ut hi, quos diximus, nec ita corporibus ſimiles, ſed minores incultique ſunt, [36] & nomine Ἑσπερίων. [37] In horum finibus [38] fons eſt, quem Nili esſe aliquâ credibile eſt. [39] Nuchul ab incolis dicitur; & videri poteſt non alio nomine appel-

34. *Longo tractu longis litoribus*] Emendatius, ut puto, *longo tractu longi litoris*. PINTIAN.

35. *Hinc opinio ea fidem cepit*] Permutato ordine melius, *Opinio ea hinc fidem cepit*. Idem.

36. *Et nomine Heſperio*] Scribo *Heſperii*. Nihil *Hesperiis Aethiopibus* apud cunctos Geographos notius. IDEM.

37. *In horum finibus fons eſt*] Ut in fine Aethiopum Occidentalium. OLIVAR.

38. *Fons*] Nunc l*Nigra*, palus & fluvius inde procedens, *Niger* fluvius à Luſitanis dictus: hunc eundem fontem nos in Charta noſtra Africani Nili fontem fecimus, ſequuti non modò Melam, ſed eos, qui noſtro ſeculo regionem illam viderunt. Luſitani primi ex noſtris, per fluvium Aſenagam & fluvium Gambre vecti, illuc venerunt, & cùm ſciſcitarentur ex eis, qui ad mercatum *Hudeni* venirent, de progresſu fluvii, reſponderunt Arabes, hunc eundem Nilum esſe. IDEM.

39. *Nuchul ab incolis dicitur*] Hermolaus in *Plinianis Caſtigationibus* lib. v. *Nuluch* in Pomponio legit, non *Nuchul*. PINTIAN.

*Nuluch ab incolis*] *Nigrin* videtur Plin. appellare lib. v. cap. 9. & lib. VIII. cap. 21. ubi de *Catoblepis*. In Aethico, à quo Paullus Oroſius lib. I. omnia eſt mutuatus, *Nuchul* ſcribitur, transpoſitis litteris. Vulgatam lect. libenter ſequor, cum alii Scriptores auctoritatis pondere nutare non cogunt. Minus etiam à Nili nomine corruptum *Nuluch* à Barbaris, quàm *Nuchul*: ſed baec arbitrarii juris ſunto: non enim ex his pendent fortunae Graeciae, ut ille ait. *Melo* verò vett. Latinis dicebatur: auctor Feſtus & Servius in I. *Aen.* ut *Atlas*, etiam *Telamo*. *Melas* Euſtathio, & Plutarcho *de fluminibus*. Hinc Statio

appellari, ſed à barbaro ore corruptus. [40] Alit papyrum & minora quidem, ejusdem tamen generis animalia. [41] Aliis amnibus in Oceanum vergentibus, ſolus in mediam regionem & ad orientem abit: & quonam exeat, incertum eſt. Inde colligitur, Nilum hoc fonte conceptum, actum-

tio Papinio, & Ovidio *binominis fluvius* dicitur; ni fortè propter *Aſtuſapen*, & *Aſtaboram*: de qua ad lib. I. cap. 9. dicere memini. SCHOTT.

40. *Alit & flumen & minora quidem ejusmodi tamen generis animalia*] Aldus & brevius & minus corruptè, *Alter purum & minora*, &c. Scribendum reor, *Aluntur minora quidem*, &c. PINTIAN. Lego, *alit & fl. minora*. Vel, *aluntur plura & minora quidem*. Aliter paullò Freden. Pintianus. SCHOTT.

*Alit & flumen*] Immenſum temere adminiſtratus locus, ſi quis Vadianum aut Pintianaea inſpexerit. Summa tamen eſt in MSS. plerisque legi *aliter pyrum*, vel *aliter pyrkum*, quorum hoc exſtare in Chiſiano ſcimus, quum Juntina exhiberet *purum*. Henr. Stephanus tamen teſtari potuit pro voce illa *flumen* ſe legisſe in vet. *papyrum*. Itaque Vosſius quoque ex citatis modò lectionibus ſcriptis ait legendum videri *alit papyrum*: ſed tamen diſcedit ad rariſſimam vocem obtendens ſanè optimos & antiquisſimos codices. Quid dicemus? Quare autem ex *aliter pyrum* videtur legendum *alit papyrum*? an *papyrus* vox fuit ignota Librariis, ut eam corruperint? an facilis eſt corruptela *τῶν er* in *pa*? Mihi id nequaquam videtur; & poſthac ſpero aliis quoque. Certè enim adhuc firmi ſumus, ex ſcriptura, quae in tot ſcriptis codicibus inventa eſt, corrigendum eſſe, *alit & ſcirpum*. Hae litterae prorſus illuc dirigunt, tantùm tranſpoſitae, ut in hoc ſcripto ſaepius accidit. Adeantur modo, quae eximii Viri, Druſius & Grotius collegerunt ad *Geneſeos* cap. XLI. 2. & *hiſtoriam Jobi* cap. VIII. 11. in quorum fauſta citatione finimus. Ut pateat nihil ab Vosſio in hac *Appendice* actum eſſe, niſi ut oſtenderet ſe à capite ad calcem φλυαρεῖν, vel maximè hac notula docemur. Illic enim ei vocatur *hic Mauritaniae fons*. An Mela agit de fonte Mauritaniae? Planè ſic agunt mente commoti. Utique quum *ſcirpum* reſtitui, ſubintellexi quoque ejusdem generis, & qualis circa Nilum oriebatur, non circa alios fluvios & quidem Europae. Quid dixisſet ad haec verba Plinii lib. VII. *Hiſt. Nat.* 56. ſcribentis naves eſſe *in Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine*. An hic aliunde illuc fuit invectus? Sed ita ſolebat Vosſius quaerere συνδιαλεγόμενος καὶ ἀκάνθας καὶ λαβὰς τῇ συνουσίᾳ. Nunc vero quum deſierit μωραίνειν, etiam nos illi commeatum hinc damus, gratiam facientes maledicae clauſulae, qua fruantur Vosſiocolaces. GRONOV.

41. *Aliis omnibus in Oceanum vergentibus*] Videtur deeſſe conjunctio, *que*, legendumque cum majore littera, *Aliisque omnibus in Oceanum vergentibus*. Poteſt etiam legi *amnibus*, non *omnibus*: ſicque habent Aldi exemplaria. Vitruvii verba lib. VIII. quoniam

[42] actumque aliquandiu per invia, & ideo ignotum, [43] iterum ſe, ubi [44] ad Eoa posſit, oſtendere: ceterùm ſpatio, quo abſconditur, effici, ut hic aliò cedere, ille aliunde videatur exſurgere. Catoblepas, non grandis fera, [45] verùm grande & praegrave caput aegrè ſuſtinens, atque ob id in terram plurimùm ore converſa, apud hos gignitur: ob vim ſingularem magis etiam referenda, quòd cùm impetu morſuque nihil unquam ſaeviat, oculos ejus vidisſe mortiferum. [46] Contra eosdem ſunt inſulae [47] Gorgades, domus ( ut ajunt ) aliquando Gorgonum. Ipſae terrae

niam mirè cum his Pomponii congruunt, ſubjeci: *Ex Mauritania autem caput Nili fluere ex eo maximè cognoſcitur, quod ex altera parte montis Atlantis ſunt alia capita item profluentia ad occidentis Oceanum: ibiquè naſcuntur ichneumones, crocodili, & aliae ſimiles beſtiarum, piſciumque naturae, praeter Hippopotamos.* Et paulo antè: *Deinde ex lacu Heptabolo ſub montes deſertos ſubterfluens per meridiana loca manat & influit in paludem quae appellatur Coloë.* Pintian.

42. *Actum aliquandiu per invia* ] A Garamantibus usque ad montes Lunae. Olivar.

43. *Iterum ſe ubi ad eoa proceſſerit* ] Aldus: *iterum ſe ubi ad ea posſit*, fortè, *iterum ſe ubi adiri posſit.* Quid Pintianus reponat in promtu eſt. Fortè *ad Eoam ceſſerit*, vel *ad Aurotam cesſerit*: nam hoc verbo pòſt paullò utitur. Schott.

44. *Ubi ad eoa*] Id eſt, ad montes Lunae verſus orientem. Olivar.

45. *Verum grave & pergrande caput* ] Lego, *verùm praegrave caput*: reliqua ſuperfluunt ex Plinio, & Solino. Pintian.

46. *Contra eosdem ſunt inſulae Gorgones* ] Mariangelus *Gorgades* magis probat, cui ut ſubſcribam ſunt cauſae, quod in Plinio ſcripto totiens citato *Gorgades* legitur, & in Pomponio antè Correctores, *Dorcades* ſcriptum erat verò, propius. Marcianus *Gorgones* nominat, ſed error eſt, ut puto, Librarii, non Auctoris. Idem.

47. *Dorcades domus, ut ajunt, aliquando Gorgonum* ] Plinius lib. vi. *Gorgonés*, inquit, *inſulas narrantur, Gorgonum quondam domus.* Barbarus.

48. *Cui Heſperu ceras nomen eſt*] Scribendum videtur, *cui Heſperion ceras nomen eſt*, ex Plinio, Solino, Marciano, Philoſtrato in *Vita Apollonii.* *Sunt*, inquit Marcianus, *Gorgones inſulae adverſae promontorio quod vocatur Heſperion ceras.* Ptolemaeus *Heſperiu ceras* appellat, ut ſubintelligatur *ſinus* nam *Heſperius ſinus* eſt etiam Ptolemaeo. Ceterùm in Pomponio nihil mutandum cenſeo, quia Plinius in quinto, promontorium hoc *Heſperu* etiam nominat, etſi in Plinianis exemplaribus tam ſcriptis, quàm impresſis *Heſperum* falſò legatur, & Hanno in *Periplo*, magnum ſinum Heſ-

terrae promontorio, [48] cui [49] Ἑσπέρου Κέρας nomen eſt, finiuntur.

*Heſperu ceras* vocat, ſicuti & alterum *Notu ceras*, cujus Ptolemaeus, ut ſuper. cap. dixi, meminit. PINTIAN.

49. Ἑσπέρου κέρας] Id eſt, Heſperi cornu. OLIVAR.

## CAP. X.

# ATLANTICUM MARE AC HUIC ADSITA AETHIOPIAE AC MAURITANIAE PARS.

[1] INDE incipit [2] frons illa, quae in occidentem vergens mari Atlantico alluitur. Prima ejus [3] Aethiopes tenent, media nulli; nam aut exuſta ſunt, arenis obducta, aut infeſta ſerpentibus. Exuſtis inſulae appoſitae ſunt, quas Heſperidas tenuiſſe memoratur. [4] In arenis [5] mons eſt Atlas, [6] denſè conſurgens, verùm inciſis undique rupibus praeceps, invius, &, quò

1. *Inde*] Id eſt, à capite quod *Verde* Luſitani vocant. OLIVAR.

2. *Frons*] Africae usque ad Ampeluſiam, id eſt, Caput Canteri. IDEM.

3. *Aethiopes*] Pars regni Nigritarum. IDEM.

4. *In arenis mons eſt*] Atlantem intelligit, dictum vulgo *Majuſte*. IDEM.

*In arenis mons eſt ſatis*. &c.] Scribendum puto, *in arenis mons eſt Atlas*. Nam omni ratione caret, Melam, cùm aliis montibus non ita celebribus nomina reddiderit, innominatum reliquiſſe montem totius Occidentis clariſſimum, fabulis memorandum, quique Oceano occidentali nomen dederit, denique ab omnibus decantatiſſimum. De Atlante autem loqui hic Melam evidentius eſt, quàm ut monſtrari egeat. PINTIAN.

5. *Mons Atlas*] Leg. Auguſtinus lib. XVIII. *de Civitate Dei*, cap. 8. & Vitruvius lib. VI. cap. 10. SCHOTT.

6. *De ſe conſurgens*] Scribo, *denſe conſurgens*, ſicque habent Aldi exemplaria. Confirmat hanc lectionem Herodotus, qui Atlantem denſum eſſe preſſumque, hoc eſt, ſuccinctum & minimè in lacinias, ramentave diffuſum ſcribit. PINTIAN.

Satis

quò magis ſurgit, exilior: qui quòd altiùs quàm conſpici poteſt, usque in nubila erigitur, caelum & ſidera non tangere modò vertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt. Contrà [7] Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis, & ſubinde aliis ſuper aliis innaſcentibus nihil ſollicitos alunt, beatiùs [8] quàm aliae urbes excultae: una ſingulari duorum fontium ingenio maximè inſignis: alterum qui guſtavere riſu ſolvuntur in mortem; ita affectis remedium eſt ex altero bibere. Ab eo tractu, quem ferae infeſtant, proximi ſunt [9] Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos ſerpere potiùs quàm ingredi referunt: deinde




[10] Pharuſii, aliquando tendente ad Heſperidas Hercule

*Satis de ſe*] Fort. *ſpatioſe*. Pintianus, *ſatis denſe*. Non improbo. SCHOTT.

7. *Fortunatae*] Nunc dictae *Canariae*. OLIVAR.

*Fortunatae inſulae*] Straboni lib. III. ex Hom. in Mauritaniae finibus; & Gadibus oppoſitae. SCHOTT.

8. *Quum aliae*] Rectius *alios*. Et mox, *inflexis lenti cruribus*, libentius legerim, ſi per S. P. Q. litterarum liceat. IDEM.

9. *Synaptodes inflexi lentis cruribus*] Scribendum *Himantopodes*, ex Plinio, Solino, ceteris, qui eos à *loro* vocant *Loripedes*, id enim ἱμὰς ſignificat: ob id adjecit Pomponius, *lentis cruribus*, quaſi loreis diceret: nam & genus avium ex eodem argumento ita nominatur Plinio. BARBARUS.

*Himantopodes*] Quaſi loripedes. De his Plin. lib. V. cap. 8. SCHOTTUS.

10. *Pharuſii*] Nunc *Aſenagi*. OLI-

Hercule [11] dites; nunc inculti, & niſi quòd pecore aluntur, admodum inopes. [12] Hinc jam laetiores agri amoenique ſaltus ebeno, terebintho & ebore abundant. [13] Nigritarum Gaetulorumque paſſim vagantium ne litora quidem infecunda ſunt, purpura & murice efficaciſſimis ad tingendum; [14] & ubique quae tinxere clariſſima. Reliqua eſt ora [15] Mauritaniae exterior, & in finem

OLIVAR.

11. *Dites, nunc inculti*] Fuit cùm *cremites* leg. pro *dites* putarem, & ex compendiis litterarum natum mendum: quod Plinius v. cap. 7. Solinus cap. 34. & Marcianus Capella Pharuſios Herculis ad Heſperidas tendentis comites faciant. Atqui itineris taedio ſi hìc in Libya reſederunt, quomodo ſubito dites? Niſi fortè Mela alios Auctores ſecutus eſt: quare nihil immuto: mox enim *inopes* opponit. Pòſt paullò *terebintho arbore* germana lectio, quod quivis non praefractus facile dabit: reliquae enim voces nihili. SCHOTT.

12. *Hinc jam laetiores agri amoenique ſaltus. Terotae & Berini ebore abundant*] Turpis etiam haec eſt. & impudens verborum depravatio. Nemo enim è toto Geographorum Hiſtoricorumve coetu Auctorem dabit, qui referat non modò populos *Terotas* & *Berinos*, ſed ne tenuem quidem illorum ſimilitudinem aut veſtigium aliquod. Quapropter ſic corrigendum cenſeo: *Hinc jam laetiores amoenique ſaltus Terebintho arbore abundant.* Nam praeter Syriam & alia loca, in quibus naſcitur *Terebinthus* arbor, naſci etiam in Africa Dioſcorides auctor eſt lib. 1. Item amoenam eſſe arborem, nec frondiperdam idem Dioſcorides prodit. Plinius quoque inter arbores enumerat quae montes amant, quibusque folia nunquam decidant: quae qualitas praecipua eſt amoenitatis arborum cauſa. PINTIAN.

13. *Nigritarum*] Lata eſt regio Nigritarum à fluvio Aſenaga usque ad Aequinoctialem, totum illum tractum poſſident: ab occidente, terminantur oſtio Aſenagae fluvii; à meridie, parte Oceani, quae eſt inter oſtium Aſenagae usque ad Caput Sancti Joannis; ab oriente, tractu fluvii Nigri, à Garamantibus usque ad Aequinoctialem; à ſeptentrione, ejusdem fluvii tractu: à Nigra palude usque ad vallem Garamanticam, ut ex noſtra Charta Africana facilè cuivis manifeſtum erit. Haec regio nunc diviſa eſt in regnum Mellis, & regnum Guineae: pars fertilis, ea videlicet, quae eſt à fluvio Aſenaga usque ad Caput Manti: ſed ab hoc Capite usque ad Caput Sancti Joannis arida & ſterilis. OLIVAR.

14. *Et ubique quae tinxere clariſſima*] Haec verba puto falſò eſſe adjecta: tum quod non videantur neceſſaria, quia ſtatim antè dixit, *efficaciſſimis ad tingendum*; tum etiam quod Plinius lib. ix. cap. 36. ubi Getulicae purpurae meminit, non tribuit ei hanc palmam. PINTIAN.

*Et ubique quae tinxere*] Fortè, *ubi quaeque tetigere clariſſima*, absque conjunctione, &. SCHOTT.

15. *Mauritaniae*] Exterioris, quae olim dicta eſt Tingitana, nunc diviſa in provinciam Tanger regnum Fez, & provinciam Marruecos

finem ſui faſtigantis ſe Africae noviſſimus angu-lus; iisdem opibus, ſed minùs dives. Ceterùm ſolo etiam ditior [16] & adeo [17] fertilis eſt, ut frugum genera non cùm ſerantur modò beni-gniſſimè procreet, [18] ſed quaedam [19] profundat etiam non ſata. Hîc Antaeus regnaſſe dicitur, [20] & [21] (ſignum quod fabulae clarum prorſus) oſtenditur collis modicus reſupini hominis ima-gine jacentis, illius, ut incolae ferunt, tumu-lus: [22] unde ubi aliqua pars eruta eſt, ſolent im-bres ſpargi, [23] &, donec effoſſa repleantur, eve-niunt. Hominum pars ſilvas frequentant, mi-nùs, quàm quos modò diximus, vagi: pars in urbibus agunt; quarum, ut inter parvas, opu-lentiſſimae habentur, [24] procul à mari Gilda, Volu-

rueeos: quanquam ſunt qui ad-dant provinciam Aſaphi, ubi eſt Aſamor. Olivar.

16. *Et adeo fertilis etiam* ] Ver-bum *etiam* redundat, praeceſſit enim mox antè, *ceterùm ſolo etiam ditior.* Pintian.

17. *Fertilis etiam* ] Lego com-mutato ordine, *adeo fertilis, ut frugum etiam genera,* &c. Mox, *profundat ex ſe nata,* malim: ſup. enim *ſua ſponte genita* vocat. Schott.

18. *Sed quaedam profundat etiam nata* ] Scribo, *ſed quaedam profun-dat ſponte nata:* ut non multò an-tè: *Contrà Fortunatae inſulae abundant ſponte ſua genitis.* Pin-tian.

19. *Profundat ſponte nata* ] De his, ni fallor, Salluſtius lib. v. *Hiſtor.* quantum ex reliquis frag-mentis tanquam naufragii tabu-lis ab amiciſſ. Lud. Carrione J. C. collectis intelligere licet, ci-tante: *Cujus duas inſulas propin-quas inter ſe, & x. ſtadium procul à Gadibus ſitas, conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gigne-re.* Vide ſup. cap. 6. de inſulis, quae juxta *Caſſiteridas.* Schott.

20. *Et ſignum quod fabulae cla-rum prorſus oſtenditur* ] Aut ver-bum *quod* ſuperfluum eſt, aut le-gendum *quoddam.* Pintian.

21. *Signum quod fabulae* ] Pro-vocabulum *quod* abundat: aut *quondam* ſcriptum Mela reliquit. Schott.

22. *Unde ubi aliqua* ] Portenti ſimile. Legendus Strabo lib. ult. *Geographiae,* Plutarch. in *Sertorio,* & Jo. Goropius Becanus, vir do-ctiſſ. lib. 11. *Originum Antuerpi-enſium,* de Gigantomachia: quod opus, licet aemulos aliquot re-pererit, plures tamen admirato-res habet, qui utiliſſimum prae-dicant. Idem.

23. *Et donec effoſſa repleantur eveniunt* ] Melius *deveniunt,* ut de Imera Siciliae fluvio: *alio ore in Libycum, alio in Thuſcum devenit.* Pintian.

24. *Procul à mari* ] Conſtat nunc Babam, hoc eſt, Fez, eſſe mediterraneam & opulentiſſimam. Haec & alia, quorum meminit Pom-

Volubilis, Priſciana: propius autem Sala [25] & [26] Lixo flumini Lynxo proxima. Ultrà eſt [27] colonia & fluvius Zilia, & unde initium fecimus,

Pomponius, in Charta noſtra Africana aperta ſunt; ad quam mittimus Geographiae ſtudioſum. OLIVAR.

*Procul à mari Gildano, Dulbritania*] Scribendum fortaſſe *Silda*, *Volubilis*, *Priſciana*. ex Ptolemaeo & Plinio. PINTIAN.

25. *Et Lyxo flumini Lunxo proxima*] *Lynxo* civitas in recto & cum *y* in prima nominatur Artemidoro, referente Stephano; *Lynx* ipſi Stephano eſt etiam cum *y*, à Barbaris Strabone auctore appellata *Tinga*. Artemidoro, eodem teſte, *Linga* dicitur. Eratoſtheni *Lexon* cum *e* longo, modò Strabonis exemplar non ſit vitioſum. Plinio *Lixos* nominatur & urbs, & fluvius tam ſcriptae, quàm impreſſae lectionis. Romana etiam exemplaria non aliter legunt. A Ptolemaeo *Lix* appellatur fluvius, civitas autem *Lixa*. IDEM.

26. *Lixio flumini Juno proxima*] Scribendum, *Lyxo flumini Junxo proxima*, id eſt, Λύγξῳ. ut lib. v. Plinii docui. BARBARUS.

27. *Colonia & fluvius Gna*] Legendum, *Colonia & fluvius Zilia*, evidentiſſimè ex Plinio lib. v. Ptolemaeo quarto, & Strabone ultimo. Plinius *Zili* vocat, Strabo *Zeline* longo, Ptolemaeus *Zilium*. Plinii vetus exemplar *Zulil* habet; Romana impreſſio *Zubil*. Habetur tamen fluvius *Agna*, ſed procul ab hoc tractu à Ptolemaeo redditus, & à Caſtigatoribus tum corruptus, tum imprudenter huc tralatus. Ceterùm antequam finis opuſculo imponeretur; admonere Lectorem libuit, in eo quod lib. II, in *Italia* dixi pro *Faneſtris colonia* legi poſſe, *Fanum Fortunae* ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, ſic eam nominantibus: magisque ex Analogia fieri à *fano Fanenſis* quàm *Faneſtris*, addubitare me nunc an prior lectio mutanda ſit. Tum quod eodem jure quo à *campus campeſtris* & multa hujusmodi, eodem & à *fano* deduci poſſit *faneſtris*, & *fanenſis*, magis eſſe gentile nomen, quàm poſſeſſivum videatur. Tum etiam quod Plinius in tertio *Fanum* coloniam eſſe tradat, & *coloniae Juliae Faneſtris* mentio habeatur à Vitruvio lib. v. Itaque rem in medium relinquo. Haec ſunt, humaniſſime Lector, quae mihi homini duplici profeſſione, & aliis occupationibus, tum publicis, tum domeſticis diſtento, digna viſa ſunt, quae in Pomponium, ejusdem mecum nationis Scriptorem, annotarem. Non tantum mihi aſſumo, ut putem Auctorem, praeter ceteros, qui ad tempora noſtra deſcenderunt, miſerabiliter :depravatum, priſtino ſtatui repoſuiſſe: Nec enim opus undique abſolutum, & ut dici ſolet, ſartum tectum promitto. Erunt procul dubio non pauca, quae nos ſubterfugerint: ea viri doctrinis excellentes, quorum, ubi ſtudia liberalium diſciplinarum ſunt in honore, magnus eſt hac tempeſtate proventus, in lucem eruent. Ego in poſtremo terrarum orbe propè dixerim relegatus, omnibus litterarum praeſidiis deſtitutus, ocio ad ſcribendum, copia emendatorum codicum, conſuetudine vel mediocriter doctorum. ſpe omni aut emolumenti aut honoris. aut obſcurae ſaltem grati animi ſignificationis; multis inſuper ſolicitudinibus & anxietatibus vexatus, quae mihi ab invidis, ingratis, perfidis,

mus, [28] Ampeluſia in Noſtrum jam fretum vergens promontorium, Operis hujus atque Atlantici litoris terminus.

dis. & ſceleratiſſimis hominibus conflatae ſunt; quod tamen inter tot difficultates mediocri diligentia, ingenio, lectione, conſequi potui, ad communem ſtudioſorum utilitatem in medium protuli. Idque quàm paucisſimis verbis fieri potuit. Ne (quod plerique omnes Auctorum expoſitores libenter factitare ſolent) ego quoque in Pomponium (brevisſimum alioqui Scriptorem) longas conderem Iliadas. Jam vero genus orationis ad haec musſitanda placuit neglectum, humile, ac planè ruſticanum, ad vulgarem, popularemque ſenſum accommodatum ficos, ficos, & ſcapham, ut Comicus ait, ſcapham vocans: Vel pro materia, *Ornari* enim *res ipſa negat, contenta doceri*; vel quòd non ut gloriam aliquam aucuparer, ſuſceptus eſt à me hic labor; ſed eo duntaxat animo, ut quod patriae, pietati officium deberem, quoquo posſem modo disſolverem. Quamobrem ſi quam mihi laudem ex emisſis operibus comparari poſſe ſperem, aliunde quaeſita ſi contigerit, non erit ingrata: ex praeſenti Commentariolo nullam mihi depoſco,

*Sed veniam pro laude peto, laudatus abundè,*
*Non faſtiditus ſi tibi, Lector, ero.*

PINTIAN.

28. *Ampeluſia in noſtrum jam fretum vergens promontorium, Operis hujus atque Atlantici litoris terminus.*] Convenientior, & Auctoris elegantiae & Operis calci lectio, permutatis ultimis verbis a *Atlantici litoris, atque Operis hujus terminus.* IDEM.

JOAN-

# JOANNIS OLIVARII

## DEFINITIONES ALIQUOT GEOGRAPHICAE.

Urbs & oppidum aedificia continent; } ex Nonio Marcello.
Civitas verò cives;
Fluvius, quòd fluat.

Amnis, quòd ambiendo fluat; ex Varrone.

Fretum, anguſtum eſt mare inter duas terras.

Isthmos, arcta terra inter duo maria.

Promontorium, à prominendo, pars montis, quae mari prominet.

Chersonesus lingua communi, & cherronesus lingua Laconica, terra eſt ferè inſula: Latini vocant peninsulam.

Insula, eſt terra aquis circumdata.

Continens, terra eſt alteri ita continua, ut inde absque marina navigatione omnes tres partes terrae peragrare posſimus.

Sinus, metaphoricè dicitur à ſinu corporis, quae pars eſt inter pectus & complexum brachiorum: hinc quia litora curva complectuntur maria, vocantur ſinus.

Lacus eſt, qui perpetuam habet aquam;

Stagnum, quod temporariam, hoc eſt, hyeme collectam ex pluvia.

Palus, eſt aqua nimis profunda, & latisſimè diffuſa.

Regio, provincia dicitur; quae quoniam à Regibus regebatur, dicta eſt regio.

Mons, pars terrae alta & prominens.

Ramentum montis, mons eſt ex alio ortus monte.

Portus, à portando, locus juxta mare concluſus, quò importantur merces & exportantur; ubi naves tutò hyemare posſunt: & hoc differt ab statione, in qua ad tempus ſolùm breve.

Apertum mare, vulgò *Playa* dicitur, quòd nullum habeat ſecesſum tutum à tempeſtate.

Pons, in portu *Molle* dicitur.

Vicus, pars eſt urbis, ſive, quae aliquando fuit pars urbis.

Villa, domus eſt ruſticana.

Pagus, plures domus ruſticanae conjunctae, non clauſae moenibus.

Castellum, domus ruſticanae clauſae moenibus.

# GEOGRAPHICA

ET

# HISTORICA

# HERODOTI,

*QUAE LATINÈ* MELA *EXSCRIPSIT*,

παραλλήλως concinnata

AB

ANDREA SCHOTTO,

*Antverpiano*,

Graecarum litterarum in Academia
Toletana doctore.

CL. V.

# JACOBO SCHOTTO

FRANC. F.

PATRICIO ANTVERPIANO

D. DE BOUTERSEM ET R. P. ANTVERP. AB ELEEMOSYNIS,

FRATRI SUO CARISS.

# AND. SCHOTTUS

LIB. MER. DD.

RECTE *M. Porcius Cato, in Originibus, non minus otii, quàm negotii dandam eſſe rationem cenſuit: & Scipionem illum, qui primus Africanus eſt appellatus, dicere ſolitum accepimus, numquam ſe minus otioſum, ſolumque eſſe, quàm cùm ſolus eſſe videretur. Ea eſt enim ingenii vis, ea agitatio, in hominibus* μερμέροις, *& eruditis, nullum ut ſine fruge tempus tranſigant, quin vel ſecum ipſi commententur, vel cum libris litteratisque hominibus colloquantur. Nec dubito, mi frater, quin plurimi, quòd tamquam ad mercatum bonarum artium profectus ſim, hanc ſtudiorum meorum peregrinationem; more inſtitutoque majorum inchoatam, otium interpretentur. Ego verò vel* σχολὴν, *vel* λέσχην *dici facilè patior, dum hinc prudentiam ad omnem Reipub. uſum parari, eruditionemque augeri mihi vicisſim concedant: qualis in Ulyſſe* πολυτρόπῳ *laudatur, qui* Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα

 καὶ νόον

ϗ νέον ἔγνω: *Equidem ut meae peregrinationis fructus aliquando exſtet, dabo operam, ſi vita ſuppeditabit: jam enim Bibliotheca, apud te depoſita, careo. Quoniam verò te abſentiam mei moleſtè ferre crebris litteris amicè ſignificaſti, ut hoc deſiderium ſi non tollere, mitigare ſaltem aliqua ex parte queam; mitto ad te Pomponium Melam, ſcriptorem Hiſpanum (quem in ipſo itinere Hiſpanienſi Itinerarii vice fungentem magnam partem fecimus meliorem & Commentario explicavimus) recens cum Herodoto comparatum. Id enim optimum commentandi genus ſemper exiſtimavi, quo digiti ad fontes intenduntur, & Latina cum Graecis, unde illa fluxerunt, committuntur. Hinc certè magna ad Lectorem utilitas redit: partim ut cum Graecis Latina conjungens, par ſit in utriusque orationis facultate; partim ut non ſemper antiquos verba appendere ſolitos, ſaepius etiam liberius evagatos intelligat. Aliud eſt enim Interpretem agere, alienisque veſtigiis perpetuò inſiſtere; aliud hinc inde mutuari, quaſique uſucapionis jure facere ſuum, & in ſuccum nervosque convertere. Tu verò, mi frater, tanquam ex me natum partum amplectere, qui mihi ad ſtudia excolenda auctor ſemper, hortatorque exſtitiſti: re conſilioque jam inde à puero humaniter juviſti, Franc. parentem optimum, ut largè ſuppeditaret, animando: & ſortem meam, ut omnium praeſtantiſſimam laudando, quam aſſiduè cum tua commutare velle diceres: quòd procul à negotiis, ambitione, ſtrepitu forenſi, à tumultu, & factionibus abhorrens in otio litterario verſer, immortalitatis ſtudio flagrans. Gentem adhaec* SCHOTTORUM, *non ignobilem, litteris etiam inclareſcere, & cum omni poſteritate adaequari ſaepe gaviſus es. Ego verò ſingularem prudentiam tuam Naturae beneficio compara-*

*paratam, numquam ſatis admirari ſoleo; qualis haud ſcio an in alio cive reperiri posſit: ut ſi de Rep. quaeque in diſputationem cadere ſolet, re omni, ponere quis velit, ita diſertè, ita copioſè ſine omni perturbatione disſeras, ut ab ore pendentes obſtupeſcant, ſemperque prudentiores diſcedant: verumque esſe exemplo tuo confirmes, in eloquentia, tametſi dux certior ars esſe exiſtimetur, plurimum valere Naturam. Quae res facit, ut cives omnes tui te admirentur, & ament: exteri etiam, qui te libenter utuntur, plures hujusmodi Zophyros in Rep. egregiis ceteroquin viris opibusque refertisſima, exoptent. Te igitur in omni ſermone abſentem praedicare, in ore & oculis ferre; te ſuſpicere conſueverunt. Sed mihi tempero, ne mutuum muli. Jure enim illud Comici Adelphis uſurpavero:*

Nunquam ita magnificè quidquam dicam: id virtus quin ſuperet tua.
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror:
Fratrem homini neminem esſe primarum artium magis principem.

*Hoc tantum in praeſens: prudenter judicasſe S. P. Q. Antverpianum, qui Te, laborante, & tantum non afflicta patria, in IV. Virûm ordinem, qui ab Eleemoſynis ſunt, adoptarunt: quo nullus major in florentisſima illa civitate honor, Senatorio etiam & Conſulari honorificentior, utilior certè. Hic enim vulgi ſtudio, & ambitu, prenſandoque paratur ab iis, qui fumoſis majorum imaginibus ſe jactant, Veſtri verò ordinis dignitas non niſi O. B de R. P. meritis tribuitur, & longo uſu experimentisque probatis; ac potentioribus, qui inopes ſublevant, &*

 *fove-*

*ſoveant. Qua una virtute urbs hactenus ſalva permanſit, poſt peſtilentem illam ſtragem, qua olim paenè exhauſta interierat (quo tempore & parens noſter eandem dignitatem, ſumma cum laude, & bono publico gesſit) poſtque unam alteramve direptionem militarem, & conflagrationem: quae, ut norunt omnes, maximam partem ad noſtram familiam pertinuit, quòd civium nemo majorem jacturam bonorum fecerit; incenſis, ſoloque aequatis quaternis turritis aedibus omnium auguſtisſimis. Sed quid vulnus, cui jam dies ipſa cicatricem obduxit, refrico? Certè in ſumma calamitate, ſingularis illa tua conſtantia eluxit, an praeluxit potius? qua animum praeceptis Chriſtianae Philoſophiae ad quemvis fortunae impetum obfirmaſti Taceo prudentiam, qua jure optimo familiam ducis. In quem tota domus inclinata recumbit; ita rerum noſtrarum ſatagis, ac ſi pater ſis: quaque R. P. in ſummo diſcrimine minimè deſerendam putaſti. Sed omnium ſuffragiis, tametſi repugnares diu, renunciatus, laboranti patriae ſuccurris: quum nunquam major pauperum copia, vaſtatis agris, exſpoliatis finitimis, iterumque direptis; agricolis fame, ferro, peſte, frigore, & moerore contabeſcentibus, civibus etiam nuper quàm plurimis febri ardentisſima abſumptis. Piè igitur bona fortunasque impendiſti, magno licet incommodo rei familiaris, negociorum, temporisque biennii, quo rebus prolatis à negociatione cesſandum. Sed tu adverſa juxtà atque ſecunda fers excelſo animo, cum eâdem navi jacteris: & Eleemoſynis, ex praecepto divino, redimis peccata tua. Utrumque verò fratrem Franc. & Henricum, in cauſis agendis diu multumque cum laude verſatos, ab adminiſtratione Reipub. omnino abſtinere audio; cùm alter Orator civitatis renunciaretur; alter in Senatum*

*esſe*

*esſet adſcitus: nunc enim, ſi aliàs unquam, utile praeceptum, λάθε βιώσας.*

Nec vixit malè, qui vivus, moriensque fe-
fellit.

*Deum O. M. precor, ut pace compoſita, bellum civile crudelisſimum à finibus noſtris averruncet, & in Turcas potius convertat: ut inſtaurata R. P. & Eccleſia Dei à perſecutionibus reſpirante, ſtudiis ſuus honos redeat, Academiae noſtrae vigeant, conſilioque, qua posſint adjuvent. Claudam Lucretianis:*

Nam neque nos agere hoc patriai tempore ini-
quo
Posſumus aequo animo; neque Schotti clara
propago,
Omnibus in rebus communi deeſſe ſaluti.

*Vale, & mea, ut ſoles, tuere. Ex a. d.* IV. *Non Majas.* CIϽ. IϽ. XXCI.

## ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΚΛΕΙΟι.

Cap. 171. Οὐ μέντοι αὐτοί γε ὁμολογέουσι τούτοισι [Κρῆσιν] οἱ Κᾶρες, ἀλλὰ νομίζουσιν αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας ἠπειρώτας, καὶ τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ αἰεὶ διαχρεωμένους τῷ περ νῦν.

## ΕΥΤΕΡΠΗι.

Cap. 20. Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην, ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς. τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ' ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον σημῆναι βουλόμενος μοῦνον· τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον.

Cap. 21. Ἡ δὲ ἑτέρη ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν θωυμασιωτέρη· ἣ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι· τὸν δὲ Ὠκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν.

Cap. 22. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, πολλὸν ἐπιεικεστάτη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψευσται· λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὕτη οὐδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον ῥέειν ἀπὸ τηκομένης χιόνος· ὃς ῥέει μὲν ἐκ Λιβύης διὰ μέσων Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. κῶς ἂν δῆτα ῥέοι ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ τῶν θερμοτάτων ῥέων ἐς τὰ ψυχρότατα.

Cap. 24. Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, αὐτὸν περὶ τῶν ἀφανέων γνώμην ἀποδέξασθαι, φράσω διότι μοι δοκέει πληθύνεσθαι ὁ Νεῖλος τοῦ θέρεος. τὴν χειμερινὴν ὥρην ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ τῶν χειμώνων ἔρχεται τῆς Λιβύης ἐς τὰ ἄνω. ὡς μὲν νῦν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται. τῆς γὰρ ἀγχοτάτω γε χώρης οὗτος ὁ θεὸς, καὶ κατ' ἥντινα, ταύτην οἰκὸς διψῆν τε ὑδάτων μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν.

Cap.

# POMPONIUS MELA

*Lib.* 1. *Cap.* 16.

CARIA ſequitur. Habitatur incertae originis: Alii indigenas; ſunt qui Pelasgos, quidam Cretas exiſtimant.

* Freden. Pintianus in Retractationibus legit, *habitatores incerti Aborigines.* Quid ſi, *habitatorum incertae originis*, vel *aboriginis*, ut Plinius lib. IV. cap. 22.

*Lib.* 1. *Cap.* 9.

I. Creſcit porrò Nilus, ſive quòd ſolutae magnis aeſtibus nives ex immanibus Aethiopiae jugis largiùs quàm ripis accipi queant, defluunt.

II. Sive quòd Sol hieme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, in aeſtate tunc altiùs abit, ſinitque integrum, & ut eſt plenisſimus, ſurgere.

III. Sive quòd per ea tempora flantes Eteſiae, aut actas à Septentrione in meridiem nubes ſuper principia ejus imbre praecipitant, aut venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt: aut harenis quas cum fluctibus littori applicant, oſtia obducunt: fitque major, [vel quòd nihil ex ſemet emittit, vel quòd plus, quàm ſolet, accipit: vel quòd minus quàm debet, emittit.]

Cap. 46. Γράφουσι δὴ καὶ γλύφουσιν οἱ ζωγράφοι, καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ, τοῦ Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες, τὤγαλμα, αἰγοπρόσωπον, καὶ τραγοσκελέα· οὔτι τοιοῦτον νομίζοντες εἶναί μιν, ἀλλ᾽ ὅμοιον τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι.

Cap. 75. Λόγος δέ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις ἐκ τῆς Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ᾽ Αἰγύπτου· τὰς δὲ ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρης, οὐ παριέναι τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατακτείνειν· καὶ τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον τετιμῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων. ὁμολογέουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι διὰ ταῦτα τιμᾶν τὰς ὄρνιθας ταύτας.

Cap. 85. Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαὶ σφέων εἰσὶν αἵδε. τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηίων ἄνθρωπος, τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκηίων τούτων, κατ᾽ ὦν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον, κἄπειτα ἐν τοῖσι οἰκηίοισι λιποῦσαι τὸν νεκρὸν, αὗται ἀνὰ τὴν πόλιν στρωφώμεναι, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζοὺς σὺν δέ σφι αἱ προσήκουσαι πᾶσαι· ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται, ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, οὕτω ἐς τὴν ταρίχευσιν κομίζουσι. εἰσὶ δὲ οἳ ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην.

Cap. 100. Μετὰ δὲ τοῦτον, (τὸν Μῆνα πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου) κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βίβλων ἄλλων βασιλέων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα οὐνόματα· ἐν τοσαύτῃσι γενεῇσι ἀνθρώπων, ὀκτωκαίδεκα μὲν Αἰθίοπες ἦσαν, μία δὲ γυνὴ ἐπιχωρίη.

Cap. 142. Οὕτω ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι * καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ τεσσαράκοντα, ἔλεγον (ἱρέες)

θεὸν

*Lib.* I. *Cap.* 8.

Aegipanum, quae celebratur, ea forma eſt.

De *Pſammeticho* & *Automolis* Herodotus *Euterpe* cap. 2. 28. 30. & 151. & Mela lib. III. cap. 9.

*Lib.* III. *Cap.* 8.

De ſerpentibus memorandi maximè, quos parvos & veneni praeſentis certo anni tempore ex limo concretarum paludum emergere magno examine volantes in Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium ab avibus quas Ibidas appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt.

*Lib.* I. *Cap.* 9. *de Aegyptiis.*

Cultores regionum multo aliter à ceteris agunt. Mortuos fimo obliti plangunt, nec cremare, aut fodere, fas putant: verùm arte medicatos intra penetralia collocant ſui. Literis perverſè utuntur.

* Ego pro *fimo*, *limo* legi malim parva commutatione. ἰλὺς enim lutum eſt & terra aqua macerata. Mox, *ſuis litteris perverſè utuntur*, putavi provocabulum redundare, & ad priora interpunctione referendum. Herodoti enim Muſa apertè, non viros ipſos ſed conductitios ſervos id facere. Fortè *collocant ſuis*, id eſt, per ſuos ferri queat. Herodot. ταριχεύων *condituram* vocat: Mela, *arte medicatos* reddidit.

*Lib.* I. *Cap.* 9.

Ipſi vetuſtisſimi, ut praedicant, hominum, trecentos & triginta reges ante Amaſim, & ſupra tredecim millium annorum aetates certis Annalibus referunt: mandatumque literis ſervant, dum Aegyptii ſunt, quater curſus ſuos vertis-

ſe

θεὸν ἀνθρωποειδέα οὐδένα γενέσθαι. οὐ μέντοι οὐδὲ πρότερον, οὐδὲ ὕστερον ἐν τοῖσι ὑπολοίποισι Αἰγύπτου βασιλεῦσι γενομένοισι, ἔλεγον τοιοῦτον οὐδέν. ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον ἐξ αἰθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι. ἔνθα τε νῦν καταδύεται, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι, καὶ ἔνθεν νῦν ἀντέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταβῆναι, καὶ οὐδὲν τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἑτεροιωθῆναι.

Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον ἀποδεικνύντες ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος, ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸν ἱρέα τοῦτον τελευταῖον βασιλεύσαντα, μίην τε καὶ τεσσεράκοντα. καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γενομένας, καὶ ἐν ταύτῃσι ἀρχιερέας, καὶ βασιλέας ἑκατέρους τοσούτους γενομένους. καί τοι τριηκόσιαι μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύρια ἔτεα. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν, ἑκατὸν ἔτεα ἐστί. μιῆς δὲ καὶ τεσσεράκοντα ἔτι τῶν ἐπιλοίπων γενεῶν, αἳ ἐπῆσαν τῇσι τριηκοσίῃσι, ἐστὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκόσια καὶ χίλια ἔτεα.

Cap. 124. Τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι εἴκοσι ἔτεα ποιευμένῃ, τῆς ἐστὶ πανταχῇ μέτωπον ἕκαστον ὀκτὼ πλέθρα, ἐούσης τετραγώνου καὶ ὕψος ἴσον· λίθου δὲ ξεστοῦ τε καὶ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα. οὐδεὶς τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἐλάσσων.

Cap. 148. Ὁ δὲ δὴ λαβύρινθος, καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερβάλλει. τοῦ γὰρ δυώδεκα μέν εἰσι αὐλαὶ κατάστεγοι, ἀντίπυλοι ἀλλήλῃσι· ἓξ μὲν πρὸς βορέην, ἓξ δὲ πρὸς νότον τετραμμέναι συνεχέες. τοῖχος δὲ ἔξωθεν ὁ αὐτός σφεας περιέργει. οἰκήματα δ᾽ ἔνεστι διπλᾶ, τὰ μὲν ὑπόγαια, τὰ δὲ μετέωρα ὑπ᾽ ἐκείνῃσι τριχίλια, ἀριθμὸν πεντακοσίων καὶ χιλίων ἑκάτερα.

Cap. 149. Τοῦ δὲ λαβυρίνθου τούτου ἐόντος τοιούτου θῶυμα ἔτι μέζον παρέχεται ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη, παρ᾽ ἣν ὁ λαβύρινθος οὗτος οἰκοδόμηται. τῆς τὸ περίμετρον

τῆς

ſe ſidera; ac Solem bis jam occidiſſe, unde nunc oritur.

* Καὶ χιλίων καὶ τριηκοσίων] Laur. Valla, vir ceteroquin doctiſſimus & linguae Latinae inſtaurator, vertit: *Ita intra decem millia trecentosque & quadraginta annos, negabant ullum Deum forma humana exſtitiſſe.* Malè: Vertendum enim: *Ita intra undecim millia, trecentosque & quadraginta annos &c.* Nihilominus tamen adhuc error calculi manet, ſive Herodoto imputandus is eſt, ſive librariis. Si enim probè à me ſubducta ratio eſt, leg. ἔτεα ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ ἑξήκοντα [illegible] [illegible]. &c. Excurrunt enim 1136'. anni, menſes octo: & Melam *ſupra decem millium annorum* ſcripſiſſe praeſtare auſim, ſi, ut ſolet, Herodotum fide bona exſcripſit.

*Lib. 1. Cap. 9. emendante Pintiano.*

Pyramides: quarum maxima (tres namque ſunt) tricenum pedum lapidibus exſtructae quatuor frontibus octona ſoli jugera ſua ſede occupat.

vel, *quae ſedet, occupat.*

*Ibidem.*

Pſammetichi opus Labyrinthus, domos ter mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu complexus, marmore exſtructus ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet, intus paene innumerabiles vias. &c.

* In numero diſcrepat Mela ab Herodoto, Strabone, & Plinio lib. xxxvi. cap. 12.

*Lib.*

τῆς περιόδου εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, σχοίνων ἑξήκοντα ἐόντων, ἴσοι καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου τὸ παρὰ θάλασσαν. κέεται δὲ μακρὴ ἡ λίμνη πρὸς βορέην τε καὶ νότον, ἐοῦσα βάθος, τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς πεντηκοντόργυιος. ὅτι δὲ χειροποίητός ἐστι καὶ ὀρυκτή, αὐτὴ δηλοῖ. ἐν γὰρ μέσῃ τῇ λίμνῃ μάλιστά κῃ ἑστᾶσι δύο πυραμίδες, τοῦ ὕδατος ὑπερέχουσαι πεντήκοντα ὀργυιὰς ἑκατέρη· &c.

Cap. 107. Ἐπὶ Ἀμάσιος δὲ βασιλέος λέγεται Αἴγυπτος, μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας.

## Θ Α Λ Ε Ι Α.

Cap. 23. Ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι, ἀπ᾽ ἧς λουόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἐλαίου εἴη. ὄζειν δὲ ἀπ᾽ αὐτῆς, ὡσεὶ ἴων. ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶναι ἐπ᾽ αὐτοῦ ἐπιπλέειν, μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα, ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο εἴ σφί ἐστι ἀληθέως οἷόν τι λέγεται, διὰ τοῦτο ἂν εἶεν τούτῳ τὰ πάντα χρεώμενοι, Μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἔνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἔστι δὲ ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. θεησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ τὴν τοῦ ἡλίου λεγομένην τράπεζαν.

Cap. 28. Ὁ δὲ Ἆπις οὗτος ὁ Ἔπαφος γίνεται μόσχος ἐκ βοός, ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρα-

*Lib.* I. *Cap.* 9.

Moeris, aliquando campus, nunc lacus, viginti millia paſſuum in circuitu patens, alterior quàm ad navigandum magnis onuſtisque navibus ſatis eſt.

*Ibidem.*

Viginti millia urbium Amaſi regnante habitarunt, & nunc multas habitant.

* *In quarum nominibus recenſendis diverſus abit ab Herodoto, neſcio quos auctores ſecutus.*

*Lib.* III. *Cap.* 16.

Apud Aethiopes plus auri quàm aeris (*malè hactenus*, Perſis) eſt. ideo quod minus eſt, preciosius cenſent. Aere exornantur; auro vincula fontium fabricant. Eſt lacus, quo perfuſa corpora quaſi uncta pernitent. Bibitur idem: adeò eſt liquidus, & ad ſuſtinenda quae incidunt, aut immittuntur, infirmus, ut folia etiam proximis deciſa frondibus, non innatantia ferat, ſed pesſum & penitus accipiat. Eſt locus, apparatis epulis ſemper refertus, & quibuslibet vesci volentibus, licet: ἡλίου τράπεζαν appellant, & quae pasſim apposita ſunt, affirmant innaſci ſubinde divinitus.

*Lib.* I. *Cap.* 9. *de Aegypto.*

Apis populorum omnium numen eſt: bos niger, certis maculis inſignis & cauda linguaque disſimilis aliorum: rarò naſcitur, nec

οὐρανοῦ κατίσχειν. καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήϊα τοιάδε. ἐὼν μέλας ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει. Ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον. ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς· ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

Cap. 102. Ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ, γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μείζονα. εἰσὶ γὰρ ἐξ αὐτέων καὶ παρὰ βασιλέϊ τῷ Περσέων ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. οὗτοι ὦν οἱ μύρμηκες ποιεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον, κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι οὗτοι. ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη, ἐστὶ χρυσῖτις. ἐπὶ δὲ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς. &c.

## ΜΕΛΠΟΜΕΝΗι.

Cap. 7. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾷν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων.

Cap. 31. Περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεον εἶναι τὸν ἠέρα. καὶ τούτων εἵνεκα οὐκ οἷόν τε εἶναι οὔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τῆς ἠπείρου, οὔτε διεξιέναι τήνδε ἔχω περὶ αὐτέων τὴν γνώμην· τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται, ἐλάσσονι δὲ τοῦ θέρεος ἢ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ εἰκός. ἤδη ὦν ὅστις ἀγχόθεν χιόνα ἁδρὴν πίπτουσαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω· ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν πτεροῖσι, καὶ διὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐόντα τοιοῦτον, ἀοίκητα τὰ πρὸς βορέω ἐστὶ τῆς ἠπείρου ταύτης. τὰ ὦν πτερὰ, εἰκάζοντας τὴν χιόνα, τοὺς Σκύθας τε καὶ τοὺς περιοίκους δοκέω λέγειν.

Cap.

coitu pecoris, ut ajunt, ſed divinitus & caeleſti igne conceptus: diesque quo gignitur, genti maximè feſtus.

*Lib.* III. *Cap.* 7. *de Indiâ.*

Alit formicas non minores maximis canibus; quas more Gryphorum aurum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire commemorant.

*Lib.* II. *Cap.* I. *de Scythia Europaca:*

Rhiphaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima cadentes asſiduè nives adeò invia efficiunt, ut ultra ne viſum quidem intendentium admittant.

* Ubi fort. legend. *incedentium.*

*Et Lib.* III. *Cap.* 5.

In Aſiatico littore primi Hyperborei ſuper aquilonem Rhiphaeosque montes, ſub ipſo ſyderum cardine jacent.

οὐρανοῦ κατίσχειν. καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήϊα τοιάδε. ἐὼν μέλας ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει. Ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον. ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς· ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

Cap. 102. Ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ, γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μέζονα. εἰσὶ γὰρ ἐξ αὐτέων καὶ παρὰ βασιλέϊ τῷ Περσέων ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. οὗτοι ὦν οἱ μύρμηκες ποιεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον, κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι οὗτοι. ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη, ἐστὶ χρυσῖτις. ἐπὶ δὲ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς. &c.

## ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

Cap. 7. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων.

Cap. 31. Περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεον εἶναι τὸν ἠέρα. καὶ τούτων εἵνεκα οὐκ οἷόν τε εἶναι οὔτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τῆς ἠπείρου, οὔτε διεξιέναι τήνδε ἔχω περὶ αὐτέων τὴν γνώμην· τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται, ἐλάσσονι δὲ τοῦ θέρεος ἢ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ οἰκός. ἤδη ὦν ὅστις ἀγχόθεν χιόνα ἁδρὴν πίπτουσαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω· ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν πτεροῖσι, καὶ διὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐόντα τοιοῦτον, ἀοίκητα τὰ πρὸς βορέω ἐστὶ τῆς ἠπείρου ταύτης. τὰ ὦν πτερὰ, εἰκάζοντας τὴν χιόνα, τοὺς Σκύθας τε καὶ τοὺς περιοίκους δοκέω λέγειν.

Cap.

coitu pecoris, ut ajunt, ſed divinitus & caeleſti igne conceptus: diesque quo gignitur, genti maximè feſtus.

*Lib.* III. *Cap.* 7. *de India.*

Alit formicas non minores maximis canibus; quas more Gryphorum aurum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire commemorant.

*Lib.* II. *Cap.* I. *de Scythia Europaca:*

Rhiphaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima cadentes asſiduè nives adeò invia efficiunt, ut ultra ne viſum quidem intendentium admittant.

* Ubi fort. legend. *incedentium.*

*Et Lib.* III. *Cap.* 5.

In Aſiatico littore primi Hyperborei ſuper aquilonem Rhiphaeosque montes, ſub ipſo ſyderum cardine jacent.

Cap. 9. Ἐνθαῦτα δὲ αὐτὸν (τὸν Ἡρακλέα) εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ μιξοπάρθενόν τινα ἔχιδναν διφυέα. τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, εἶναι γυναικός. τὰ δὲ ἔνερθεν, ὄφιος.

Cap. 10. Τὴν δὲ ἐπεὶ οἱ γενομένους τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μέν σφι οὐνόματα θέσθαι. τῷ μὲν, Ἀγάθυρσον αὐτῶν· τῷ δὲ ἐπομένῳ, Γελωνόν. Σκύθην δὲ τῷ νεωτάτῳ. *Infra:* Καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω τοῦ Ἡρακλέος γενέσθαι τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γινομένους Σκυθέων.

Cap. 18. Ἀπὸ δὲ (Ὑλαίης) ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοὶ τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας. σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. οὗτοι ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται τὸ μὲν πρὸς τὴν ἠῶ, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ κατήκοντες ἐπὶ ποταμὸν τῷ οὔνομα κεῖται Παντικάπης. Μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον, καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν.

Cap. 19. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τῶν γεωργῶν τούτων Σκυθέων, διαβάντι τὸν Παντικάπην ποταμὸν, Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμονται, οὔτέ τι σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες. ψιλὴ δὲ δενδρέων ἡ πᾶσα αὕτη γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης. οἱ δὲ Νομάδες οὗτοι τὸ πρὸς τὴν ἠῶ, ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν νέμονται χώρην, κατατείνουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέῤῥον.

Cap. 21. Ὑπεροικέουσι δὲ τούτοισι δευτέρην λάξιν ἔχοντες Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ. Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορέω, ἔστι πρώτη μὲν

ἔρημος,

## *Lib.* II. *Cap.* I.

Baſilidis ab Hercule & Echidna generis princi-pia ſunt.

* Ergo malè pro *Echidna* Laur. Valla *ſerpentinae mixturae*, reddi-dit: Mela βασιλῆας *Baſilidas* gentem convertit, aut alium aucto-rem ſecutus eſt. Strabo lib. VII. inter Sarmatas & Baſileorum meminit: Ptolemaeus quoque Βασιλικοὺς Σαρμάτας nominat, qui & à Graecis Ῥηγῖνοι dicti, fortè de latino *Regis* nomine facta voce. Joſephus lib. I. *Judaic. Antiquitatum* cap. 7. Ἀσχανάξης Ἀσχανάξας ᾤκισεν, οἱ νῦν Ῥηγῖνες ὑπ' Ἑλλήνων καλοῦνται. D. quoque Heironym. in Geneſim: *Aſchanaz Graeci Reginos vocant, Sar-matae ſunt.*

## *Lib.* II. *Cap.* I.

Colunt Georgi, exercentque terras. Silvae deinde ſunt, quas maximas hae terrae ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosque diſterminat. Tum Boryſthenes gentem ſui nominis abluit, in-ter Scythiae amnes amoeniſſimus, turbidis aliis, liquidiſſimus defluit: placidior quàm caeteri, po-tari pulcherrimus &c. quadraginta dierum ſpacio navigabilis, ſecundùm Boryſthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.

## *Lib.* III. *Cap.* 6. *Contra.*

Scythae ſunt Androphagoi & * Sagae, diſtincti regione, quia feris ſcatet, inhabitabili.

* Forte *Sacae* leg. ut infr.

## *Lib.* II. *Cap.* I.

Silvae deinde ſunt; quas maximas hae terrae ferunt: & Panticapes, qui Nomadas Georgos-que diſterminat. *Infrà*: Vagi Nomades, peco-



rum

Cap. 26. Νόμοισι δὲ Ἰσσηδόνες τοιοῖσιδε λέγονται χρᾶσθαι. ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα, καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ καταταμόντες τὰ κρέα, κατατάμνουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα γονέα. ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτίθενται. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, ἀποχρυσοῦσι, καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες. παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιέει, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια.

Cap. 33. Πρῶτον δὲ τοὺς Ὑπερβορέους πέμψαι φερούσας τὰ ἱρὰ δύο κόρας, τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. ἅμα δὲ αὐτῇσι ἀσφαλείης εἵνεκεν πέμψαι τοὺς Ὑπερβορέους τῶν ἀστῶν ἄνδρας πέντε πομποὺς, τούτους οἳ νῦν Περιφερέες καλέονται, τιμὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τοῖσι Ὑπερβορέοισι τοὺς ἀποπεμφθέντας ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν, δεινὰ ποιευμένους, εἴ σφεας αἰεὶ καταλάμψεται, ἀποστέλλοντας μὴ ἀποδέκεσθαι. οὕτω δὴ φέροντας ἐς τοὺς οὔρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ, τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέας ἀπ' ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προπεμπόμενα ἀπικνέεσθαι λέγουσι ἐς Δῆλον.

Cap. 47. Ἴστρος μὲν πεντάστομος· μετὰ δὲ Τύρης τε, καὶ Ὕπανις, καὶ Βορυσθένης, καὶ Παντικάπης, καὶ Ὑπάκυρις, καὶ Γέρρος, καὶ Τάναϊς· ῥέουσι γὰρ οἵδε κατὰ τάδε. Ἴστρος μὲν ἐὼν μέγιστος ποταμῶν πάντων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἴσος αἰεὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος.

*Ibidem.*

Iſſedones funera parentum laeti & victimis ac feſto coitu familiarium celebrant. Corpora ipſa laniata, & caeſis pecorum viſceribus immiſta epulando conſumunt. Capita ubi fabrè expolivêre, pro poculis gerunt. Haec ſunt apud eos ipſos pietatis ultima officia.

*Statim de Axiacis.*

Pocula ut Iſſedones parentum, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt.

*Lib.* III. *Cap.* 5.

Hyperborei ſacris operati, maximè Apollinis, quorum primitias Delon miſiſſe initio per virgines ſuas; deinde per populos ſubinde tradentes ulterioribus: moremque eum diu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervaſſe referuntur.

*Plinius Lib.* IV. *Cap.* 12.

Nec libet dubitare de gente Hyperborea, cum tot auctores prodant, frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini, quem praecipuè colunt. Virgines ferebant eas, hoſpitiis gentium per annos aliquot venerabiles; donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituêre, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox & hoc ipſum exolevit.

*Lib.* II. *Cap.* I.

Callipidas Axiacasque ab Iſtricis Tyra ſeparat: ſurgit in Neuris. Qua exit, ſui nominis oppidum attingit. At ille qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quàm deſinit nomine, exoritur. Nam per

ῥέων. πρῶτος δὲ τὸ ἀπ' ἑσπέρης τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ ῥέων, κατὰ τοιόνδε μέγιστος γέγονε, ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων. εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες· διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς χώρης, πέντε μὲν οἱ ῥέοντες.

*Paullò pòſt:* ῥέει γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ῥέων δὲ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης, ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίης ἐσβάλλει. τούτων ὦν τῶν καταλεχθέντων καὶ ἄλλων πολλῶν συμβαλλομένων τὸ σφέτερον ὕδωρ, γίνεται ὁ Ἴστρος ποταμῶν μέγιστος· ἐπεὶ ὕδωρ γε ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν ὁ Νεῖλος πλήθεϊ ἐπικρατέει. ἐς γὰρ δὴ τοῦτον, οὔτε ποταμὸς οὔτε κρήνη οὐδεμία ἐσδιδοῦσα, ἐς πλῆθός οἱ συμβάλλεται.

Cap. 52. Τρίτος δὲ Ὕπανις ποταμὸς ὁρμᾶται μὲν ἐκ τῆς Σκυθικῆς. ῥέει δὲ ἐκ λίμνης μεγάλης, τὴν πέριξ νέμονται ἵπποι ἄγριοι λευκοί. καλέεται δὲ ἡ λίμνη αὕτη ὀρθῶς, μήτηρ Ὑπάνιος. ἐκ ταύτης ὦν ἀνατέλλων ὁ Ὕπανις ποταμὸς ῥέει ἐπὶ μὲν πέντε ἡμερέων πλόον βραχὺς καὶ γλυκύς ἐστι. ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς θαλάσσης τεσσέρων ἡμερέων πλόον, πικρὸς δεινῶς. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρή, οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή, ἣ μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα, κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν, ἐόντα ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. ἔστι δὲ ἡ κρήνη αὕτη ἐν οὔροισι χώρης τῆς τε ἀροτήρων Σκυθέων καὶ Ἀλαζόνων. οὔνομα δὲ τῇ κρήνῃ, καὶ ὅθεν ῥέει τῷ χώρῳ, Σκυθιστὶ μὲν Ἀμαξάμπεος· κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, ἱραὶ ὁδοί.

Cap. 46. Τοῖσι Σκύθαισι μήτε ἄστεα, μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες, ἔωσι ἱπ-

ποτο-

immania magnarum gentium diu Danubius eſt: Deinde aliter appellantibus accolis, Iſter fit: acceptisque aliquot amnibus ingens jam, & eorum qui in noſtrum mare decidunt tantum Nilo minor: totidem quot ille oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus effluit.

*Lib.* II. *Cap.* I.

Callipidas Hypanis includit: ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolae appellant: & diu qualis natus eſt defluit. Tandem non longè à mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen eſt, adeò amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui disſimilis & non dulcis hinc defluat.

*Lib.* I. *Cap.* 9.

Proximis nullae quidem urbes: ſtata tamen domicilia ſunt quae mapalia appellantur: victus aſper & immunditiis carens.

ποτοξόται, ζώοντές τε μὴ ἀπ᾽ ἀρότρου, ἀλλ᾽ ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματά τέ σφι ᾖ ἐπὶ ζευγέων.

Cap. 53. Τῶν δὲ λοιπῶν Βορυσθένης ἐστὶ πολυαρκέστατος, ὃς νομάς τε καλλίστας καὶ εὐνομιδεστάτας κτήνεσι παρέχεται, ἰχθύας τε ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους· πίνεσθαί τε ἥδιστός ἐστι· ῥέει τε καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι, σπόρος τε παρ᾽ αὐτὸν ἄριστος γίνεται· ποίη τε, τῇ οὐ σπείρεται ἡ χώρη, βαθυτάτη. ἅλες τε ἐπὶ τῷ στόματι αὐτοῦ αὐτόματοι πήγνυνται ἄπλετοι· κήτεά τε μεγάλα ἀνάκανθα, τὰ ἀντακαίους καλέουσι, παρέχεται ἐς ταρίχευσιν· ἄλλα τε πολλὰ θωϋμάσαι ἄξια. μέχρι μὲν νυν Γέῤῥου χώρου, ἐς τὸ τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστὶ, γινώσκεται ῥέων ἀπὸ Βορέω ἀνέμου· τὸ δὲ κατύπερθε δι᾽ ὧν ῥέει ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔχει φράσαι. φαίνεται δὲ ῥέων δι᾽ ἐρήμου ἐς τῶν γεωργῶν τῶν Σκυθέων τὴν χώρην. *Pòſt paulò:* πέρην δὲ τοῦ ἱροῦ Δήμητρος ὑπὸ τῷ Ὕπανι Βορυσθενῖται κατοίκηνται.

Cap. 59. Ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι, ποιέειν πλὴν Ἄρηϊ.

Cap. 61. Τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται· ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὰ ἱρήϊα, γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν. ἔπειτα δὲ ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες λέβητας ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίοισι κρητῆρσι προσεικέλους, χωρὶς ἢ ὅτι πολλῷ μέζονας· ἐς τούτους ἐσβάλλοντες, ἕψουσιν ὑποκαίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηΐων. καὶ οὕτω βοῦς τε ἑωυτὸν ἐξέψει καὶ τἆλλα ἱρήϊα ἑωυτὸ ἕκαστον.

Cap.

*Et Lib.* II. *Cap.* I.

Agathyrſi & Sauromatae ambiunt, qui pro ſedibus plauſtra habent, dicti ἁμαξόβιοι.

* Seneca *Hercule Furente*, de Fortuna:
*Intravit Scythiae multivagas domos,*
*Et gentes patriis ſedibus hoſpitas.*

*Lib.* II. *Cap.* I.

Tum Boryſthenes gentem ſui nominis abluit: inter Scythiae amnes amoenisſimus, turbidis aliis liquidisſimus defluit: placidior quàm ceteri, potarique * pulcherrimus. Alit laetisſima pabula magnosque piſces, quibus & optimus ſapor, & nulla osſa ſunt. Longè venit, ignotisque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo ſtringit, tantoque ſpacio navigabilis, ſecundùm Boryſthenida & Olbida, Graeca oppida egreditur.

* *Potarique pulcherrimus*] *Potarique dulcisſimus* Melam ſcripſisſe ut credam, adducor Herodoti auctoritate. Sic enim ille; πίνεσθαι ἥδιστός ἐστι.

*Ibidem.*

Mars omnium Deus.

*Lib.* II. *Cap.* I. *de Scythis.*

Pro ſimulachris enſes & tentoria dedicant, hominesque pro victimis feriunt. Terrae latè patent, & ob excedentia ripas ſuas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque adeò ſteriles ad cetera, ut qui * habitant, lignorum egentes ignes osſibus alant.

* *Qui habitant*] Si Herodotum ſequitur, ſcripſit, *ut qui ſacrificant.* Eruditus Lector arbitrabitur.

*Lib.*

Cap. 62. Ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ ὄγκου ἀκινάκης σιδήρεος ἵδρυται ἀρχαῖος ἑκάστοισι· καὶ τοῦτ' ἐςὶ τοῦ Ἄρεος τὸ ἄγαλμα. τούτῳ δὲ τῷ ἀκινάκῃ θυσίας ἐπετείους προσάγουσι προβάτων καὶ ἵππων. καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' ἔτι πλέω θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. ὅσους δ' ἂν τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ.

Cap. 64. Ἐπεὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης, τοῦ αἵματος ἐμπίνει. ὅσους δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ, τούτων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλέϊ. ἀπενείκας μὲν γὰρ κεφαλὴν, τῆς ληΐης μεταλαμβάνει τὴν ἂν λάβωσι· μὴ ἐνείκας δὲ, οὔ. *Mox, de pelle humana detracta.* Ὃς γὰρ ἂν πλεῖστα δέρματα χειρόμακτρα ἔχοι, ἀνὴρ ἄριστος οὗτος κέκριται. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἐκ τῶν ἀποδερμάτων καὶ χλαίνας ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, συρράπτοντες κατάπερ βαίτας.

Cap. 65. Πολλοὶ δὲ καὶ ὅλους ἄνδρας ἐκδείραντες, καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων, ἐπ' ἵππων περιφέρουσι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω σφι νενόμισται. αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς, οὔτι πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων, ποιεῦσι τάδε· ἀποπρίσας ἕκαστος πᾶν τὸ ἔνερθεν τῶν ὀφρύων, ἐκκαθαίρει.

Cap. 66. Ἅπαξ δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου νομάρχης ἕκαστος ἐν τῷ ἑωυτοῦ νομῷ κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοις δὴ ἄνδρες πολέμιοι * ἀραιρημένοι ἔωσι· τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, οὐ γεύονται τοῦ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠτιμωμένοι ἀποκατέαται. Ὄνειδος δέ σφι ἐςὶ μέγιστον τοῦτο· ὅσοι δὲ ἂν αὐτῶν καὶ κάρτα πολλοὺς ἄνδρας ἀναιρηκότες ἔωσι, οὗτοι δὲ σὺν δύο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι ὁμοῦ.

Cap.

* Pro ἀραιρημένοι; quod in Aldino eſt, quo uſus ſum, leg. cenſeo ἀναιρημένοι.

*Lib.* II. *Cap.* I.

Bella caedesque amant: mosque eſt bellantibus, cruorem ejus, quem primum interemerint, ipſis è vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Ceterùm expertem eſſe caedis inter opprobria vel maximum. Inter epulas, quot quisque interfecerit referre, laetiſſima & frequentiſſima mentio: binisque poculis, qui plurimos * retulere perpotatis, interlocantur: is honos praecipuus eſt. Pocula ut Iſſedones parentum, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipſae etiam epulae viſceribus humanis apparantur. Geloni hoſtium cutibus equos, ſeque velant: illos, reliqui corporis; ſe, capitum.

* Fortè in Mela leg. *qui plurimos retulere, perpotant.* ut *ei interlocantur* redundet, pro quo Pintianus, *interjungunt:* qua voce & Martialem uſum nunc didici: & *interjunctas dextras* dixit Livius, quod Maro, *& dextram jungere dextrae.* Sed tamen vereor ut hic quadret. Herodotus *Erato:* Σπαρτιῆται ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πίνειν, ἐπισκύθιζον λέγουσι.

*Ibidem*

Cap. 70. Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὑπέατι, ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος· καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ ὀϊστοὺς, καὶ σάγαριν, καὶ ἀκόντιον. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλὰ, καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ τὸ ὅρκιον ποιεύμενοι, καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλεῖστου ἄξιοι.

Cap. 78. Οἱ δὲ Βορυσθενεῖται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους.

Cap. 81. Ἔστι μεταξὺ Βορυσθένεός τε ποταμοῦ, καὶ Ὑπάνιος χῶρος· οὔνομα δέ ἐστι οἱ Ἐξαμπαῖος, τοῦ καὶ ὀλίγον τι πρότερον τούτων μνήμην εἶχον, φάμενος ἐν αὐτῷ κρήνην ὕδατος πικροῦ εἶναι, ἀπ' ἧς τὸ ὕδωρ ἀποῤῥέον τὸν Ὕπανιν ἄποτον ποιέει.

Cap. 103. Θύουσι Ταῦροι μὲν τῇ παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς, καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας. Τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.

Cap. 105. Κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι (Νευροὶ) γόητες εἶναι. λέγονται γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων, ὡς ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠυτὸ κατίσταται. ἐμὲ μὲν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον, καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες.

Cap.

*Ibidem Mela de iiſdem.*

Ne foedera quidem incruenta ſunt. Sauciant ſe qui paciſcuntur, exemptumque ſanguinem, * ubi permiſcuere, deguſtant. Id putant manſurae fidei pignus certisſimum.

* *Ubi permiſcuere*] Credo ſcripſiſſe Melam, *ubi vino permiſcuere* Herodoti auctoritatem ſecutus.

*Lib.* II. *Cap.* I. *de Boryſthene fluvio.*

Secundum Boryſthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.

*Lib.* II. *Cap.* I.

Callipidas Hypanis includit: ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolae appellant, & diu qualis natus eſt defluit. Tandem non longè à mari ex parvo fonte, cui * Exampeo cognomen eſt, adeò amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui disſimilis, & non dulcis hinc defluat.

* Suprà Herodotus, corruptè fortaſſe Ἀμαξάμπαιον vocavit.

*Ibidem.*

Tauri Iphigeniae & Oreſtis adventu maxime memorati: immanes ſunt moribus, immanemque famam habent ſolere pro victimis advenas caedere.

*Lib.* II. *Cap.* I.

Apud Anthropophagos ipſae etiam epulae viſceribus humanis apparantur. Melanchlaenis atra veſtis, & ex ea nomen. Neuris ſtatum * ſingulis tempus eſt, quo, ſi velint, in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur.

Cap. 106. Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγριώτατα πάντων ἀνθρώπων ἔχουσι ἤθεα, οὔτε δίκην νομίζοντες, οὔτε νόμῳ οὐδενὶ χρεώμενοι. νομάδες δέ εἰσι· ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην· γλῶσσαν δὲ ἰδίην.

Cap. 107. Μελάγχλαινοι δὲ εἵματα μὲν μέλανα φορέουσι πάντες, ἀπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι. ἀνδροφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων· νόμοισι δὲ Σκυθικοῖσι χρέωνται.

Cap. 108. Οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός. τοῦ δὲ τείχεος μέγαθος κῶλον ἕκαστον, τριήκοντα σταδίων ἐστί. ὑψηλὸν δὲ καὶ πᾶν ξύλινον· καὶ οἰκίαι αὐτῶν ξύλιναι, καὶ τὰ ἱρά· ἔστι γὰρ δὴ αὐτόθι Ἑλληνικῶν θεῶν ἱρὰ, Ἑλληνικῶς κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι, καὶ νηοῖσι ξυλίνοισι.

Cap. 109. Ὑπὸ μέντοι Ἑλλήνων καλέονται καὶ οἱ Βουδῖνοι, Γελωνοὶ, οὐκ ὀρθῶς καλεόμενοι· ἡ δὲ χώρη σφέων πᾶσά ἐστι δασέη ἴδῃσι παντοίῃσι. ἐν δὲ τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ, καὶ ἕλος, καὶ κάλαμος περὶ αὐτήν.

Cap. 117. Τὰ περὶ γάμων (τῶν Ἀμαζόνων) ὧδέ σφι διακέεται. οὐ γαμέεται παρθένος οὐδεμίη, πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι.

Cap. 172. Γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν (Νασαμώνων) ἕκαστος, ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μίξιν ποιεῦνται, τρόπῳ παραπλησίῳ, τῷ καὶ Μασαγέται, ἐπεὰν σκίπωνα προστήσωνται, μίσγονται. πρῶτον δὲ γαμέοντος Νασαμῶνος ἀνδρὸς νόμος ἐστὶ τὴν νύμφην νυκτὶ τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων μισγομένην· τῶν δὲ ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ, διδοῖ δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου.

* Credo leg. *ſtatum ſingulis annis tempus eſt.* Graece, *de ſtrage* induſtra.

*Lib.* 1. *Cap.* 21.

Regna Amazonum, fecundos pabulo, ad alia ſterilea, nudosque campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant.

*Ibidem.*

Feminae nubunt; verùm ut nubiles habeantur, non in aetate modus eſt. Niſi quae hoſtem interemere, virgines manent.

*Lib.* 1. *Cap.* 8.

Quod ſingulis aliquot ſimul conjuges: & plures ob id liberi agnatique ſunt, nusquam pauci degunt. *Poſt:* Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſcunt. Augilae Manes tantum Deos putant, per eos dejerant; eos ut ora-

οἴκου. Ὁρκίοισι δὲ καὶ μαντικῇ χρέωνται τοιῇδε. ὀμνύουσι μὲν τοὺς παρὰ σφίσι ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γενέσθαι τούτους, τῶν τύμβων ἁπτόμενοι. μαντεύονται δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα· καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέονται. τὸ δ' ἂν ἴδοιεν τῇ ὄψι ἐνύπνιον, τούτῳ χρέωνται.

Herodotus haec omnia citra exceptionem tribuit Naſamonibus populis Ἀυσχισίων: nihil Augilis. Ubi fortè Ἀυσχιλίων leg. ex Stephano περὶ πολίων Mela Ἀυσίων videtur legisſe: vertit enim *Auſenſes*: niſi fortè *Auſchiſenſes* vel *Auſchilenſes* leg. cuiquam videatur. Quem Αὔγιλα χῶρον vocat Halicarn. puto ex Pomponio Αὔγιλα ſcrib. ut ex ambiguitate litterarum ι. & υ. in corrupta linguae Graecae pronunciatione natum mendum appareat. De his inf. Quos vero τοὺς προγόνους Herod. *Manes* Mela reddidit. Plinius lib. v. cap. 8. *inferos* exſcripſit: non rectè mea ſententia. Mortuos enim intelligit majores & Parentes Augylarum, ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γένεσθαι. Aeſculapio ſic incubabant antiqui. vide Strabonem, & Plautum *Curcul.*

Cap. 174. Τούτων δὲ κατύπερθε πρὸς νότον ἄνεμον, ἐν τῇ θηριώδεϊ οἰκέουσι * Γαράμαντες, οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην. καὶ οὔτε ὅπλον ἐκτέαται ἀρήϊον οὐδὲν, οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Οὗτοι μὲν δὴ κατύπερθε οἰκέουσι Νασαμώνων.

Cap. 175. Ἐς δὲ τὸ πόλεμον, στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα [Μάκαι †.] Διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλουμένου Χαρίτων, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ.

Cap. 180. Οὕτω δὲ καὶ οἱ Μάχλυες περὶ τὴν τελ-
τα-

* Equidem in Herod. Γαμφάσαντες non Γαράμαντες leg. contenderim, & locum ab indoctis librariis corruptum, qui Garamantes esſe audierant: De Gamphaſantibus verò nunquam in mentem ne per ſomnium quidem venerat. Eadem enim Mela & ex eo Plinius lib. VI. cap. 8. Martianus Capella lib. VI.

† Julius Pollux lib. I. *Onomaſt.* Ἄραβες καὶ στρουθῶν δοραῖς ἀντὶ θυρεῶν καὶ ἀσπίδων ἐχρήσαντο.

cula conſulunt, precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia.

Feminis eorum ſolemne eſt, nocte, qua nubunt, omnium ſtupro patêre, qui cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuisſe maximum decus: in reliquum pudicitia inſignis eſt.

*Lib.* 1. *Cap.* 8.

Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari: nec vitare ſciunt tela nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliarum quàm quibus idem ingenii eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur.

*Ibidem.*

Primores ſagis velantur: vulgus beſtiarum pecudumque pellibus.

*Lib.* 1. *Cap.* 7.

Ultrà eſt Oea oppidum, & Cinyps fluvius per uberrima arva decidens.

*Lib.* 1. *Cap.* 7.

Super hunc Syrtis ingens palus amnem Tritona recipit: ipſa Tritonis: unde & Minervae cognomen inditum eſt, ut incolae arbitrantur ibi genitae; faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quòd quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter ſe decertantium celebrant.

τωνίδα λίμνην οἰκέουσι. τὸ μέσον δέ σφι οὐρίζει ὁ Τρίτων. καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὀπίσω κομέουσι τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ Αὐσῆς τὰ ἔμπροσθεν. ὁρτῇ δὲ ἐνιαυσίῃ Ἀθηναίης αἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι, τῇ αὐθιγενέϊ θεῷ λέγουσαι τὰ πάτρια ἀποτελέειν, τὴν Ἀθηναίην καλέουσι. τὰς δὲ ἀποθνησκούσας παρθένους ἐκ τῶν τρωμάτων ψευδοπαρθένους καλέουσι. Τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης· καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ πατρὶ δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διΐ. τὸν δὲ Δία ἑωυτοῦ μιν ποιήσασθαι θυγατέρα. ταῦτα μὲν λέγουσι. Μίξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συνοικέοντες, κτηνηδόν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἁδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς τ' ὠυτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνὸς, καὶ * τῷ ἂν ἥκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.

Cap. 181. Πρῶτοι μὲν ἀπὸ Θηβέων διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ Ἀμμώνιοι, ἔχοντες τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διὸς· καὶ γὰρ τὸ ἐν Θήβῃσι, ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί μοι, κριοπρόσωπον τοῦ Διὸς τ' ὤγαλμά ἐστι. τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τὸ τὸ μὲν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον. μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. τηνικαῦτα δὲ ἄρδουσι τοὺς κήπους. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης, ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς οὗ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν, ἐς μέσας νύκτας πελάζει. τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην. παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες, καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. ἐπίκλησιν δὲ αὕτη κρήνη καλέεται ἡλίου.

Cap.

* Laur. Valla reddidit: *apud quem virum habitare ſuſtinet.* Malè. Ex Mela diſcere poterat vertendum, *cui forma ſimilis fuerit.* Mox in Herod. Aldino: παρατείνουσι ὑπὸ Θηβαίων τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ Ἡρακλέας στήλας: puto mendoſum eſſe, legendumque ἀπὸ Θηβαίων.

## *Lib.* 1. *Cap.* 8.

Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſcunt. *Et ſup.* Quod ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nusquam pauci degunt.

## *Ibidem.*

Ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt, in eaque ſunt Ammonis oraculum, fidei inclytae: & fons quem Solis appellant. Fons media nocte fervet, mox & paullatim tepeſcens, fit luce frigidus: tunc ut Sol ſurgit ita frigidior: ſubinde per Meridiem maximè riget. Sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior. Rurſus cùm eſt media, perfervet.

* De Ammonis oraculo Plinius lib. v. cap. 5. & lib. vi. cap. 29. De fonte Solis ibidem lib. & cap. 5. & lib. ii. cap. 103. & Arrianus *de geſtis Alexandri* initio: Lucretius lib. vi. & Strabo lib. xvii. *Geograph.*

Cap. 183. Ἕτερος ἁλὸς κολωνὸς, καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ, τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι, ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς. ἐν τοῖσι καὶ οἱ ὀπισθονόμοι βόες γίνονται. ὀπισθονόμοι δὲ διὰ τόδε εἰσί· τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν. διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες, νέμονται, ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθεν οὐκ οἷοί τε εἰσὶ, προεμβαλλόντων ἐς τὴν γῆν τῶν κερέων. ἄλλο δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων βοῶν, ὅτι μὴ τοῦτο, καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύτητά τε, καὶ τρῖψιν. *Mox*: Σιτέονται δὲ οἱ Τρωγλοδύται ὄφις, καὶ σαύρους, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύγασι, κατάπερ αἱ νυκτερίδες.

Cap. 184. Ἀπὸ δὲ Γαραμάντων δι᾽ ἄλλων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ, ἄλλος ἁλός τε κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι, τοῖσι οὔνομά ἐστι Ἄτλαντες, οἳ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλέσι μὲν γὰρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται. οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται, καὶ πρὸς τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων ἐπιτρίβει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν χώρην αὐτέων.

Ibid. Ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου ὄρος, τῷ οὔνομα Ἄτλας. ἔστι δὲ στεινὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντῃ. ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται, ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. οὐδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπειν νέφεα οὔτε θέρεος, οὔτε χειμῶνος. τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο. καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾷν.

## *Lib.* I. *Cap.* 8.

Ex his, qui ultra deſerta eſſe memorantur, Atlantes Solem execrantur, & dum oritur & dum occidit, ut ipſis agriſque peſtiferum. * Nomina ſinguli non habent. Troglodytae nullarum opum domini, ſtrident magis quàm loquuntur. Specus ſubeunt, alunturque ſerpentibus. Apud * Garamantas etiam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur. Nam pronis directa in humum cornua officiunt.

* *Nomina ſinguli non habent*] Herodot. ἀλέσι μὲν γάρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες οὔνομα. id eſt, *univerſis enim*, vel *conſertis*, *nomen eſt Atlantes*. Valla ſolemne illud ſuum ſervat, & pro ἀλέσι ἅλες legit, & *ſales* inſulſè reddidit: quo nihil alſius.

* Pintianus totum hunc locum ex Herodoto & Plinio lib. XI. cap. 37. & lib IIX. cap. de bubus, reſtituit auxitque: *Specus ſubeunt alunturque ſerpentibus. Armenta habent, quae obliqua cervice paſcuntur: nam pronis directa in humum cornua officiunt. Apud Garamantas etiam armenta ſunt, quae retrò ambulantia paſcuntur. Apud Auſenſes nulli certa uxor*, &c.

## *Lib.* III. *Cap.* II.

In arenis mons eſt Atlas, denſe conſurgens: verùm inciſis undique rupibus praeceps, invius, & quo magis ſurgit, exilior. Qui, quòd altius quàm conſpici poteſt, * usque in nubila erigitur, caelum & ſidera non tangere modò vertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt.

* *Usque in nubila erigitur*] Fortè *erigi* ex Herodoto leg. non nemo exiſtimabit.

*De Zygantibus loquens.*

Cap. 194. Μιλτοῦνται δ᾽ ὦν πάντες οὗτοι, καὶ πιθηκοφαγέουσι· οἱ δέ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι ὄρεσι γίνονται.

## ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

Cap. 58. Οἱ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέει. πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες.

## ΠΟΛΥΜΝΙΑ.

Cap. 58. Ὁ δὲ κατ᾽ ἤπειρον στρατὸς πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐποιέετο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς Χερσονήσου, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχων τὸν Ἕλλης τάφον τῆς Ἀθάμαντος, ἐν ἀριστερῇ δὲ Καρδίην πόλιν. διὰ μέσης δὲ πορευόμενος πόλι-

*Et Lib.* I. *Cap.* 8.

Atlantes nomina ſinguli non habent: Non veſcuntur animalibus, neque illis in quiete qualia caeteris mortalibus viſere datur.

*Lib.* II. *Cap.* I. *de Agathyrſis.*

Ora artusque pingunt: ut quique majoribus praeſtant, ita magis vel minus: Caeterùm iisdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant.

*Et Lib.* III. *Cap.* 6. *de Britannis.*

Incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti.

*Lib.* I. *Cap.* 12.

Phoenicem illuſtravere Phoenices, ſolers hominum genus, & ad belli paciſque munia eximium. Literas & literarum operas, aliasque etiam artes; maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus; regnum praeliumque commenti.

*Lib.* I. *Cap.* 2.

Ex fluvio quem accipit Melas dictus: duas urbes amplectitur, Alopeconeſum & in altero Iſthmi littore ſitam Cardiam. Eximia eſt Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Ciconea

πόλιος, τῇ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Ἀγορή, ἐνθεῦτεν δὲ κάμπτοντες τὸν κόλπον τὸν Μέλανα καλεόμενον καὶ Μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀντισχόντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα· τοῦτον τὸν ποταμὸν διαβάς, ἀπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, ἤϊε πρὸς ἑσπέρην, Αἶνόν τε πόλιν Αἰολίδα καὶ Στεντορίδα λίμνην παρεξιὼν, ἐς ὃ ἀπίκετο ἐς Δορίσκον. Ὁ δὲ Δορίσκος ἐστὶ τῆς Θρηΐκης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα. διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο βασιλήϊον, τοῦτο τὸ δὴ Δορίσκος κέκληται, καὶ Περσέων φρουρὴ ἐν αὐτῷ κατεστήκεε ὑπὸ Δαρείου ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεί τε ἐπὶ Σκύθας ἐστρατεύετο. Ἔδοξε ὦν τῷ Ξέρξῃ ὁ χῶρος εἶναι ἐπιτήδεος ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρατόν· καὶ ἐποίεε ταῦτα. τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας ἀπικομένας ἐς Δορίσκον, οἱ ναύαρχοι, κελευσθέντος Ξέρξεω, ἐς τὸν αἰγιαλὸν τὸν προσεχέα Δορίσκῳ ἐκόμισαν. ἐν τῷ Σάλη τε Σαμοθρηΐκη πεπόλισται πόλις, καὶ Ζώνη. τελευταίη δὲ αὐτοῦ Σέρρειον, ἄκρη ὀνομαστή. ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. ὁ δὲ ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτον τὸν χρόνον τῆς στρατιῆς ἀριθμὸν ἐποιέετο. ὅσον μὲν νῦν ἕκαστοι παρεῖχον πλῆθος ἀριθμὸν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν τὸ ἀτρεκές· οὐ γὰρ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων. σύμπαντος δὲ τοῦ στρατοῦ τοῦ πεζοῦ τὸ πλῆθος, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες. ἐξηριθμήθησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον. συναγαγόντες ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ συνάψαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον. περιγράψαντες δὲ καὶ ἀπέντες τοὺς μυρίους, αἱμασιὴν περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸν ὀμφαλόν. ταύτην δὲ ποιήσαντες, ἄλλους ἐσεβίβαζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον, μέχρις οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηρίθμησαν.

Ro-

cones. Trans eundem Doriſcos, ubi Xerxem copias ſuas, quia numero non poterat, * ſpacio menſum ferunt. Deinde promontorium Serrium, ex quo canentem Orphea, ſecuta narrantur nemora, & Zone.

* *Spacio menſum ferunt*] Sic & Plinius lib. IV, cap. 11. *Natur. Hiſtoriae.* In numero immane quantum diſcrepant Hiſtorici. Valla in Herodoto vertit, centum & ſeptuaginta myriades, id eſt, decies ſepties centena millia. 1700000. Vide Diodorum Siculum lib. XI. *Biblioth.* Iſocratem *Panathenaico*, & Plinium lib. XXXIII. cap. 19. Juſtinus lib. II. *Hiſtoriarum Philippicarum Epitomae. Xerxes ſeptingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis: ut non immerito proditum ſit, flumina ab exercitu ejus ſiccata, Graeciamque omnem vix capere exercitum potuiſſe: Naves quoque decies centum millia numero habuiſſe dicitur.* Ceterum de *Sala* Mela extremo lib. III.

*Recenſens exercitum Xerxis.*

Cap. 64. Τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον. οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.

## ΟΥΡΑΝΙΑ.

*De Athenienſium claſſe ad Salaminem contra Xerxem.*

Cap. 42. Ἐς Πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προείρητο συλλέγεσθαι.

### *Lib.* III. *Cap.* 5.

Scythici populi, fere omnes in unum Sacae (*ſic. leg.*) appellati. Et *cap.*. 6. Scythae ſunt Androphagoi, & Sacae, definiti regione, quà feris ſcatet, inhabitabili.

### *Lib.* II. *Cap.* 3.

Troezenii fide ſocietatis Atticae illuſtres: portus Saronicus & Schenitas & * Pagonus.

* Leg. igitur *Pogonus* per quartam vocalem, ut Graecis *Πώγων*. Dici ſanè non poteſt, quàm multa in auctoribus antiquis loca in integrum reſtitui posſent, ſi ad Graecos fontes longè uberrimos, unde fluxerunt, referantur. Vellem idem in Cicerone & Plinio alii abſolvisſent, alterum quorum; ab H. Stephano inchoatum alterum à Joach. Perionio promisſum tantùm; laboris fortaſſè magnitudine utrisque deterritis, imperfectum jacet.

EPI

# EPISTOLA
# JO. CHRISTOPHORI
## CALVETI STELLAE
## AD
## ANDREAM SCHOTTUM.

---

## JO. CHRISTOPHORUS
## CALVETUS STELLA
## ANDREAE SCHOTTO S. P. D.

Legi, doctiſſime Schotte, ſumma cum animi mei voluptate, quae de Fredinandi Nuneſii Pintiani praeceptoris mei vita, doctè ſimul & eleganter ſcripſiſti. Vivet per te in hominum memoria Pintianus, cujus nomen, quod jam penè exſtinctum erat, deinceps durabit. Ceterùm quod de inſula *Antro* petis, cujus unus tantum Pomponius Mela, quod ſciam, meminit lib. III. cap. 2. Etſi hunc nodum dilucidè atque perſpicuè per te ipſe expedire potes; tamen ut exiſtimationi, quam de me concepiſti, ſatisfaciam, ſic habe. Mela enim de Garumna fluvio agens: *In eo*, inquit, *eſt inſula Antros nomine, quam pendêre, & attolli aquis increſcentibus ideo incolae exiſtimant, quia cùm videatur editior, aquis objacet; ubi ſe fluctus implevit, illam operit, nec, ut priùs, tantùm ambit: & quòd ea, quibus antè ripae colleſque, ne cernerentur, obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt.* Pulchrè quidem Mela. Satis enim conſtat ripas fluminum plerumque ipſis fluviis altiores eſſe: ideo nihil ferè de continenti navigantibus apparere, niſi ea tantùm, quae litoribus ſunt expoſita. At cum navis impetu fluctuum in altum ſubvehitur, jam conſpicua erunt in continenti, quae priùs in imo videri non poterant: idem in *Antro* inſula fieri exiſtimandum eſt. Nam cùm videatur editior, id eſt, altior, objacet undis,

dis, id eſt, circumjacet aquis, nempe fluctibus retro fluentibus: unde ejus tantùm latera & ripae cernuntur. At quoties fluctus ſe implevit, id eſt, maximè intumuit, quod fit ipſo pelagi in eam fluctu, ac incremento aquae, operitur inſula, non aquis, ſed increſcente fluctu propter ejus tumorem tegi videtur; & tanto fit depreſſior, quanto antea refluente unda videbatur altior: & propterea pendêre ab incolis exiſtimatur. Nec ut priùs tantùm ambit, id eſt, fluctus non undique eam aequè circumdat, ac priùs: tunc enim refluente fluctu omni ex parte non ſecus atque alia quaevis inſula, in quam nullus fiat aeſtus pelagi, aquis ambitur retro cedentibus tunc fluctibus, & in mare tranquilliùs redeuntibus: at contrà fit ferente ſe in eam fluctu magno impetu. Neque enim ut priùs tantùm inſulam ambit, ſed eam dumtaxat partem, ubi aeſtus furit. Siquidem tantus eſt fluctus tumor, ut ea pars, in quam Oceani acceſſus fertur, ambita tantùm cenſeatur: reliqua verò, etiamſi verè ambita ſit quietioribus ibi undis exiſtentibus, non videatur. Et ideo ſunt perſpicua, quae inſunt in inſula ex loco ſuperiore, id eſt, ex fluctibus increſcentibus, cùm antea, remeantibus, quo minus cernerentur, favebant ripae & colles. Ergo altior apparet, cùm aquis circumdatur fluctibus refluentibus, & tùnc ejus tantùm ripae & colles cernuntur. Pendet, cùm fluctus intumuit, & ubi fertur, ibi maximè eam ambit: & ideo cùm altior ipſa inſula ſit fluctus, omnia ejus plena & manifeſta videri, tanquam ſi ex ſuperiori loco, id eſt, ex intumeſcente fluctu, ea contemplaretur aliquis navi vectus, cùm antea ripae & colles impedimento eſſent fluctibus jam refluentibus, & Oceano tranquilliori. Sed quid tam accuratè hac de re apud te diſſero? qui ingenio, doctrina, litteris, & Linguarum peritia adeò excellis, nihil ut in Mela tam ſit obſcurum, tamque difficile, quod exquiſito judicio tuo non expendas: mirificè atque expeditè non explices, quo Pomponium Melam nitori ſuo, ut facis, reſtituas. Vale, mi Schotte. Salmanticae, Idibus Februarii, Anno M. IↃ. LXXXI.

# EPISTOLA ANDREAE SCHOTTI AD ABRAHAMUM ORTELIUM.

## ABRAHAMO ORTELIO

Antverpiano v. c. Philippi II. Hiſp. Regis Geographo,

*Civi ſuo cariſſimo,*

ANDREAS SCHOTTUS, S. P. D.

PROMISERAM, memini, doctiſſime Orteli, noſtras olim Obſervationes, jam tum penè affectas in *Pomponium* Melam, compoſitum à me Lutetiae ad Divi Victoris cum vetuſtiſſimo exemplari calamo exarato, & unde hauſit, Auctoribus Graecis, praeſertim Herodoto. En tibi fidem meam libero; quare, qui meas eſſe aliquid putare nugas ſoles, ut accuratè recenſeas, & culpas damnes, obeloque fodias, oro obteſtorque: cùm patriae communis amore, tum quia ceteris in hoc ſtudiorum genere antiſtas; ideoque de his optimè judicare & poſſis & ſoles. Tu enim mihi inter doctiſſimos, quia civis meus, & inter cives, quia doctiſſimus, unus (ut Plato Antimacho) inſtar es omnium,

*Deſcripſti radio totum qui gentibus orbem,*

& Univerſum hoc in Theatro, tanquam in illuſtri loco & ore omnium, ſpectandum propoſuiſti; in ea Urbe, quae (ut olim à Polemone *Roma*) τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴ jure optimo & cenſeatur, & appelletur: nec enim praeſtantibus ingeniis, quàm exoticis mercibus & opibus ſe venditat. Ego verò cùm rei gerundae cauſſa iter in Hiſpaniam haberem, & turbante Belgio, flagranteque bello civili, Bibliotheca & patria aliquandiu carendum viderem,

rem, *Melam* Hiſpanum Scriptorem Itinerarii vice tanquam fidum comitem asſumſi: & cum illo, re ex ſententia geſta, in hac ſtudiorum meorum peregrinatione more inſtitutoque majorum inchoata horis ſubſecivis collocutus, hoc *Spicilegium* feci, poſt Pintianum, cujus ad te Caſtigationes mitto, ut olim in integrum Plinium Obſervationes ejusdem: ſed vereor ne in tanta loci intercapedine perierint. Uterque liber ſpisſè ſane hîc reperiri potuit, & tantùm non interciderat: adeò verum eſt Chriſti illud oraculum, οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. Obſervationes ejusdem in Plinium utinam te hortante Plantinus noſter, typographus omnium, quot ſunt, quot erunt, maximè induſtrius, in vulgus edat, cum Jac. Suſii & Brugenſium Notis: esſet cur R. P. litterariae, patriae, & Plinio ipſi jam penè in integrum reſtituto, gratularemur. Nos Toletanum codicem MS. quo uſus eſt Pintianus, inſpeximus: non pauca relicta collegimus: Solinum quoque & Capellam cum MSS. compoſitos recenſuimus: ſed matureſcere ſinam: cupio enim, Deo favente, peregrinationis meae fructum aliquando exſtare & in patriam redundare, ne planè cesſasſe videamur. Interea ſi haec tibi probavero, benè operam poſitam exiſtimabo, nec calumniatores metuam: ſin minus, in ſpongiam tuam incumbere cum Ajace Auguſti facilè patiar. Vale, mi Orteli. Salutem à me illis non de vulgo amicis, Corn. Pruenio, Viviano, Lipſio, Carrioni, Papio, Levineio, Pulmanno, Plantino, Raphelengio, ceteris. Toleti a. d. x. Kal. Januar. Ann. partus virginei CIↃ. IↃ. LXXX.

# EPISTOLA
# ANDREAE SCHOTTI
## AD
# CHRISTOPHORUM PLANTINUM.

---

## ANDREAS SCHOTTUS.
### CHRISTOPHORO PLANTINO,

*Omni bono de R. P. merito, ἐυπράττειν.*

AIN' verò, Plantine, Corn. Valerium, & Theod. Langium fuiſſe? Nuper etiam Theod. Pulmannum? O triſtem nuncium! quo ita percuſſus ſum, vix ut apud me ſim. Illis enim Lovanii Grudiorum in Graecis Latiniſque totum biennium publicè privatimque operam dedi: hoc verò Antverpiae meae jucundiſſimè ſum uſus, homine in illuſtrandis & ad vetera exemplaria comparandis Poëtis antiquis diu multumque verſato. Quantum enim otii ab aliis rei domeſticae negotiis ſuppeditare poterat, omne id ad vitam legendo, ſcribendoque ex Varronis praecepto, procudendam conferebat. Langius omnem in Graecis litteris aetatem conſumſerat, quas Burdigalae apud Gallos, annos ferè decem profeſſus eſt; reliquo tempore in Gymnaſio trilingui Buſleidano, collega Petri Nannii viri doctiſſimi, qui Latinae Eloquentiae & Philoſophiae doctor erat; huic Corn. Valerius ſuccenturiatus, ita fideliter provinciam ſubivit, nihil ut purius aut terſius dici, quàm ab illo, poſſe videretur. Diſciplinarum eum orbem, quem Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, Latinis litteris conſcripſit: quo nihil ſanè in eo genere hactenus prodiit accuratius, nec aliud puerorum manibus teritur, apud omnes ferè nationes, aut frequentius, aut utilius. Jam Comment. Linguae Latinae in manibus habebat affectos, & inibi ut abs te, qui reliqua elegantiſſimis typis ſaepenumero beaſti, excuderentur. Sed hinc ſcena rerum inverſa, factiones ſeceſſioneſque

exor-

exortae; hinc finitimarum urbium odia, ſtrages, direptiones, vaſtitas agrorum, belli calamitas nata, quae, ut ille ait,

*Poſtquam pluris annos arva calvitur;*

ingens fames & inedia ſubſecuta: ex qua, ut fieri amat, peſtilitas, interneciones, caedes, doctorum hominum, quorum ſemper Lovanii frequens concurſus erat, fuga. Quae quidem ſenem quotidie ſpectantem mirificè angebant, ut jam ad caeleſtem patriam commigrare ſeriò optaret, ubi beati ſempiterno aevo fruantur. Videbat enim R. P. faciem commutatam; Galliae Belgicae (quod Deus ne ſiverit) ruinam animo praeceperat: ſtudiorumque exſilium impendere, quod omen & Deus avertat, divina mente cygneaque cantione praeſagiebat: quod omnium totius orbis Academiarum amoeniſſimum Muſarum fuerat domicilium, nunc militibus refertum, nihil praeter tympana & tubas ſonare ex animo dolebat. Equidem de me affirmare hoc poſſum, non mediocriter affici me (ἄνθρωπος γάρ εἰμι) cùm illorum obitu, tum loci illius interitu; quibus quantum id eſt, quod diſcendo, docendoque ſumus conſecuti, acceptum referimus. Nec interim injucunda recordatio Genii illius ſoli, caelique Lovanienſis: ut facilè augurer fore, ut nuſquam gentium ſtudiis aptiorem locum videam: quod & exteri ipſi non invitè agnoſcunt: ii praeſertim, qui Galliae, Italiae, Hiſpaniae, Germaniae, & Britanniae Academias luſtrarunt, verum id eſſe vi veritatis ingenuè confitentur. Alibi quidem Collegiis opes affluentiores; alibi fortaſſe ſtudioſorum frequentior numerus, ſed otioſorum. Eſt ubi ſingulae diſciplinae uberiùs doceantur; at nuſquam, credo, gentis humanitas major, vel civium in Litteratos vehementior affectus. Nuſquam caeli clementia ſalubrior: nuſquam omnes ſimul diſciplinae tanta diligentia fideque, rejectis quae ad inanem oſtentationem & Sophiſticen pertinent, docentur, quam Lovanii. Jam verò moeſtus recolo illas non de vulgo animas, vita, doctrinaque Theologos, Latomum, Dorpium, Tapperum, Driedonem, Heſſelium, Alardum, mitraque inſignes, Sonnium, Janſenium, Lindanum, Curtium: & è familia DD. Franciſci & Dominici, Saſboudum,

Titelmanum, & Backerium: quosque ipſe audivi, Bayum, Hunnaeum, Molanum, Baliolanum, & Gravium. Recordor Juris legumque peritos, Damhouderios, Vanderanos, Molinaeos, Leoninos, Wameſios, Ramos, Zuerios: Mathematicorum memini, Gemmae, Beauſardi, & Zeelſtii. Occurrunt Medici, Gemma filius, Tremelius, Bieſius, Dodonaeus, Pantinus, Brubelius: Philoſophi verò acutisſimi, Beveri, Croeardi, Othones, Lyrani. Obverſantur & Eloquentiae Profesſores, Linguarumque, And. Balenus, Goclenius, Nannius, Barlandus, Ceratinus, Paludanus, Leopardus, Olivarius, ceteri: nam hi ferè libris editis, in vulgus noti ſunt. Omitto praeſtantisſima ingenia eorum, qui è Grudiis, ut olim ex equo Trojano meri heroës, doctisſimi prodierunt; Lipſium, Carrionem, Canteros, Giſelinum, Fruterium, Giſanium, Duzam, Torrentium, Livineium, Papium, Modium, ceteros: qui rem litterariam mirificè exornant, & Belgii decus gnaviter tuentur, nec, ut ſpero, intermori ſinent, quin potius aliò migrantes Muſas, tamquam è fuga, obtorto collo retrahent. Aliorum igitur interitum eo fero conſtantius: cùm,

*Quòd ſciam nihil in vita proprium mortali datum,*

ut ait Lucilius: eaque nobis lege vitae uſuram datam, non mancupi; ſed ut depoſitum nihil cunctando reddamus: tum quòd illorum laudibus hi ſuccreſcant; qui ſi Reip. tranquillitas & ſecunda aura afflabit, nomen illorum facilè obſcurabunt. Accedit ad haec; te etiam, Plantine, ita ſtudia libris, elegantisſimis formulis, & emendatisſimè edendis provehere, pomoeriaque quàm latisſimè proferre, ut barbaries ſequioris ſeculi minimè metuenda ſit, & publicum dumtaxat bonum reſpicere ipſe, & privato commodo longè anteponere videaris. Tot enim labores pro R. P. litteraria exantlaſti, ut, quod ex M. Tullii Oratione *pro M. Aemilio Scauro* laudat Aſconius, *flagrantes ſtudio laudis, in ſpem impuleris, posſe virtutem ſine praeſidio Fortunae, quò contendisſet* LABORE ET CONSTANTIA *pervenire.* Macte igitur, & perge litterarum ſtudioſis facem induſtria tua diligentiaque accendere: nec te à benemerendi officio, rebusque gerun-

gerundis abduci quorundam improbitate aut calumnia patiaris. De me ſi fortè ſcire aves; non omnino ceſſamus: *Serimus arbores, quae alteri ſeculo proſint:* conamur ſaltem. Obſervationum libros è Graecis Latinisque Auctoribus cudimus: ubi maturuerint, ad te mittam, ut ſi genio ipſi ſuo, vel nulla re alia, induſtria ſaltem tua in excudendo commendentur, & in apertum referantur. Senecae quoque Controverſias cum antiquisſimo MS. ex Bibliotheca Ant. Covarruviae v. c. comparavi: unde & Graeca omnia, hactenus à doctis efflagitata, & incredibili ſtudio quaeſita, quòd in editis nec vola, nec veſtigium appareat, quantum de characteribus ſemi-Latinis conjectando fieri poterit, reponemus. Reliqua praetereo: adhuc enim meſſis in herba eſt. Interim Deum O. M. *precor, veniam petens ut quae egi, ago, axim, verruncet benè,* ut ille ait. In hac tamen ſtudiorum peregrinatione, more majorum ſuſcepta, cum Varronis illo Sesquiulysſe: *Metuo ne me quoque, cùm domum jam ab Ilio cesſim revertero, praeter canem cognoſcat nemo.* Juvat tamen,

*Neptunum procul è terra ſpectare furentem,*

aliorumque naufragia intueri, quàm eadem navi jactari malo: & ut ait Sophocles, *κἂν ὑπὸ στέγῃ* Πυκνᾶς *ἀκούειν ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί.* Sed de Repub. ut nunc tempora ſunt, pax. Studia tractemus, & rectum clavum teneamus, ut nos aliquando vixisſe poſteris teſtemur. Vale, vir optime, & me amare perge. Salutem à me Raphelengio, & Moreto, generis: Abr. quoque Ortelio & Corn. Pruenio civibus meis carisſimis. A. D. III. Nonas Majas, Ann. CIↃ. IↃ LXXXI.

# PETRI CIACCONII
# NOTAE
# IN
# POMPONIUM
# MELAM.

l. 2. *Et facundiae minimè capax*] Deterruit ea res Ciceronem totius facundiae eloquentiaeque Parentem, & ab inſtituto opere Geographiae revocavit; ſic enim ſcribit ad Atticum: Γεωγραφικὰ, *quae conſtitueram, magnum opus eſt: ita valde Eratoſthenes, quem mihi propoſueram, à Serapione & Hipparcho reprehenditur. Quid cenſes, ſi Tyrannio acceſſerit? Et hercule, ſunt res difficiles ad explicandum, &* ὁμοειδεῖς; *nec tam poſſunt* ἀνθηρογραφεῖσθαι *quàm videbantur.*

l. 4. *Perplexo ſatis ordine*] Atque ita Mela in tradendis gentium locorumque nominibus, aliquando facundiae & numeri orationis potius rationem habet, quam ordinis, quo ſita ſunt, ut ſuis locis annotabimus, ut initio cap. 2.

l. 9. *Pretium operae*] Sic Seneca lib. *Natural. Quaeſtionum* VI. cap. 4. *Quod erit*, inquit, *pretium operae? quo nullum majus eſt, noſſe naturam. Neque enim quidquam habet in ſe hujus materiae tractatio pulchrius, cùm multa habeat futura uſui, quam quod hominem magnificentia ſui detinet; nec mercede, ſed miraculo colitur.* Haec ille.

l. 10. *Nunc autem, ut quaeque erunt clariſſima, & ſtrictim*] Salluſtius, ut quidem citatur à Nonio Marcello. *Strictim, ut quaeque memoria digna videbuntur, perſcriberem.* Et rectè quidam particulam *autem* hic abundare exiſtimant.

l. 12. *Quae ſit forma totius*] Cùm inferius terram univerſam in quinque Zonas diſtinguat, earumque unam tantùm à nobis habitari tradat, tamen eam nunc partem, *totum orbem* appellat, inferius verò *univerſum*; cum ſcribit: *Hoc mari, & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo, in tres partes univerſum dividitur.* Et ſuperius *orbem*. *Orbis*, inquit, *ſitum dicere aggredior.* Et cap. 4. *Donec curſus incoepti Operis intra extraque circumvectus orbem.* Plinius etiam lib. III. initio, *Terrarum*, inquit, *orbis univerſus in tres dividitur partes.* Seneca verò eam terrae portionem appellat, *omnia*, in *Declamationibus*: *Ita*, inquit, *eſt natura rerum, poſt omnia Oceanus; poſt Oceanum, nihil*: & *univerſa* in *Quaeſtionibus Natural.* Sed adhuc anguſtius Plinius, *Terrarum orbem*, *Aſiam* vocat, lib. VI. cap. 11. *Ibi loci terrarum orbe portis excluſo.* & cap. 1. ejusdem libri de Boſporis; *Ali-*

*Alitum quippe cantus, canumque latratus invicem audiuntur: vocis etiam commercia inter duos orbes manent, niſi cùm ipſum auferunt venti.* Lucanus verò etiam *orbem Hiberum*, *Hiſpaniam* appellat.

l. 13. *Quo ſingulae modo quaeque ſint, utque habitentur* ] Hoc eſt, qua forma ſingulae partes ſint, & quae eas gentes inhabitent: infr. cap. 4. *Haec ſumma noſtri orbis, hae maximae partes, hae formae, gentesque partium.*

l. 14. *Oras omnium & litora* ] Sic Seneca: *Urbes, oraeque terrarum, ac litora, & ipſum mare in ſervitutem fati venit.* Sed id inferiùs cap. 4. *oras* dixit *ac ſitus. Nunc*, inquit, *exactiùs oras ſitusque dicturo.* & lib. II. cap. I. *Aſiae in noſtrum mare Tanainque vergentis, quem dixi, finis ac ſitus eſt.* Niſi quis ex hoc loco utrobique *litus* pro *ſitus* legere velit.

l. 15. *Ut intrà extràque ſunt* ] *Intrà* ad mare mediterraneum, quod *internum* etiam vocant, retulit. Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν; *extrà* verò ad Oceanum, quem τὴν ἔξω θάλασσαν iidem appellant: ſic Latini *externum*. Inf. cap. 4. *Intrà extráque circumvectus orbem.* & Plin. lib. VI. cap. 31. *Abundè orbe terrarum extrà, intrà indicato.*

l. 16. *Atque ut ea ſubit* ] Liber MS. rectiùs, *utque ea ſubit.* Eſt autem ſuperiorum expoſitio: mare enim noſtrum ſubit atque intrat terras, Oceanus circumluit.

l. 17. *Quae in natura regionum incolarumque memoranda ſunt* ] Cicero *Epiſt. ad Q. Fratrem* extremo ſecundo libro: *Te verò ὑπόθεσιν ſcribendi egregiam habere video: quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem verò ipſum imperatorem habes?* (Libentiùs legerem, *memoranda ſint.*)

l. 19. *Paulò altiùs ſumma repetetur* ] Cùm promiſisſet, ſe orbis ſitum esſe dicturum, necesſarium illi fuit rem paullo altius repetere, & à caelo exordiri, in cujus medio terrarum orbis ſitus eſt. Cic. lib. I. *Epiſt. ad Famil.* 9. *Quod tibi ut planiùs exponam, altiùs paulò rationem conſiliorum meorum repetam neceſſe eſt.*

LIB.

## Lib. I. Cap. I.

l. 1. *Omne igitur hoc* ] Graeci auctores caelum hoc, cujus complexu cuncta teguntur & continentur, τὸ πᾶν, τὰ πάντα, ſive τὰ ὅλα, frequenter vocant; & eorum imitatione Latini id ipſum, *omne*, *totum*, *univerſum*, *omnia*, *univerſa*, univerſumque etiam mundum appellarunt; ſed exemplis, quae multa ſanè collegi, brevitatis cauſa ſuperſedendum duxi, uno tantùm Senecae loco contentus ero ex epiſt. CIII. *Illi*, inquit, *patria eſt*, *quodcunque univerſa circuitu ſuo cingunt*, *hoc omne*, *intra quod jacent maria cum terris*, *intra quod aër humanis divina ſecernens; intra quod diſpoſita tot numina in aditus ſuos excubant*, &c.

l. ead. *Quidquid id eſt* ] Sic quidem in rebus dubiis Antiqui loquebantur. Lucret. lib. V.

*Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans,*
*Sive ſuam proprio jactat de corpore lucem,*
*Quidquid id eſt, nihilo fertur majore figura,*
*Quam, noſtris oculis* (1) *quam cernimus, eſſe videtur.*

Et Seneca in *Thyeſte* verſ. 825.

*Sed quidquid id eſt, utinam non ſit!*
*Trepidant noſtra pectora magno*
*Concuſſa metu.*

Dubitat ſanè Mela, quid ipſum *caelum* ſit; cùm de eo tot ſummi Philoſophi diſſentirent, neque inter eos, qui illud numen eſſe affirmabant, quis planè Deus eſſet, omnino conveniret. Euripides enim *Jovem* eſſe ait, cùm ſcribit:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Quos verſus ita tranſtulit Ennius, ut eſt apud Ciceronem lib. II. *de Natura Deorum*.

Vides

(1) Leg. *quum cernimus*.

*Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera,*
*Qui tenero terram circumvectu amplectitur:*
*Hunc ſummum habeto Divûm: hunc perhibeto Jovem.*

Alii verò *Saturnum.* Varro lib. IV. *de Ling. Lat. Principes*, inquit, *Dei, Caelum & Terra; ii Dei, iidem, qui in Aegypto Serapis & Iſis: ut iidem Principes in Latio Saturnus & Ops.* Denique alii alium. Mela igitur aut incertus, quid Caelum eſſet, aut ne illud ipſum Numen offenderet, alieno & non grato nomine appellans, *quidquid id eſt*, dixit. Solebant enim veniam à Diis petere, ſi eos fortè non ſuo, aut eo, quo non gauderent, nomine nuncupasſent. Sic Horatius:

*Matutine Pater, ſeu Jane libentius audis.*

Euripides: Ζεὺς, εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις. & Macrobius: (1) *Dis Pater, ſive Jovis manes, ſive vos quo alio nomine fas eſt nominare.* Sed appoſitisſimè omnium ad id, quo de agitur, Plato in *Timaeo:* ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος, μάλιστ' ἂν δέχοιτο, ΤΟΥΤΟ ἡμῖν ὀνομάσθω, hoc eſt, ut Cicero tranſtulit, *omne igitur hoc, ſive caelum, ſive mundus, ſive quovis alio vocabulo gaudet*, HOC *à nobis nuncupatus ſit.* Atque hic quidem videtur non ineptus ſenſus hujus loci. Sed quoniam in MSS. libris, vulgatisque etiam aliquot, pronomen *id* non legitur, ſi eam lectionem ſequamur; *omne hoc quidquid eſt*, nihil amplius valebit, quàm, *omne hoc.* Plinius lib. II. cap. 68. *Nam cùm ſint ejus quinque partes, quas vocant Zonas, infeſto rigore & aeterno gelu premitur omne quidquid est ſubjectum duabus extremis, utrinque circa vertices.* Et cap. 67. de orbe terrarum: *Quae contemplatio, apta detegendae mortalium vanitati, poſcere videtur, ut totum hoc, quidquid eſt, in quo ſingulis nihil ſatis eſt, ceu ſubjectum oculis, quantum ſit, oſtendam.* Et lib. VII. cap. 6. *adeòque incesſus, atque omne, quidquid dici poteſt, in gravida refert.* Macrobius quoque in *Somn. Scipionis* lib. I. cap. 19. de ſtellis, *Quod illae ſupra ſolem locatae in ipſo purisſimo aethere ſunt, in quo omne, quidquid eſt, lux naturalis & ſua eſt.*

l. ead.

(1) Lib. III. *Saturn.* cap. 8.

l. ead. *Cui mundi caelique nomen indidimus*] Sic Plinius lib. II. cap. 1. *Mundum*, *&* *hoc*, *quod nomine alio caelum appellare libuit*. Graeci eadem ratione οὐρανὸν & κόσμον nominarunt. Plato in *Politico*: ὃν δὴ οὐρανὸν καὶ κόσμον ὀνομάζομεν. Cicero in *Timaeo*: *Quumque eum ſimilem univerſi natura efficere vellet*, *ad volubilitatem rotundavit*, *comiteque eum ſapientia quam optimae mentis effecit*, *circumque omne caelum aequaliter diſtribuit*, *ut hunc varietate diſtinctum*, *benè Graeci κόσμον*, *nos lucentem mundum nominaremus*. Varro in *Satyra*, cui nomen fecit *Dolium*, ſive *Seria*:

*Mundus domus eſt maxima homulli;*
*Quam quinque altitonae fragmine Zonae*
*Cingunt: per quam limbus pictus bis ſex ſignis*
*Stellimicantibus*, *altus in obliquo aethere*,
*Lunae Bigas Soliſque acceptat*, *&* *appellatur à caelatura*
*Caelum*, *Graecè ab ornatu κόσμος*,
*Latinè à puritie mundus*. (1)

l. 2. *Unum eſt*] Hoc loco decepti quidam docti Viri ſcripſere, Melam hic de univerſo mundo agere, non de caelo, idque adeo, quia unum esſe caelum nullus planè Philoſophorum, plures vero esſe mundos, quidam, atque hi non obſcuri, ſcripſerint: ſed ii nimirum meminisſe debuerunt, Ariſtotelem lib. II. *de Caelo* cap. 6. hoc ad verbum tradidisſe: Ὅτι μὲν οὖν εἷς καὶ μόνος ἐστὶν οὐρανὸς, καὶ οὗτος ἀγένητος, καὶ ἀΐδιος, ἔτι δὲ κινούμενος ὁμαλῶς, ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω: hoc eſt, *unicum igitur esſe caelum*, *atque hoc ingenerabile*, *&* *ſempiternum*, *&* *uniformi ſemper motu cieri*, *ex iis*, *quae diximus*, *ſatis patuit*. Quem locum enarrans Simplicius ait, Ariſtotelem unum esſe caelum dixisſe, non quod Planetarum globos ſphaerasque non nosſet, cum eos ipſe & in Libris *de Caelo*, & in *Metaphyſicis* ſatis diligenter enumeret, ſed quod unius mundi una esſet caeleſtis regio. Idem-

(1) Duo diverſa haec ſunt fragmenta, & ex diverſis Auctoribus hauſta. Poſterius incipit ab * *Et appellatur*, vel *vocatur*, ut in Editis exhibetur.

* Non credo esſe fragmentum vetuſti ſcriptoris. Legitur inter fragmenta Varronis pag. 96. neſcio à quo è Plinio lib. II. cap. 4. Sed non illius verbis deſcriptum. DUKER.

Idemque ſenſit illo loco lib. II. ubi Ariſtoteles ſcribit: πᾶς οὐρανὸς εἷς ἐστι καὶ ἀΐδιος, hoc eſt, *omne caelum unum eſt, & aeternum.* Nam de caelo, non de mundo, ibi Ariſtotelem agere planè confirmat.

l. 3. *Se cunctaque amplectitur*] Legendum *complectitur*, ex antiquo Libro: & haec verba ſatis oſtendunt Melam de caelo hîc ſolum ſermonem inſtituiſſe; cùm dicat, illud extremitate ſuprema ſe cunctaque alia complecti: declarant id quoque & ea quae ſequuntur.

Ibid. *Partibus differt*] Manilius lib. IV. has etiam caeli partes enumerat, cum ait:

*Quatuor in partes caeli deſcribitur orbis,*
*Naſcentem, lapſumque diem, mediosque calores,*
*Teque Helice.*

Verùm eae partes in horizonte cujusque loci collocandae potiùs conſtituendaeque ſunt, quàm in ipſo caelo; cùm enim id aſſiduè continenterque verſetur, neceſſe eſt aliquas ex iis partes frequenter mutari, atque in aliarum locum alias ſubinde ſuccedere.

l. 6. *Quà decurrit, Meridies*] Hoc idèo dixit, quòd cùm noſtrum orbem citra Zodiacum exſtimaret eſſe ſitum, neceſſe erat omnem ſolis curſum illi à Meridie eſſe. Sic Macrobius in *Somn. Scip.* lib. II. cap. 7. *Omne*, inquit, *iter Solis in noſtro Meridie eſt.* Et Vitruvius lib. VIII. cap. 2. *Auſter verò & venti reliqui, qui à Solis curſu impetum faciunt.* (1) *à Solis curſu* pro *à Meridie* dixit.

l. 7. *Hujus medio terrà ſublimis*] Contra Cicero, *infimam in mundi medio terram eſſe* ait, non *ſublimem*, ſexto de Rep. libro, (2) *Terra*, inquit, (3) *complexa medium mundi locum* Et iterum: *Nam ea, quae eſt media* (4), *& nona tellus, neque movetur & infima eſt.* Sed nimirum id eſt, quod Idem *prima Tuſculana* (5) ſcribit, *tum globum terrae eminentem è mari, fixum* (6) *è medio mundi univerſi loco.* Eſt ergo *ſublimis* hîc, *eminens è mari, atque exſtans.* Licet idem lib. *de natura*

(1) *Ubi à Solis.* (2) Sive in Somnio Scipionis cap. 5. (3) *Immobilis, ima ſede ſemper haeret complexa m. m. l* (4) Scilicet Globorum mundi. (5) cap. 28. (6) *in medio.*

*tura Deorum* II. aquam terra eſſe altiorem tradat his verbis: *eademque ratione mare, cùm ſupra terram ſit, medium tamen terrae locum expetens, conglobatur undique aequabilitèr, neque redundat unquam, neque effunditur.* Et Virgilius lib. III. *Aeneid.*

*Cùm procul obſcuros colles, humilemque videmus*
*Italiam.*

Ejus Interpres Servius, *rem*, dicit, *Phyſicam exprimit: quia omne quod continet, altius eſt eo quod continetur*: nam quomodo haec intelligenda ſint, alibi latius diximus.

l. 8. *Eademque in duo latera ab oriente diviſa*] *Latera* mox *partes* appellat, ut lib. II. cap. 5. cùm ait, *Galliae Lemanno lacu & Gebennicis montibus in duo latera diviſae.* Antiqui enim jam inde ab (1) Niceta Pythagoreo terrarum orbem in duas oras longè inter ſe diſtantes, rurſusque in quinque Zonas, diviſum eſſe dixerunt: & ſic complexus eſt Cicero I. *Tuſcul. Tum globum terrae è mari eminentem, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quàm nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde*

*Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives.*

*Altera Auſtralis, ignota nobis, quam vocant Graeci ἀνταξόνα*, ſive, ut ego legendum exiſtimo, *ἀντίχθονα*: ſcribit enim Plutarchus lib. III. *de Placitis Philoſoph.* cap. 9. Nicetam Pythagoreum exiſtimaſſe duplicem eſſe terram, *ταύτην, καὶ τὴν ἀντίχθονα*; ceteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut urantur calore. Ceterùm hujus loci non magna perverſio in magnos errores Viros alioqui doctos induxit, quos facilè vitare poterant, ſi pro *eademque*, legerent, *eodemque.* Terra; inquit, undique Oceano cingitur, atque eodem in duas partes divi-

(1) Plutarcho quidem eſt Οἰκέτης. ſed credo Ciacconium ſcripſiſſe *Niceta* & *Nicetam*, quanquam fortaſſe verius eſt, *Iceta* & *Icetam*, ſive *Hiceta* & *Hicetam.* Vide Xylandrum ad Plutarchum, Gruterum ad Cicer. lib. IV. Academ. cap. 39. Menagium ad Laërtium VIII. 85. Daviſium ad Ciceronem. DUKER.

dividitur: eam autem hujus loci germanam eſſe lectionem, tum ex omni Antiquitate, tum ex ipſo Mela facilè oſtendam. Et primùm quidem M. Manilius de duobus Hemisphaeriis loquens, ſic ſcribit:

*Pontus utrosque ſuis diſtinguit & alligat undis.*

*Alligat & diſtinguit*, dixit quod Mela, *cingit & dividit*. Praeterea Cic. in *Scipionis Somn. Duo*, inquit, *ſunt habitabiles; quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, adverſa vobis urgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus. Hic autem alter ſubjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quàm vos tenui parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur à vobis, parva quaedam eſt inſula; circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Omnem hanc terram, quae à nobis incolitur, circumfundi ait Oceano, & ab altero, quem Antichthones habent, dividi. Videndus eum in locum Macrobius lib. II. cap. 9. & lib. *Saturn.* I. cap. 23. *Unde Oceani ſoli velut dapes miniſtrat, ideo enim, ſicut & Poſidonius & Cleanthes affirmant, ſolis meatus à plaga, quae uſta dicitur, non recedit, quia ſub ipſa currit Oceanus, qui terram & ambit & dividit.* Haec ille. Sed plura Strabo lib. II. Plinius, Cleomedes, Marcianus, & alii. Ipſe tamen Mela ſui optimus interpres, hoc eodem libro cap. 9. *Quòd ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis à meridie Antichthones, neque illud quidem à vero nimium absceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi ſubter maria caeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere.* Et lib. III. cap. 7. *Taprobane aliis grandis admodum inſula, aliis prima pars orbis alterius.* De eodem Plin. lib. VI. cap. 22. *Taprobanen alterum orbem terrarum eſſe, diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione.*

l. ead. *Quae hemiſphaeria nominantur*] Scribit lib. II. Strabo à Geographis, caelum omne, terramque quae illi ſubſtrata eſt, aequinoctiali orbe in duo hemiſphaeria dividi, alterumque ab illis *Aquilonium*, *Auſtrale* alterum appellari. Pomponius verò, qui ex opinione Philoſophi forſan Leucippi terram non globoſam, ſed planam eſſe credebat, *latera* potius, quàm *hemiſphaeria*, voluit nominare.

l. 10. *Zonis quinque diſtinguitur* ] De *Zonis* alibi multa diximus. Haec quare à Philoſophis excogitatae ſint, refert Strabo lib. 11. *Geograph.*

l. 12. *Paria agunt anni tempora* ] Hoc alibi tradidimus diligentiùs: nunc ſatis ſit dixiſſe, eos, qui duas oras terrarum incolunt, paria inter ſe habere quatuor anni tempora, Hiemem, Ver, Aeſtatem & Autumnum, non tamen eodem tempore: nam cùm his eſt aeſtas, illis hiems eſt, itemque autumnus & ver. Haec ita eſſe declarat ipſe Mela inferiùs cap. 9. nam cùm dixiſſet, *Nilum aeſtivo ſidere exundare*, ejus rei cauſas reddens, ait: *quòd ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis à meridie Antichthones, ne illud quidem à vero nimium abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi ſubter maria caeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quòd tum hyems ſit unde oritur.*

l. 13. *Antichthones alteram* ] Diximus ſuprà ex Plutarcho, Nicetam Pythagoraeum ſcripſiſſe duas eſſe terras, hanc noſtram, & alteram *ἀντίχθονα*: inde ejus inhabitatores *Antichthones* ſunt appellati. Ptolemaeus lib. 1. magni Operis. (1) *παρὰ μὲν τοῖς βορειοτέροις τοῦ ἰσημερινοῦ τῶν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ πρὸς μεσημβρίαν παραλλάσσειν τὴν σελήνην· παρὰ δὲ τοῖς νοτιωτέροις τοῦ ἰσημερινοῦ τῶν ἀντιχθόνων καλουμένων, πρὸς ἄρκτους παραλλάσσειν* Ipſe autem Ptolemaeus Antichthonum terram *ἀντοικουμένην* appellat. Baſſus in Arati enarratione, *diviſi*, inquit, *ſunt à nobis circulo aequinoctiali, qui Antichthones nominantur: hi alio nomine Antoeci vocantur*, de quibus & Perioecis, & Antipodibus, quos omnes ut adverſos, aut averſos, aut obliquos ſtare nobis Cicero dixit, nos alibi multa.

l. 15. *Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occaſum* ] Sic lib. 11. cap. 7. de Cypro, *recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*, hoc eſt, extenditur: aliàs *projecta* ſolet dicere, ut lib. III. cap. 6. de Britannia: *Ceterùm ut adhuc habuimus, inter ſeptentrionem occidentemque projecta*: ſic enim in libris MSS. legitur. Et eod. lib. cap. 5. *an tellus infeſta frigoribus ſine ambitu & ſine fine projecta.* Nonnunquam & *vecta*; ut lib. 11. cap. 3. *Graecia dum Myrtoum pelagus attingat, à ſeptentrione in meridiem vecta.*

(1) Παρὰ μὲν τοῖς] Δύνασθαι παρὰ μὲν τοῖς.

*vecta*, Ceterùm hujus habitabilis longitudinem ab ortu ad occaſum porrigi, Strabo, Ptolemaeus, Geographique omnes tradunt. Plin. lib. II. cap. 108. *Pars noſtra terrarum ambienti Oceano velut innatans, longiſſimè ab ortu ad occaſum patet.*

l. 17. *Et quia ſic jacet*] Sunt qui haec verba negant eſſe Pomponii, quòd de Africa ſimili modo loquatur inf. cap. 4. cùm ait, *longior tamen ipſa, quàm latior*: quibus propemodum asſentior. Sunt, qui non *quia*, ſed *qua* legendum exiſtiment, interpretenturque, quà ab ortu ad occaſum extenditur. Verùm quum ſequitur, *aliquanto, quàm ubi latiſſima eſt, longior*, neſcio an emendatè legatur, quum Strabo gravis auctor, & Pomponio antiquior, altero tanto, quàm ubi latisſima eſt, longiorem tradat, & eo amplius. Longitudini enim tribuit ſtadia LXX. M. latitudini XXX. M. & Ptolemaeus (quanquam is inferior Pomponio fuit) longitudinis facit gradus CLXXX. latitudinis LXXIX. Plinius etiam, qui Melam libenter ſequitur, antiquos Auctores plures citat, ex iisque colligit, latitudinem terrae à meridiano ſitu ad Septentriones dimidio minorem, quàm longitudinem eſſe, lib. II. cap. 108.

l. 19. *Unum à ſeptentrione*] Negat hoc Herodotus, ex cujus ſcriptis plurima alioquin Mela decerpſit; nam is lib. I. in hanc ſcribit ſententiam: *Caſpium mare per ſeſe eſt, nec cum ullo alio miſcetur: nam & illud, quod Graeci omnes pernavigant, & id, quod extra Columnas eſt, vocatur Atlanticum, & Rubrum, idem eſt mare. Caſpium verò alterum, ac per ſe ipſum eſt.* Et Ptolemaeus lib. VII. *Geogr.* cum ait: ἡ δὲ Ὑρκανία, ἡ καὶ Κασπία θάλασσα, πάντοθεν ἀπὸ τῆς γῆς περικέκλειστοι νήσῳ κατὰ τὸ ἀντικείμενον παραπλησίως. Atque id ita eſſe compertum eſt. Strabo tamen, Plinius, & alii ex Antiquis, Oceano Scythico erumpere, falſò tradiderunt, quos in hoc Pomponius potiùs, quàm Herodotum, ſequi voluit.

l. 21. *Hoc primum anguſtum*] Imitatus totum hunc locum Plinius lib. VI. cap. 12. *Mare anguſto meatu terras irrumpit, ſeptem ſtadiorum intervallo Europam auferens Aſiae. Primas anguſtias Helleſpontum vocant: hac Xerxes Perſarum Rex, conſtrato navibus ponte, duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis Euripus* LXXVI. M. *paſſ. ſpatio ad Priapum urbem Aſiae, qua Magnus Alex-*

 *ander*

*ander tranſcendit. Inde exſpatiatur aequor, rurſusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur, anguſtiae Thracius Boſporus, latitudine* D. *paſſ. quâ Darius pater Xerxis copias ponte transvexit.*

l. ead. *Neque amplius decem millibus*] Plinius initio lib. III. veriùs: *Quindecim* M. *paſſ. in longitudinem, quas diximus, Oceani fauces patent, quinque* M. *in latitudinem à vico Mellaria Hiſpaniae ad promontorium Africae Album, auctore T. Gracula juxtà genito. T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum,* VII. M. *paſſ. ubi verò plurimum, decem millia.* Strabo longitudinis ſtad. CXX. latitudinis LXX. quod ferè idem eſt cum Plinio.

l. 22. *Terras aperit atque intrat*] Iisdem ferè verbis Plin. lib. III. Prooem. *Gaditano,* inquit, *freto irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa eſt, laeva Europa.* Et cap. I. *Avido meatu terras, quaecumque venientem expavêre, demergens.*

l. 24. *Ex diverſo prope coëuntibus*] *Ex diverſo* dixit ſaepe Pomponius pro ex contrariis partibus: paulò inf. *Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit, & ex diverſo Nilus in pelagus.* Coëunt verò ad Helleſpontum Europae littora & Aſiae, illa à ſeptentrione, haec à meridie. Plinius quoque Melam expreſſit lib. V. cap. 2. *Rurſusque coëuntibus terris anguſtiae.*

l. 25. *In arctum agitur*] (1) Terentius, *in arctum cogitur,* dixit *Heautontim.* act. IV. ſc. 2.

*Nimis in arctum meae coguntur copiae.*

& Plin. lib. IV. cap. 12. *Inde exſpatiatur aequor, rurſusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur.* Sed Seneca *Nat. Quaeſt.* lib. VI. cap. 18. *Ubi illum,* inquit, *extrinſecus ſuperveniens cauſa ſollicitat, compellitque & in arctum agit.*

l. ead. *Ut minus mille paſſibus pateat*] Herodotus lib.

(1) Scripſit hoc Ciacconius ex memoria: nam Terentius reliquit: *In anguſtum oppidò nunc meae coguntur copiae:* locus eſt Heaut. IV. 2.

lib. IV. Strabo, *ſtadiis ſeptem*. Plinius initio lib. VI. *Anguſtiae ad Helleſpontum octingentorum ſeptuaginta quinque paſſuum*. Et lib. V. cap. 32. *Abydum oppidum, ubi anguſtiae ſeptem ſtadiorum*. Xenophon verò lib. II. Ἑλληνικῶν, *quindecim*.

l. 27. *Quàm fuit arctius*] Quoniam qui plurimum tribuerunt iis anguſtiis, dedere ſtadia quinque.

l. ead. *Exit in ſpatium*] *Spatium* appoſitè hic appellat.

l. 29. *Ingens iterum & magnae paludi conjungitur*] Legendum exiſtimo, *vaſtae paludi*, auctoritate adductus Herodoti, à quo complura deſcripſit Mela, qui lib. IV. cap. 86. *Pontus hic*, inquit, *paludem habet influentem in ſe, non multo quàm ipſe eſt minorem, quae Maeotis appellatur, & Mater Ponti.* Adjuvat hanc conjecturam adverſativa particula, quae ſequitur ſtatim. Sed ne quid diſſimulem, *ingens & immenſum*, aut, *ingens & immane*, ſolet dicere Cicero: *magnum* enim aliquantò minus eſt quàm *ingens*.

l. 37. *Thracius Boſporus*] Plin. lib. VI. (1) *Invitis hoc accidiſſe terris, indicio ſunt tot anguſtiae, atque tam parva naturae repugnantis intervalla, ad Helleſpontum 875. paſſ. ad Boſporos duos, vel bubus meabili tranſitu; unde nomen ambobus.*

l. ead. *Ubi iterum effundit*] Vocem *iterum* abundare quidam opinatur, praeceſſit enim paulò antè.

l. 41. *In tres partes univerſum dividitur*] Vide quae ſuprà ſcripſimus ad eum *Prooemii* locum, *quae ſit forma totius*. Scriptus quidam liber *univerſa* habet, ut ad terram referatur. Ceterùm, quod ait, *in tres partes terrarum orbem dividi*, conſtantior quidem ea opinio eſt. Fuere tamen, qui in duas tantùm dividerent. Salluſtius *Jugurthino bello* (2): *In diviſione orbis terrarum plerique in parte tertia Africam poſuere; pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* Plinius lib. III. cap. 1. *Europam plerique meritò orbis non tertiam portionem facere, verùm aequam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum univerſo orbe diviſo.* Varro lib. I. *de Re Ruſtica* cap. 2. *Primùm*, inquit, *cùm orbis terrae diviſus ſit in duas partes ab Eratoſthene, maxime*

(1) Cap. I. (2) Cap. 17.

*ximè ſecundum naturam* (1) *ad meridiem verſus, & ad ſeptentriones.* Et iterum lib *de Ling. Lat.* IV. *Ut omnis natura in caelum & terram diviſa eſt, ſic caelum in Regiones, terra in Aſiam & Europam. Aſia enim jacet ad meridiem & Auſtrum, Europa ad ſeptentriones & aquilonem.* Lucanus etiam lib. IX. v. 411.

*Tertia pars rerum Libye, ſi credere famae*
*Cuncta velis: at ſi ventos caelumque ſequaris,*
*Pars erit Europae.*

Silius Italicus, Salluſtio Lucanoque contrarius, ſcribit lib. I. (2)

*Aeſtivo Libye torquetur ſubdita Cancro,*
*Aut ingens Aſiae latus, aut pars tertia terris.*

Sed de hac terrarum diviſione inferiùs dicemus.

## Cap. II.

l. 1. *Tribus hanc è partibus tangit Oceanus*] Sic Plin. lib. VI. cap. 13. de Oceano, *Tribus hic è partibus alluens Aſiam, Scythicus à ſeptentrione, ab oriente Eous, à meridie Indicus vocatur.* *Tangit* verò legendum eſt, non, ut quidam arbitrantur, *cingit:* ut cap. 5. dictum eſt, *Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab occidente contingeret.* Et cap. 22. *Hac ingreſſos lacus accipit, longè latéque diffuſus, quá terras tangit, incurvo circumdatus litore.* Lego praeterea, *ut locis, ita nominibus differens,* ex ſcripto Libro. (3)

l. 4. *Ipſa ingenti & perpetua fronte*] *Perpetua* eſt quaſi directa, quòd neque ſinus admittat, neque promontoria projiciat: lib. III. cap. I. *Deinde ad Septentriones tota latere terra convertitur à Celtico promontorio ad Scythicum usque, perpetua ejus ora, niſi ubi modici receſſus ac parva promontoria ſunt.*

l. ead. *Verſa ad orientem*] Sic lib. III. cap. I. *Hactenus*

(1) *Ad Meridiem verſus Aſiam, ad Septentriones Europam.* (2) Malè in apogr. 6. v. 194. DUKER. (3) At hoc in nullis Ego reperi ſeu Scriptis ſeu Editis, qui pariter vulgatum tuentur.

*tenus enim ad occidentem verſa litora pertinent.* Et ſtatim lego, *& pelagus inter ambas immisſum efficit.* (1).

l. 7. *Cùm aliquatenus ſolida procesſit*] Hoc eſt, nullo mari interrupta, ſed ita ut coepit, occidentem verſus procedens: ſic de Italia lib. II. cap. 4. *Inter Superum mare & Inferum excurrit diu ſolida.*

l. 9. *Arabicum mare & Perſicum*] Si ab orientali fronte Aſiae in occidentem progrediamur, prius occurrit Perſicum quàm Arabicum mare, ſed in locorum nominibus ordinem perſequi non eſt facundiae admodum benigna materia, ut in *Prooemio* teſtatus eſt Mela: ideo Provinciarum locorumque ordinem interrumpit aliquando, ut hoc ipſo capite, *in flexu*, inquit, *ipſo Cilicia: extrà autem Lycia & Pamphylia*, cum Ciliciae propior ſit Pamphylia quàm Lycia.

l. 15. *Ora ejus*] *Ora* hic extremitatem & terminum notat, ut apud Cic. lib. II. *de Finibus. Sine ora & extremitate regio.* Sic cap. ſeq. de Europa: *Ora ejus à Tanai ad Helleſpontum.* Item Pintianus legendum cenſet. *Ripa deſcendit in pelagus*, ut paullo inferius dixit: *ſit ripa, qua Tanais eſt.*

l. 17. *Et diu, ſicut illud incedit*] Ab (2) occidentali oſtio Nili ad ſinum Isſicum, neque omnino adverſa pelago objacet terra, neque omnino cedit, ac ſe patitur demergi, ſed obliqua quodammodo venienti litora porrigit, & ab eo *flexu* vi majore reſiſtere incipit, & quaſi victrix ingentem frontem in altum agit: ſic cap. 12. *Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit.* In Libro autem MS. hic, & paulo ſuperius, *dein* (3) legitur, non *deinde*: & inferius, *poſt ingenti fronte.*

l. 19. *Ingenti ambitu*] Sinum Isſicum, *ingentem ambitum* vocat, & cap. 12. *grandem ſinum.* Et lib. II. cap. 6. *In ſinu*, inquit, *quem maximum Aſia recipit, prope media Cyprus eſt.* Sic Dionyſius. (4)

Ἰσσικὸς ἑλκόμενος βορέην ἔπι κόλπος ἀπείρων.

l. 20.

(1) Sed repugnant MSti, nec opus eſt ulla hic mutatione. (2) An *orientali?* (3) Quod & in Voſſiano uno reperi utroque in loco. (4) v. 119.

l. 20. *Ad Helleſponticum fretum extendit* ] Scriptus Liber, *ad Helleſpontum*: fortasſe, *ad Helleſponti fretum*, ſcripſit Mela.

l. 22. *Ad Ponticum latus curva* ] Quòd ſuprà dixerit, *ingenti ambitu incurvat*, & quia orationis numerus id expoſcere videtur legerem, *incurrit*. (1)

l. 23. *Transverſo margine* ] *Margine* poſuit pro litore, ut in Hiſpania lib. III. cap. I. *Tuno reducta iterum, iterumque recto margine jacens, & transverſo* pro obliquo, nam de hoc aditu Maeotidos cap. 21, ſic ſcribit: *Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum, paludemque ad Boſporum excurrit*.

l. 29. *Spectant enim etiam meridiem Indi* ] Scriptus Liber, *& meridiem*.

l. 31. *Diu continuis gentibus occupant* ] Ut ſingula ſingulis reſpondeant, videtur leg. *usque ad Indum continuis gentibus occupant*. Sequitur enim, *ſpectant & ſeptentrionem Scythae, ac litus Scythicum, niſi unde frigoribus arcentur usque ad Caſpium ſinum poſſident*. Et quemadmodum Scythis mare Caſpium finis eſt, ita Indis ab Occidente fluvius Indus. Mela lib. III. cap. 7. *India non Eoo tantùm oppoſita pelago, ſed & ei, quod à meridie Indicum diximus, & hinc Tauri jugis, ab Occidente Indo finita*.

l. 36. *Gedroſis & Perſis* ] Scribendum omnino, *Gedroſia* ex omnibus Geographis Γεδρωσία: quamvis ſoleat dicere, *Attis* & *Attica*, *Boeotis* & *Boeotia*, lib. II, cap. 3.

l. 39. *Caſpiani* ] Communi nomine nunc omnes, qui ſinum Caſpium cingunt, *Caſpianos* vocat: lib. vero III. cap. 5. eos in plures gentes diſtribuit; ſic lib. I, cap. 2. de Ponto: *Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, uno omnes nomine Pontici dicuntur*.

l. 41. *Ultrà Amazones* ] Vidi Librum, in quo erat ſcriptum, *inde Amazones, ultraque eas Hyperborei*.

l. 43. *Gandari & Paricani* ] Leg. *Gandarae*, *Paricani*, ex Hecataeo apud Stephanum, aut *Gandari*, *Paricani*,

(1) Crediderim perperam ſic ſcripſiſſe harum Notarum deſcriptorem, quum nulla hic Editio *currit*, ſed *curva* exhibeat, & Ciacconius in Collectaneis ſuis, ex quibus dein Notas confecit, ſcripſerit ipſe *curva* & emendarit *incurva*. Sed neque eo eſt opus.

*riceni*, ex Plinio lib. VI. cap. 16. & infrà: *Bactri & Suſiani*. & abundat.

l. 44. *Pharmacotrophi*, *Bomarei*] Plin. lib. VI. cap. 16. *Harmatotrophi*, & ſcriptus Liber *Comarae* habet, non *Bomarei*: leguntur quidem apud Plinium eod. cap. *Bomarei & Chomari*, & paulò inf. in Pomponio, *Comari*.

l. 45. *Rophanes*, *Dahae*] Referuntur quidem a Plinio lib. VI. cap. 16. *Ochani* inter eos, quos hîc memorat Mela, ut pro *Rophanes*, *Ochani* ſubſtitui poſſit. Sed lib. III. cap. 5. cum de Caſpio ſinu Pomponius agit, ſic ſcribit: *Jaxartes & Oxos per deſerta Scythiae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt, hic juxta Dahas primùm infléctitur*. Vid. an *Sogdiani*, *Dahae* leg. hîc ſit.

l. ead. *Super Scythas*, *Scytharumque deſerta*, *ac ſuper Caſpium*] Pintianus legendum cenſet, *Dahae ſuper Scythas Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium.* His autem vocibus, *ſuper & ultra*, ita plerumque utitur Mela, ut cum litorum ordinem ſequitur, *ultra* ponat; quum verò ad interiora terrarum deſcribenda procedit, *ſuper* eos qui litoribus aſſident, dicat eſſe, qui incolunt mediterranea.

49. *Cimmerii*, *Scythae*, *Heniochi*, *Georgi*] Cùm Scythas ſuprà memorarit, Scytharumque haec nomina ſint, videant Eruditi, an hoc loco *Scenitae* potius legi debeat, ex Strabone lib. XI. Τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, Σκυθῶν τινὲς, Νομάδες, καὶ ἁμαξικοί· ἐνδοτέρω δὲ τούτων Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ Σιρακοὶ, μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν· ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες, οἱ μὲν, Νομάδες, οἱ δὲ Σκηνῖται καὶ Γεωργοί. Et an pro *Corſitae*, *Phoriſtae*, *Riphaces*, quae nomina apud nullum Geographum leguntur, eſſe debeat, *Aorſi*, *Choeanoetae*, (horum enim cum *Aorſis* Strabo meminit), *Siraces*; an verò *Coroetae*, *Coraxi*, *Phthiropagi*, ut Pintianus exiſtimat.

l. 53. *Mardi*, *Antibarani*] Vulgata quaedam exemplaria, *Mario* habent, pro *Mardi*: ſcriptus Liber, *Mati*, & quidem Plinius *Matianos* poſt *Aorſos* collocat, lib. VI. cap. 19. ſed eodem etiam capite *Marſos*; Pomponius lib. III. cap. 5. *Amardos* ad ſinum Caſpium ponit. Pintianus

Pintianus tamen *Macrones* ac *Tibarani* legit.

l. 54. *Murrani, Vegeti*] Haec nomina tanquam ſpuria quidam rejiciunt, quòd apud nullum Geographum reperiantur.

l. 57. *Interiora litora tenent*] Leg. exiſtimo, *interiora & litora tenent*, quaſi diceret, Gentes, quae Aſiae meridianum latus habitant, latè patentes ſunt: tenent enim ut litora, ſic etiam interiora terrarum: hae autem gentes ſunt, Indi, Ariani, Arii, Gedroſii & Perſae. Sic lib. I. cap. 19. fin. *Ripas & ripis haerentia poſſident.*

l. 58. *Super hunc ſunt Parthi & Aſſyrii: ſuper illum alterum Babylonii, & ſuper Aethiopas Aegyptii*] Egregiè reſtituit hunc locum Pintianus, ſic: *ſuper hunc ſunt Parthi, Aſſyrii & Babylonii, ſuper illum alterum & ſuper Aethiopas Aegyptii.* lib. III. cap 8. de ſinu Perſico. *In parte, quae pelagi oſtio adverſa eſt, Babyloniorum fines Chaldaeorumque ſunt.*

l. 63. *Sequentia litora attingit*] Hoc eſt, ea litora, quae Aegypto conjuncta ſunt, ſic cap. 19. *Is flumen Rhyndacum in ea, quae ſequuntur, emittit.* Et lib. III. cap. 4. *Ab iis quae ſequuntur Viſula nunc diſcreta.* Et lib. II. cap. I. *At ille, qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit.*

l. 64. *Ad flexum illum, quem ſuprà retulimus*] Hoc eſt, ad ſinum Iſſicum.

l. 69. *Omnes uno nomine Pontici dicuntur*] Scripti Libri, *uno omnes nomine Pontici. Ad lacum.* Sed fortaſſe ſcribendum, *uno omnes nomine. Ad lacum Maeotici.*

## CAP. III.

l. 4. *Ora ejus, forma litorum, à Tanai ad Helleſpontum*] Voces, *forma litorum*, ex ora Libri in contextum irrepſiſſe credo.

l. 6. *Quà flexum paludis ad Boſporum redigit*] Vulgata quaedam exemplaria & MSS. legunt, *ad Ponticum redigit:* ut legendum videatur, *quà flexum paludis ac Ponticum agit*: ita enim loquitur infrà cap. 12. *Ceterùm altero ferè tanto, quà dehiſcit, quàque flexum agit, amplior,*

*plior*. Atque eo magis hanc lectionem amplector, quod in MSS. Libris ſtatim non legitur vox *Ponto*, ſed (1) ſ.... *Qua Propontidi.*

l. 7. *Qua Ponto, Propontidi, & Helleſponto latere adjacet* ] Diximus in ſcriptis Libris non eſſe vocem *Ponto*. Reliqua ſic legerem, *quà Propontidi & Helleſponto adjacet:* aut, *Helleſponti freto adjacet.* Sic cap. ſuperiori: *Poſt ſe ingenti fronte ad Helleſponti fretum extendit.*

l. 10. *Tres maximos ſinus efficit* ] Hos ſinus alii aliter determinavere. Plinius tamen primum ſinum à Calpe Hiſpaniae, extimo monte, ad promontorium Italiae Brutium; ſecundum à Lavinio ad Acroceraunia Epiri; tertium ab illis ad Helleſpontum extendi ait. Pomponius verò Graecia, non Acrocerauniis, ſecundum à tertio dividit.

l. 11. *Totidemque in altum ſe magnis frontibus evehit* ] Ad Graeciam, Italiam & Hiſpaniam.

l. 13. *Praecipuè media* ] Lib. III. cap. 1. multos ſinus & promontoria occidentalis frontis Hiſpaniae numerat, *media praecipuè parte*, hoc eſt, ad Luſitaniam.

l. 14. *Semel iterumque grandi receſſu abducitur* ] Primus receſſus in Gallia eſt, de quo lib. III. cap. 2. ſcribit: *Gallia Cantabricis fit adverſa terris, & grandi circuitu inflexa, ad occidentem litus advertit.* Alter eſt in Germania, *ſuper Albim*, inquit lib. III. cap. 3. *Codanus ingens ſinus magnis parviſque inſulis refertus eſt.* Sed eodem lib. cap. 1. hos receſſus *parvos* appellat, his verbis: *Dein ad Septentriones toto latere terra convertitur, à Celtico promontorio ad Scythicum usque perpetua ejus ora, niſi ubi modici receſſus & parva promontoria ſunt* Sed *parvos* eſſe ait reſpectu totius lateris terrarum.

l. 19. *Quod Graji Tyrrhenum perhibent* ] *Quod* abundat in MS. libro. Livius v. fol. 60.

l. 21. *A Tanai media fermè Pontici lateris* ] Scriptus Liber, *à Tanai in media fermè.* Rectè. Extenditur enim Europaea Scythia à Tanai ad flumen Iſtrum, quod ferè in medium Pontici lateris exit. lib. III. cap. 1. *At ille, qui Scythiae populos à ſequentibus dividit, alio, quam definit, nomine exoritur.* Et cap. 2. *His Thracia proxima eſt*

(1) ſcribatur.

*eſt à Pontici lateris fronte, usque in Illyricos penitus immiſſa, quà latera agit, Iſtro pelagoque contingitur.*

l. 22. *Hinc in Aegaei partem continens, Thraciae ac Macedoniae conjungitur*] Liber ſcriptus *pertinens* habet; ut legi poſſit, *hinc in Aegaeum pertinens Thracia, cui Macedonia adjungitur:* nam Thracia à flumine Iſtro ad Pallenen peninſulam in Aegaeo pertinet: infr. lib. II. cap. 3. *A Pallene Macedonia eſt.*

l. 27. *Ultrà Hiſpania eſt*] Abundat *eſt* in ſcripto Libro.

l. 28. *Denique etiam ad ſeptentrionem*] Leg. fortasſe; *dehincque etiam*: ut lib. III. cap. 8. *Interiora Gedroſii; dehinc Perſae habitant.* Codices tamen ſcripti habent; *diuque etiam.*

l. 29. *Diverſis frontibus vergit.*] Variè utitur his vocibus, *frons* & *latus*: nam quas hîc appellat *frontes*, rurſus lib. II. cap. 6. *latera* vocat: *Tarraconenſis*, inquit, *altero capite Gallias, altero Baeticam Luſitaniamque contingens, mari latera objicit noſtro, quà meridiem; quà ſeptentrionem ſpectat, Oceano.* lib. II. cap. 2. *eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immiſſa.* *Diverſis* verò, hoc eſt, ad ſeptentrionem & meridiem verſis: cap. 17. *Diverſis frontibus, diverſa maria proſpectant.*

l. 30. *Longè & à noſtris litoribus, huc usque promiſſa*] Hoc eſt, Galliae latus alterum, quà Oceano alluitur, longè protenditur: à Pyrenaeis enim montibus usque ad Rhenum pertinet, introrſus vero à noſtris litoribus ad Oceanum usque promittitur. Lib. III. cap. 2. *Tum ad Septentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur.* Ceterùm in duobus MSS. exemplaribus eſt, *permiſſa*, ut etiam lib. II. cap. 5. *Illinc à Rheno ad Pyrenaeos usque permittitur.*

## Cap. IV.

l. 1. *Nilo terminata, pelago, à ceteris*] Varro Atacinus, ut quidem citat Cariſius, de Africa:

*Cingitur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo.*

l. 6. *Ita media praecipuè in juga exſurgens*] Non hoc

hoc ad Mauritaniam tantum fit, quod quibuſdam Viris doctis video placere, ſed per mediam Africae longitudinem, ab Aegypto ad Herculis Columnas montium dorſum excurrere ait Herodotus in lib. IV. cap. 181. *In mediterraneis Africa feris eſt frequens: ſupra hanc partem efferatam ſupercilium ſoli ſabuloſum eſt, porrectum à Thebis Aegyptiis ad Columnas Herculis.* Eodem autem modo in relatione Italiae locutus eſt Mela lib. II. cap. 4. *Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, ſe media perpetuo jugo Apennini montis attollens.*

l. 7. *Pergit incurva ad occaſum*] Hoc eſt, in modum falcis curvata: ſic enim à Dionyſio deſcribitur, à Strabone verò non diſſimili forma.

l. 8. *Faſtigiatque ſe molliter*] Ut *veſtigium* dicitur à *veſtigo*, *contagium* à *contago*, ita *faſtigium* à *faſtigo*, non à *faſtigio*; & in MSS. exemplaribus, quae prae ſe ferunt antiquitatem ſcripturae, ſemper *faſtigo* ſcriptum reperitur, itaque in antiquis Melae exemplaribus ſemper hoc verbum exaratum reperi, quare ſcribendum hic *faſtigatque ſe molliter*. Silius Italicus lib. V. (1).

*————— Mediamque per alvum*
*Senſim faſtigans.*

*Molliter* autem eſt paullatim: infr. cap. 18. *Quod praetervectos ſinus excipit non parvus, ſed longè ac molliter flexus, retrahensque paulatim oras usque ad ima montis Idae.* Et lib. II. cap. 2. *Aegaeum ſtatim pelagus, vaſtè longum litus impellit, ſummotasque vaſtiùs terras, hinc ad promontorium, quod Sunium vocant, magno ambitu mollique circumagit.* Et Caeſar lib. II. *de Bello Civil.* cap. 10. *Has* (columellas) *inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt.*

l. 12. *Arenis ſterilibus obducta*] Magna pars Africae terrae arena quaſi tecta eſt, hoc enim *obducta* ſignificat. Cicero lib. II. *de Legib.* *Redditur terrae corpus, quod ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur.* Sic (2) lib. III. cap. 10. *Media nulli tenent: nam aut exuſta ſunt, aut arenis obducta, aut infeſta ſerpentibus.*

l. ead.

(1) v. 49. (2) Sic * infrà lib.

* Tò *infra* videtur addidiſſe A. Petizonius, ne quis putaret indicari lib. III. Cicer. *de Legibus.* DUKER.

l. ead. *Ob ſitum caeli terrarumque* ] Salluſtius *Jugurth.* *bello*. (1) de eadem Africa: *Caelo ſoloque penuria aquarum.* eadem & Q. Curt. lib. IV.

l. 17. *Ab ea parte, qua Libyco adjacet* ] Scriptus Liber, *in ea parte.*

l. 19. *Quam Cyrenas vocant* ] Provincia frequentius *Cyrenaica* appellatur, & urbs ipſa *Cyrene.* Mela ipſe cap. 8. h. l. *Inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt.* & infrà: *Atque unde terris nomen eſt, Cyrene.* Plinius tamen eam aliquoties *Cyrenas* vocat: ut lib. XIX. cap. 3. *Septem annis*, inquit, *ante oppidum Cyrenarum, quod conditum eſt urbis noſtrae anno* CXLIII.

l. ead. *Deinde totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt Africa* ] In ſcripto Libro legitur *dein*, (3) & vox *Africa* deeſt.

l. 21. *Cetera Numidae & Mauri tenent* ] Hanc Maurorum regionem Plinius in *Mauritaniam Tingitanam*, & *Caeſaream* dividit, itemque Ptolemaeus.

l. 22. *In Atlanticum pelagus expoſiti* ] Hoc eſt, non tantum noſtro mari adjacent, ſed usque ad Atlanticum etiam pertinent. Sic cap. 6. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.*

l. 23. *Ultrà Nigritae ſunt* ] Perſequitur Atlantici Aethiopicique Oceani litora.

l. 26. *Super ea, quae Libyco mari abluuntur* ] Sic lib. II. cap. 3. *De locis atque urbibus, quae mare non abluit.* Enumeratis autem gentibus, quae mare noſtrum & Oceanum attingunt, interiora terrarum deſcribens ait: *Super eos, qui Libyci maris litora obſident, esſe ab Oriente Libyes Aegyptios, deinde Leuco-Aethiopes, ultimos verò Gaetulos, in plures partes diſperſos.* Plinius lib. V. cap. 7. conjuncto vocabulo *Libyaegyptios* vocat, non *Libyes Aegyptios.*

l. 30. *Tum primos ab oriente* ] Poſt deſerta, quae per mediam Africam ab oriente in occidentem ferè pertinent, primi ſunt hominum Garamantes. Haec ab Herodoto lib. II. (4) Pomponius accepit: à Pomponio Plinius: ſic enim lib. V. cap. 8. *Ab his omnibus vaſtae ſolitudines orientem verſus, usque Garamantas, Augilasque*

(1) cap. 19. (2) cap. 7. (3) Et ſic in Vatic. quoque.
(4) Immo verò lib. V. cap. 183. 184.

*que & Troglodytas*. Ceterùm ſcripti Libri conſtanter *Trogodytas* (1) habent.

l. 32. *Intrà, ſi credere libet*] Dubitant quidam, legendumne ſit, *ultrà*: *intrà* tamen melius eſt. Sic enim cap. 6. *interiùs & longè ſatis à litore*.

l. 34. *Blemmyae & Gamphaſantes*] Scriptus liber, *Aegipanes, Blemyes, Gamphaſantes*. *Blemyes* enim hi à Stephano & aliis appellantur.

l. 37. *Haec ſumma noſtri orbis*] Anacephalaeoſis eſt horum quatuor capitum, & ſe reddidiſſe oſtendit, quod in *Prooemio* promiſerat; cùm dixit: *Et primùm quae ſit forma totius, quae maximae partes, quo ſingulae modo quaeque ſint, utque habitentur, expediam*.

l. 38. *Nunc exactiùs oras, ſitusque dicturo*] Subjunxerat ſuperioribus in *Prooemio*: *Deinde rurſus oras omnium & litora, ut intrà extràque ſunt*. *Orae* autem *fines* ſignificant: ſic enim lib. II. c. I. *Aſiae in noſtrum mare Tanaimque vergentis, quem dixi, finis ac ſitus eſt*.

l. 42. *Stringere litora*] Sic Seneca *Natur. Quaeſt.* l. IV. c. 2. *Nunc tota exteri maris ora mercatorum navibus ſtringitur*. Virg. lib. VIII. *Aeneid*. v. 62.

*—— ego ſum pleno quem flumine cernis*
*Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem,*
*Coeruleus Tibris, caelo gratiſſimus amnis.*

l. 46. *Illic unde coeperit, redeat.*] Legendum exiſtimo, *coeperat*: licet lib. III. c. 5. *curſu, unde coeperit, ſubinde repetito*.

## CAP. V.

l. 4. *Primae partes illae Europae, hae Africae*] Legerem, *prima pars illa Europae, haec Africae*: aut, *primae partes Europae & Africae*.

l. 7. *Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo*] *Syloën* appellatum ſuſpicor ab Herodoto lib. IV. *Navigavit*, inquit, *ad Columnas Herculis: quibus transmiſſis, circumvectus Africae promontorium nomine Syloës, in meri-*

(1) Etiam Noſtri omnes praeter Voſſ. a. qui *Troglodites* habet.

*meridiem curſum tenebat.* Straboni, *Cotes*, *al* Κώτεις, Ptolem. Κώττης.

l. 9. *Specus Herculi ſacer*] Strabo lib. XVII. (1) *Ajunt* (2) *ibi eſſe ſpecum, qui aeſtus maris accipit, cùm ab eo ſeptem diſtet* (3) *ſtadia: adjacere verò huic humilem & depreſſum locum, qui aram Herculis habeat, quae nunquàm aeſtibus inundetur.*

l. ead. *Tingi*] Sic quidem Plinius: Strabo (4), *à Barbaris*, inquit, *appellatur Tinx, ab Artemidoro Linx, ab Eratoſthene Lixos.* Sed Plinio alia eſt *Lixos* lib. V. c. I. & de ara Herculis alia fabula. *Tinx* Stephano, & Ptolemaeo eſt *Tingis*. Melae liber ſcriptus. *Tinge*. (5). Hoc oppidum etiam *Caeſariam* appellari tradit Ptolemaeus, Plinius ait à Claudio Caeſare coloniam eò deductam, *Traductam Juliam* eſſe appellatam (6).

l. II. *Parma elephantico tergore execto, ingens, & nulli nunc uſuro habilis*] Torſit hic locus eruditos viros, dum vocem *execto* emendare nituntur: ſed aut ea vox prorſus abundat, ut ſit, *parma elephantino tergore; ingens. & nulli nunc uſui habilis.* aut legendum *extento*. Paullus Diaconus lib. IV. de Mauris: *Scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia & tuta geſtabant.* Ut ab eodem Mela Paullus ſua accepiſſe videatur. Strabo etiam lib. XVII. de iisdem Mauris: *οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς, ὡς ἀσπίδας προβάλλονται, τὰς δὲ τῶν λεόντων, καὶ παρδάλεων, καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται.* Atque etiam nunc Mauri graveis parmas ex corio conficiunt, praecipuè equites, quibus totum corpus prope tegunt. *Adargas* vocant

l. 19. *Addit fama nominis fabulam*] Scriptus liber dandi caſu, *nomini.*

l. ead. *Herculem ipſum*] Plinius initio lib. III. *Proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes coërcent clauſtra, Abyla Africae, Europae Calpe, laborum Herculis metae: quam ob cauſam indigenae Columnas ejus Dei vocant,*

(1) Pag. 826. (2) *Ibi*] In ſinu Emporico. (3) Verte potius *uſque in*. (4) d. l. (5) Immo & omnes MSti, ſeptem numero. (6) Sed revera alia fuit urbs *Linx*, ſive *Tinx*, ſive *Lixos*, quam Strabo *πολίχνην μικρὰν* dicit, *parvum oppidulum*, alia *Tinge*, à qua regio *Tingitana provincia* dicitur apud Plinium lib. v. cap. 2. Vide Caſaubonum ad Strabonem d. l.

*vocant, creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturae mutaſſe faciem.*

l. 23. *Summotasque vaſtiùs terras* ] Hoc de Mauritania tantùm intelligendum eſt: ſequitur enim, *ceterùm regio ignobilis. Terras* autem Mela appellare ſolet, quum deſcribit Provinciam, ut infr. cap. 8. *Atque unde terris nomen eſt, ipſa Cyrene.* & in Hiſpania: *Hinc jam terris magis in altum eunt.* Sic Dionyſ. γαιάων Ἀσίης dixit, ubi Euſtathius ait, γαίας, χώραν λέγει.

l. 28. *Ex iis tamen, quae commemorare non piget* ] Lego, *pigeat.* Sic lib. III. cap. 6. *Sed earum, quas praeterire non libeat.* Plin. lib. III cap. 23. *reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat.* & lib. VI. cap. 17. *Gentes, quas memorare non pigeat, ab Emodis montibus* &c.

l. 30. *In ordinem expoſiti* ] Fortè, *ordine expoſiti:* lib. II. c 7. *Et quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expoſitae.* & mox cap. 6. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.*

l. 31. *Septem ob ſimilitudinem fratres*] Plinius lib. V. cap. 2. *In Abyla quoque monte, & quos ſeptem fratres à ſimili altitudine appellant, ii freto imminent juncti Abylae,*

l. 32. *Tamuada fluvius* ] Plin. lib. V. c. 2. *Tabuda*; Ptolemaeo, *Thaluda.*

l. ead. *Et Ruſicada* ] Scriptus liber, *Ruſigada.* Plinius tamen lib. V. cap 2. *Ruſadir* vocat, Ptolemaeus *Ryſſadiron*

l. ead. *Siga* ] *Siga* & *portus magnus* à Ptolemaeo ultra Mulucham fluvium collocantur. (1)

l. 35. *Amnis eſt ingentium olim regnorum terminus Bocchi, Jugurthaeque*] Scriptus liber & quaedam etiam vulgata, *amnis eſt nunc gentium, olim regnorum terminus* (2) Salluſt. *Jugurthae bello: Haud longè à flumine Mulucha, quod Jugurthae, Bocchique regnum dividebat,* Et vidi codicem antiquum, in quo ſcriptum erat, *nunc gentium, olim regnorum quoque terminus.*

CAP.

(1) Sed is Ptolemaei fluvius in extima Mauritania cis Malvam ponitur, qui diſtinguit duas Mauritanias, ut adeò Ptolemaei *Mulucha* ſeu *Moloch*a ad hunc Melae nihil pertineat; quem tamen & ipſe poſtea ſuo loco, ſed corruptè Χάλκαμ nominat. (2) Sic ferè omnes & Vinetus, ut adeò rectè id revocaverit Voſſius.

## Cap. VI.

l. 1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis*] Codex ſcriptus, *ab eo Numidia à Graecis appellata* Μεταγονῖτις *ad ripas expoſita fluminis*. Ceterum neſcio an ex Plinio id ſit additum, qui lib. v. c. 3. ſcribit, *ab Ampſaga Numidia eſt*, *Maſiniſſae clara nomine*, *Metagonites à Graecis appellata*. Idem Plinius lib. v. cap. 13. *Numidae*, *Nomades* (Graecis dicti) *à permutandis pabulis*, *mapalia ſua*, *hoc eſt*, *domos plauſtris circumferentes*. Salluſtius *Jugurth.* (1) *quia ſaepe mutantes agros*, *alia deinde atque alia loca petiverant*, *ſemet ipſi Numidas appellavere*. & infr. *ac poſtea Numidae nomo propter multitudinem à parentibus digreſſi poſſedere ea loca*, *quae proximè Carthaginem Numidia appellatur*. Sed legendum: *At poſtea*, *Numidae propter multitudinem*, &c. Feſtus: *Numidas dicimus*, *quos Graeci Nomadas*, *ſive quòd id genus hominum pecoribus negotiatur*; *ſive quòd herbis ut pecora aluntur*. Praeterea Plinius ait, ab Ampſaga flumine Numidiam incipere, Mela eodem terminari.

l. 4. *Cirta procul à mari*] *Cirta* fortè fuit dicta *Sittianorum*, deductis eò iis, qui cum P. Sittio bellum Regi Jubae inferendo, magnum adjumentum Caeſari Dictatori bello Africano attulerunt: quemadmodum refert Appianus lib. iv. & Dio lib. xliii. Plin. lib. v. c. 3. *In mediterraneo*, inquit, *colonia Cirta*, *Sittianorum cognomine*. Verùm Salluſtius non procul à mari eam eſſe ſitam oſtendit in *Jugurth*. *Interim*, inquit, *haud longè à mari prope Cirtam oppidum*, *utriusque exercitus conſedit*. Mela tamen eas Urbes, quae mari non abluuntur, procul ab eo eſſe ſcribit. Ceterùm, ne quid diſſimulem, in antiquo libro *Romanorum Coloniam*, ſcriptum reperi, non *Sittianorum*: Ptolemaeus certè eam *Cirtam Juliam* appellat, & in Salluſtianis Livianisque codicibus conſtanter ſcribitur *Cirtha*, in reliquis, *Cirta*.

l. 6. *Regnum domus Jubae & Syphacis*] In libro Latini Latinii deeſt vox *Jubae*: fortaſſe rectè; quòd Syphacis regia fuit, refert Livius lib. xxx. (2) *Cirtha caput regni*

(1) Cap. 18. & deinde ibid. (2) Cap. 12. & paullò poſt, ac Strabo lib. xvii. pag. 832.

*regni Syphacis erat.* De ejus opulentia Strabo lib. xvii. *Cirta eſt in mediterraneo, Sanaſſe* (fortè *Maſiniſſae*) *& ſucceſſorum ejus regia, urbs munitiſſima & optimè ſtructa, cum à ceteris, tum à Micipſa, qui & Graecos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit, ut equitum* x. M. *peditum* xx. *emitteret.* Fuit igitur antiquorum Regum domus & Syphacis.

l. 7. *Jol ad mare*] Plin. lib. v. cap. 9. *Ibi oppidum celeberrimum, Caeſarea, antea vocitatum Jol, Jubae regia, à Claudio coloniae jure donata, ejusdem juſſu deductis eo veteranis.* Strabo lib. xvii. *In hac ora fuit Civitas quaedam Jol, quam cùm Juba Ptolemaei pater muniviſſet, mutato nomine Caeſaream vocavit.*

l. 9. *Citra hanc, nam in medio fermè litore, ſita eſt*] Jol in medio ferè Numidiae litore ſita fuit, ſed quoniam in ea regione nihil erat illuſtrius, eam primo loco numerat: deinde refert quae citra eam, quaeque ultra ſint. Fecit hoc aliàs, ut infr. cap. 20. *Quorum in litoribus penè mediis promontorium eſt Carambis. Citrà Parthenius amnis.*

l. 10. *Cartenna & Arſennaria*] Ptolemaeus, atque item Plinius, prius *Arſennariam*, deinde *Cartennam* collocavit. & Antoninus in *Itinerario: Lac Caſtellum* appellare videtur, quod Mela *Ampſa.* Ceterùm *Laturi ſinus, monumenti Regii, Uthiſiae urbis, atque Anci fluminis*, nullus Geographorum meminit; reliqua refert Plinius.

l. 14. *Effluentes inter eas*] Lego, *& fluentes inter eas.* At *Audus* & *Naſaba* fluvii referuntur à Ptolemaeo in hoc litore, ſed alterum Plinius *Nabar* vocat, ut Mela.

l. 16. *Si fidem res capit*] Sic lib. ii. c. 2. *capit opinio fidem.* at verba quae ſequuntur, *mirum admodum*, quidam aliena putant (1).

l. 18. *Oſtreorumque fragmenta, ſaxa attrita, uti ſolent, fluctibus*] Libri quidam vulgati, & duo MSS. habent *ſciſſa*, non *ſaxa*, ſed eam vocem gloſſema eſſe ad *attrita* exiſtimo; & delendum cenſeo, ut ſit: *Oſtreorumque fragmenta, attrita, uti ſolent, fluctibus.*

l. 19.

(1) Putavit & Schottus, ſed malè.

l. 19. *Et non differentia marinis*] Haec etiam verba delenda exiſtimo: ſunt enim aliena.

l. 20. *Infixae cautibus anchorae*] Accepit hunc locum ab Ovid. xv. *Metamorph.*

*Vidi ego, quod fuerat quondam ſolidisſima tellus,*
*Esſe fretum: vidi factas ex aequore terras:*
*Et procul à pelago conchae jacuere marinae,*
*Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.*

Strabo etiam lib. I. ex Eratoſthene refert in pluribus locis longè à mari conchas esſe, murices, & teſtarum formas lapidibus inhaerentes viſas, & circa Ammonis Oraculum, ad duo aut tria millia ſtadiorum à mari, multis in locis muricum oſtreorumque fragmenta, & naufragiorum reliquias inveniri.

l. ead. *Alia & hujusmodi.*] Libri omnes ſcripti habent, *& alia hujusmodi.*

## Cap. VII.

l. 3. *Hippo Regius, & Ruſicade, & Tabraca*] Strabo lib. XVII. duas urbes *Hippones* vocitatas esſe in Africa ſcribit, ambasque regias: καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποτέρω πρὸς τῇ Τριτῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. Plinius tamen & Ptolemaeus alterum *Baſilicum* vocant, alterum *Diarrhyton*, ut Mela.

l. 4. *Tabraca*] Plinius *Tabracha*, Ptolemaeus, *Thabraca.*

l. ead. *Deinde tria promontoria*] Liber ſcriptus: *Dein tria promontoria, Candidum, Apollinis, & Mercurii.* hunc locum Plinius ex Mela tranſtulit lib. v. cap. 4. *Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis adverſum Sardiniae, Mercurii adverſum Siciliae, in altum procurrentia, duos efficiunt ſinus; Hipponenſem proximum ab oppido, quod Hipponem vocant, Diarrhytum à Graecis dictum, propter aquarum irrigua.*

l. 19. *In altero ſunt caſtra Laelia*] Horum nullus Geographorum meminit: & in libro ſcripto eſt, *in altero ſunt Delia Caſtra Cornelia*, quare *caſtra Laelia* abundare exiſtimo.

l. ead.

l. ead. *Caſtra Cornelia*] Plinius: *locus, Caſtra Cornelia.* Caeſar *de bello civili* lib. II. cap. 24. *Curio mittit ad exploranda caſtra Cornelia.* (ſic enim eſt in antiquo libro non *Corneliana*) *Id autem eſt jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque aſperum, ſed paulò tamen leniore faſtigio ab ea parte, quae ad Uticam vergit: abeſt directo itinere ab Utica paulò ampliùs pasſuum mille.*

l. 12. *Fato Catonis inſignis*] Sic Plinius lib. v. cap. 4. *Utica civium Romanorum, Catonis morte nobilis.* Omnes autem Hiſtorici loquuntur, Catonem perditis jam ſuarum partium in Africa rebus, Uticae ſibi mortem conſcivisſe, ne in manus Caeſaris perveniret, inde vocatus & ipſe *Uticenſis.* Stephanus verò à Tyriis conditam tradit: Ἰτύκη πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. De Carthagine verò notisſima ſunt, quae Mela refert, Salluſtius, Appianus, & Strabo.

l. 15. *Etiamnum tam priorum excidio rerum, quàm ope praeſentium clarior*] Conſuetudine ductus Latini ſermonis leg. cenſebam, *Etiamnum tamen priorum excidio rerum.* ſic enim & alii Antiqui locuti ſunt, ut Plinius lib. XIV. cap. 4. *Catonum ille primus Triumpho & Cenſura ſuper cetera inſignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum.* atque ita poſtea reperi ſcriptum in libro Latini Latinii (1). Fieri autem ſolet, ut civitates excidio ſaepe clariores ſint, ut inf. cap. 18. *Non longè ab Ilio litora incurvat, urbe bello excidioque clarisſima.* Et lib. II. cap. 3. *Corinthus olim clara opibus, poſtea clade notior.* Solinus cap. 27. *Demum*, inquit, *in claritatem ſecundae Carthaginis, interjectis* CII. *annis, M. Antonio, P. Dolabella Coſſ. enituit, alterum post Urbem Romam terrarum decus.* vid. Strabon. lib. XVII. & Appian. in *Libyco.*

l. 16. *Hadrumentum, Leptis, Clupea*] Frequentiùs ſine adſpiratione, & ſine litera *n* hujus Urbis nomen legitur, *Adrumetum*; aliquando tamen, *Adrumentum.* Ceterùm eam urbem Strabo *Adrumen* appellat, ſi codex non fallit. Ptolemaeus *Adrumetton. Clupeam* autem primò *Aſpidem*, deinde *Clupeam* fuisſe vocatam refert Strabo

(1) Sed & Ego in plerisque.

Strabo lib. VI. Κόσσυρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, &c. Et Solinus cap. 27. *Clypeam civitatem Siculi exſtruunt, & Aſpida primùm nominant.* Silius Italicus lib. III. v. 244.

*In clypei ſpeciem curvatis turribus Aspis.*

Apud Ptolemaeum *Clypea* & *Aspis* referuntur, tanquam duae ſint. Ceterùm non ſunt eo ordine ſitae hae urbes, quo à Mela referuntur. Vide Tabulam.

l. 19. *Syrti ſinus eſt*] Lego, *Syrtis ſinus eſt.* Salluſt. *Jugurth. Inter duas Syrtes, quibus nomen ex eo inditum, nam duo ſint ſinus.* Quod autem ad ſtadiorum numerum oris ac circuitus duarum Syrtium attinet, Auctores inter ſe non congruunt. Strabo enim lib. II. minoris Syrtis circuitum ſcribit eſſe ſtadiorum mille ſexcentorum, hoc eſt, paſſ. CCM. & lib. XVII. os ipſum ſtadiorum DC. id eſt, paſſ. LXXV. M. Plinius verò eundem numerum, quem Mela, ponit lib. V. cap. 4. Polybius tradit ipſum CM. paſſ. aditu, CCCM. ambitu. Quòd ſi apud Strabonem legeretur δισχιλίων ἑξακοσίων, & infra ἑπτακισχιλίων, omnia prope concordarent: eſſent enim circuitu CCCXXV. M. aditu LXXXVII. M D. pateretque quâ mare accipit, paſſuum millia fermè centum, trecenta quâ cingitur: & Syrtis major altero tanto ſpatio major eſſet. De ipſarum verò Syrtium natura Strabo lib. XVII. & Salluſt. *Jugurth.*

l. 21. *Cingitur*] In ſcripto libro *cingit* eſt, non *cingitur.* (1)

l. 24. *Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipſa Tritonis: unde & Minervae cognomen inditum eſt*] *Super* hîc pro *ultra* ponit, ut aliquot aliis locis: nam hanc paludem certiores Auctores inter duas Syrtes collocant. Plinius lib. V. cap. 4. *Ab his* (Philaenorum aris) *non procul palus vaſta amnem Tritonem, nomenque ab eo accipit: Pallantinæ appellata Callimacho, & citra minorem Syrtim eſſe dicta: à multis verò inter duas Syrtes.* Si verò in ipſam Syrtim minorem influit, (2) in mediter-

(1) Similiter in Voſſianis omnibus, tum Lipſienſi & Meo.
(2) Corrige, *in mediterraneo paludem.*

diterranea palude eam eſſe declarat, non *ſuper*. Accepit autem hanc fabulam ab Herodoto in lib. IV. *Machlyes*, inquit, *pertingunt usque ad Tritonem ingentem amnem, qui in grandem paludem Tritonidem influit.* Et paulo inferiùs: *Horum virgines anniverſario Minervae feſto in honorem ipſius Deae indigenae* (αὐθιγενεῖ) *inter ſe bifariam diviſae, praeliantur lapidibus, fuſtibusque, dicentes ſe morem patrium ſervare ei, quam Minervam nominamus: & quae virgines è vulneribus decedunt, eas falſas virgines appellant.* Et inferiùs: *Minervam ajunt Neptuni & paludis Tritonidis filiam eſſe, eamque nonnihil patri inſenſam dediſſe ſe adoptandam Jovi, Jovemque illam ſibi adſciviſſe filiam.* Feſtus verò: *Tritonia Minerva à ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus viſa eſt.* Et in libro ſcripto, *cognomen inditum* legitur, ſine verbo *eſt*. Vide & Diodorum Siculum lib. IV. *Hiſt.*

l. 31. *Cinyphs*] Omnes ſcripti Libri (1), & ex vulgatis quidam *Ciniphs*: atque ita prorſus Herodotus (à quo haec omnia tranſcribit Mela) ceteriquè Graeci Auctores. Ptolemaeus tamen *Cinyphus* (2) declinat. Herodotus IV. *Per Macas flumen Cinyphs è colle, qui vocatur Gratiarum, fluens, mari infunditur. Hic collis Gratiarum nemoribus frequens eſt, cùm cetera, cujus memini, Africa ſit arboribus nuda.*

l. 32. *Alia* (3) *Syrte, nomine atque ingenio par priori*] Sic Salluſt. *Jugurth. Syrtes duo ſunt ſinus, prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura.*

l. 33. *Ceterum altero ferè ſpatio, amplior*] Leg. exiſtimo, *altero ferè tanto*, (4) *quà dehiſcit*, &c. & vox, *ſpatio*, gloſſema eſſe videtur. Cicer. in *Oratore: Ut neceſſè ſit partem pedis aut aequalem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſesqui eſſe majorem.* & in *Topicis: altero tanto major.* Plinius lib. XI. cap. 41. *Bubulum lac caſeo fer-*

(1) At meus & Voſſ. 2. 4. *Cynips*. Lipſ. *Cinips*, alii corruptè *Cympis*, vel *Cumpis*. Sed & pleraeque antiquiſſimae Editiones *Cynips*, niſi quod una ex anonymis tum Vercellenſis, & Vineti *Cinyphs*. Apud Herodotum quoque lib. IV. cap. 175. 198. editur Κίνυψ, Κίνυπος. (2) *Cinyphos* leg. (3) Vox *alia* delenda, & pro *Syrte* leg. *Syrtis*. (4) Notiſſima ſunt haec & frequentiſſima. Sed tamen quum nec analogia repugnet vulgatae lectioni à MStis formatae, nec quicquam duri aut ambigui in ipſa conſtructione occurrat, ac plani.... inde exoriatur, nihil Ego mutari hic velim.

*fertilius, quum exprimitur ex eadem majore parte altero tanto.* De *flexu* autem & *aditu* ſuprà diximus.

l. 35. *Ejus promontorium eſt Borion*] Plinius lib. v. cap. 4. *Promontorium, quod majorem Syrtem includit, Borion appellatur.* Ptolem. Βόρειον ἄκρον τέλος τῆς Σύρτεως. idem & Strabo XVII.

l. 37. *Uſque ad Phycunta*] Scriptus Liber, *Phycunta* (1), ut in Italia, *Sipontum.* In fine autem in eo legitur, *importuoſo litore pertinet.* Legendum ergo: *Ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuiſſe dicuntur, usque ad Phycunta (& id promontorium eſt) importuoſo litore pertinet.*

l. 38. *Arae ipſae nomen ex Philaenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaïcos miſſi* &c.] Narrat hoc Salluſt. in *Jugurth.* & Valerius Max. lib. v. Cap. 6. *Cyreneicos* verò eſt in utroque exemplari manuſcripto. & inf. *inde ad Catabathmon Cyrenica Provincia eſt.* Apud Salluſtium & Valerium (2) *Cyren.* . . . Ceterùm quod in vulgatis Plinii Libris legitur, *has aras ex arena eſſe*, adjectum illi Auctori puto.

l. 45. *Pacti de integro, ut quidquid citra eſſet* &c.] Pactum hoc ita narrat Valerius: *Cyrenenſes juvenes duo de fallacia Philenorum queſti, poſtremò acerbitate conditionis injuriam diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque, ſic eum finem ratum fore, ſi ſe ibi obrui paſſi eſſent. Sed conſilio eventus non reſpondit: illi enim non interpoſita mora, corpora ſua hic terra operienda tradiderunt.*

## Cap. VIII.

l. 2. *Ammonis Oraculum*] De *Ammonis Oraculo* multa Diodorus Siculus lib. XVII. qui Templum id ab Aegyptio Danao poſitum fuiſſe tradit: multa etiam Curtius lib. IV. Arrianus lib. III. qui de ejus fide ſic ſcribit: Ἐπὶ τούτοις δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν, ἐλθεῖν παρ' Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα καὶ Ἡρακλέα· τὸν μὲν ἐπὶ τὴν Γοργόνα, ὅτε πρὸς Πολυ-

(1) Leg. *Phyconta.* (2) Scrib. *Cyrenenſis.*

λυθέκτου ἐστέλλετο· τὸν δὲ, ὅτε καὶ Ἀνταῖον ἥει εἰς Λιβύην, καὶ παρὰ Βούσιριν. Sed nemo plura Lucano, qui lib. IX. ſic canit verſu 511.

*Ventum erat ad Templum, Libycis quod gentibus unum*
*Inculti Garamantes habent: ſtat Corniger illic*
*Jupiter, ut memorant, ſed non aut fulmina vibrans,*
*Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.*

l. 3. *Et fons, quem Solis apellant*] Diodorus lib. XVII. Herodotus IV. Curtius & Arrianus hunc fontem prope Ammonis ipſum Templum esſe ajunt: de eo Herodotus, à quo omnes ſumſisſe veriſimile eſt, ſic ſcribit lib. cit. cap. 181. Τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλό σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τὸ τὸν μὲν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. Ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς οὗ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. Ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει. τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην· παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. Ἐπίκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται ἡλίου.

l. 4. *Et rupes quaedam Auſtro ſacra*] Plinius lib. II. cap. 45. *Quin & in Cyrenaica Provincia rupes quaedam Auſtro traditur ſacra, quam nefas ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro volvente arenas.*

l. 6. *Sic ſaeviit ut aequor fluctibus*] In duobus MSS. libris vox *aequor* non legitur, ut totum locum ſic ſcribendum exiſtimem, *ille immodicus exſurgit, areniſque ſic ſaevit, ut fluctibus.* Solitum enim hoc fieri in Cyrenaica Provincia tradit Arrianus lib. III. Ἄνεμος Νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τὴν ψάμμον ἐμφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ σημεῖα, οὐδέ ἐστιν εἰδέναι ἵνα χρῆ πορεύεσθαι καθάπερ ἐν πελάγει τῇ ψάμμῳ. Salluſtius *Jugurth. Ceterùm ſolet in locis illis tempeſtas haud ſecus atque in mari retinere: nam ubi per loca aequalia & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora, oculoſque implere ſolet; ita proſpectu impedito, morari iter.*

l. 8. *Mox & paulatim tepeſcens*] Ex duobus Libris antiquis in altero eſt, *mox paulatim tepeſcens*: in altero deſideratur dictio *mox*; in ambobus tamen eſt, *ita frigidior*

*dior ſubinde*, ut infrà cap. 18. *Donec pauciores ſubinde.* Et lib. II. cap. 2. *Alienis ſubinde aquis fit amplior.* Et paulò infrà in antiquo Libro, *ſumit deinde teporem iterum* (1), &, *atque ut illa procedit*, ut ad noctem *illa* referatur.

l. 13. *Promontoria ſunt, Zephyrion & Nauſtathmos*] Ptolemaeus *Nauſtathmon*, & Portus; (2) Ναύσταθμοῦ λιμὴν, *Nauſtathmos portus:* ſed fieri poteſt, ut promontorium ſit & portum habeat: nam & *Zephyrion* ſtationem habere tradit Strabo lib. XVII. qui *Nauſtathmon* etiam neutra terminatione vocat.

l. 14. *Portus Paraetonius*] Ptolemaeo & Stephano *Paraetonium;* Strabo (3): πόλις δέ ἐστι καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν Παραιτώνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἀμμωνίαν.

l. ead. *Urbes Heſperia, Apollonia*] Ptolemaeus: *Berenice, quae & Heſperides.* Plinius lib. V. cap. 5. *Beronice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupradictarum.* Stephan. *Heſperis:* atque hîc ita fortaſſe eſt legendum; hoc autem ſunt ordine, *Heſperis, Arſinoë, Ptolemais, Apollonia, Cyrene*, & ab his quinque urbibus *Cyrenaica provincia Pentapolitana* eſt appellata.

l. 17. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum*] Plinius lib. V. cap. 5. *Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum & vallis repentè convexa.* Salluſtius *Jugurth. Africa fines habet ab occidente, fretum noſtri maris & Oceani: ab ortu ſatis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant.* Verum legendum exiſtimo, *declivem altitudinem.* eſt enim vallis devexa. Et paulò inferiùs apud Salluſtium, ubi eſt, *Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, colonia Theræῶν, ac deinceps duae Syrtes*, legendum puto, *à Catabathmo.*

l. 22. *Proximae nullae quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt*]. Lego, *Proximis nullae quidem urbes, ſtata tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur.* ut lib. III. cap. 4. *Non ſe urbibus tenent, ac ne ſtatis quidem*

(1) Sic quoque Lipſ. & Voſſ. 3. ſed reliqui *tepores*. (2) Ναύσταθμον. (3) Lib. VII. pag. 798. *

* Eſt lib. XVII. pag. 799. Duker.

*dem ſedibus, ſequuntur vagi pecora.* & lib. II. cap. I. *Nomades pecorum pabula ſequuntur atque ut illa perdurant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* Salluſtius *Jugurth. Supra Numidiam Gaetulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultiùs vagos agitare.*

l. 23. *Quae mapalia appellantur*] Salluſtius *Jugurth. Ceterùm adhuc aedificia Numidarum agreſtium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinae ſunt.* Feſtus: *Mapalia caſae Poenicae appellantur.* Cato lib. III. *Originum: Mapalia vocantur, ubi habitant, & quaſi cohortes rotundae ſunt.* Dicuntur & *magalia:* Virg. IV. *Aeneid.*

*Ut primùm alatis tetigit mapalia plantis.*

Ubi Servius: *Afrorum caſas*, inquit, *Magalia & Mapalia idem ſignificant*; ſed *Magalia, ma, producit, Mapalia verò corripit, ut & certis habitata mapalia tectis.* Meminit etiam Livius, Tacitus, & Plautus.

l. 24. *Victus aſper*] Quid nomine *victûs* intelligatur, ſcribit Ulpianus in *L.* 43. *D. de verborum ſignifi it. Verbo victûs continentur, quae eſui, potuique cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini neceſſaria ſunt. Veſtem quoque victûs habere vicem Labeo ait.* item Cajus *L.* 44. *D. eod. Tit. & cetera quibus tuendi curandive corporis gratia utimur, ea appellatione ſignificantur.*

l. 26. *Humi quies epulaeque capiuntur*] Salluſtius *Jugurth. Libyes aſperi incultique, queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum.*

l. 30. *Quia id ſolum optimum eſt, quoad poteſt, parcitur*] Liber Latinii, *quia id ſolum opimum eſt, quod poteſt, parcitur.* Livius XXIX. (1) *Familiae aliquot cum mapalibus, pecoribusque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt Regem.*

l. 33. *Ubi dies deficit, ibi noctem agunt*] Salluſt. *Jugurth. Vagi, palantes, quas nox coëgerat, ſedes habebant.*

l. 35. *Nihil in commune conſultant*] *In commune conſulere* eſt publico commodo ſtudere. Tacitus in *Vita Agricolae* de Britannis: *Nec aliud adverſus validiſſimas gen.*

(1) cap. 31.

*gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non conſulunt. Rarus duabus tribusque civitatibus ad propulſandum commune periculum conventus.* & lib. xv. (1) *Hiſtor. Per Gallias edixere, ut miſſis legatis in commune conſultarent.*

l. 40. *Et dum oritur, & dum occidit*] Sic quidem apud Plinium lib. v cap 8. legitur: *Atlantes degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus: nam neque nominum ullorum inter eos appellatio eſt, & ſolem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agrisque* Sed quoniam ea ex Herodoto ſcripta ſunt, ab eo petenda videntur: is igitur lib. iv. (2) ſic ſcribit: *Ἄτλαντες οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· ἀλέσι μὲν γάρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται· οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται, καὶ πρὸς τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων ἐπιτρίβει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν χώρην αὐτέων.* Euſtathius tamen in Dionyſium (3) hunc Herodoti locum adducens, *ὑπερβαλλόντως*, inquit, *καταρῶνται τῷ ἡλίῳ.* & Marcianus Capella, qui Pomponium aut Plinium plerumque ſequitur, de his loquens ait: *qui neque inter ſe nomina habent, & Soli imprecantur, quod eos, cum meſſibus ſemper amburat.* Quare haec verba.... poſita (4) omnino abundare exiſtimo, & apud Plinium legendum: *ſolem dira imprecatione contuentur* (5), & ſi ſciam Solinum ſcribere, *diris Solis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur.* Vid & Strabo lib. xvii.

l. 42. *Non veſcuntur animalibus*] Herodotus iv. *Λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν.* Plinius lib. v. cap. 8. *Neque inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales.* Sic & Solinus cap. 31.

l. 43. *Troglodytae*] In duobus ſcriptis codicibus conſtanter ſcriptum eſt, *Trogodytae*: & ea quidem omnia ab Herodoto tranſtulit lib. vi. *Σιτέονται οἱ Τρωγλοδύται ὄφις καὶ σαύρους, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρίγασι, καθάπερ αἱ νυκτερίδες.* Quod verò ait, *ſpecus ſubeunt*, etſi id ſonet Troglodytarum nomen,

(1) Hiſt. lib. iv. cap. 67. (2) Cap. 184. (3) v. 66. (4) Scrib. *verba ſuprà poſita* (5) Omiſſis *orientem occidentemque.* Sed nulla juſta ratione haec ex Plinio, & illa ex Mela, *& dum oritur, & dum occidit*, exturbare conatur.

nomen, tamèn tradit Strabo lib. XI. εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύταί τινες, ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη. Plinius lib. v. cap. 8. *Troglodytae ſpecus excavant: hae illis domus, victus ſerpentium* (1) *carnesque, ſtridorque, non vox, adeóque ſermonis commercio carent.* Sed quòd nullarum ſint opum domini, ab Herodoto non traditur. Solinus tamen cap. 31. *Nullus*, inquit, *illis habendi amor: à divitiis paupertate ſe abdicarunt voluntaria.*

l. 46. *Apud Garamantas etiam armenta ſunt ea, quae* &c.] Scriptus Codex, *eaque* habet, ut legi poſſet, *apud Garamantas jam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur.* cùm enim dixiſſet, Troglodytas nullarum opum dominos eſſe, ſubjungit, apud Garamantas jam armenta eſſe, ſed peculiari quadam natura. Solinus cap. 29. de Garamantibus: *Armenta gentis illius obliquis cervicibus pabulantur, nam ſi recta ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humum cornua & obnixa.* Verùm hoc Troglodytarum bubus Plinius tribuit lib. XI. cap. 37. *Mobilia eadem* (cornua) *ut aures Phrygiae armentis, Troglodytarum in terram directa; qua de cauſa obliqua cervice paſcuntur.* Non congruit tamen, eos nullarum opum dominos eſſe, & armenta habere: quare Plinius memoriâ lapſus fortaſſe eſt. Herodotus quidem in Libya eſſe boves tradit, qui retro ambulantes paſcuntur, quod directa in humum cornua vulgarem paſtionis modum non admittant: atque id Mela tradere prorſus voluit, ſed quoniam in eo Herodotum ut fabuloſum reprehenſum fuiſſe intellexit, ut ab Athenaeo traditur in extremo libro quinto, rem veriſimiliorem efficere voluit, & *obliqua cervice eos paſcere* dixit. Haec tamen armenta non apud Garamantas eſſe tradit Herodotus, ſed apud alios diſtantes ab his triginta dierum itinere: ſic enim ſcribit ille in libri IV. capite 183. *Quemadmodum apud alios, incolentibus illic hominibus, quibus nomen eſt Garamantibus, natione ſanè magna, qui inducta ſupra ſolem humo, ita ferunt Ab his ad Lotophagos breviſſimum iter: à quibus triginta dierum ſpatium eſt ad eos, apud quos gignuntur boves praepoſterè paſcentes: ideo autem praepoſterè paſcuntur quòd cornua inflexa anteriùs habent, & ob id ceſſim*

(1) Leg. *carnes, ſtridorque.*

*ceſſim euntes paſcuntur.* Nec tamen id . . . . ( 1 ) vidit Mela, ſed cùm ſuprà cap. 4. interiores Africae, & quae ultra deſerta esſe memorasſet, quatuor tamen ( 2 ) deſcriberet, *Garamantes*, *Augilas*, *Troglodytas*, *& ultimos ad occaſum Atlantes*, finitimas gentes hîc veluti contribuit: ſic paulò inferius, quod Herodotus *Auſenſibus* tribuit, ipſe *Garamantibus* accommodat, ut videbimus. Ceterùm non idem juris esſe videtur Plinio, qui lib. VIII. cap. 45. *Boves*, inquit, *animalium ſoli & retro ambulantes paſcuntur*; *apud Garamantas quidem haud aliter*. Melius Athenaeus, qui hoc non apud Garamantas ſed apud quandam Libyae gentem accidere, tradidisſe Herodotum unum omnium Hiſtoricorum refert, ſed fabuloſum esſe, & fide omnino carere ὀπισθονομ . . . (3).

l. 50. *Quos pro ſuis colant formae ſimilitudine agnoſcunt*] Sic quidem loquitur D. Hieronymus. ( 4 ) *Multos videmus ob nimiam paupertatem virorum ſarcinam declinare & ancillas ſuas habere pro uxoribus*, *ſuſceptos ex his liberos colere ut proprios.* Mallem tamen legere, *quos pro ſuis tollant.* Sic Terentius in *Andria*: *Quicquid peperisſet*, *decreverunt tollere.* & in *Hecyra*: *Tollemus ſcilicet noſtrum.* Q. Curtius lib. IX. *Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque*, *ſed eorum quibus ſpectandi infantum habitum cura mandata eſt.* Ceterum haec, ut dixi, de Auſenſibus ita narrat Herodotus lib. IV. *Μίξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συνοικέοντες, κτηνηδόν τε μισγόμενοι· ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἁδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς τὠὐτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνός, καὶ τῷ ἂν ἥκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.* Sed hoc ipſum Nicolaus *de moribus Gentium* apud Stobaeum *Sermone* CLXV. tribuit Limyrniis. Plinius: *Garamantes matrimoniorum exſortes pasſim cum feminis degunt.* Sed haec à Mela, non ab Herodoto accepit.

l. 52. *Augilae manes tantùm Deos putant*] Tranſtulit haec omnia ex Herodoto lib. IV. ſed eadem, quà ſuprà, licentia uſus: nam haec non *Augilis*, ſed *Naſamonibus* Herodotus tribuit. Sic enim ait: Γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος, ἐπίκοινον αὐτῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται. Πρῶτον δὲ γαμέοντος Νασάμωνος ἀνδρὸς νόμος ἐστὶ τὴν νύμφην νυκτὶ

τῇ

( 1 ) Scrib. *non.* ( 2 ) Leg. *tantùm.* ( 3 ) ὀπισθονόμοι βόες.
( 4 ) ad Oceanum epiſt. 83.

τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων μισγομένην· τῶν δὲ ὡς ἕκαστος οἱ μιχθῇ, διδοῖ δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου. Ὅρκοισι δὲ καὶ μαντικῇ χρέονται τοιῇδε· ὀμνύουσι μὲν τοὺς παρὰ σφίσι ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γινέσθαι τούτους, τῶν τύμβων ἁπτόμενοι· μαντεύονται δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακομέονται· τὸ δ᾽ ἂν ἴδοιεν τῇ ὄψει ἐνύπνιον, τούτῳ χρῶνται. Quanquam quòd manes tantum Deos colant; quòd uxorum in reliquum pudicitia inſignis ſit, ab Herodoto non traditur; ſed ex Mela accepere Plinius & Solinus cap. 34. *Augilae verò ſolos colunt inferos. Feminas ſuas primis noctibus nuptiarum adulteriis cogunt patere; mox ad perpetuam pudicitiam legibus adſtringunt ſeveriſſimis.* Porrò apud Herodotum corruptè legitur *Algila* pro *Augila*: Stephanus enim *de Urbibus*: Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης. Et gentile nomen . . . . . (1) non *Augilum* esse tradit. Ptolemaeus tamen lib. IV. καὶ ἐν τοῖς Αὐγίλαις, καὶ ἐν τοῖς Νασάμωσι τὰ Αὔγιλα.

l. 59. *Nudi ſunt Gamphaſantes*] Sic Plinius lib. V. cap. 8. *Gamphaſantes nudi, praeliorumque expertes, nulli externo congregantur.* Idem ſcribunt Solinus cap. 3. & Marcianus Capella. Herodotus lib. IV. (2) ἐν τῇ θηριώδεϊ χώρᾳ οἰκέουσι Γαράμαντες, οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην. Καὶ οὔτε ὅπλων ἐκτέαται ἀρήϊον οὐδὲν, οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Atque *Garamantes* etiam Laur. Valla vertit, & Stephanus *de Urbibus*. Γαράμαντες, ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος τετάρτῃ· οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίαν. Verùm ex hoc loco Pomponii & Plinio, Marciano & Solino, tam apud Herodotum (3) quàm apud Stephanum *Gamphaſantes* legendum. Ceterum quòd nudi ſint, ab Herodoto non traditur.

l. 62. *Quàm quibus idem ingenii eſt*] Scriptus Liber, *quibus idem ingenium eſt*: ſed parum refert.

l. 63. *Blemmyis capita abſunt*] Diximus in ſcriptis Libris legi, *Blemyis.* (4) Plinius lib. V. cap. 8. *Blemyis traduntur capita abeſſe, ore & oculis pectori affixis.* Solinus cap. 31. *Blemyas, (ſed non eos qui vicina Rubro mari incolunt) credunt truncos naſci parte, qua caput eſt,*

(1) Leg. Αὐγιλῖται.
(2) cap. 174.
(3) Niſi Herodotus ipſe iſtic erraverit.
(4) vel *Blemiis*, ut in Voſſianis pleriſque reperi.

*eſt, os tamen & oculos habere in pectore.* Marcianus: *Blemyae ſine capite ſunt, atque os & oculos in pectore gerunt.*

l. 64. *Satyris praeter effigiem*] Sic Plinius lib. v. cap. 8. *Satyris praeter figuram nihil moris humani.* Solinus cap. 31. *Satyri de hominibus nihil aliud praeferunt, quàm figuram.* Marcianus: *Satyri hominum nihil habent, niſi faciem.*

l. 65. *Aegipanum quae celebratur* &c.] Plinius lib. v. cap. 8. *Aegipan, qualis vulgo pingitur, forma.* Marcianus: *Aegipanes quales pinguntur, exſiſtunt.* Sic & Solinus: quales verò ſoleant pingi, tradit Herodotus lib. II. (1) Γράφουσι οἱ ζωγράφοι τοῦ Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες, τἄγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. Vid. Servium ad *Ecl.* II. Virgilii.

## Cap. IX.

l. 2. *Penitus immiſſa*] Declarat hunc locum Plinius lib. v. cap. 9 his verbis: *Proxima Africae incolitur Aegyptus, introrſus ad meridiem recedens, donec à tergo praetendantur Aethiopes.* Sic Mela lib. III. cap. 8. de Arabico ſinu: *Init penitus, introrſumque dum Aegyptum penè & montem Arabiae Caſium attingat.* Solinus cap. 32. *Aegyptus à meridie introrſus recedit, quoad praetendant Aethiopes à tergo.* Marcianus: *Verùm Aegyptus introrſus ad meridiem tendit, donec à tergo Aethiopes obverſentur.*

l. 4. *Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis*] Plinius in *Panegyrico*: *Aegyptus alendis augendisque ſeminibus ita gloriata eſt, ut nihil imbribus caeloque deberet: ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quàm quas ipſe devexerat: tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura, certaret.*

l. 5. *Hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix*] Strabo lib. xv. (2) *Nilus ceteris amnibus fecundior eſt, & producit ingentia animalia, tum etiam amphibia.*

(1) cap. 46.
(2) pag. 695.

*phibia. Aegyptiae quoque mulieres interdum uno partu quatuor pueros enituntur: auctorque eſt Ariſtoteles, quandam ſeptem peperiſſe uno partu.* qui Nilum τρόφιμον καὶ γόνιμον (1) appellat, id eſt, ad generandum alendumque efficacem, propter moderatum ſolis ardorem coctionemque relinquentis nutrimentum evaporantisque ſuperflua: qua de cauſa evenire ſolet (2), ut Nili aquae dimidio minori igne decoquantur, quàm ceterae. Diodorus Siculus lib. I. cap. 3. de Aegypto: *terra inculta pecori ad paſtum relicta, adeo exuberans herbis, ut oves bis in anno pariant, bis lanam praebeant.* Vide & Solinum.

l. 6. *Nilus efficit, amnium in Noſtrum mare permeantium maximus*] Herodotus IV. *Iſter omnium, quos novimus, amnium maximus.* Sed Melam in hoc ab Herodoto rectè diſcedere, & omnino Iſtrum Nilo eſſe minorem, recentiores, qui amborum oſtia videre, tradunt, & Diodorus Siculus lib. I. cap. 3. Vid. Salluſtius *proxima magnitudine Nili eſſe Iſtrum flumen* (3) dixit. Vid. Agellium lib. X. cap. 7.

l. 8. *Ex deſertis Africae miſſus*] Lego, *emiſſus*, ut ſuprà cap. 5. *parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit.* Et inf. cap. 19. *mons Olympus, ut incolae vocant, Myſius; is flumen Rhyndacum in ea, quae ſequuntur, emittit.* Ceterùm Nilum ex deſertis Africae emitti Herodotus lib. II. primus omnium dixit, quem Pomponius hic & inf. lib. III. cap. 9. ſequitur: ſed ea opinio Diodoro Siculo non placet. Mox pro *& cùm diu*, legerem, *ſed cùm diu* (4).

l. 10. *Circa Meroën latè patentem inſulam in Aethiopiam diffunditur*] Legendum exiſtimem, *latè patentem inſulam Aethiopum diffunditur.* Ait enim, primò Nilum ſimplicem, hoc eſt, uno alveo decurrere, deinde ad Meroen Aethiopum inſulam in duo brachia dividi. Sic lib. III. cap. 8. *Aethiopes ultra, qui Meroën habent, quam Nilus primo ambitu amplexus, inſulam facit.* Plinius

(1) *γόνιμον*] Sed in Strabone legitur πολύγονον. DUKER.
(2) *Solet*] Ex eo quod ſcriptum fuerat, in textu Cl. Perizonius fecerat *ait*. DUKER.
(3) Leg. *ait apud* A.
(4) Sequitur, ut ſolet, Voſſius, ſed non eſt opus, reluctantibus MStis.

nius lib. II. cap. 73. *Rurſus in Meroë inſula, quae eſt caput gentis Aethiopum.* Vel lege, *diffinditur: diffindi* autem eſt *dividi.* Varro *de Re Ruſtica* lib. I. cap. 2. *Ego hic, ubi nox & dies modicè redit & abit, tamen aeſtivum diem, ſi non diffinderem meo inſititio ſomno, meridie vivere non poſſem.* Et lib. III. cap. 2. Se ipſum declarans ſcribit; *quid ni?* inquit: *ubi aeſtate diem meridie dividere ſoleam.* Cicero lib. *de Univerſo*: *Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffindit.* Et alibi *ſaxum diffindi* dixit. & Cato *de Re Ruſt.* cap. 161. *Arundinem mediam diffinde: diem* autem *diffindi*, ut in Pandectis Florentinis legitur, eſt & apud Livium lib. IX. ſed ut Budaeus exiſtimat, *diem diffundi* eſt prolatari judicium .... & aliam (1) rem in alium diem differri. *Meroen* verò *latè patere* & magnitudine omnes Nili inſulas antecellere tradit Diodorus Siculus lib. I. cùm pateat, longitudine ſtadiorum ∞. ∞. ∞. latitudine mille. Idem ſcribit Strabo lib. XVII. Vide Joſephum.

l. 12. *Altera Aſtapes dictus eſt*] Liber ſcriptus, *altera Aſtape dictus*: cui favere videtur Diodorus lib. IV. qui fluvium hunc *Aſtapen* vocat, ſi Latinus codex non fallit. nam nunc Graeci copia non erat: is tamen lib. I. *Aſtapon* vocat, ut Strabo, etſi ille *Aſtaboron* & *Aſtapon* flumina è lacubus profluentia in Nilum influere dicat, non ipſius Nili partes eſſe. Plinius lib. V. cap. 9. *Circa clariſſimam inſularum Meroën Aſtabores laevo alveo dictus, hoc eſt, ramus aquae venientis è tenebris: dextero verò Aſtuſapes, quod latentis ſignificationem adjicit.*

l. 13. *Ubi rurſus coit, ibi nomen hoc capit*] Plinius lib. V. cap. 9. *Nec antè Nilus, quàm ſe totum aquis concordibus rurſus junxit: ſic quoque etiamnum Syris, ut antè, nominatus per aliquot millia.*

l. 14. *In immanem lacum devenit*] Haec omnia cum Nili curſu ex Herodoto propone ... clariora erunt. (2)

l. 16. *Tachempſo alteram inſulam*] Herodotus II. (3) Ταχομψώ. & Plinius lib. VI. cap. 29. *Tacompſi* oppidi meminit. Stephanus tamen Ταχέμψω, νῆσος Ai-

(1) *Prolatari, & judicium aliamve.*
(2) *Propone, & clariora erunt.*
(3) cap. 29.

Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ, & Ptolemaeus lib. iv. quanquam apud eum corruptè legitur μεταχομψώ. alio tamen loco Stephanus: Χομψὼ νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.

l. 17. *Ad Elephantidem*] Scripti Libri *Elephantilem*: legendum tamen *Elephantinem* ex omnibus Geographis. De *Cercaſoro* oppido idem Herodotus lib. ii. cap. 15.

l. 21. *Semel iterumque diviſus ad Delta & Metelin*] Veteres libri, *ad Deltam & ad Metelim*. Sed haud dubiè ex ora Libri in contextum ea verba irrepſere, itaque delenda esſe cenſeo, legendumque, *dein ſemel iterumque diviſus, it per omnem Aegyptum*. Sic in Italia lib. ii. cap. 4. *Mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis ſemel iterumque diſtinguens, non uno margine circuit*. Et hoc libro cap. 3. *Niſi ubi ſemel iterumque grandi recesſu abducitur, directo penè litore, extenta eſt*. Et lib. iii. cap. 1. *Quae, niſi quòd ſemel iterumque paullum in ſemet abducitur, ad Contabros penè recta eſt*. Sunt igitur verba annotantis, ad quae loca diviſio fluminis fieret, ſed imperitè tamen: atque ut id manifeſtius fiat, libuit omnem Nili curſum ex Herodoto adſcribere, à quo haec magna ex parte Pomponius tranſtulit. Is ergo lib. ii. Nili curſum à Catadupis ad mare deſcribit, & rurſus à Catadupis ad fontem, quae ſimul juncta in hunc modum ſe habent: „ Nilus à Catadupis incipiens mediam interfluens Aegyptum irrumpit „ mare, uno quidem alveo usque ad Cercaſoron (Κερκάσωρον) urbem; tripartito deinceps: quorum alveorum unus ad auroram, quod Peluſium oſtium; alter „ ad veſperam tendit, quod Canobicum oſtium nominatur". Et paullo inferius: „ Aliud ab ullo audire non „ potui, niſi, (cùm ipſe inſpiciendi gratia ad Elephantinem usque urbem profectus ſum) quiddam longisſimae narrationis, quod ex fama illic jam inquirendo „ accepi, eunti ab urbe Elephantine ad ſuperiora esſe „ locum acclivem, ubi necesſe ſit, navigio utrinque „ alligato, tanquam bove, pergere, &, ſi funis ab„ rumpatur, abire navigium, rapiente fluminis impetu. „ Et poſtea pervenire planum in locum, ubi ſit inſula „ Nilo circumflua, nomine Tachompſo. Ab Elephantine deſuper jam Aethiopes incolere & dimidium in-

„ ſulae, n.. (1) alterum dimidium incolere Aegyptios.
„ Huic inſulae ingens lacus contiguus eſt, quem circum
„ Aethiopes paſtores paſcunt; quem praetergreſſus in
„ Nili alveum, qua lacui committitur, devenias. De-
„ inde egreſſus itinere pedeſtri quadraginta dierum per-
„ gas propter flumen; nam in Nilo acutos ſcopulos
„ exſiſtere & ſaxa frequentia, per quae navigare non li-
„ cet. Peragrato quadraginta diebus eo loco, alterum
„ navigium rurſus ingreſſus, duodecim diebus ſubvehe-
„ ris, dum venias in oppidum magnum, nomine Me-
„ roën, quae fertur aliorum Aethiopum eſſe metropo-
„ lis". Et inferiùs: „ Fluit autem ab Heſpero & occaſu".
„ Et inf. „ Ex A... (2) enim Nilus fluit, eamque me-
„ diam ſecat, pari tractu, atque Iſter Europam *&c.*" En quemadmodum Nilus ex deſertis Africae emiſſus circa Meroën findatur, ab eaque partim aſper, parva (3) navigia patiens, in immanem lacum deveniat, deindeque *Tachompſo* inſulam amplectatur, & usque ad *Elephantinem* urbem, non jam Aethiopum, ſed Aegyptiam, uno alveo ferveusque decurrit (4); deinde quemadmodum juxta *Cercaſorum* oppidum triplex eſſe incipiat. Quòd autem diviſſio ſemel iterumque fiat ad Deltam & Melim ab eo non traditur, nec Pomponius ſcripſit.

l. 26. *Aeſtivo ſidere exundans* ] *Sidus* hîc tempeſtatem ſignificat, ut apud Virg. IV. *Aen.*

*Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem.*

Et in *Georgicis:*

——————— *quo ſidere terram*
*Vertere, Maecenas.*

Id eſt, tempore. Exundat verò, ut Plinius auctor eſt lib. V. cap. 9. *Incipitque creſcere Luna nova, quaecunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceque, Cancrum ſole transeunte, abundantisſimè autem Leonem: & reſidit in Virgine iisdem, quibus accrevit, modis: in totum autem revoca-*

(1) *nam.*
(2) *Ex Libya.*
(3) *partim.*
(4) *decurrat.*

*vocatur int. . ripas* (1) *in Libra, ut tradit Herodotus, centeſimo die.* Vide Strabonem lib. XVII. & Diodorum lib. I.

l. 27. *Adeò efficacibus aquis ad generandum alendumque* ] Diximus ſuprà hac de cauſa Nilum appellari ab Ariſtotele γόν.μον (2) καὶ τρόφιμον, quod idem ad verbum eſt. Diodorus Siculus lib. I. *Nilus & multa generat & ſuapte natura quae genuit, facillimè nutrit.*

l. 28. *Ut praeter id, quòd ſcatet piſcibus* ] Enumerat Strabo lib. XVII. plura piſcium genera, qui in Nilo gignuntur. Sed pro *praeter id quod*, vetus Codex habet, *praeter quod*: fortè, *praeterquam quòd.*

l. 29. *Hippopotamos, Crocodilosque* ] De *Hippopotamis*, hoc eſt, fluviatilibus equis, Herodotus II *Quadrupedes*, inquit, *ſunt biſidis pedibus, ungulis bovinis, ſimo naſo, equina juba, eminentibus & cancellatis dentibus, fulgida cauda, equina voce, magnitudine maximi tauri, tam craſſo corio, ut ex eo areſacto fiant pila miſſilia.* Idem ferè tradit Ariſtoteles lib. II. *de Animalibus* cap. 2. & Plinius lib. VIII. cap. 25. Aelianus lib. V. cap. 53. aliquanto tamen aliter ſculpti hodie viſuntur Romae, pluribus locis ex illa antiquitate ad unum, ut creditur, expreſſi. De Crocodilo plura Herodotus lib. II. Ariſtot. II. cap. 10. Plinius VIII. cap. 25. Diodorus Siculus lib. I.

l. 42. *Pleniſſimus ſurgere* ] F. *fluere.* Vid. infra (3).

l. 48. *Itque major* (4) Sic infrà cap. 12. *Claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti.* nam regnum & praelium idem eſt, quod *imperitare gentibus* & *claſſe confligere.* Et II. 3. *ad ferociam & numerum, ut multi immitesque ſunt.*

l. 50. *Quod ſi eſt alter orbis* ] Seneca lib. IV. Nat. Quaeſt. I. 2. & lib. VI. cap. 8. Herodot. lib. II.

(1) Leg. *intra ripas.*

(2) Leg. γόνιμον

(3) Lib. III. cap. 6. *Praegrandia flumina alternis motibus modò & in pelagus, modo retro fluentia.* Sed minimè opus. Nam *ſurgere* rectè prorſus dicitur, pro oriri. Sic cap. ſuper. *ut ſol ſurgit.* Quin de fluvio, ut hic, ita II. 1. *Tyras in Neuris ſurgit.* & II. 5. *Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit.*

(4) Cl. Perizonius quidem hic nonnulla emendaverat. Sed mihi iis non rectè praeſcribi videntur verba *Itque major.* DUKER.

l. 62. *Quatuor ferè ſoli jugera* ] Herodotus 450000. Frons quadrata, cujus quodvis latus quadrijugerum ferè eſt & altitudo par. Verùm Herodotus octo jugera continere ait quodvis latus. Sed fieri poteſt, ut Mela alium auctorem ſequatur, qui veroſimiliora tradiderit: nam de Pyramidibus multos ſcripſiſſe Plinius refert.

l. ead. *Quatuor ferè ſoli jugera* ] Niſi eſſet Geometriae atque Arithmeticae expers, 64 diceret. Tanta eſt enim area, quam obtinet ſoli quadratum, quod octo continet jugera quolibet latere. Ut magis etiam mentiretur, hunc locum in *Retractationibus* ita legit: *Pyramides, quarum maxima, tres jamque ſunt, tricenum pedum lapidibus exſtructa, quatuor frontibus octona ſoli jugera ſua ſede occupat*, vel *qua ſedet*. Verum in magna ignoratione verſatus fuit Pintianus, qui quid ſit *plethrum*, quid *jugerum*, ignoravit: nam Herodotus octo plethra habere quamvis frontem dicit.

l. 63. *Sua ſede* ] V. C. *qua ſede*. Fortè, *qua ſedet*, ut habet alter V. C.

l. 65. *Viginti millia paſſuum* ] Fortè legendum *quingenta millia*. Vide Aldum filium de Legibus 113.

l. 70. *Unum in ſe deſcenſum habet* ] Lib. 1. cap. 13. *Unus in eum deſcenſus eſt.*

l. 78. *Aliter à ceteris* ] F. *ac ceteris*. (1).

l. ead. *Fimo obliti* ] F. *limo*. nam Herodotus luto oblini ait lib. II. fol. 151. Diod. fol. 117.

l. 90. *Capitale ſit* ] Ut ibin & accipitrem. Herodotus II. (2) Tullius Tuſcul. v. (3) *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam priùs ſubierint, quam Ibim, aut Aſpidem, aut Felem, aut Canem, aut Crocodilum violent, quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recuſent.*

l. 98. *Trecenos & triginta reges* ] Nihil hîc mutat Pintianus ex vetere lectione. Legendum fortasſe ex Herodoto in II. *Trecentos & triginta reges & ante Amaſin ſep-*

(1) Blanditur id mihi ſic ſatis. Vellem MSti id firmarent. Non nego tamen rectè dici *alius ab* etiam per ellipſin. Phaedrus Praef. lib. III. v. 41. *Quod ſi accuſator alius Sejano foret.* Cicero Famil. XI. 2. *Nec quidquam aliud libertate communi quaeſiſſe.*

(2) 65.

(3) cap. 27.

*ſeptendecim millium annorum aetates.* Non autem ait Herodotus trecentos & triginta reges ante Amaſim fuiſſe, ſed à Mene, qui primus Aegypti fuit rex, Sacerdotes alios trecentos & triginta reges nominari.

l. 102. *Elephantis & Thebae*] Aliàs, *Elephantine, Thebae*, ſeu potius *Elephantin & Thebae.* Herodotus fol. 62.

l. 102. *Quater curſus ſuos vertiſſe ſidera*] Cùm motus primi mobilis ſimplex ſit & unius ſui, impoſſibile eſt hoc fieri. Ubicunque enim polos ſtatuamus, ſive in aequinoctiali, ſive alio (1) quovis loco, ſemper ab eadem parte, laeva, aut dextra, orietur ſol, niſi dicerent Aegyptii primo mobili eum motum ineſſe, qui Oceano, ut tot annis aruerit, totidemque revireſceret, ut ſex horis currit, ſex horis recurrit. Manilius lib. 1. (2)

*Nunquam transverſos ſolem decurrere ad Arctos,*
*Nec mutare vias, & in ortum vertere curſus,*
*Auroramque novis naſcentem oſtendere terris.*

l. 103. *Ac ſolem bis jam occidiſſe unde nunc oritur*] Non eſt neceſſe addere (3). Fieri enim non poteſt, quin Sol toties occiderit, ubi ortus ante fuit, quoties ortus eſt, ubi antea occidebat.

Ibid. *Utque ut Homero*] Vel pro *uti quae* legendum *quae.*

## CAP. X.

l. 1. *Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet*] Non ad ſinum Arabicum, quem indocti quidam *mare Rubrum* appellant, ſed ad *mare Rubrum*, de quo lib. III. Mela, cujus partes ſunt Perſicus & Arabicus Sinus.

Ibid. *Pertinet*] Id eſt, dirigitur, extenditur, pervenit; ita interpretatur Edicti verba Ulpianus *in L.* 1. §. 10. *D. de Cloacis.*

l. 2.

(1) *Sive in alio.*
(2) v. 514.
(3) *his, quae voluit Pintianus.*

l. 2. *Et ditior*] *Editior* videbatur legendum, ut antitheta eſſent *laeta & editior*, *planae & ſterili.* Sed quum Plinius lib. v. cap. 11. *Arabiam ad mare Rubrum pertinere & odoriferam illam, ac divitem, & beatae cognomine inclitam*, ſcribat; ampliandum cenſeo. Quanquam defendi poteſt *editior* ex ipſo Mela lib. III. cap. 8. de Arabia Felice, *quae inter oſtia extenditur* (Perſici & Arabici Sinus) *ſylvae cauteſque exaſperant.* (1)

l. 3. *Caſio monte attollit*] Plinius lib. v. cap. 29. *Attollitur monte Pione.* Lucanus lib. VIII. v. 539.

*Perfida quà tellus Caſiis excurrit arenis.*

l. 5. *Azotum*] Ptolemaeus ante *Azotum* collocat *Jamnitorum Portam.*

l. 6. *A quarta vigilia ortum Solis oſtendat*] Id eſt, Solem orientem iis, qui in montis vertice ſunt aut in mari, ut ſaepe, (2) aut in altitudine, ut lib. II. cap. 2. de Haemo. *In tantum altitudinis abit, ut cerni nequeat.* (3) Hoc falſum eſſe oſtendit Petrus Monius in extremo Libro *de Crepuſculis* (4). Vide item Arrianum qui in *Periplo Rubri Maris* de Arabia agens, quae eſt ad mare Rubrum, inquit, *κόλπος λεγόμενος Σαχαλίθης καὶ χώρα λιβανωτοφόρος· ὀρεινὴ δὲ καὶ δύσβατος, ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὁμιχλώδη.* Vides hîc regionem, quae thure & odoribus abundat eſſe. Idem dicit Plinius lib. XII. cap. 14. Quin vides ut non ſit dubitandum de integritate lectionis. Quare hîc à Mela rectiſſimè ſcriptum. Cleomedes lib. II. 191. ait ex altiſſimis montibus maximum apparere ſolem exorientem. Ceterùm haec non debuerunt in caput ſequens transferri, cùm Mela ipſe alterius montis Caſii non meminerit. Neque enim quod Mela ab aliis diverſum

(1) Nihil in Mela mutandum, quod & ipſe Ciacconius dein videtur ſenſiſſe.

(2) *Aut jam in.*

(3) *Abit, ut Euxinum & Adriam ex ſummo vertice oſtendat.*

(4) *Vide item. . . . . . . . rectiſſimè ſcriptum*] Haec omnia usque ad verbum *Cleomedes* cancellata, & adnotatum erat, verbis *ſolem exorientem*, ſubjicienda eſſe haec quae ad caput ſequens ſcripta ſunt. „ Non quicquid Mela diverſum ab aliis adfert, ſtatim tollendum: non„ enim obſcurum eſt, quòd diverſa inter ſe Auctores tradant, in Geo„ graphia praecipuè, nec haec verba in Syriam potuerunt transferri,„ cùm Mela ipſe alterius montis Caſii non meminerit.„

ſum adfert, ſtatim tollendum, quum non obſcurum ſit, quot diverſa inter ſe Auctores tradant, & praecipuè in Geographia.

## C A P. XI.

l. 1. *Terrasque etiam latiùs*] Fortè ſic eſt diſtinguendum, *terrasque etiam latiùs, introrſus aliis, aliisque nuncupata nominibus*. Nam *introrſus* hic appellatur verbis, in littore non Palaeſtina (1), Phoenicia, Antiochia: Plinius lib. v. cap. 12. *Palaeſtina*, inquit, *quae* (2) *contingit Arabas: deinde eſt Phoenice, & quà recedit intus, Damaſcena, Babylonia, Meſopotamia, Sophene, Comagena, Adiabene, Asſyria antè dicta, & ubi Ciliciam attingit, Antiochia.* Inde in Aldinis ſic legitur (3).

l. 14. *Gaza*] Ptolemaeus, Strabo, Plinius, omnes primò *Gazam*, pòſt *Aſcalonem*, deinde *Azotum* collocant, ut mirum ſit à Mela *Azotum* collocari in Arabia. De Gaza Stephanus: Μυθολογοῦσι δέ τινες ὑπὸ Διὸς κτισθῆναι καὶ ἐν αὐτῇ ἀπολιπεῖν τὴν ἰδίαν Γάζαν, οὕτω τῶν Περσῶν τὰ χρήματα καλούντων.

## C A P. XII.

l. 3. *Literas & literarum operas*] Pomponius L. 11. D. de capt. & poſtlim. rev. (4) *Labeo ingenii qualitate & fiducia doctrinae, qui & ceteris operis ſapientiae operam dederat, plurima innovare inſtituit.* (5) Literarum operas *ſummas* intelligit, nam Strabo Arithmetica & Aſtronomica Phoenicas inveniſſe asſerit.

l. 5. *Regnum praeliumque commenti*] Iſta tria verba à Librariis per ignorantiam verſibus Auctoris immixta fuiſſe,

(1) *His appellatur nominibus, in littore verò Palaeſtina.*

(2) *quà.*

(3) Sed neſcio quid ſibi velint viri doctisſimi ita diſtinguentes: quum utique *aliis aliisque*, ut alibi, ita & hic conjunctim de eadem re ſint accipienda, & revera introrſus maximè in varias Syria dividatur regiones, & ita diverſis. h. e. *aliis aliisque* appelletur nominibus.

(4) Locus eſt in Tit. de Origine Juris Reg. 47.

(5) *Per literarum.*

ſuiſſe, ab aliquibus creditum. At ſine illis manca ſuerit oratio, quae Melae ſemper fluit. Vid. Diodor. Sic. lib. v. & Curt. lib. iv.

l. 9. *Jacto opere. Vici tenent ulteriora*] Aldus: *deficit: quod ab imp. Al. jacta opera vici tenent ulteriora.* & lib. II. cap. 2. *Ima ejus tenent parvae Pelaſgorum coloniae.* V. C. *vi tenent interiora.* (1) In Ald. quoque eſt *tenet.*

l. 17. *Adverſa adjacens Aſia*] Auctor Diodorus lib. xvi. 890. Sic. lib. II. cap. 3. *Ut modò latere ita nunc fronte pelago adjacens.* & ibid. *& ipſa pelago Pylos adjacet.*

l. 21. *Navigabilibus alveis*] Seneca *ad Helviam de Conſol.* cap. 9. *Atqui non eſt haec terra frugiferarum aut laetarum arborum ferax, non magnis & navigabilibus fluminum alveis irrigatur.*

l. 24. *Pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur*] Non eſt veriſimile à Pomponio, qui clariſſima conſectatur, Antiochiam, celeberrimam urbem, ab omnibus Geographis celebratam, & quae regioni nomen dederit, eſſe omiſſam. Quare ſic legendum fortè, *cui Antiochia cognomen addidit*: nam ſequitur ſtatim, *in ora ejus.* quomodo poſt mediterranea oppida enumerata Pomponius ſaepe facit. ut cap. ſuperior. II. de Syria: *& ubi ſe Ciliciae committit, Antiochia.*

l. 26. *Berythos*] Subſtituendum fortaſſe *Balnea* ex Plinio lib. v. cap. 20. aut *Balaneae* ex Ptolemaeo: nam *Berytos* ſtatim poſt *Sidonem* ab omnibus collocatur.

l. ead. *Aroſos*] Ante emendationem Hermolai Barbari legebatur *Aroſos*, pro qua ipſe ſubſtituit *Arados*, nulla ratione. Nam hujus inſulae poſtea meminit Auctor lib. II. cap. 7. *Arados in Phoenice*, inquit, *parva.* Legendum haud dubiè *Roſos*, ex Plinio, Strabone: Ptolemaeo Ῥῶσος. *Laodice Aroſos*, *Laodicea Roſos.* (2) Strabo. (3) *inter Iſſum & Seleuciam* Ῥῶσσος. Emendabimus obiter locum Curtii lib. iv. *Nardus quoque inſula deditur:*

(1) Etiam Voſſ. 2. legit *vi tenent*, ſed liquido *ulteriora*, non *interiora.*

(2) Ergo pro *Laodice Aroſos* lege *Laodicea Roſos.*

(3) lib. xvi. pag. 751.

*tur*: in aliis legas *Arrhodos*. Lege *Arados quoque*. Omnes autem hoc ordine, *Maratho*, *Balanea*, *Paltos*, *Laodicea*, *Orontes*, *Seleucia*, *Rhoſſos*. Strabo nunc ſimplici *s*, nunc duplici. Plinius (1) ſimplici *Rhoſos*.

l. 27. *Lycos*] *Lycos* fluvius non hoc loco ponitur Straboni, ſed juxta Byblon. De Hypato nulla mentio apud Plinium in ſinu Isſico.

l. ead. *Lycos*, *Hypatos*, & *Orontes*] Strabo lib. XVI. δι' οὗ ῥεῖ ὁ Ἄρκευθος ποταμὸς, καὶ ὁ Ὀρόντης, καὶ ὁ Λαβώτας· ἐν δὲ τούτῳ ἐστὶ τῷ πεδίῳ καὶ ὁ Μελεάγρου χάραξ, καὶ Οἰνοπάρας ποταμός. Verùm ex hoc loco non colligas, quod ait Pintianus, nam in mediterraneis fluit *Helabotas*, & *Oronti* is, ut credo, miſcetur, nec in mare perdurat. Legendum fortasſe *Lycos*, *Pinarus* & *Orontes*, ex Plinio lib. V. cap. 27.

l. 29. *Cilicas*] Pintianus in *Retractat. Cilicia*. ſed fortè leg. *è Cilicia*: nam cùm omnes Amanum montem terminum ſtatuant Syriae & Ciliciae, Myriandros jam erit è Cilicia.

## CAP. XIII.

l. 1. *At in recesſu intimo*] In Retractationibus, *Ac in recesſu intimo locus magni*, vel *Ejus in recesſu*. *At* (2) rectè legitur. Dixerat enim ſuprà de oris hujus ſinus, urbes esſe Seleuciam, Palton, & Myriandron. *At*, inquit, in ejus ſinus non *orâ*, ſed *recesſu intimo* locus eſt.

l. 5. *Ingenti urbe celebris Isſo*] Xenophon hanc urbem Ἰσσοὺς vocat, *de Expeditione Cyri Minoris*, ſi codex mendo vocat: Ἐξελαύνει εἰς Ἰσσοὺς τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.

l. 6. *Amanoides promontorium*] Strab. XIV. *Amanides portae*. Plin. *Portae Ciliciae*. V. C. *Aminodes* habet.

l. 9. *Cydnus ultrà per Tarſum exit*] Plinius lib. V. cap. 27. *Cydnus Tarſum*, *liberam urbem*, *procul à mari ſecans*, in quo cùm Alexander periclitaretur, penè extinctus eſt. Vitruvius lib. VIII. de Cydno.

l. 11.

(1) lib. V. cap. 22.

(2) Sic & MSti plerique & primae Edit. ante Pintianum. Nonnulli Codd. tamen *ac* habent. Ciacconium & hic ſequitur Vosſius.

l. 11. *Pompeiopolis, tum Solae*] At Livius lib. xxxvii. (1) *Pro his cùm gratias egiſſent Rhodii, de Solis urbe, quae in Cilicia eſt, egerunt. Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe: ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis charitatem eſſe.* Strabo (2) *Soli civitas memorabilis, Achivorum opus & Rhodiorum, qui ex Cnido venerunt.*

l. 13. *Jacta in id ſaxa disſiliunt*] Vitruvius lib. viii. cap. 3. *Saxa Cilicia, quae neque ignis neque ferrum posſunt per ſe disſolvere, quum ab igne ſint percalefacta, disſiliunt aceto ſparſo. Disſiliunt* h. e. rumpuntur. lib. iii. cap. 6. (3)

l. 16. *Anguſto tergore continenti adnexum*] Lib. ii. cap. 5. *Anguſto aggere continenti adnectitur.* Livius lib. xxix. *quod* (promontorium) *tenui jugo continenti adhaerens in aliquantum maris ſpatium extenditur.*

l. 17. *Suprà ſpecus eſt nomine Corycius*] Servius *ad Virgil.* l. iv. *Georg.* (4) *Corycos civitas eſt Ciliciae, in qua antrum illud famoſum eſt, penè ab omnibus celebratum.* Extrà Corycius ſpecus in littore, licet Solinus (5) aliud velit cap. 39. Strabo lib. xiv. (6) de Specu Corycio: Ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι, ἔχον πηγὴν μεγάλην ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς ἔξεισιν εἰς τὴν θάλασσαν.

l. 27. *Ubi contemplati duravere, non ſatiet*] V. C. *ubi contemplari durare non ſinit.*

l. 39. *Magnum impetum brevi alveo traxit*] Fortè, *magno impetu brevem alveum* (7), ut lib. ii. cap. 7. *Unde ille* (Alpheus) *creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terrasque depresſus huc agere alveum, atque hic ſe rurſus extollere.*

l. 45. *Cum aliquo numine ſe oſtentans*] Aliàs *oſtentat.*

l. 55. *Natidos*] Aliàs *Nagidos.*

l. 56. *Samiorum coloniae*] Aliàs *Romanorum coloniae.*

l. ead. *Celendris*] Alias *Cetandaris.* V. C. *Celendaris.*



(1) cap. 56.
(2) lib. xiv. pag. 671.
(3) De pecoribus. *diutius paſta disſiliunt.*
(4) v. 127.
(5) Non aliter tamen, quàm ut dicat eſſe extra oppidum in monte, qui ceteri ſit impoſitus.
(6) pag. 671.
(7) Sed nihil opus mutatione. Senſus eſt, impetum quem cepit ingentem ſecum traxit brevi alveo.

## CAP. XIV.

l. 1. *In Pamphylia eſt Melas* ] Eundem ordinem Strabo ſequitur.

l. 3. *Cimonis Athenienſium ducis* ] Thucydides lib. I. (1) & infrà ad *Phaſelis*.

l. 6. *Aſpendos* ] Strabo: *eſt urbs Aſpendos ſatis populoſa*.

l. 9. *Oeſtros* ] *Ceſtros* V. C. & ubique Ptolemaeus.

l. ead. *Cataras* ] *Catarractes* Euſtathius *ad Dionyſium* 39.

l. 13. *Phaſelis à Mopſo condita*) Plutarchus in *Vita Cimonis* 166. Cicero *in Verrem* lib. IV. *Phaſelis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum, atque praedonum: Lycii illam Graeci homines incolebant. Sed quod erat* &c. Plinius lib. v. cap. 27. *Catarractes, juxta quem Lyrnesſus & Olbia, ultimaque ejus orae Phaſelis.*

## CAP. XV.

l. 13. *Tauri promontorio* ) Livius lib. XXXVII. *Poſtquam ſuperavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum.*

l. ead. *Sidae portu & Tauri promontorio grandem ſinum claudit* ] Hunc ſinum *Pamphylium* vocat Livius (2) *Ab Sida ad Phaſelida, quae eſt prope Tauri promontorium* (3). Plinius lib. v. cap. 27. *Ultima ejus orae Phaſelis. Junctum ei mare Lycium eſt, gensque Lycia, unde vaſtus ſinus: Taurus mons, ab eois veniens litoribus*, &c. Et inferiùs: *Juxta mare Lymira cum amne.* Ut fortè hîc ſit legendum, *Sidae portus & Tauri promontoria*, ut haec duo ſimul ſint & tota Lycia (4) terminetur ſinus, qui incipit à Syda Pamphyliae urbe usque ad montem Taurum. Cicero lib. XII. Epiſt. 15. *Sida, quae extrema regio eſt pro-*

(1) cap. 116.
(2) lib. XXXVII. cap. 23.
(3) Haec non leguntur illo Livii loco.
(4) *Lycia & term.*

*provinciae meae.* Fortè autem leg. *Lydis*, quae ante Telmesſum collocatur à Ptolemaeo, & ſenſum hunc habet, à Tauro ad Lydas ſinum eſſe; ſin autem legatur, *Sydae*, hic ſenſus erit, ab urbe Sydae Pamphyliae ad Tauri promontorium grandem ſinum eſſe.

l. ead. *Sydae*] F. Λύδας. *Lydae* quidem urbs eſt Lyciae Ptolemaeo, ſed poſt Telmesſon collocatur. Si legas *Sydae*, hunc habet ſenſum; ab urbe Sida Pamphyliae ad Tauri promontorium ſinum eſſe grandem. Sin autem *Lydae*, à Tauro ad Lydas ſinum eſſe. Sed tum *Lydis* legendum, non *Lydae*. Docti judicent, quomodo hîc ſit legendum. nam neutra lectio ſatisfacit.

l. 8. *Magnarum gentium, quâ dorſum agit terminus*] Sic infrà lib. II. cap. 1. *Nam per immania magnarum gentium diu Danubius eſt.*

## Cap. XVI.

l. 1. *Habitator incertae originis*] Fortè, *habitatur viris incertae originis.* V. C. *habitant.* lib. III. cap. 6. de Erythia: *Geryone habitatam accepimus.* atque alibi: *parvis urbibus habitatur.* In *Retractationibus* legitur, *Habitatores incerti Aborigines*, h. e. majores eorum, qui nunc habitant Cariam, incertum eſt, unde in eam regionem commeaverint. Sic Plinius lib. IV. cap. 22. *Erythraea dicta eſt, quam* (1) *Tyrii Aborigines eorum orti ab Erythraeo mari ferebantur.*

l. 4. *Ut aliena etiam bella mercede ageret*] F. *Gererent.*

l. 6. *Pedalion & Crya*] *Crya* locus eſt Cariae. Plinius lib. V. cap. 27. *In ea*, inquit, (*Caria*) *Pedalium promontorium*, & mox, *Crya fugitivorum.* Legendum itaque *Crya.* nam à Ptolemaeo finis Lyciae ſtatuitur, *Caunus*, à Pomponio verò *Telmesſus*, ut mirum ſit haec non vidiſſe Pintianum.

l. 11. *Thiſamisſa*] Haec ab aliis dicitur *Thiſanuſa*: & ſic V. C. Plinius tria haec ſimul enumerat oppida, *Thyſanuſa, Paridion, Larymna.*

l. 12. *Pandion*] V. C. & Plinius *Paridion.*

l. 13.

(1) *quoniam.*

l. 13. *Larumna*] Fortè ſcriptum erat apud Stephanum: Ὑλλάριμα πολίχνιον Καρίας. Sed Strabo & ferè omnes hîc *Larymnam* locant, & Stephanus: Λάρυμα πόλις Καρίας, ut apud Plinium.

l. 15. *Limyra & eodem nomine civitas*] Strabo lib. XIV. pag. 666. ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιρήμου ποταμοῦ. Sed erratum puto, pro Λιμύρου, ut Ptolemaeus habet. Homonymum eſt enim oppidum τὰ Λίμυρα fluvio τῷ Λιμύρῳ· Strabo d. l. Sic in Italia *Vulturnus* amnis, *Vulturnum* oppidum.

l. 16. *Schenus*] Aliàs *Schenis*. V. C. *Scoenus*.

l. ead. *Ambit Hylam*] Apud Plinium *Hydam*. Livius lib. XXXVII. (1) *Magneſiam apud Sipylum, & Cariam, quae Hydrela appellatur.*

l. ead. *Bubesſus*] Aliàs *Bubetius*. V. C. *Bubaesſus*. Plinius lib. v. cap. 28. Cariae oppida recenſens. *Regio Bubasſus, oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis.* ut legi posſet *Bubesſus*.

l. ead. *Cynotum*] V. C. *Cyritoum*.

l. 17 *Gnidus in cornu peninſulae*] *Acanthum* ſequitur in Plinio. *Eſt in promontorio Gnidos*. Sed Strabo lib. XIV. (2) Μετὰ δ' οὖν τὰ Λώρυμα τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστι, καὶ Σύμη νῆσος, εἶτα Κνίδος. Ptolemaeus, *Onugnathos*, *Loryma*. *Peninſulam* appellat eam Cariae partem, quae eſt à portu Gelos ad Halicarnasſum, & in ejus cornu poſita eſt Gnidos.

Ibid. *In recesſu*] Plinius appellare videtur lib. v. cap. 27. *Phellum*, quam mediterraneam facit Ptolemaeus. Sed *in recesſu* idem eſt, quod in ſinu. Plinius lib. III. cap. 1. (3)

Ibid *Euthiane*] Plinius: *Dein Cariae oppida Pithanum, Euthaniae, Halicarnasſus.*

l. 20. *Regis Mauſoli*] Hinc *Mauſoleum*. Aulus Gellius lib. x. cap. 18.

l. 21. *Telmiſos*] V. C. *Telmeſos*. Livius lib. XXXVII. cap. 16. *Indè in Telmesſicum profecti ſinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit.* Strabo XII.

l. 23. *Aryanda*] Plinius *Caryanda*, & Strabo & Stephanus. Vide Plinium, *Halicarnasſus, indè Mindos, Neapo-*

(1) Cap. 56.
(2) Pag. 636.
(3) *Oceanus Europam vel maximè recesſibus crebris excavat, ſed in quatuor praecipuè ſinus.*

Ee

*Neapolis, Caryanda, Bargyla, & à quo.* (1)

Ibid *Sinus Jaſius & Baſilicus. In Jaſio eſt Bargylos*] V. C. *Jaſus*, & *in Jaſo eſt.* Livius vice verſa in Bargylletico ſinu Jasſum ponit, lib. XXXVII. cap. 17. *Miletum & ceteram oram ſociorum praetervecti in Bargylletico ſinu exſcenſionem ad Jasſum fecerunt.*

l. 24. *Bargyllis*] Βαργυλία Ptolemaeo. Livius lib. XXXIII. (2) *P. Lentulus à Bargyllis* (3), *P. Villius à Thaſſo.*

## Cap. XVII.

l. 1. *Jonia*] Plinius lib. V. cap. 29. *Jonia ab Jaſio ſinu incipiens numeroſiore ambitu littorum flectitur. In ea primus ſinus Baſilicus, Poſideum promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum à littore ſtadiorum viginti, appellatum nunc Didimei Apollinis.*

l. 2. *Inflexum*] Hoc eſt, flexum. V. C. *à Poſideo promontorio flexum.*

l. 4. *Oraculum Apollinis olim Branchidae, nunc Didymi*] Curtius lib. VII. *Perventum erat in parvulum oppidum, Branchidae ejus incolae erant. Mileto quondam jusſu Xerxis, quum è Graecia rediret, tranſierant, & in ea ſede conſtiterant, quia templum quod Didymeon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant.* Pauſanias lib. VII. oraculum hoc Διδύμους vocat.

l. 5. *Miletum urbem quondam* &c.] *Miletus Joniae caput, Lelegeis antè, Pityuſa & Anactoria nominata.* Plinius lib. V. cap. 29.

l. 8. *Meritò inclytam*] Pauſanias fol. 163. Livius lib. XXXVII. *patria inclytis ingeniis meritò inclyta.*

l. 9. *Utcunque Joniam vocant*] Alii *utramque.*

l. 10. *Hyppia*] Plinius ultra Colophonem ſtatuit *Hippos.*

l. ead. *Latmum montem Endymionis à Luna adamati fabula nobilem*] Tullius *Tuſc.* I. *Endymion enim, ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in Latmo obdormivit, nondum (ut opinor) eſt experrectus. Num igitur eum*

(1) *à quo ſinus Jaſius, oppidum Jaſus.*
(2) Cap. 39.
(3) *Lentulus Bargyllas.*

*eum curare cenſes, cùm Luna laboret, à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur?*

l. 12. *Deinde rurſus inflexa*] Aliter, *dein rurſus.* Herodotus lib. I.

l. 18. *Phygela* &c.] Plinius lib. v. cap. 19. *Regio omnibus Jonibus ſacra, & ideo Panionia appellata. Juxtà fugitivis conditum (uti nomen indicio eſt) Phygela fuit.* Item: *In ora autem Manteium Epheſus Amazonum opus.* Item: *Ab Epheſo Manteium aliud Colophoniorum, & intus ipſa Colophon, Haleſo affluente: inde Apollinis Clarii fanum, Lebedos.*

l. 20. *Amazones Aſia potitae*] Pauſanias fol. 163. Diodorus fol. 260.

l. 23. *Thebanorum Epigonos*] Strabo lib. IX. de Cadmi poſteris: *Illi porrò arci Cadmeae Thebas muro junxerunt, regnumque confirmarunt, plurimorum Boeotorum imperium adepti, quoad Epigoni exercitum induxerunt.* Et inferiùs: *Derelictas autem fuiſſe Thebas propter Epigonorum expeditionem, & expertes fuiſſe Troici belli.*

l. 25. *Ad promontorium quo ſinus clauditur*] Fortè ex Plinio lib. v. cap. 29. leg. *Coryneum promontorium*, ut in ipſo promontorio ſit urbs *Coryna*, de qua infra, peninſulaque ipſum ſit promontorium.

l. 28. *Inde latiùs abit*] Alii *in latius.* Infrà cap. 19. *Obliqua tunc regio & in latum modicè patens.*

l. ead. *Terga jungunt*] V. C. *agunt*, ut ſuprà cap. 15. de Tauro. *Magnarum gentium, quà dorſum agit, terminus.*

l. 30. *Clazomena*] Ptolemaeo Κλαζομεναί.

l. 32. *In ſinu Smyrnaeo*] Lege, *in ſinu Smyrna eſt, & Hermus amnis*, (ex Plinio & Ptolemaeo, qui in eodem ſinu Smyrnaeos ponit) *& urbs Leuca: extrà eſt Phocaea Joniae ultima.* Strabo lib. XIV. Sed Livius, in intimo ſinu Phocaeam eſſe dicit lib. XXXVII. cap. 31. ubi formam ejus deſcribit. Vide quae & Strabo adfert libro XIV. Herodotus lib. I. ait juxta Φωκίην Hermum in mare exire. Smyrnam autem ſtatuit Colophon, Idem lib. I. fol. 16.

## Cap. XVIII.

l. 2. *Aeolis facta*] Plinius lib. v. cap. 30. Et ſic Mela lib. II. cap. I. de Danubio, *Iſter*, inquit, *fit*, id eſt, dicitur. Legendum autem *Aeoliis* non *Aeolibus*; ut Vellejus lib. I. *& mox Aeolii*, inquit, *eadem profecti Graecia longisſimisque acti erroribus, non minus illuſtres obtinuerunt locos.*

l. 5. *Myrinam*] Plinius, Ptolemaeus, priùs *Cymen*, pòſt *Myrinam* locant Stephanus Μυρίναν dicit.

l. ead. *Sequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao*] Diodorus fol. 382.

l. 10. *Affirmantis Academiae clarisſimum antiſtitem*] V. C. *artificem.*

l. 12. *Canna oppidum*] Livius *Canas* vocat lib. XXXVII. cap. 8. & Plinius ac Strabo lib. XIII. Hanc etiam appellari Αἰγάτην ait Stephanus.

l. 15. *Iſthmos parvis urbibus aſperſus eſt*] Pintianus in *Retractationibus* legendum putat, *Is mons parvis.* & ſic V. C. Lego, *Is mons primò parvis*, ut in quibusdam codicibus legitur.

l. 17. *Adrimittium*] Xenophon Ἀτραμύττιον.

l. 18. *Aſtagram*] V. C. *Auſtra.*

l. ead. *Creſſam*] Aliàs *Creſſam.* V. C. *Creſan.*

l. ead. *Eodem, quo dicta ſunt ordine adjacentia*] Sic lib. II. cap. 7. *Inſularum clarisſimae ſunt, Tenedos, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expoſitae.* Unde non ineptè quis ſuſpicaretur, Pomponium non perpetuo urbes ordine, quo jacent, enumeraſſe, ne videlicet ornatum orationis impediret nominum confuſa citatio; niſi quis detorquere ſuae ſententiae vellet locum illum ex prooemio: *Conſtat enim ferè ex gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo ſatis ordine.* Et illud cap. 4. *Deinde ſtringere litora ordine quo jacent.* Alioquin in ordine ſaepe à Ptolemaeo, Plinio, & aliis diſcedit, cum illis inter ſe conveniat. Nec ignoro, inquit idem Pintianus, Melam, quo digniora priùs memoret, ſolere ordine abuti, in *Annotationibus ad Plinium* lib. v. cap. 2.

l. 26. *Sequens tractus tangit*] V. C. *cingit.*

l. 27. *Aſſon*] Plinius lib. v. cap. 30. *Aſſos, eadem Apollonia.*

l. ead. *Aetolorum colonias*] Fortè ex Strabone lib. xiii. fol. 420. legendum *Mileſiorum*, aut *Aeoliorum*. Pintianus legendum putat *Aeolum*. Vide locum Velleji ſup. cit.

Ibid. Ἀχαιῶν λιμὴν] Livius lib. xxxvii. cap. 9. *Portum, quem vocant Achaeorum.*

l. 28. *Hic Sigeum fuit oppidum; hic Achivorum fuit bellantium ſtatio*] Euſtathius *ad Homerum Iliad.* H. pag. 666. l. 50. Φησὶ γοῦν καὶ ὁ Γεωγράφος, ὅτι Ῥίτειον, πόλις ἐπὶ λόφῳ, συνεχὴς δὲ τῷ Ῥοιτείῳ ᾐών· ἐφ' ᾗ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος, καὶ ἀνδριὰς, ὃν Ἀντώνιος μὲν εἰς Αἴγυπτον ἐκόμισε χαριζόμενος τῇ Αἰγυπτίᾳ Κλεοπάτρᾳ σὺν ἄλλοις ἀναθήμασιν, Ἄρατος δὲ ἐπαναγαγὼν, τοῖς Ῥοιτειεῦσιν ἀπέδωκεν· ὃ καὶ ὁ σέβαστος Καῖσαρ ἐποίησεν ἐπὶ ὁμοίων τινῶν. Λέγει δὲ καὶ ὅτι μετὰ Ῥοίτειον τὸ Σίγειον, πόλις κατεσκαμμένη, καὶ τὸ Ναύσταθμον, καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον.

l. 36. *Namque ex ſummo vertice* &c.] Diodorus Sic. lib. xvii. Solinus cap. 17. de Ida Cretae: *Praeter ceteros Ida eſt, qui ante ſolis ortum ſolem videt.*

l. 42. *Incendio ſimilis*] Pro *ſimilis* lege *ſolis*.

l. 44. *Deinde paulatim*] Lege, *dein* &c.

l. 47. *Extra ſinum ſunt Rhoetea litora*] V. C. *Roethea.* Plinius lib. v. cap. 30. *Extra ſinum ſunt Rhoetea litora, Rhoeteo & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata.* Dubium eodemne ſinu, an extra.

l. 49. *Ab his fit arctius*] Scilicet littoribus.

l. 50. *Nec jam abluit terras*] Seneca lib. iv. *Nat. Quaeſt.* cap. 2. *Cùm ceteri amnes abluant terras.*

l. 15. *Anguſto Helleſponti freto litus obvium fundit*] Ut ſit freto Herculeo.

l. 52. *Ut iterum terrae, quâ fluit, latera ſint*] Lege, *quàm fuerant, latiores ſint.* Aſia enim ibi latiſſima eſt. Sup. lib. i. cap. 2. *Rurſus expanditur, & fit tam lata, quàm fuerat.* Et lib. ii. cap. 6. de Hiſpania: *Hic jam terrae magis in altum eunt, latioremque quàm fuerat Hiſpaniam faciunt.* Vel *latus* dicit eſſe Aſiae Propontis & Pontus, propterea quòd Aſiae minor frons ſit. Dicit itaque, quâ fluit mare, latus eſſe alterum Aſiae, quod reſpondet Cariae, Lyciae, Pamphiliae &c.

## C a p. XIX.

l. 1. *Interiùs Bithyni ſunt*] Fortè *ulteriùs*: nam *interiùs* mediterranea ſignificat, ut ſuprà cap. 6. *Interiùs & longè ſatis à litore.* Et lib. 11. cap. 1. *Interiùs habitantium ritus aſperior.* Apud Servium Salluſtius: *Igitur introrſus Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata: ipſa enim eſt & major Phrygia.* Plinius lib. v. cap. 32.

Ibid. *Mariandynei*] *Mariandini* Herodoto & Ptolemaeo appellantur. Stephanus, *Μαριανδυνία χώρα.* Sed dictio *Mariandynei* adjecta videtur ex cap. 2. Et hoc cap. cùm de Ponto agit, *in eo*, inquit, *primùm Mariandyni urbem habent.* Legendum autem videtur, *Interiùs Bithyni ſunt. At in ora Graeciae*, &c.

l. 2. *Lampſacum & Parion*] Lege *Lampſacus & Parion.* Livius lib. xxxiii. *Smyrna & Lampſacus libertatem uſurpabant.* At Nonius Marcellus ex Cicerone *in Verr. Act.* 2. *Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, in primis Aſiae provinciae clarum & nobile.* Ubi altera eſt ſcriptura. *Lampſacus* olim *Pityuſa* vocabatur. Stephanus Byz. *Λάμψακος, πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης· ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη, ὡς Δηΐοχος ὁ Κυζικηνός.*

l. 9. *Propontis*] Diodorus fol. 179.

l. 11. *In cervice peninſulae Cyzicum*] *Cyzicus* legendum. Vide Stephanum.

l. 12. *Nomen Cyzicus indidit*] Vide Apollodorum & Apollonium. Eum nolens Hercules occidit, ut Orpheus refert.

l. 14. *Minyis imprudentibus*] *Minyeum autem* (Homerus) *vocat Orchomenon à Minyis; atque inde quosdam colonos deductos ad Jolcum dicunt, unde Argonautas Minyas dictos eſſe.* Strabo lib. ix.

l. 15. *Poſt Placia & Scylace*] Plinius lib. v. cap. 32. *Mox oppida Placia, Ariacos, Scylace; quorum à tergo mons Olympus, Myſius dictus.* Stephano Πλάκη, & Σκυλάκη.

l. 17. *Ut incolae vocant,*] Haec verba adjecta putat Pintianus in *Retractat.* nam Olympus *Myſius* appellatur

latur à Plinio, Ptolemaeo, Stephano, Theophraſto lib. IV. *de Stirpibus*.

l. 25. *Et, quam Colophonii collocavere, Myrlea*] Plinius lib. V. cap. 32. *Apamea, quae nunc Myrlea Colophoniorum.* Stephanus: Μυρλεία πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια ἀπὸ Μύρλου τοῦ Κολοφωνίων ἡγεμόνος.

l. 27. *Cion amplectitur*] Plinius ibid. *Cios cum oppido ejuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, à Mileſiis quidem conditum.*

l. 29. *Fert Neptuni fanum, in gremio Aſtacon*] Euſtathius *in Dionyſium* fol. 31.

l. 31. *Deinde priores terrae* &c.] Aliàs, *dein propriores terrae.* Fortè, *hinc*, vel *dehinc*, *propiores terrae iterum*, *exiturique in Pontum* &c. infrà lib. III. cap. 8. *Interiora Gedroſi, dehinc Perſae habitant.*

l. 37. *Conditore Jaſone*] V. C. *conditor Jaſon.* Antiq. & Meus Vetus codex, *conditore Jaſo.* Pintianus legit, *conditor Jaſon.*

l. 40. *Quâ ad laevam & dextram abſceſſit*] Sic lib. III. cap. 2. *Quantum retro Hiſpania abſceſſerat.*

l. 42. *Mollibus faſtigiis inflectitur*] Aliàs, *mollibuſque*. Curtius libro VIII. *Petra, non ut pleraeque, modicis & mollibus clivis in ſublime faſtigium creſcit. Molle* non arduum dicit, neque abruptum arctumve. Virgilius *Bucol.* Ecloga IX.

*Qua ſe ſubmittere colles*
*Incipiant, mollique jugum demittere clivo.*

Noſter lib. II. cap. 2. *Magno ambitu mollique circumagit.* Caeſar pro minimè acuminato accipere videtur lib. II. *de Bello Civili. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt.* Perſius *Satyra.* III.

*. . . . . . Ordo*
*Quis datus aut metae quàm mollis flexus, & unde.*

Caeſar lib. V. cap. 8. de Britannia: *Litore molli atque aperto deligatas* (naves) *ad anchoras relinquebat.*

l. 43. *Ad formam Scythici arcus maximè incurvus*] Servius *ad lib.* III. *Aeneid. Salluſtius de Ponto: ſpeciem efficit Scythici arcus.*

l. ead. *Brevis, atrox*] Ita legendum. Cornelius Tacitus *Annal.* lib. xv. de Paulino Suetonio: *naveſque fabricat, plano alveo, adverſus breve litus & incertum.* De Britannia idem lib. i. *Hiſtor. Neque diſcerni poterant incerta ab ſolidis, brevia à profundis, eadem freto, litori, campis facies.* Vide Pintianum, in quo diligentiam quandoque requiras.

l. 48. *Ex colentium ſaevo admodum ingenio Axenus*] Strabo lib. vii. ex Eratoſthene ait ignoraſſe Homerum Ponti navigationem. Ovid. iv. *Triſt.* Eleg. 4.

*Frigida me cohibent Euxini litora Ponti:*
*Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

l. 53. *Heraclea vocitatur*] Strabo lib xii. ait Mileſios priùs condidiſſe Heracleam. Adde Plinium lib. vi. cap. 1. & 2. atque Euſtathium. At Xenophon lib. vi. Graecam Megarenſium facit coloniam, in Mariandynorum finibus ſitam. Arrianus in *Periplo*, & Enarratores Apollonii Rhodii fol. 170. 171.

l. 54. *Juxtà ſpecus eſt Acheruſia*] *Acheruſium* Ammiano lib. ii. & in Peloponneſo quoque legitur apud Pomponium infrà lib. ii. cap. 4. *Et ſpecus illi, quem in Ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis.*

l. 55. *Extractum Cerberum*] Xenophon *de Expedit. Cyri* libro vi. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Ἀχερουσιάδι χηῤῥονήσῳ· ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι, οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια.

l. 56. *Tum Tios oppidum*] Strabo lib. xii. pag. 238. Edit. Ald. *Ivios*. Sed Stephanus & Arrianus in *Periplo* *Tios*.

l. 58. *Mileſiorum quidem colonia*]. Alii, *quondam colonia*.

l. 58. *In litoribus penè mediis promontorium eſt*] Sic ſuprà cap. 6. de Iol. *Citra hanc (nam in medio fermè litore ſita eſt) Cartenna.*

l. 59. *Carambis*] *Carabis* aliàs. Plinius lib. vi. cap. 2. *Promontorium Carambis vaſto excurſu, abeſt à Ponti oſtio* cccxv. *M. paſſ. Fuit & oppidum eodem nomine & aliud, inde Armene.*

l. 60. *Cromma*] *Croninoſa*. V. C.

l. 61. *Et à Cytoro Phryxi filio poſita Cytoros*] V. C. & *à Cythitoro.* Strabo lib. XII. Τὸ Κύτωρον ὠνόμασται ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς, ὡς Ἔφορός φησι. Et Valerius Flaccus lib. V.

*Mox etiam Cromnae juga pallentemque Cytoron,*
*Teque cita penitus condunt, Erithya, carina.*

Plinius *mons Cytorus.*

l. ead. *Tum Cinolis, Anticinolis*] Arrianus non meminit *Anticinolis*, ſed Κινώλεος.

l. 62. *Et quae Paphlagoniam finit, Armine*] V. C. *Armene.* Xenophon etiam *de Expeditione Cyri* lib. VI. ſcribit Ἀρμήνην. & Stephanus ita appellari quibusdam tradit.

l. ead. *Chalybes proximi urbium clariſſimas habent Amiſon & Sinopen; amnium Halyn* &c.] Quid ſi *urbes* legamus & *amnes.*

l. 63. *Amiſon*] V. C. *Animium.*

l. 67. *In eo fuit oppidum Themiſcyrum: fuere & Amazonum caſtra*] Vide Orpheum & Appianum fol. 144. Curtius lib. VI. *Cercetae, Moſyni & Chalybes ab laeva ſunt; ab altera parte Leucoſyri, & Amazonum campi.* Salluſtius apud Servium ad Virgilii lib. XI. *Aeneid. Dein campi Threicii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob cauſam digreſſae.* Ἰσθμὸν esſe dicit Strabo, τὸν ἀπὸ τῆς πρὸς Ταρσῷ θαλάττης ἐπὶ πόλιν Ἀμισὸν, καὶ τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον τὴν Θεμίσκυραν.

l. 70. *Quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt*] Stephanus in *Dictionario: Ephorus in quinto ait Tibarenos ludum riſumque exercere atque hoc ſummam felicitatem exiſtimare.*

Ibid. *Ultra Carabin*] Fortè vacant haec verba, aut *ultra Chalybas* legendum. Sive enim *Carambin* ſive *Carabin* legas, locum non habet haec dictio. Vide Xenophontem lib. V. *de Expeditione Cyri.*

l. 71. *Mosſynoeci*] Plinius lib. VI. cap. 4. *Mosſyni notis ſignantes corpora*, & Orpheus in *Argonautic* s. Item Curtius lib. VI. & Nicolaus Damaſcenus *de moribus Gentium* citante Stobaeo *Serm.* XLII. pag. 304. atque ita legebatur ante emendationem Hermolai. Legendum

 itaque

itaque videtur. *Ultrà Moſſyni.* At vide Dionyſium Halicarn. lib. I. fol. 17.

l. 76. *Inedia totius diei afficiunt* ] Non videtur hoc loco Mela tranſtuliſſe Apollonii verba. Multa enim hîc adducuntur, quorum Apollonius non meminit, & veriſimilius eſt eum ab aliquo accepiſſe, qui aliter quàm Ephorus ac Olympiodorus rem tradiderit, ut ſunt ſemper auctores varii: certè Xenophon *de Exp. Cyri* lib. V. de eorum rege haec tradit. vide illum locum. Quare legendum videtur *inedia conficiunt.* Cn. Pompejus in *Epiſtola ad Senatum* in Fragm. Salluſtii 245. *Quem, quantum in vobis eſt, fame miſerrima omnium morte confeciſtis.* Pomponius inf. hoc cap. *Nec ferro dimicant, ſed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt.* Et lib. III. cap. 8. *Serpentes ab avibus quas Ibides appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt:* ex quibus verbis apparet, illum in cuſtodia haberi, & quoniam publicè alitur, inedia diei totius affici, ſi quid malè imperaverit.

Ibid. *Aſperi, inculti, pernoxii appulſis* ] Fortè, *aſperi, incultique, & noxii appulſis.* ut lib. II. cap. I. *Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare, utrumque noxium appulſis.*

l. 77. *Deinde minus feri* ] *Dein minus feri* legendum.

l. 79. *Diſcheri, Buxedi* ] V. C. *Bechires, Buzeres.* Plinius lib. VI. cap. 4. *Bechires, Buzeri.* Dionyſius Perieg. v. 765.

Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

Adde Stephanum.

l. 82. *Atque indè in ſinu adverſi litoris* ] Fortè, *Atque inde ſe in ſinum adverſi litoris flexus attollens.* Et ſic legit Aldus, niſi quòd habet *inde*, non *unde.*

l. 84. *Hinc Phaſis erumpit* ] Stephanus: *Phaſis*, inquit, *civitas ad Phaſim fluvium poſita in Colchis, à Mileſiis condita.*

l. 85. *Athemiſtagora Mileſio* ] *A Themiſtagora Mileſio* legendum.

l. 92. *Iidem alìubi* ] *Ii* legendum; & pro *aliubi, alicubi* V. C.

l. 93. *Ut aliis aliisve appoſitis gentibus*] *Appoſiti* V. C. & Aldus.

l. 96. *Quod Graeci mercatores conſtituiſſe*] Suprà cap. 17. *Quam Mopſus ejusdem Mantûs filius ſtatuit.* Julius Caeſar lib. I. *Belli Civil.* cap. 15. *Quod oppidum Labienus conſtituerat.* Sed & ſuprà cap. 11. *Conſtituta urbs mirae magnitudinis Babylon.*

l. 98. *Ignaris quae terra esſet*] *Ignaris quâ terra esſet* V. C.

Ibid. *Cygni vox notam dederat*] Servius ad lib. I. *Aeneid.* 397. *Cycni* (augurium) *nullis dant, niſi nautis. Sicut lectum eſt in Ornithologia:*

*Cycnus in auguriis nautis gratisſimus ales,*
*Hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur undis.*

l. 100. *Melanchlaeni*] Ante correctionem Hermolai *Menanchlea* legebatur. Verùm cùm de his in Europa agat, non videò hîc rectè certò collocari. Herodotus lib. IV. fol. 28. etiam *Melanchlaenos* in Europa collocat.

Ibid. *Reliqua ejus*] Scilicet *litoris.*

l. 103. *Phthirophagi*] Ante emendationem Hermolai legebatur *Cleptitophagi*, aliàs *Cleptriophagi*, vel *Cleotiphagi.*

l. 104. *In confinio Maeotidis Syndones*] *Sindi* mihi videtur legendum, non *Syndones.* Ita praeter ceteros légit Orpheus in *Argonaut*, & Euſtathius Dionyſii Interpres: Σινδοὶ οἱ καὶ Σικχοὶ λεγόμενοι. Ammianus lib. XXII. 569. *Sindon* poſt Boryſthenis oſtia in Europa collocat, *quam incolunt Sindi ignobiles.*

l. 108. *Obliqua tunc regio*] Fortè, *tum regio.*

l. 109. *Inter Pontum Paludemque ad Boſporum excurrit*] Plinius lib. VI. cap. 6. *Ora ipſa Boſpori utrinque ex Aſia atque Europa curvatur in Maeotin.* Infrà lib. II. cap. I. *Obliqua tunc ad Boſporum plaga excurrens, Ponto ac Maeotide includitur.*

l. 100. *Quae duobus alveis in lacum*] Pintianus in *Retractationibus* legit, *quam duobus alveis Anticitos in lacum & in mare profluens Corocondama peninſulam reddit.* In vetuſto codice ſic legitur: *quam duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocanda penè inſulam reddit.*

l. 111.

l. 111. *Corocondamam* ] V. C. *Corocanda*. Stephanus *Coricondamen* appellat oppidum proximum Sinopae, & paludem *Coricondamitin*.

l. 113. *Cepae* ] Straboni Κήπαι, aut aliàs Κῆποι.

l. 117. *Quaſi margine obductus* ] Hoc eſt, nullos ſinus efficiens.

l. 120. *Toreatae Arrichi* ] Τοῤῥεάται, Ἄῤῥυχοι.

l. 122. *Iaxamatae* ] V. C. *Xamatae*.

l. 123. *Ut ne militiae quidem vacent* ] Hoc eſt, ne militiae quidem vacationem habeant.

l. 125. *Illae equeſtre praelium ineunt* ] Fortè *illae equeſtres praelium ineunt*.

l. 134. *Idem ſemper & ſublimis* ] Aliàs *ſubſimilis*: forſan, *ſui ſimilis*, V. C.

l. 135. *Sauromatae* ] De Sauromatis Nicolaus Damaſcenus apud Stobaeum *Serm.* XLII.

l. 139. *Ad alia ſteriles* ] *At* aliàs, & *alia* V. C.

l. 140. *Budini Geloni* ] Aliàs, *Budini Gelonion*. Verùm *Corayim* & *Gelonon* urbem in Europa collocat Stephanus, non in Aſia. Vide eum in *Gelonon*.

l. 141. *Thyrſagetae* ] Aliàs *Thisſagetes*.

l. ead. *Turcae* ] Aliàs *Lurcae*. Plinius lib. VI. cap. 7. *Turcae* habent Stephanus & Euſtathius *in Dionyſium*.

l. 141. *Ultraque eum jacet ora* ] *Ultra* hic ponitur pro *ſupra*.

l. 143. *Ad Arymphaeos usque promittitur* ] Noſter in Gallia: *ad Pyrenaeum usque promittitur*. & lib. I. cap. 3. *Deinde rurſus Gallia eſt longè & à noſtris litoribus huc usque promiſſa*.

Ibid. *Surgit mons Rhipaeus* ] Rhipaeos montes non rectè Veteres, ubi esſent, deſignarunt, qui Tanais ortum in ipſis esſe ſcribunt. Fontes enim habet in paludibus, & planis locis, & *Don* vocatur ab incolis; mons olim *Silis*. Rhipaei verò montes verſus oram Oceani in tanta altitudine tot producti continentibus ſunt jugis, ut noſtri *catenam mundi*, incolae *Semma poias*, quod *mundi cingulum* ſignificat, appellent.

l. 146. *Nuda ſunt capita* ] Id eſt, ſunt calvi. Ex Herodoto Plinius lib. VI. cap. 13.

# LIB. II. CAP. I.

l. 2. FINIS *ac ſitus eſt* ] Sic. lib. I. cap. 4. *Nunc exactiùs oras ſitusque dicturo.*

l. 3. *At per eundem amnem in Maeotida remeantibus* ] Fortè, *at per eundem amnem in Maeotida remeantibus; ad dextram Europa eſt, modo ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Rhipaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima cadentes asſiduè nives adeò invia afficiunt, ut ultra* &c. Pintianus in *Retractat. lateri* legit & *appoſita* cum Aldo, non *oppoſita.* Item conjunctionem *ac* inſuper delendam, & verbum *cadentes* minori littera ſcribendum monet. Europa, quae nunc, dum ex palude in fontes Tanais navigabatur, ſiniſtra erat, remeantibus in paludem per eundem amnem jam dextera eſt. Sequitur enim ſemper ea quae à dextra ſunt prius, ominis gratia. Sic lib. I. cap. 4. *Et ab his potisſimùm, quae influenti dextra ſunt.* & de Caspio mari lib. III. cap. 5. *Ad introëuntium dextram Scythae Nomades.* & de Perſico lib. III. cap. I. *In ipſo Carmani navigantium dextra poſiti*; & de Arabico, loco cit. *Ab ea parte, quae introëuntibus dextra eſt.* & lib. III. cap. I. *Huc egresſos, ſequentesque ea, quae exeuntibus dextra ſunt.* Omnia ex Herodoto in *Melpomene*, quae hoc capite Mela tradidit, tranſcripſit.

l. 8. *Niſum intendentium* ] V. C. *incedentium.*

l. 10. *Gryphi* ] Plautus in *Aulularia: divites qui aureos montes colunt.*

l. 17. *Buges* ] *Butes* V. C.

l. 18. *Pro ſedibus plauſtra habent* ] Salluſtius: *Scythae Nomades tenent, quibus in plauſtris ſedes ſunt.*

Ibid. *Hamaxobitae* ] Strabo lib. II. & VII. Ἀμαξικοὶ.

l. 19. *Obliqua tunc ad Boſporum plaga* ] Pro *tunc* lege *tum.* Suprà: *Obliqua tum regio & in latum,*

l. 21. *In paludem vergentia* ] Alias, *In palude.*

l. 22. *In Boſporum Cimmerium oppida* ] *In Boſporum Cimmerica oppida.*

l. 27. *Carambico. quod* ] V. C. *Carambii quod*, leg. *Carambico, quod in Aſia diximus, par & adverſum. Par & adverſum* etiam habet V. C. Ideo autem *par* eſſe dixit,

dixit, quia ſicut Carambis medium Euxinum ſecat, ſic & Criumetopon. Plinius lib. II. cap. 20. & lib. IV. cap. 12. *Promontorium Criumetopon adverſum Carambi Aſiae promontorio, per medium Euxinum excurrens.* Sic Pomponius lib. II. de Hiſpania cap. 6. *Atque ei, quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixeramus, adverſum.* Item in Thracia lib. II. cap. 2. *Alter Ponti angulus adverſus Phaſiaco, &, niſi amplior foret, ſimilis.* & lib. I. cap. 7. *Jam Leptis altera & Syrtis, nomine & ingenio par priori.* & lib. I. de Europa: *Cùm contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modo, verùm etiam ſimilis.* Caeſar lib. II. cap. 18. *de B. Gall. Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur adverſus huic, & contrarius.*

l. 29. *Cherroneſus*] Aliàs *Cerone* V. C.

l. 32. *Subit tum mare*] Plinius lib. IV. cap. 12. *Mare ſubit vaſto receſſu, donec 5000. paſſuum intervallo abſit à Maeotide.*

l. 33. *Quinque millium paſſuum ſpatio*] Aliàs, *quinque millium ſpatio.*

l. 37. *Taphrae*] Strabo lib. VII. ait hunc Iſthmum, ſtadia CCCLX. ad ſtadia decem turribus aedificatis fol. 301.

l. ead. *Sinus Carcinites*] Fortè, *ſinus Carcinitis.* Strabo lib. VII. Sed mendoſè, ut opinor. Herodoto *Cyrcinitis* in *Melpomene.*

l. 39. *Gerrhos inter Baſilidas & Nomadas*] Herodotus lib. IV. *Sextus eſt Hypacyris, qui ex palude manans, medioſque Scythas pecuarios perfluens, in mare evolvitur juxta Carcinitin.* Legendum itaque, *Hypacyris per ipſos Nomadas:* nam poſt etiam inter Nomadas Georgoſque dicit fluere Panticapen. Adde Plinium lib. IV. cap. 12.

l. 42. *Hypacaris per Nomadas evolvitur*] Aliàs, *Hypaciris poſt ipſos Nomadas evolvitur.* Plinius lib. IV. cap. 12.

l. ead. *Silvae deinde ſunt*] Non id vult Pomponius, maximas ſilvas in Scythia eſſe; nam pòſt dicit, adeo eſſe Scythas lignorum egentes, ut ignes oſſibus alant; ſed ibi eſſe ſilvam omnium Scythiae maximam. Hylaeam eam terram, materia refertam appellat Herodotus lib. IV. cap. 18.

l. 44. *Qui nomadas Georgoſque diſterminat*] V. C. dis-

*diſterminant*. Gerros Baſilidas & Nomadas ſeparat: Hypacyris per Nomadas & Rhipaeos fluit.

l. 45. *Excedens tenui radice litori annectitur*] Sic infrà cap. ſeq. *in radice magnae peninſulae*. Verbum verò *excedens* ſupervacuum à Pintiano cenſetur. Sed ipſe Mela lib. III. cap. 2. *Mox tantundem penè in pelagus excedens*. Et in Italia hoc lib. cap. 4. *Ab Alpibus incipit in altum excedere*. Hîc itaque ſede ſua movendum non cenſeo. Videtur tamen, inquit idem in *Retractat.* deesſe *in altum*, vel *in pontum excedens*, vel aliquid ſimile.

l. 48. *Facie poſiti enſis allecta eſt*] Plinius lib. IV. cap. 12. *Et peninſula ad formam gladii in transverſum porrecta*. ut non abſurdè *porrecta eſt* hîc legi poſſit, aut *porrecti enſis*.

l. 49. *Mare Ponticum*] Fortè *Pontum* V. C.

l. 56. *Alit laetisſima pabula*] Alias, *alit laetisſimè pabula*. V. C. *laetisſima pabula* habet.

l. 59. *Iter alveo ſtringit*] Sic Curtius de Gange lib. VIII. *à meridiana regione decurrit, & magnorum montium juga recto alveo ſtringit*. Virgil. *Ecl.* IX. & lib. VIII. *Aeneid*.

——— *Ego ſum, pleno quem flumine cernis*
*Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.*

Adde Solinum cap. 29.

l. 60. *Boryſthenida & Olbida Graeca oppida*] Ὀλβία καὶ Βορυσθενίς. V. C. *Olbiam*. Graeca oppida *Olbia* & *Boryſthenis*. Herodotus lib. IV. *Dehinc habitant Scythae agricolae, quos Graeci, qui ſub Hypane incolunt, Boryſthenitas appellant, ipſi verò ſe Olbiopolitas*. Conſule & Arrianum.

l. 62. *Callipidas Hypanis includit*] Hujus fluminis aut gentis Herodotus non meminit. Vitruvius lib. III. cap. 8. *Hypanis de montibus ortus*. Cicero lib. I. *Tuſcul. Quaeſt. apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit*. Ariſtoteles ait in eo beſtiolas quasdam naſci, quae unum diem vivant. *Includit*, i. e. terminat, ſeparat. Plinius lib. III. cap. 4. de Anione. *qui & ipſe Latium includit à tergo*. & lib. VI. cap. 20. *Armant peditum* XXX. M. *elephantes* CCC. *equites* DCCCC. *Hos*

*inclu-*

*includit Iadus montium corona circumdatus & ſolitudinibus per* ıↃCXXXV. M.

l. 64. *Tandem non longè*] Pro *tandem* repone *tantum.*

l. 68. *Intra Callipidas*] V. C. *inter Callipidas.*

l. 69. *Hos ab Iſtricis Tyra ſeparat*] Herodotus lib. IV. cap. 51. *Poſt hunc Tyrea, qui ab aquilone means ortum trahit ex ingenti palude, quae Scythiam terram à Nebride ſeparat. Ad oſtium hujus incolunt Graeci, qui Tyritae vocantur.* paullò antè: *flumen Tyra.* Ammianus lib. XXII. cap. 9. *Tyrus colonia Phoenicum, quam praeſtringit fluvius Tyras.* Idem Plinius tradit lib. IV. cap. 12. *Clarus amnis Tyra oppido nomen imponens, ubi antea Ophiuſa dicebatur.*

l. 74. *Nam per immania magnarum gentium*] *Spatia* interponendum.

l. 75. *Deinde aliter appellantibus accolis fit Iſter*] Fortè, *aliter eum appellantibus.* Pintianus lib. I. cap. 18. in Aeolide legendum putat, non *facta*, ſed *dicta*, quae opinio ex hoc loco convincitur. *Iſter*, inquit Mela, *fit*, id eſt, dicitur. Caſtigandus autem Martiani Codex, in quo ſic legitur: *Iſter fluvius ortus in Germania de cacumine montis novem ſexaginta amnes asſumens.* Legendum enim *montis Abnobae.* Cornelius Tacitus *de Moribus Germanorum: Molli & clementer edito montis Abnobae jugo effuſus, plures populos adit.*

l. 79. *Totidem, quot ille, oſtiis*] Ovid. lib. II. *Triſt.* eleg. I. v. 189.

*Solus ad egresſus misſus ſeptemplicis Iſtri.*

Adde Strabonem lib. VII. de Iſtro, & Solinum cap. 13.

l. 79. *Navigabilibus*] V. C. *navigabilis.*

l. 82. *Ac feſto coitu*] Pro *coitu*, *coetu* legitur in antiquo Codice.

l. 84. *Auro cincta*] Antiqua Exemplaria *juncta:* fortè, *vincta*: & ſic legit Aldus. V. C. Solinus cap. 15. *incincta.*

l. 85. *Apud eos ipſos*] Particula *eos* redundare videtur.

l. 89. *Sarmatae*] *Satarichae* aliàs. *Sarichae* V. C. *Sarmatas* autem poſt *Agathyrſos* Pomponius nominavit,

pòſt

poſt mores ſingulorum ordine reddit; quare non omnino malè haberet *Sarmatae*, ſi poſtea adderetur *Satarchae*.

l. 91. *Admodum asſidue*] Aliàs *admodum asſiduae*. V. C. De Sarmatis & eorum moribus & victu Diod. Siculus libro v. & Ammianus lib. xxxi. & Herodotus. & Turnebus pag. 289. Aliter Cornelius Tacitus.

l. 92. *Demerſis in humum ſedibus*] Herodotus fol. 294.

l. 93. *Totum braccati corpus*] Ovidius lib. III. *Triſt.* eleg. 10.

*Pellibus, & ſutis arcent mala frigora braccis,*
*Oraque de toto corpore ſola patent.*

Idem lib. IV. *Triſt.* & lib. V. *Triſt.* eleg. 7.

*Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,*
*Oraque ſunt longis horrida tecta comis.*

Adde Herodotum lib. IV. non longè à principio, & Diodorum Siculum lib. III. pag. 179.

l. 101. *Atque ut illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt*] Cùm paulo ante *pecorum* meminiſſet, non fuit necesſe hic ſtatim iterum addere. Quare legendum puto *atque ut illa perdurant, ita hi ſtatam* &c. ſic de Euphrate lib. III. cap. 8. *Tum Arabas ingresſus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modo & navigabilis, inde tenuis rivus, deſpectus emoritur.* Fortè etiam pro *ſtatam ſedem* leg. *ſtoreas.* Caeſar lib. II. *de Bello Civil.* cap. 9. *Storeas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas IV. pedes fecerunt.*

l. 112. *Exemtumque ſanguinem, ubi permiſcuere, deguſtant*] Legendum, *ubi vino permiſcuere.* Salluſtius ait, *Catilinam humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtulisſe.*

l. 116. *Binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur*] Ante emendationem Hermolai legebatur, *perpotatis interlocantis honos praecipuus eſt.* Herodotus lib. IV. *Qui verò plures caedes fecere, ii duobus pariter, quos habent, calicibus potant.* Si conjecturis uti licet, hunc locum ſic legerem, ut cum Herodoto con-

congruat, a quo haec omnia: *biniſque poculis*, *qui plurimos retulere*, *perpotant*. *Is honos*, &c. nam *interlocant* ex verbo praeccdenti *perpotant* factum exiſtimo, cùm Librarii neſcirent, ut ſaepe uſu venit, esſetne ſcriptum *perpotant*, an *ter locant*, aut, quod idem eſt, *perpotatis* aut *ter locatis*; nam *eſt* adjunctum fuit ex inferiori clauſula. Aliàs *inter perpotantes*, *interlocantes honos*.

l. 120. *Antropophagos*] Cùm haec ex Herodoto ad verbum deſcripſit Mela, & *Antropophagos* à Melâ dictos ipſe Herodotus eos *Androphagos* vocet, quemadmodum & ipſe Mela lib. III. cap. 6. ſic hîc etiam esſet legendum.

l. 121. *Epulae viſceribus humanis apparantur*] Herodotus lib. IV. *Multi homines excoriatos & ſtipe lignea extentos ſuper equos circumferunt*.

l. 123. *Melanchlaenis atra veſtis*] Melanchlaenos in Aſia degere ſcribit Herodotus fol. 217.

l. 124. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt*] *Statum annis ſingulis* legendum videbatur ex Herodoto. Sed quum Solinus verè, *Neuri*, inquit, *ſtatis temporibus in lupos transfigurantur*, *deinde acto ſpatio*, *quod huic ſorti attributum eſt*, *in priſtinam faciem revertuntur*, addere non auſim, ſed id ſignificare videtur *ſtatum*.

l. 127. *Mars omnium Deus*] *Scytharum* addit V. C.

l. ead. *Enſes & cinctoria dedicant*] V. C. *tentoria*. Plinius lib. VII. cap. 7. *Tu cujus ſemper cinctoria eſt mens*.

l. ead. *Hominesque pro victimis feriunt*] Solinus cap. 20. *Populis iſtis*, inquit, *Deus Mars eſt*: *pro ſimulacris enſes colunt*; *homines victimas habent*; *osſibus adolent ignes focorum*. ubi legendum fortè, *alunt*, non *adolent*. Adde Herodotum lib. IV. non longè à principio. & Diodorum lib. III. fol. 179.

## Cap. II.

l. 1. *His Thracia proxima eſt*, *eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos*] Id eſt, mari Aegaeo, nam ab Helleſponto ad Pallenen latus eſt Thraciae; reliquum autem ejus lateris montibus & iis gentibus terminatur, quas pôſt enumerat. Sic ſuprà lib. I. cap. 3. *Hinc in Aegaei partem*

*tem pertinens Thracia.* Sic Plinius lib. IV. cap. 11. *Ita finit* ſupra Thraciam *Iſter, à ſeptentrione, & ab ortu Pontus ac Propontis, à meridie Aegaeum mare.*

l. 2. *Penitus immiſſa*] Suprà lib. 1. cap. 9. *Aſiae prima pars Aegyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc litore penitus immiſſa.*

l. 3. *Iſtro pelagoque contingitur*] Tacitus fol. 640.

l. 6. *Quae ſeruntur*] Aliàs, *feruntur.*

l. ead. *Malignè admodum patiens*] Id eſt, non largè. Plautus in *Bacchid.* Act. 3. ſc. 2.

*Siſne nec ne, ut eſſe oportet: malus bonus, cujusmodi;*
*Juſtus injuſtus; malignus largus; commodus incommodus.*

Virgilius *Aeneid.* VI. 270.

*Quale per incertam lunam ſub luce maligna*
*Eſt iter in ſylvis.*

l. 11. *Aſper atque indecens*] Pro *aſper* V. C. legit; *diſpar.*

l. 12. *Ceterùm ad ferociam & numerum, ut multi immitesque ſint, maximè ferax*] Hunc locum nemo auſus eſt attentare, cùm tamen verba illa, *ut multi immitesque ſint*, idem valeant, quod *ad ferociam & numerum.* Haec ideo dixerim, quia ſunt quidam nimis religioſi, qui apud Pomponium nullum verbum redundare affirmant.

l. 18. *Orpheo primum initiante*] Id eſt, inſtituente. Diodorus Siculus Orpheum ſacra Bacchi ex Aegypto in Graeciam primum attuliſſe narrat. Suidas etiam dicit Orpheum Thracem primum inſtituiſſe Graecorum myſteria, & cultum Graecorum θρησκείαν appellatam, quia Thracum esſet inventum.

l. 20. *Haemus in tantum altitudinis abit*] Strabo lib. VII. fol. 303. item Livius lib. XLII. de Philippo.

l. 24. *Getae utique*] Haec verba haud dubiè vacant. Vide Solinum de Thracia cap. 16.

l. 32. *Nec feminis quidem ſegnis eſt animus*] Suprà lib. 1. cap. 5. *Regio ſolo quàm viris melior, & ſegnitie gentis obſcura.*

l. 33. *Votum eximium habent*] Tacitus fol. 630. *cùm*

 *ſpe*

*ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur.* Sic *ad ſecunda vota tranſire*, Arnobius fol. 134. & 187. Solinus 63. Et Seneca *de Ira* lib. III: cap. 31. *Haec res ſua in reges arma convertit, fidisſimosque eò compulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori votum habuerant.* Sed Noſter lib. III. cap. 5. *Id eis funus eximium eſt.* Fortè igitur *funus* aut *fatum* legendum.

l. 34. *Et quia plures ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos magno certamine affectant*] Hoc eſt, ii, qui ſupra Creſtonaeos habitant. Sed ſuprà dixit: *Quia ſingulis aliquot ſimul conjuges.* Tullius *Tuſcul.* lib. V. cap. 27. *Mulieres verò in India, cùm eſt cujusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimùm ille dilexerit, plures enim ſingulis ſolent esſe nuptae. Quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis, unà cum viro in rogum imponitur: illa victa, moeſta diſcedit.* Idem Valerius Maximus habet lib. II. cap. 16. & D. Hieronymus *contra Jovinianum* lib. I. pag. 40. Euripides in *Creſphonte*, citante Cicerone lib. I. *Tuſc. Quaeſt.*

*Nam nos decebat coetus celebrantis domum*
*Lugere, ubi esſet aliquis in lucem editus,*
*Humanae vitae varia reputantis mala:*
*At qui labores morte finisſet gravis,*
*Omnes amicos laude & laetitia exſequi.*

l. 36. *Moribus datur*] Quaenam dilecta fuerit praecipuè à marito. Herodotus lib. V. Fortè leg. *amoribus.*

l. 37. *In hoc contenditur*] Fortè, *hoc conceditur.*

l. 42. *Si detur in manus*] Catullus in *Epithalamio Juliae.*

*Tu fero juveni in manus*
*Floridam ipſe puellulam*
*Matris è gremio ſuae*
*Dedis.*

l. 45. *Publicè aut locantur ducendae, aut veneunt*] Hoc non Thracibus, ſed Babyloniis tribuit Herodotus

l. ibid

lib. I. aitque ſervari eam legem ab Enetis, qui ſunt ex Illyriis. De Masſagetis etiam hoc refert Idem lib. I. & de Asſyriis Stobaeus *Serm.* XLII. Asſyriis id etiam in more esſe ait Stobaeus *Serm.* CXLV.

l. 53. *In littoribus Iſtro proxima*] *In littoribus Iſtro eſt proxima*, legitur in V. C.

l. ead. *Iſtropolis*] Ptolemaeo, Ἰστρόπολις. Lat. verſ. *Iſtropolis*. Straboni & Stephano Ἴστρος.

l. 54. *Calatis & Tritonice*] Hſc à Ptolemaeo & Strabone collocatur *Tomis*. *Tomus* Ptolemaeo & Arriano. Strabo inter Iſtrum & Calatin collocat Τόμιν. Stephanus Τομεύς. Ammianus fol. 569. *Tomi*. Legendum fortè, *Calatis & Tomi*. *Calatis* in Ptolemaei verſione Latina *Gallatia*, non *Callatia*, ut Pintianus in *Caſtigationibus*. Strabo fol. 219. Κάλατις Ἡρακλεωτῶν ἄποικος.

l. 55. *Et portus Caria*] Arrianus in *Periplo*: Ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρὰ κλήζεται. ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

l. ead. *Tiriſtris promontorium*] Ante Hermolaum legebatur *Piſtris*. Hoc promontorium Strabo lib. VII. videtur appellare Κητίριζις ἄκρα. Ptolemeus Τιρίστρια. At in Latino, *Tiriſtris*. Legendum fortè apud Strabonem, καὶ Τίριστρις ἄκρα.

l. 57. *Et niſi amplior foret, ſimilis*] Sic lib. II. cap. ult. de Creta: *Niſi major esſet, Cypro ſimilis*. & alibi de Maeotide: *& citra magnitudinem Ponto ſimilis*.

l. 58. *Bizone*] Βιζώνη Strabo lib. VII. fol. 309.

l. 59. *Crunos*] Κρουνοὶ appellari videtur à Strabone. Plinius lib. IV. cap. II. *Nunc habet Dionyſiupolim, Crunos antea dictam*.

l. ead. *Anchialos*] Aliàs *Anchiales*.

l. 60. *Odesſos*] Ptolemaei Lat. verſ. *Odesſum*. Arrianus, Ὀδησσός. Strabo lib. VII. Ὀδησὸς cum ſimplici σ.

l. 61. *Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magno*] Haec verba delenda cenſet Pintianus in *Retractat.* quoniam eorum ſit inutilis repetitio.

l. ead. *Intimo in ſinu*] *In* deletur in veteri Codice.

l. 62. *Magna Apollonia*] Lege *magno*, ut ad *angulo* referatur, non ad *Apollonia*, quae non *magna* fuit.

l. 64. *Quod Thinniam vocant*] Strabo lib. VII. Ἡ Θυνιὰς τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώρα.

l. 65. *Exit & incurvis*] *Et* redundat, atque abeſt à V. C.

l. ead. *Incurvis contra ſe littoribus obtenditur*] Ora, non promontorium Tacitus: *Omnium, quas expoſui, gentium lateribus obtenditur.* Et ſuprà lib. I. cap. 4. de Africa: *Quia nec usquam Aſiae & non totis hujus littoribus obtenditur*, id eſt, ora recta non procedit à ſeptentrione in auſtrum, ſed obtenditur curvis alterius lateris littoribus.

l. 66. *Urbemque ſustinet*] *Urbesque ſustinet* V. C.

l. ead. *Halmydesſon & Phileas*] Ptolemaeus ſtatim poſt *Halmudesſon* collocat *Phileam* promontorium & *Phinopolim*, ut hîc *Phileam* ſit legendum. Strabo lib. VII. pag. 309. & Ptolemaeus, Σαλμυδησσός. Herodotus, *Salmydeſus*. Plinius, *Almedesſos*. Xenophon *Salmydesſos*. *Halmudesſos* aliis vel *Almudesſos* vel *Salmudesſos* dicitur, Ante Hermolaum legebatur *Helini deſon & Philas*. Hermolaus ex Ptolemaeo *Philiam*, aut ex Stephano *Phileas* ſcribendum cenſet.

l. 67. *Phinopolim*] Φθινόπολις Straboni, ſed, ut puto, mendosè. Livius lib. XXXII. cap. 33. videtur appellare, *Panopolin*, niſi mendum ſit.

l. 69. *Selymbria*] Strabo *Selybriam* vocat fol. 309.

l. ead. *In Boſporo Byzantium*] Ptolemaeus: *Byzantium. Bathynii. fl. oſtiu. Athyrae fl. oſtia. Selybria. Perinthus.*

l. 70. *Bitynis*] *Bathynias* Plinio lib. IV. cap. II.

l. 71. *Erginos*] Hunc videtur appellare *Arzum* Ptolemaeus.

l. ead. *Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciae*] Non de mediterraneis hîc agit Mela, ſed de oppidis, quae ſunt in ora Thraciae. Rheſi autem meminit, quoniam de ejus equis fatalibus apud Homerum aliosque Poëtas crebra mentio. Plinius lib. VI. cap. 20. *Gens Pandae, ſola Indorum regnata feminis.*

l. 75. *Et in radice magnae peninſulae ſedens*] V. C. *& in radice montis magnae peninſulae ſedens.* Mirum eſt Pintianum non attendisſe ad verba cap. praeced. ubi deſcribitur δρόμος Ἀχιλλεῖος, *terra tum longè diſtenta excedens tenui radice litori adnectitur.*

l. 80.

l. 80. *Ob multa memorabilis eſt*] V. C. *ob multa memorabile in ea.* & meus Liber. Aut aliàs, *ob multa memorabile eſt.*

l. 81. *Flumen Aegos, naufragio claſſis Atticae inſigne*] Plutarchus in *Lyſandro.* Hujus non ut fluminis, ſed urbis meminit Xenophon lib. II. *Hiſt. Gr.* Ἐκεῖθεν δὲ εὐθὺς ἐπισιτισάμενοι ἔπλευσαν ἐς Αἰγὸς ποταμοὺς, ἀντίον τῆς Λαμψάκου.

l. 84. *Diviſas ſpatio pelagoque terras*] Sic etiam locutus videtur Tacitus in *Vita Agricolae*: *Britannia ſpatio ac caelo, in orientem Germaniae, in occidentem Hiſpaniae obtenditur.* Ut infrà lib. III. cap. 6. *Gades a continenti anguſto ſpatio & veluti flumine abſciſſa.* Quid ſi legas, *plaga pelagoque terras.* Prudentius lib. II. *contra Symmachum*:

> *Diſtantes regione plagae diviſaque ponto*
> *Litora conveniunt.*

l. 87. *Non navigata maria*] Fortè, *non navigato mari.* Cicero *de Finib.* lib. II. *Ut ſi Xerxes, cum tantis claſſibus tantisque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, Athone perfoſſo, maria ambulaviſſet, terramque navigaſſet.* Et paulò pòſt: *maria pedibus peragrantem, claſſibus montes.*

l. 89. *Eſt & portus Coelos*] Ptolemaeus ex Bilibaldi tranſlatione, *Caela.*

l. 91. *Cynoſſema*] Κυνὸς σῆμα.

l. 93. *In quam converſa*] V. C. *in quem converſa.*

l. 95. *Magidos*] Demoſthenes *pro Corona* pag. 160. Μάδυτον appellat, Ptolemaeus Latinus *Madium*, nam in Graeco non legitur. Aldus legit *Mathios*, quae lectio confirmat legendum eſſe *Madytos.*

l. 98. *Sunium vocatur*] Aliàs *vocant.*

l. 99. *Magno ambitu mollique*] Sic in Aeolide lib. I. cap. 18. *ſed longè ac molliter flexus.* Eadem fortè locutione, qua apud Perſium *Sat.* III. 68.

> ——— — *& metae quàm mollis flexus.*

l. 100. *Praevectisque Maſtuſiam*] Aliàs *praevectis*, & V. C. *Praevectis* etiam legi poſſet, ut ſuprà lib. I.

 cap.

cap. 2. *ab eo ad Sunium tendentibus praenaviganda.* & cap. 4. *Hunc enim praegreſſos Piceni litora excipiunt.*

l. 102. *Abluens, jugo facie vallis includitur*] Pomponius lib. II. cap. 6. in Hiſpania: *illud jam in occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens.* Aldus habet *Phacie vallis*: ſed aliter habet meus Liber, ut ipſe Mela lib. III. cap. 3. *vagum atque diffuſum facie amnium ſpargitur.* & lib. II. cap. 1. *Et* (terra) *quaſi in mucronem longa colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt.*

l. 104. *Alopeconeſum*] *Alopeconneſum* Demoſthenes *Orat. pro Corona.* & ſuprà ex eodem Demoſthene *Madytos* legendum, non *Micydos*. Sic enim ille: Χεῤῥονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν, Ἐλεοῦντα, Μάδυτον, Ἀλωπεκόννησον, στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφανῷ. Herodotus lib. VII fol. 481. *Cherſoneſi ora inter Seſton & Madyton eſt ſalebroſa.* & Euſtathius *in Dionyſium*: Σηστὸς μὲν Λεσβίων ἄποικος, καθὰ καὶ ἡ Μάδυτος. Stephanus: Μαδυτὸς, πόλις Ἑλλησποντία. Livius lib. XXXI. *Inde progreſſus ad Cherſoneſum, Eleunta & Alopeconneſum, tradentibus ipſis recepit. Callipolis quoque & Madytos dedita.*

l. 106. *Eximia eſt Aenos*] Pro *eximia* legendum fortè, *extra*, id eſt, extra ſinum. ut h. l. cap 4. & 5. vel *extra eam.* Vide Herodotum lib. VII. & Ammianum Marcellinum fol. 566. Euſtathius ad Dionyſ. Αἶνον in Melanenſi ſinu eſſe ait.

l. 107. *Trans eundem Doriſcos*] Demoſthenes & *Doriſci* & *Serrii*, ut urbium meminit in *Oratione de Cherſoneſo.* & Livius lib. XXXI.

l. 108. *Ab Aenea profugo condita*] Livius lib. XL. cap. 4. *Proficiſcuntur ab Theſſalonica Aeneam ad ſtatum ſacrificium, quod conditori Aeneae cum magna cerimonia quotannis faciunt.*

l. 110. *Promontorium Serrium*] Ante Hermolaum *Seriphium* legebatur. Solinus cap. 10. de Orpheo, *quem ſive ſacrorum ſive cantuum ſecreta in Sperchio promontorio agitaſſe tradunt.* Marcianus Capella lib. VI. *Nam in Spartio promontorio ille vitam, aut ſacris, ut ajunt, impendit, aut fidibus.*

l. 116. *Turris, quam Diomedis vocant*] Plinius lib. XXV. cap. 8. *Circa Abderam & limitem, qui Diomedis vocatur, equi paſti inflammantur rabie.* Marcianus lib.

cit.

cit. *Mox regio Maronea ac Tyrida oppidum, in quo equi Diomedis ſtabulati.* Solinus cap. 15. *Regio Maronea, in qua Tyrida oppidum fuit equorum Diomedis ſtabulum. Sed ceſſit aevo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.*

l. 118. *Abdera*] Τὰ Ἄβδηρα.

l. ead. *Sed ea magis id memorandum habet*] Fortè, *illa*, vel *at illa*.

l. 120. *Ultra Neſtos fluit*] Livio pag. 346. *Neſſus*.

l. 121. *Interque eam*] V. C. *eum*. Fortè *ea*.

l. 123. *Calarnea*] V. C. *Calarnia*.

l. ead. *Caprullon*] V. C. *Carpullimen*. Aliàs *Caprullimen*. Pintianus legit, *portus Capros cum inſula*. Sed in toto opere inſulae non meminit Mela, praeterquam in cap. ult. h. l. ubi de omnibus ſingillatim agit. Quare haec lectio tolerari nequit. Strabo lib. IX. fol. 393.

l. 131. *Capit opinio fidem*] Lib. 1. cap. 6. *Si fidem res capit*. Silius Italicus: *cepit opinio fidem*.

l. 134. *Verùm totus eſt totoque longè dorſo procedit in pelagus*] Pro *eſt* fortè leg. *etiam*. V. C. *Verùm totus eſt, toto longoque dorſo procedit in pelagus*.

l. 138. *Et factus freto navigabilis*] Aldus & Antiq. *actus freto*, & V. C. Fortè *perfoſſus & freto navigabili pervius*, ut in Hispania de Calpe: *atque inde ingreſſis totus admodum pervius*. Athenaeus lib. VI. cap. 7. vel legendum *totus etiam*. Sic & loquitur ſuprà cap. 2.

l. 140. *Acroathon*] Ἀκρόθυνον Stephano.

l. 143. *Ut quinque urbium ſedes ſit*] Herodotus fol. 511.

l. 146. *Ab Eretriis*] Aldus, Antiq. *Haeretris*. V. C. *Eretris*.

## CAP. III.

l. 1. *Tum Macedonum populi, quot urbes habitant*] Fortè, *Tum Macedonum populi aliquot urbes habitant*. Infrà lib. III. cap. 1. *Cantabrorum aliquot populi amnesque ſunt*. Aliqui (inquit Pintianus) hunc locum ſic accipiunt: poſt antedictas gentes ſequi populos Macedonum, & eſſe tot numero, quot ſint urbes, quas habitant. Quam rectè autem ſic intelligatur, arbitrio Lectorum eſto. Diod. lib. XLI. fol. 250. Aldus & Antiq. *Tum Mac. p. quod.*

l. 2. *Pellam maximè illuſtrem* ] De *Pella* Demoſthenes in *Oratione de Corona*: unde apparet, neque à principio neque poſt Macedonum regnum alicujus nominis fuisſe Pellam, ad quae alludens Juvenalis *Sat.* x. verſ. 168.

*Unus Pellaeo juveni non ſufficit orbis.*

l. 5. *Promontoria dividit* ] *Dirimit* V. C. vel *dirimet.*

l. 6. *Canaſtreum* ] *Canaſtreum* verò promontorium eſt Pallenes. Scholiaſt. Apollonii Rhodii fol. 123. Κανάστραιαν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. Quod mirè quadrat cum noſtra tabula. Apollonius *Argonaut* fol. 15. & Stephanus in dictione Καναστρέων. Sophocles autem cùm Argonautica percenſuisſet, ait Canaſtreum promontorium esſe Pallenes. Vide Livium fol. 333.

l. ead. *Et portum* ] Conjunctio *et* ſuperflua eſt, & expungenda.

l. 10. *Mecybernaeus autem in medio, qua terra dat gremium* ] Fortè vacat *in medio*: expoſitio videtur *gremii.* V. C. *Macibernunſa in medio.*

l. 11. *In litorà ingreditur* ] *In* vacat, ideoque expungendum.

l. 12. *Ceterùm longis in altum immisſis lateribus* ] Fortè, *longus.* Sic cap. 7. *Ceterùm longa, totique Boeotiae appoſita.* Quàm verò eorum locorum ſit incerta traditio, docet Strabo in extremo l. ix. Locorum quoque ſeries deinceps ordine poſitorum tenus Peneum non certa traditur, cum ea ignobilia ſint, nec nos illa magnì facere debeamus.

l. ead. *Axius per Macedonas, etiam per Theſſalos Peneus excurrunt* ] Ita eſt in emendatis codicibus; aliàs *penitus excurrunt* V. C.

l. 15. *Cydna, Azoros* ] Aliàs *Cynda, Aloros. Aloros* legitur juxta emendationem Hermolai & in quibusdam excuſſis, & meo MS.

Ibid. *Icaris* ] Fortè legendum, *Ichnae*, quam inter Axium & Aloron Plinius memorat. Quid ſi *Heraclea* ex Plinio, qui illam inter Axium & Pieres, ſed Peneo junctam ponit?

l. 18. *A Peneo Sepias* ] Legendum videtur *à Peneo ad Sepiada* ex conſueto more Melae, & ſic Liber meus MS.

MS. & V. C. habet, & haec vera hujus loci lectio eſt. Aliàs *à Peneo ad Sepida*. *Sepias* autem eſt terminus littoris hîc à Mela deſcripti, ut patet ex ſequentibus. Nam infrà hoc cap. poſtquam mediterranea enumeravit, & littora ab eo leguntur, inquit, *à promontorio Sepiade per Demetrion.... ad Pagaſeum ſinum curſus eſt*. *Sepias* autem promontorium alio loco ſitum eſt, quàm Pintianus exiſtimavit, qui id poſt Peneum collocat.

l. ead. *Cordynia* ] Leg. *Erymne*.

l. ead. *Pares ad famam* ] Sic ſuprà: *plures ad ferociam & numerum*.

l. 19. *Caſtanaea* ] Plinio *Caſtaena*, Straboni Κασθαναῖα dicitur.

l. 20. *Meliboeam illuminat* ] Fortè, *illuſtrat*.

l. 22. *Hinc non longè eſt Olympus* ] Fortè leg. *hic eſt Olympus*. cetera, *non longè*, vacant.

l. ead. *Hic Pelion, hic Orſa* ] Particula *hic* utrobique juxta Vet. Cod. lectionem vacat: in eo enim legitur, *Olympus*, *Pelion*, *Orſa*.

l. 28. *Libethra* ] Plinius lib. IV. cap. 9. *Theſſaliae annexa Magneſia eſt, cujus fons Libethra*.

l. ead. *Carminumque fontes objacent* ] Aliàs, *carmina, fontes objacent*.

l. 29. *Objacet tum jam vaſte* ] Fortè *vaſta*.

l. 30. *Myrtoum pelagus* ] Μυρτῶον.

l. 32. *Proximè ſpatioſa eſt Hellas nomine* ] Pro verbo *eſt* in V. C. conjunctio *et* habetur: ut legendum ſit, *ac proximè ſpatioſa & Hellas nomine* &c. Atque ita legit Aldus.

l. 34. *Et Ionio magis* ] Pro *et* ſubſtituunt *ſed* vetera exemplaria.

l. 35. *Donec quinque millia paſſuum pateat* ] Ante Hermolaum legebatur, *quatuor millia*, atque ità V. C.

l. 41. *Ob ſinus & promontoria* ] *Ob* in *et* mutandum; ut legatur, *& ſinus & promontoria*, ex V. C.

l. 42. *Quis ut fibris littora ejus inciſa ſunt* ] Aliàs: *fimbriis*. Varro fol. 1072. *Antiqui fibrum dicebant extremum, unde in ſagis fimbriae, & in jecore extremum fibra, hic fiber dictus eſt*.

l. 45. *In Macedonia prima eſt Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis. In Graecia Doris* ] Fortè, pro *in Macedonia* erat ſcriptum *in ea*, ſcil. Graecia. Hoc autem ita eſſe

eſſe videtur, cùm ſuprà dixerit, *Tum jam vaſtè & multum prominens Graecia.* Theſſaliam autem in Graecia eſſe, Strabo auctor eſt. Sic lib. I. cap. de Aſia. *In ea primos hominum accepimus ab oriente Indos, Seres, & Scythas.* & cap. II. de Phoenicia. *In ea eſt Tyros, aliquando inſula.* Et cap. 19. *In eo Maryandini urbem habitant.* Livius fol. 238. Infra h. l. cap. 7. de inſulis. *Hae Thracum Grajorumque terris objacent.* & lib. III. cap. I. de Hiſpania. *In ea primi ſunt Artabri.* In Aldino exemplari & antiqua lectione non eſt *in Graecia*, quod magis adjuvat hanc emendationem. At dubium eſſe poteſt, quare, cùm in enumeratione Macedoniae Theſſaliam & Magneſiae partem numeraverit, deinde non eas provincias Graeciae tribuerit, cùm poſt eas numeratas dicat, *tum jam vaſtè & multùm prominens Graecia*; ſed dici poteſt, Theſſaliam, ut Strabo ait, in Graecia eſſe, neque excludi hic à Pomponio, ſed ipſum dicere, à Theſſalia Graeciam incipere, & à Sepiade illam prominere, cùm antea vaſtè retracta fuerit in Thermaico ſinu. Sic in Europa poſt Macedoniam locat Graeciam Livius lib. XLV. fol. 346. Solinus cap. 13.

l. 53. *Lariſſa, aliquando Jolcos*] Fortaſſis eò retulit, quia patria Jaſonis eſt. Strabo lib. IX.

l. 55. *Pindus & juxta ſitum Erineon*] Vide Diodorum Siculum fol. 615.

l. 59. *Cithaeron, fabulis carminibusque celebratus*] *Celebratus* pro celeberrimo.

l. 61. *Quàm ut indicari egeant*] V. C. *egeat.*

l. 68. *Piſae*] Aliàs *Piſa.* Πίσσαι Herodoto lib. II. & Ptolemaeo. Claudianus *de bello Gild.*

*Quatitur Tyrrhena tumultu*
*Ora, nec Alpheae capiunt navalia Piſae.*

l. 74. *Orchomenon*] V. C. *Orchomenos.*

l. 75. *Cyllenius*] Ovidio *Cyllene.*

l. 76. *In Aetolia Naupactos*] Maritimum oppidum omnibus.

l. 77. *Stratos oppida*] V. C. *oppidum.*

l. 82. *Boion-Phtheleon*] V. C. & *Pteleon.*

l. 83.

l. 83. *Pagaſeum ſinum..... Pagaſam*] Aliàs, *Pegaſeum*, & *Pegaſam*.

l. 85. *Et quia Minyae Colchida petentes*] Interponendum, *Aphetae lucum*, ita ut legatur *& Aphetae lucùm, quia Minyae*.

l. 86. *Argo navem ſolvere memoratur*] Aliàs *memorantur* V. C.

l. 87. *Illa praenaviganda*] Aliàs *pernaviganda*. V. C.

l. 89. *Thermopylae opes*] Fortè, *Thermopylae & intus*. Strabo lib. IX.

l. 93. *Marathon magnarum multarumque virtutum teſtis, jam inde à Theſeo*] Ita interpungendum, vel voces *jam inde à Theſeo* parentheſi ſunt includendae. Nam ibi Theſeum Marathonium mactaſſe taurum inquit Strabo lib. IX. fol. 384.

l. 46. *Perſarum maxima clade pernotus:*] Aliàs *Perſica maximè clade pernotus*. V. C. Nempe cùm ibi Miltiades copias funditus dedit in ſtragem, quae ducem Datin Perſicum fuerant ſecutae, non expectatis Lacedaemoniorum auxiliis, tardius & plena luna profectis, ut inquit Strabo ibid.

l. 97. *Phidiaca Nemeſis*] De hac conſulendi Pauſanias, Livius lib. XXXIV. Solinus cap. 12. & 13. Strabo lib. IX. Plinius lib. XXXVI. cap. 5.

l. ead. *Thoricos & Brauron*] Plinius, *Potamos, Brauron, quaedam oppida*. Strabo: *Thoricos, Potamos & Brauron*. V. C. habet, *Phociros, Brazion*.

l. 99. *Finitque id litus Hellados*] Fortè, *finitque id latus Hellados*. *Latus*, id eſt, frons.

l. 100. *Spectat ad orientem*] Particula *ad* expungenda. Sic cap. 7. de Pachyno; *Pachynum vocatur, quae Graeciam ſpectat*.

l. ead. *Inde ad meridiem terra convertitur usque ad Megaram, Atticae ut modò latere, ita nunc fronte pelago adjacens*] Scrib. *Attica*, & *adjacet*. Plinius lib. IV. cap. 7. *Attica*, inquit, *attingit Iſthmum parte ſui, quae appellatur Megaris*.

l. 106. *Hoc illi cognomen eſt*] Aliàs *de illo cognomen eſt* V. C.

l. ead *Quia quinque millium ſpatio*] Aliàs *quatuor milium* V. C. atque ita hîc & ſuprà ante Hermolaum lego-

legebatur, & ſic leges apud Solinum.

l. 112. *Poſt clade notior*] V. C. *poſt cladem notior*. Saepe homines notiores ſunt cladibus quam virtutibus. Ovidius lib. III. *de Ponto* Eleg. I.

*Expoſuit mea me populo fortuna videndum;*
*Et plus notitiae quam fuit ante dedit.*
*Notior eſt factus Capaneus de fulminis ictu:*
*Notus humo merſis Amphiaraus aquis.*

l. 114. *Peloponneſi oram ſinus & promontoria lacerant*] Plinius: *Tot ſinus Peloponneſi oram lacerant, tot maria allatrant*. Plutarchus in *Themiſtocle*.

l. 115. *Ab oriente Bucephalos*] Portum non promontorium faciunt Plinius & Ptolemaeus.

l. 117. *Ad meridiem Malea.... Ichthys*] *Ichthys* ad occaſum non ad meridiem.

l. 119. *Habitant ab Iſthmo*] Id eſt, ad orientem.

l. 122. *Scoenitas*] Plin. lib. IV. cap. 5. *Chenitas*. Ptolem. *Schoenus*. Aliàs, *Schoenitas* V. C. *Scoenus*.

l. 124. *Inter Scylleon & Maleam*] Scilicet ad meridiem: nam haec inverſa fortè ſunt.

l. 132. *Acheruſium*] *Acheruſiam*.

l. 135. *Hinc Cypariſſus, illinc Aſine*] *Huic* aliàs, & *illi Aſine* vetus Codex & Aldus.

l. 142. *Et velut freto latus ore frequenti incidens*] Vide cap. 6. lib. III. Joannes Scribanus, Grammaticus Hiſpanus, emendandum cenſet, *latus orae ſequentis*.

l. 145. *Amphilochii Ambracia*] V. C. *Amphilochis*. Plinius & Ptolemaeus, *Argos Amphilochium* vocant, Strabo *Amphilochos*, qui etiam lib. VII. ab Amphilocho *Amphilochicum* vocatum ait. Livius lib. XXXVIII. *Profectus ab Ambracia conſul in mediterranea Aetoliae ad Argos Amphilochicum (viginti duo millia ab Ambracia abeſt) caſtra poſuit*. De Amphilocho, urbis conditore Thucyd. lib. II. *Amphilochus Amphiarai filius poſt bellum Trojanum, cum domum repeteret, exoſus Argo domicilium, condidit in ſinu Ambracio urbem, quam nomine primae ſuae appellavit Argos nomine Amphilochium*. De Ambracia Pyrrhi regia Strabo lib. V. & Liv. lib. eod. fol. 207. Plinius lib. IV. cap. I. Dionyſius lib. I. fol. 364. Mirum eſt,

eſt, Melam Nicopoleos non meminisſe, quam tamen celebrat Strabo lib. IX. fol. 149.

l. 146. *Oluros*] Aliàs *Olyros.*

l. 147. *Creuſis*] Ptolemaeo *Creuſa.*. Aliàs *Creuſae.* ut Livius lib. XXXI. Strabo.

l. 148. *Oeanthia*] Ptolemaeo *Cerinthia*, *Plicanthe.*

l. ead. *Calidon*] Caeſar, Strabo, *Calydon*, quomodo Vetus Codex & Aldus.

l. 153. *Et quae minus mille pasſibus pateant*] Lege *ut* pro *et*, vel, *ut minus mille pasſibus pateant.* Strabo lib. VII. fol. 142.

l. 158. *Ab iis flexus in Adriam*] Aliàs, *ab iis jam flexus*, *jam* particula interpoſita.

l. 159. *Magno ſecesſu littorum accepto*] Aliàs *recesſu* Aldus & V. C.

l. 160. *Quà penetrat tamen vaſtius*] Id eſt, in longitudinem. Sic in Hispania: *&*, *quo magis penetrat*, *anguſtior.*

l. 162. *Parthini*] Aliàs *Partheni.*

l. 164. *Paulatim Encheleae*) V. C. *Taulantii.* alius V. C. *Paulanti Entellae. Taulantii* Dionyſio Halicarnasſaeo, Straboni, Thucydidi aliisque noti ſunt.

l. 165. *Illyricos*] Aliàs *Illyrios.*

l. 166. *Liburni & Iſtria*] Leg. *Iſtri.*

l. ead. *Urbium prima Oricum*, *ſecunda Dyrrachium*) Fortè principem potentia, non ordine primam & ſecundam dicit: nam omnes etiam poſt *Oricum*, *Apolloniam* collocant, non *Dyrrachium*, de qua agit Strabo lib. VII. fol. 306. & Thucydides lib. I. fol. 16. Plautus Menecchmis Act. II. Sc. I.

> *Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,*
> *Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.*

Appianus haec aliter tradit lib. II. *de Bell. Civil.*

l. 170. *Salona*] *Salonae* Caeſari lib. III. *de bello civili.* Vide Stephanum.

l. ead. *Jadera*] Aliàs, *Jader* V. C.

l. 173. *In quantum res tranſeunt*] Quatuor hae dictiones ſupervacaneae exiſtunt, & ab aliquo ex ſuo capite textui interpoſitae, proinde abolendae: duae dictiones,

nes, *ut ferunt*, quae iſtam ſententiam praecedunt, etiam delendae.

l. 178. *Tergeſtum intimo in ſinu*] Aldus, *Tergeſte in intimo ſinu.* Alius codex, *Tergeſtum intimo ſinu*, abjecta particula *in.* Fortè leg. *Tergeſte in intimo ſinu Adriae.* Sed & ἄστυ Τεργεσταίων agnoſcit in Macedonia Dionyſius Periegetes.

## Cap. IV.

l. 1. *Quàm quia monſtrari eget*] Aliàs, *egeat.*

l. 3. *In altum excedere*] Livius lib. XXXII. *promontorium eſt adverſus Sicyonem in altum excurrens.* Idem lib. V. fol. 60. & Solinus cap. 8.

l. 4. *Atque ut procedit*] Aliàs, *utque procedit.*

l. ead. *Mediam ſe perpetuo Apennini montis jugo attollens*] Aliàs, *ſe mediam perpetuo jugo Apennini montis attollens.* Solinus cap. 8.

l. 5. *Inter Adriaticum & Tluſcum*] Livius lib. V. fol. 60. Solinus cap. 8.

l. 7. *Diu ſolida*] Lib. I. cap. 2. *Inde cùm aliquatenus ſolida proceſſit*, id eſt, nullos admittit ſinus.

l. 8. *In duo cornua ſcinditur*] Salluſtius apud Servium *ad lib.* III. *Aeneid. Omnis Italia coacta in anguſtias, ſcinditur in duo promontoria, Bruttium & Salentinum.*

l. 10. *Alicubi multo*, &c.] Pro *alicubi*, *aliubi* legitur in V. C.

l. 11. *Interiora ejus aliae aliaeque gentes habitant.*] Quas Plinius commemorat lib. III. cap. 5. non hae, quas Pomponius infrà refert.

l. 12. *Siniſtrâ parte Carni & Veneti colunt Togatam Galliam*] V. C. *ſiniſtram partem Carni & Veneti colunt Togatae Galliae.* Cur autem dicatur Togata Gallia, vide Dionem Caſſium lib. XLVI. pag. 442.

l. 17. *Hetruria*] In aliis paſſim, *Etruria.*

l. 22. *Capua à Tuſcis, & Roma quondam à paſtoribus condita*] V. C. habet: *Capua à Tuſcis, & Roma quondam paſtoribus condita.*

l. 24. *At in oris proxima eſt à Tergeſte Concordia*] Aquileia inter Tergeſten & Concordiam eſt, ſed quia non

non eſt in ora, ideo ait Concordiam litoralem proximam eſſe Tergeſte.

l. 25. *Interfluit Timavus*] Non interfluit *Timavus* Concordiam: nam ab ea longè jacet, ſed ait inter Tergeſtum & Concordiam *Timavum* fluere.

l. ead. *Novem capitibus exſurgens*] Claudianus *Paneg. in* III. *Conſul. Honorii:*

*Tardusque meatu*
*Mincius, inque novem conſurgens ora Timavus.*

Virgilius lib. I. *Aeneid.* v. 248.

*Unde per ora novem vaſto cum murmure montis*
*It mare proruptum.*

Nam & hic Virgilii locus de novem capitibus intelligendus eſt, non de oſtiis, ſiquidem *os* fontem ſignificat: ut Pomponius infra lib. III. cap. 2. *Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit.* Et lib. III. cap. 8. *Euphrates immani ore aperto, non exit tantùm unde oritur, ſed & vaſtè quoque decidit.* Contrà verò *caput* pro oſtio poſuit Caeſar libro IV. *de Bell. Gall.* de Rheno: *multisque capitibus in Oceanum influit.* Quid ſignificet *caput aquae*, vide L. I. D. *de aqua cottidiana & aeſtiva.*

l. 29. *Superiora latè occupat littora Padus*] Aliàs *ſuperna latè.* V. C. *ſuper ora latè.* Polybius lib. II. fol. 19. de duobus oſtiis Padi.

l. 33. *Ut ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat*] Ex Polybio fol. 25.

l. 35. *Inde citus proſilit*] Aliàs, *inde tam citus proſilit.* Suprà lib. I. cap. 19. & infrà lib. III. cap. 3. *Sonansque devolvitur adeò citus*, &c. *Inde*, id eſt, ab eo oſtio.

l. 42. *A Pado ad Anconam tranſitur Ravennam*] V. C. *tranſitur Ravenna.* Livius lib. XXI. fol. 122. *A tergo Alpes magnae vix integris nobis & vigentibus tranſitae.* Sed fortè dictio *tranſitur*, redundat, ut legendum ſit, *à Pado ad Anconam Ravenna*, locutione à Mela & Plinio frequenter uſurpata.

l. ead. *Inter marinas aquas dulcis hauſtus eſt*] Seneca lib. III. *Nat. Quaeſt.* cap. 36. de Lyco.

*Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu,*
*Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.*
*Sic modo combibitur, tanto modò gurgite lapſus,*
*Redditur Argolicis ingens Eraſinus in undis.*

Et Apulejus *Florid.* pag. 328.

l. 43. *Faneſtris Colonia & flumen* &c.] Vitruvius lib. v. cap. 1. & lib. II. cap. 9. eam appellat *Coloniam Juliam Faneſtrim* non ſemel, & ait ipſum ibi Baſilicam collocaſſe. *Fanum* vocat Caeſar *de Bello Civili* lib. 1. & Claudian. in *Paneg. Conſul. Honor.*

*Laetior hinc Fano recipit fortuna vetuſto,*
*Deſpiciturque vagus praerupta valle Metaurus.*

l. ead. *Et illa in anguſto*] *At illa in* V. C. *& in illa.*

l. 44. *Metaurus atque Eſis*] Legendum *Aeſis* cum diphthongo. Strabo fol. 99. Ptolemaeus & Dionyſius.

l. ead. *Et illa anguſto duorum promontoriorum*] Fortè leg. *in angulo illorum duorum promontoriorum.* In promontorio, quod portum includit, ſitam eſſe Anconam, Strabo auctor eſt. Fortè ita claudebatur portus duobus promontoriis, ut apud Teium Geraeſticum portum claudi narrat Livius lib. XXXVII. *Promontoriis coëuntibus inter ſe ita clauditur portus, ut vix duae ſimul indè naves poſſint exire.* Habitabatur verò Ancona duobus promontoriis ex diverſo coëuntibus, & urbis gremio portum accipiebat.

l. 46. *Ac ideo à Grajis dicta Ancona*] Forte, *Ancon.* Livius lib. XXXVII. fol. 272. Vetus Codex, *& ideo.*

l. 49. *In quibus Numana*] Pintianus legendum putat, *in quo*, ſc. Piceno. Sed non advertit, praeceſſiſſe *litora Piceni: in quibus* ſc. litoribus.

l. 50. *Claterna*] Aliàs *Clierna*, vel *Cliena.* Ptolemaeus: *Claternas.*

l. 51. *Truentum*) *Truentium* habet V. C.

l. 52. *Idem ei fluvio, qui praeterit, nomen eſt*] Aliàs, *id ei fluvio.* V. C.

l. 53. *Ab eo Senegallia maritima ad Aterni fluminis oſtia*] *Ab eo Frentra* (vel, ut habet alius V. C. *Frentia*) *villiae maritima habent Eterni fluminis oſtia, urbes Bucara & Hiſtonium. Dauni alit Trifernum amnem Clateniam, Latrinum, Teanum.* Aliàs: *Ab eo Senagallia, Villa marina, habens Eterni fluminis* &c. vel aliàs: *Ab eo Frentani Matrini habent, & Eterni fluminis oſtia.* Ex Ptolemaeo, qui poſt Cupram locat Ματρῖνον: Plinius tamen *Trinium* vocat lib. III. cap. 12. cùm Strabo pag. 106. poſt Truentinum fluvium dicat, ὁ Ματρῖνος ποταμὸς, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ, legendum puto, *Ab eo Frentani*, quorum ſuprà meminerat Pomponius: & haec oppida Frentanis tribuuntur à Plinio lib. III. cap. 12. In *Itinerario* Antonini poſt Piſaurum Senegallia eſt.

l. 55. *Urbes Bucara, Hiſtonium*] Strabo: *Hiſtonium, Buca, Ortona.* Plinius: *Buca, Iſtonium, Ortona.*

l. 56. *Claterniam*] Ptolemaeus *Claternas* vocat.

l. ead. *Lucrinum, Theanum*] Aliàs *Latridum*, vel *Larinum, Teanum.* Cicero *pro Cluentio*: *Alter autem filius Theani Appuli, quod abeſt Larino* XVIII. M. *paſſuum, apud matrem educaretur.* Et lib. VIII. *ad Att. Ep.* II. *Cùm Theanum Sidicinum veniſſem.* Liv. lib. XXII. fol. 133. inquit: *Legione claſſis Teanum Sidicinum praemiſſa.*

l. 58. *Extrà Sypuntum, vel, ut Graji dixere, Sypus*] Sic Plinius lib. III. cap. 4. *Oppidum Buxentum, Graecè Pyxus.* Aliàs, *extra Sipontum, vel, ut Graji dixere, Syppillum*, aut ut habet vetuſtus Codex *Spilluon. Sepus* ſeu *Sipus* Stephanus & Ptolemaeus.

l. 63. *Et in Calabria Brunduſium*] *Et* abundat; & legendum, *in Calabria.*

l. 64. *Valetium*] Fortè *Valeſium.*

l. 65. *Hydrus mons*] Fortè, *Hydrus*, *mox Salentini*, ut apud Plinium lib. III. cap. 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* &c. quod ſequitur *tum* gloſſa eſt ad particulam *mox* adſcripta.

l. 66. *Et urbs Graja Callipolis*] *Graja* legendum videtur, ut ſit magnae Graeciae initium. Sic enim appellatur frons Italiae. Similiter Plinius lib. III. cap. 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* &c. Livius Graecas urbes has vocat lib. XXXV. fol. 254.

 l. ead.

l. ead. *Gallipolis* ] Aliàs, *Callipolis.* Eſt in *Calabria.*

l. 68. *Frons ejus in duo quidem cornua* ] Aliàs, *in duo quidem ſe cornua.*

l. 71. *Non uno margine circuit* ] Aliàs, *neque uno margine circuit.*

l. 71. *Salen & Lacinium* ] Ptolemaeus: Ἰαπυγία ἄκρα ἡ καὶ Σαλεντίνη. Legendum, *inter promontoria Salentinum & Lacinium.*

l. 76. *Croton, Turium* ] Aliàs, *Croto, Thurium.* De Crotone Livius fol. 248.

l. 77. *Inter promontoria Lacinium & Zephyrium* ] Superfluit vox *promontoria*, ideoque expungenda eſt.

l. 78. *Petilina* ] Livius fol. 142. *Petellini populi ſecus Brutiis.* Idem fol. 143. *Petellina induciis* &c. poſt verò *Petilina*, & urbs *Petellia* Livio celebrantur.

l. ead. *Coecinum, Scyllaeum, Miſtrae* ] V. C. habet, *Coecinus, Sillaceum, Mypae.*

l. 80. *Conſilinum* ] Hermolaus ait hîc legi *Conſentia*, nec corrigit ipſe. Neſcio quis mutavit vocem *Conſentia* in *Conſilinum.* Vetus Codex habet *Conſentina.*

l. ead. *Cauloniam* ] Ovidius lib. xv. *Metamorph.*

*Romechiumque legit, Caulonaque, Naritiamque.*

l. 81. *In Brutia* ] Aliàs, *in Brutio*, & ſic Aldus & V. C.

l. 82 *Scylla* ] Lege *Scyllaceon.*

l. 83. *Metaurum* ] Lege *Metaurus.*

l. 84. *Deflexus* ] Fortè, *flexus.*

l. ead. *Lutus alterum Maticana* ] Aliàs, *latus alterum Mativarici.*

l. ead. *In Tuſcum mare* ] Lege *in Tuſcum.*

l. 85. *Hippo, nunc Vibon* ] V. C. *Ionium Vibon.* Fortè, *Hipponium Vibon.*

l. ead. *Temeſa Clampetia* ] V. C. & *Enuſa Campetia.*

l. 86. *Velia* ] Meminit ejus Cicero lib. VII. *Ep. ad Fam.* 19. & XVI. *ad Attic. Epiſt.* 7. & alibi, & Livio *Blandae* in Lucanis fol. 151.

l. 91. *Opima Lucaniae loca* ] Aliàs, *omnia Lucaniae loca.* V. C.

l. 92.

l. 92. *Veſuvii montis aſpectus, Pompeji*] Fortè, *Veſuvii montis aſpectu Pompeji.* Plinius lib III. cap. 5. *Herculaneum, Pompeji, haud procul aſpectante monte Veſuvio.*

l. 94. *Lacus Lucrinus & Avernus*] Dion lib. XLVIII. fol. 517. Strabo: *ſinus Lucrinus & Avernus.*

l. ead. *Miſſenum*] Aliàs, *Miſenum*; promontorium Straboni.

l. 96. *Linternum*] Aliàs, *Liternum.* V. C.

l. 97. *Sinueſſa*] Aliàs, *Sinceſſa.* Σινουέσση Straboni. Mirum eſt Melam hoc loco *Caietae* non meminiſſe, cum celeberrima urbs ſit inter Fundos & Terracinam, cujusque omnes meminere.

l. 98. *Liris*] Fluvius.

l. 99. *Circes domus aliquando Circeji*] V. C. *Circea.* Ita interpungendum, *Circes domus aliquando, Circeji* vel *Circejus*, id eſt, ſunt & Circeji, ubi quondam fuit Circes domus. Solinus cap. 8. ſcribit, *Circen Circaeos inſediſſe montes.*

l. 102. *In hoc latere ſunt*] Fortè, *in Latio ſunt.* Reddit enim nunc urbes populorum, quos ſuprà in Volſco & in Latio memoraverat; aut legendum *in hoc litore.* Plinius lib. III. cap. 5. & Livius lib. IV. fol. 52.

l. 103. *Coſſa*] Aliàs, *Coſa.* Caeſar lib. I. *de bello civili.*

l. 104. *Populonia*] *Populonii* memorantur à Livio lib. XXX. fol. 218.

l. 105. *Hetruſca*] *Etruſca.*

l. 106. *Deinde Luna Ligurum & Liguria*] Aliàs, *Ligulia*, & *Tigulia*, ut habet vetus Codex. Sed Ptolemaeus *Lunam* Tuſcorum eſſe ait, non Ligurum.

l. 107. *Sabatia*] *Sabatira* aliàs.

l. ead. *Albigaunum*] Aliàs, *Albincinum.* *Albinc inum* V. C. *Albigauni* Spartiano in *Proculo* ſunt. *Albion Intimelium* Tacito lib. II. *Hiſt.* cap. 13. Ptolemaeo *Albintinimium*, appellatur & Varroni lib. III. *de Re Ruſt.* cap. 9. *Vintimilium.*

l. 109. *Sed Varum quia Italiam finit, aliquanto notius*] Aliàs, *ſed Varus quia Italiam finit, aliquanto notior.*

l. ead. *Tum Paulon & Varum flumina*] Aliàs, *tum Paulon & Varus flumina.* V. C. *Paulo.* Plinius lib. III. cap. 5. *Pado fluvius.*

## Cap. V.

l. 1. *Lemano*] *Lemanno* aliàs.

l. 2. *In duo latera diviſa*] Id eſt, ad mare Tuſcum ſeu Mediterraneum, & ad mare Oceanum.

l. 4. *Ad Pyrenaeum usque promittitur*] Lib. 1. cap. 19. *ad Agrippeos usque permittitur.*

l. 9. *Vaſto Vocontiorum*] Plinius *Vaſco*, ſed mendoſè. MS. vetus Codex Pomponii habet *Vaſto.*

l. 12. *Secundanorum Arauſio*] Sic Livius *milites ſecundarios legionis* vocat fol. 243. V. C. *Aurato.*

l. 14. *Blytera*] Aliàs, *Beterrae*, V. C. Βαίτεραι Ptolemaeo, Βιλτέρα Straboni: nunc vulgò *Beziers* dicitur.

l. 16. *Martius Narbo*] Cicero *pro Fontejo* cap. 3. *Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorum civium, ſpecula Populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Vellejus Paterculus fol. 776. *Subinde Porcio & Marcio Coſſ. deducta colonia Martius Narbo.* & Auſonius Gallus, & Euſebius Olymp. CLXVII. & in *Panegyrico* Sidonius Apollinaris.

l. 17. *In littoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca*] Ita V. C. Sed verbum *ſunt* vacat. Suprà lib. 1. cap. 19. *Una gens, aliquot populi & aliquot nomina.*

l. 19. *Africo expoſita eſt*] Sic lib. III. cap. 5. *procellis undique expoſitum* V. C. *oppoſita.*

l. 20. *Oppidum Deceatum*] Aliàs, *Deciarum*, Ante Hermolaum legebatur *Detiatum.*

l. 21. *Octavianorum*] V. C. & antiquus liber Plinii *Octavanorum* legit lib. III. cap. 4. quemadmodum *Septimanorum:* & ſic legebatur ante Hermolaum.

l. 23. *Tunc poſt Athenopolis, & Olbia, & Glanon, & Citariſtes, & Halycidon*] V. C. *Tum poſt Athenopolin & Olbiam, & Laurion, & Cythariſten, & Lacydon.*

l. 24. *Halycidon Maſſilienſium portus*] Euſtathius *in* Dio-

*Dionyſium* fol. 21. Λακύδων legit. Vide hîc Hermolaum & Strabonem. In antiquo codice palam *Lacydon* legitur, ut non ſit dubitandum de integritate lectionis.

l. 25. *Maſſilia. Haec à Phocaeis oriunda*] Conſule Livium lib. xxi. cap. 20. & praeſertim lib. xxxix. cap. 31. & Ciceronem *pro Flacco*, & Ariſtotelem in *Politicis*. De moribus Maſſilienſium Valerius Maximus lib. ii. cap 1.

l. 31. *Foſſa Mariana*] Plutarchus in *Mario*. & Solinus cap. 8. Strabo fol. 79. 80.

l. 32. *Eſt lapideum, in quo Herculem contra Albionem & Bergionem*] Pro *eſt* reponendum *et*. Λίβωνις Straboni fol. 79. Vide Arati Interpretem fol. 106. Sed ibi contra Atheos dimicasſe dicitur.

l. 41. *Inde quia in occidentem ablatus*] Vetus Codex: *inde contrà in occidentem*. Fortè, *contra occidentem*· ut cap. 7. ſeq. *Contra Boſporum Thracium duae parvae* (inſulae) *parvoque diſtantes ſpatia, & aliquando creditae dictaeque concurrere*.

l. 43. *Hac intrat*] Redundant haec verba.

l. 45. *Cavaras*] Aliàs, *Cavares*. V. C. Pomponii & Plinii.

l. 47. *Meſua collis*] Straboni lib. vi. Σίγιον. Lat. *Singius*. Ptolemaeo *Setium*.

l. 49. *Anguſto aggere continenti adnectitur*] Suprà lib. 1. cap. 3. *anguſto tergore continenti adnexum*.

l. 50. *Arauraris*] Plinio *Araris*. Ante Hermolaum *Arauſis*. Fortè *Arauris*; & ſic legit Aldus. Hunc fluvium in *Sauconnam* mutavisſe nomen auctor eſt Ammianus Marcellinus, pòſt in *Saonam* mutatum, & ſic hodie appellatur.

l. 51. *Obris fluvius*] V. C. *Orbis*.

l. 53. *Exiguus vadusque eſt ingentis*] Aliàs *exiguus vadoſusque & ingentis*. Verbo *eſt* in *et* conjunctionem mutato. *Atax*, de quo hîc ſit ſermo, nunc vulgò *Aude*.

l. 57. *Lacus accipit eum Rebreſus nomine*] De hoc ſic Plinius lib. ix. cap. 8. *eſt provinciae Narbonenſis & in Nemauſienſi agro ſtagnum, Laterra appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur*.

l. ead. *Rubreſus*] Plinio *Rubrenſis*. Nunc *Lago de Perpignan*, o *lago de Vendres*.

l. 59. *Leucata*] *Leocata* & *lacus Leocatae* vulgò nunc dicuntur.

l. 60. *Salſuſae fons*] Antiquus Codex, ut & Aldus *Salſule*. De fonte ipſo vide Gaſparem Battieros Luſitanum in *Chorographia* fol. 1154. *Fuente de Salſas una legua de la fortaleza de Salſas.*

l. ead. *Non dulcibus ſed ſalſioribus quam marinae ſint, aquis defluens*] Antiquus Codex & Aldus, *non dulcibus aquis defluens*. Lege, *non dulcibus aquis, ſed ſalſioribus, quia marinae ſunt, defluens.*

l. 67. *Suffuſum mare oſtenditur*] Strabo de Rheno, Rhodano, & duobus aliis, qui in eum influunt, lib. IV. fol. 178. *His tribus fluviis evenit, ut initio in aquilonem, dehinc in occidentem deferantur, jamque in unum tandem amnem confluant: in auſtrum iterum curvatus excurrit, quoad erumpat, aliis acceptis fluminibus.*

l. 70. *Piſcem è terra penitus oriri, qui ubi ex alto huc usque penetravit*] Antiquus codex & Aldus, *quod ubi ex alto*. Seneca lib. III. *Nat. Quaeſt.* cap. 17. & 19. Idem tradunt Polybius citante Athenaeo lib. VIII. fol. 165. & Strabo lib. IV. Fol. 79.

l. 74. *Thelis & Thicis*] Aliàs, *Telis & Tycis*. V. C. *Thelim* & *Thicim*, *Rhuſcinonem* & *Iliberim* vocari ait Strabo & Polybius. Sed haec Graeca nomina ſunt poſtea in haec mutata *Thelin* & *Thicin*. nunc vulgo vocantur *Teth* & *Tec*. Nunc rectè legitur *Thelis & Thicis*, *ubi accrevere, perſaeva: colonia Ruſcino.*

l. 75. *Colonia Ruſcino*] Eſt & *Ruſcino* portus Africae non procul ab Utica ab oriente poſitus. Livius lib. XXX. fol. 212.

l. 76. *Vicus Eliberri*] Livius fol. 113. Theophraſtus, Strabo, Plinius, *Iliberris*: *Eliberis* Baeticae urbs haud procul à Granata quondam fuit, nunc ruinae tantùm viſuntur juxta oppidum Eluire, atque ideo Granatae *porta de Eluire* dicitur; eâ enim Eliberim itur. Alia eſt *Illiberis* in Gallia en el condado de Ruisſelon, cujus nullum nunc exſtat veſtigium. Invenitur Concilium *Eliberitanum* in Eliberi Hiſpaniae celebratum.

l. 78. *In ſinu ſalſo Cervaria*] Strabo ſinum Galaticum duos ſinus continere dicit, alterum majorem, proprie Galaticum appellatum, alterum minorem, qui ſit ad

Nar-

Narbonem, usque ad Pyrenam; Livius *ſinum Gallicum* vocat. Verba Strabonis ſunt non longè à principio libri quarti, ſed ubi nomen deficere videtur: Τῶν δὲ κόλπων, ὁ μὲν μείζων ἰδίως πάλιν καλεῖται Γαλατικὸς, εἰς ὃν ἐξερεύγεται τὸ τοῦ Ῥοδανοῦ στόμα· ὁ δ' ἐλάττων ὁ κατὰ Νάρβωνα ἐστι μέχρι Πυρήνης.

## Cap. VI.

l. 1. *Hinc in Britannicum procurrit Oceanum*] Aliàs, *occurrit.*

l. 2. *Fronte converſus*] Vox *fronte* redundare videtur, ideoque expungenda.

l. 4. *Excluſa trahit perpetua latera*] Quae hic appellat *latera* lib. I. cap. 3. *frontes* dixit: *denique ad ſeptentrionem diverſis frontibus vergit. Excludere* eſt dividere, terminare, ut Plinius lib. IV. cap. 17. ait: *Agrippa univerſarum Galliarum inter Rhenum, & Pyrenaeum, atque Oceanum montes, Cebennam & Juram, quibus Narbonenſem Galliam excludit, longitudinem* CCCCXX. *mil. paſſ. latitudinem* CCCXIII. *computavit.* Hoc aliàs *includere* Auctor dicit, ut *Callypidas Hypanis includit.* & alibi: *includit à tergo.*

l. 5. *Donec per omnem*] Aliàs, *per omnem donec.* V. C.

l. 6. *Quae occidenti ſunt adverſa*] Id eſt, objacent: infrà hoc cap. *Tum mons Jovis, cujus partem occidenti adverſam eminentia cautium, quae intra exigua ſpatia, ut gradus ſubinde conſurgunt.*

l. 8. *Undique incincta eſt*] Suprà: *incinctus mari penè undique.* lib. I. cap. 2. de Aſia; *Illic Caſpiani Scythis proximi ſinum Caſpium cingunt.* & lib. III. cap. I. *Quatuor amnium oſtia incingit.*

l. 10. *Magis magisque latior*] Aliàs, *magisque & magis.* V. C.

l. 11. *Linum tamen aut ſpartum alat*] Plinius lib. XIX. cap. I. *Et Hiſpania citerior habet ſplendorem lini praecipuum, torrentis in quo politur natura, qua alluit Tarraconem.*

l. 12. *Auroque tam abundans*] Aliàs, *auro & tam abundans*. V. C.

l. 14. *Et ſui disſimilis eſt*] Aliàs, *ac ſui disſimilis eſt*. V. C.

l. 23. *Ad occidentem, Atlanticum, ad meridiem, noſtrum*] Pintianus ita immutandum & legendum putat, *ab occidente, Atlanticum, à meridie, noſtrum*. Verùm lib. II. cap. 3. *Peloponneſi oram, ut diximus, ſinus & promontoria lacerant, ab oriente Bucephalos, ad meridiem Malea, ad veſperam Chelonates*. quare nihil immutandum.

l. 29. *Aſtigi*] Aliàs, *Aſtygi*.

l. ead. *Ipalis*] *Hiſpalis*.

l. 32. *Thicis flumen*] Aliàs, *Ticis*. V. C.

l. ead. *Ad Rhodam, Clodianum ad Emporia* &c.] Lege, *Emporias*. Livius lib. XXXIV. *à Rhoda ſecundo vento Emporias perventum: jam tunc Emporiae duo oppida erant muro diviſa*, & reliqua, quae illic pulchrè exſequitur Livius fol. 171. & 242. *Emporia* in Africa memorat Livius lib. XXIX. fol. 207. 209.

l. 34. *Cujus partem occidenti adverſam eminentia cautium*] V. C. habet, *cujus parti occidenti adverſa eminentia*. Salluſtius fol. 27.

l. 35. *Inter exigua ſpatia*] *De poco à poco trecho* Livius lib. XXVIII. fol. 195. *per modica intervalla* dixit.

l. 38. *Blanda, Illuro*] Aliàs, *Blandae, Loro*. V. C. Cùm autem Ptolemaeus ſtatuat in mediterraneo Baeticae oppidum, nomine *Illurgin*; fortè ea eſt potius, quae à Stephano *Illurgia*, quàm quae à Mela hîc *Illuro* vocatur.

l. ead. *Betulo, Barchino*] V. C. *Baetulo, Barcino*.

l. 41. *Tholobin*] *Thelobin* aliàs. V. C. *Colobin*. Aliàs *Telobis*. Ptolemaeo Τηλοβὶς civitas mediterranea hoc loco ponitur, & *Telobis* legit Aldus. V. C. *Colobi*.

l. 43. *Tulcis eam modicus amnis ſuper* &c.] Fortè, *Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus dorſum attingit*, ex Plinio, qui poſt Tarraconem ſtatim memorat Tulcim fluvium, ut in Prooem. *Litora ut intrà extràque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit pelagus*. & iterum: *mare ſubit noſtro receſſum*. Turnebus legit *Dertoſam attingit*. Fulvii liber habet claris literis, *dorſum attingit*.

l. 50.

l. 50. *Serabim & Duriam*] Aliàs, *Sorobin & Turiam*, V. C. habet *Sorbin & Turiam*. Vide Salluſtium fol. 257.

l. 54. *Saguntum illam fide & aerumnis inclytam*] Livius fol. 116. & Salluſtius.

l. 56. *Lucentiam, & unde ei nomen eſt, Illicen*] *Lucentum* Plinius & Ptolemaeus, vulgo *Luchante*, ſicut *Illicen*, *Elche*. In Regno Valentino & Hiſpania Tarraconenſi utraque Urbs.

l. 6 . *In illis oris ignobilia ſunt oppida*]Fortè, *in illius oris*, ſcilicet Baeticae.

l. 65. *Suel, Hexi, Menoba*] V. C. *Suel ex Menobia.*

l. ead. *Malaca, Salduba, Lacippo, Barbeſul. Aperit deinde*] Aliàs, *Maluca Ecſal, Dubal, Accipito, Barbeſula perit deinde*. Fortè, *Barbeſula. Fit deinde.*

l. 66. *Aperit deinde anguſtiſſimum pelagus*] Fortè legendum, *aperit deinde Atlanticum pelagus*. Suprà lib. I. cap. 19. *Tum rurſus fit apertius mare*. Curtius: *anguſtias aditus, qui Ciliciam aperit*. Fortè etiam addenda particula *et*, & legendum: *Et aperit deinde.*

l. 74. *Atque inde ingreſſus totus admodum pervius prope quantum patet ſinus, & ſpecus ultra eſt*] Aliàs, *atque inde ingreſſus totus admodum pervius, propè quantum pateat ſpecus, & ſinus ultra eſt*. V. C. niſi quod *ingreſſi* legit.

l. 75. *Specus ultra eſt*] Plutarchus in *Sertorio*. Κότταν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησέν που.

Ibid. *In eoque Curteia*] Livius fol. 197. *Carteia urbs in ora Oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur mare.*

l. 76. *Aliquando Tarteſſos*] Plinius lib. III. cap. I. *Carteia, Tarteſſos antiquis dicta*. Vide Strabonem. Ego ex Tarteſſo oriundum eſſe Melam credo, & ſic hunc locum legendum: *Aliquando Tarteſſos, quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque unde nos ſumus, ex gente Mela. Tum Mellaria, Bello & Beſippo, usque ad Junonis promontorium oram freti occupant*. Adde quod *Tarteſſum*, non *Mellariam* dicat, Euſtathius coloniam dicit eſſe Phoenicum, & *Mellariam* vicum appellat. Plinius lib. III. cap. I. inter non ignobilia oppida numerat. Donatus *in Terent. Eunuchum* fol. 60. *Habes, id*

*eſt,*

*eſt, dicis, ut Salluſtius, Tarteſſum, Hiſpaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent.* Sed & Plinius lib. IV. cap. ult. ait Gades inſulam *Tarteſſum* vocari & à Poenis *Gadyr*.

l. ead. *Et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant,* ] Pintianus hoc loco pro *Phoenices* ſcribi vult *Poeni*, ſicut lib. II. *Carthaginem condidiſſe* legitur Asdrubal, Dux Poenorum, non Phoenicum. Verum Strabo lib. XVII. Carthaginem Novam, Phoenicum coloniam appellat, atque complura Iberiae loca à Phoenicibus poſſideri ait, & Euſtathius *Dionyſii interpres*: Ἀῤῥιανὸς δὲ καὶ Ταρτεσσὸν Φοινίκων κτίσμα φησίν.

l. 78. *Cingeratum, Melaria* ] Aliàs, *Tingenteratum Mellaria*. V. *cingente ratum Melaria.*

l. 83. *Ampeluſiam eſſe diximus* ] Τὸ *eſſe* forte vacat, & legendum, *Ampeluſiam diximus.*

## Cap. VII.

l. 4. *Oratio excedat* ] Fortè, *oratio exeat.*

l. 5. *Inde enim videtur commodiſſimum incipere* ] Ita lib. I. *Inde eſt commodiſſimum incipere.*

l. 7. *Hac re habitantibus caro magnorum piſcium ſole ſiccata* ] Hoc Herodotus Babyloniis tribuit; quamvis ſole fieri non poſſit, cum frigidiſſima ſit regio.

l. 9. *Et in pulverem usque contuſa* ] Aliàs, *polinem*. V. C. *pollinem.*

l. 12. *Non longe accolitur Aria* ] Aliàs, *accollis Aria* ante Hermolaum. Aliàs, *Acoliſaria*. V. C. *Cholliſaria.*

l. ead. *Thynnias* ] Scholiaſtes Apollonii lib. II. *Argon. Calliſthenes refert à Graecis regionem & inſulam Thyniadem vocari, à Barbaris verò Thyniam.*

l. 13. *Marti ſacrata* ] Aliàs, *ſacra*, ut lib. III. de Hispania cap. I. *& ſunt Auguſti nomine ſacrae.*

l. 18. *Quam quia Bithyni* ] V. C. pro *quia* habet *et.*

l. 19. *Contra Thracium Boſporum* ] Suprà cap. praec.

l. 22. *Cyaneae vocantur & Symplegades* ] Plinius lib. IV. cap. 13. *In Ponto duae, M. D. p. ab Europa* XIV. *M. ab oſtio, Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter ſe concurriſſe; quoniam parvo dis-*

*diſcretae intervallo, ex adverſo intrantibus geminae cernebantur, paululumque deflexa acie coëuntium ſpeciem praebebant.* Quapropter retinenda antiqua lectio.

l. 23. *Proconeſos*] Προκόνησος aliqui. Προκόννησος Euſtathius.

l. 26. *Et quo dicentur ordine*] Lib. I. cap. 18.

l. 27. *Ad promontorium Tauri montis expoſitae*] Aliàs expungitur dictio *expoſitae*, ut redundans, & pro *quidam* V. C. habet *quondam*.

l. 28. *Macaron, ſive quod fortunati* &c.] Μακάρων, id eſt, fortunatorum. De Antandro duplicem cauſam nominis profert Diodorus lib. VI. cap. 16.

l. 33. *Cirava*] Fortè, *Arisba*. Fuit in Lesbo urbs quondam *Arisbe*, teſte Plinio lib. V. cap. 31. ex qua Librarius *Cyravam* fecit. *Antiſſam* à Methymnaeis teneri tradit ibidem Plinius. Adde Strabonem lib. IX. Senſus ſuperioris ſententiae hujusmodi eſt: à Tenedo usque ad promontorium montis Tauri, quod ad finem Syriae eſt, has inſulas, quas noſter commemorat, eodem ordine jacere; at his littoribus innumerae aliae adjacent, quas Plinius & alii retulere. Caeſar lib. V. *de Bello Gallico.*

l. 37. *Camiros*] Κάμιρος, *nomen urbis*, inquit Euſtathius, Κάμειρος, *nomen proprium.*

l. 39. *In ſinu, quem maximum Aſia recipit*] Scilicet Iſſico.

l. 42. *Recto jugo in Ciliciam Syriamque porrigitur*] *Jugo*, id eſt, tractu. Solinus de Creta.

l. ead. *Syriamque*] Aliàs, *Syriasque*, ut habet vetus Codex.

l. 43. *Novem regna ceperit*] Aliàs, *receperit*. V. C. *nomen regni ceperit*. Plinius lib. V. cap. 32. *quondam novem regnorum ſedem* appellat.

l. 47. *Arados etiam in Phoenice*] Aliàs *etiam* redundat. De Arado Hieronymus *in Ezechielem* cap. 27. *Aradum inſulam, quae tota ſit civitas, & contra ſe poſitum oppidum Antaradum habeat, vicinaque ſit Tyro, & praetendat in Phoenicio litore continentis terrae, usque hodie cernimus.*

l. 49. *Subter aliena tecta*] Aldus & V. C. *ſuper*.

l. 50. *Canopus Nili oſtio*] Confer Tacitum lib. II. *Annal.* de Germanico: *Nilo ſubvehebatur ortus oppido à Cano-*

po-

*po. Condidere id Spartani ob ſepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Graeciam repetens, diverſum ad mare terramque Libyam dejectus.* Inde proximum amnis os dicatum *Herculi*, &c. Et Seneca *Nat. Quaeſt.* lib. VI. cap. 6.

l. 51. *Menelai gubernator Canobus*] Aliàs, *Canopus.* V. C. *Canopos.* Vide Suidam in dictione Κανοβός.

l. ead. *Mitylene*] Stephanus: Μυτιλήνη. Aliàs, *Mytilena.*

l. 53. *Pharos Alexandriae nunc ponte conjungitur*] Aliàs, *jungitur.* V. C. *Pharus nunc Alexandriae ponte conjungitur.*

l. 55. *Olim ut Homerico carmine*] Aliàs, *Homeri carmine.* Plutarchus in *vita Alexandri.*

l. 63. *Cercinna*] Aliàs, *Cercina.* V. C. Dionyſius & Euſtathius, Κέρκιννα.

l. 64. *Tarichiae & Aegathes*] Aliàs, *Chyare, Tyle & Egate* V. C. *Aegate.* Livius *Aegates* inſulam memorat lib. XXII. fol. 135.

l. 65. *Aegathes*] Aliàs, *Aegates.*

l. ead. *Romana clade memorabiles*] *Clades* intelligenda, non quam acceperunt, ſed quam intulerunt Romani. Sic enim quandoque Auctores loquuntur. Livius lib. XXI. *Annibal agrum omni clade belli pervaſtat.* Et lib. XL. *prima legatio Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum, querentium de Sinopenſium clade.* itaque dicitur *metus, injuria, vulnus.* Virgilius ſimiliter lib. II. *Aeneid.*

———— *& vulnere tardus Ulyſſei.*

Notat Gellius lib. IX. cap. 12. & ex Salluſtio Servius *ad Virgilium lib.* IV. v. 153. *Georg. injuriam validiorum*, id eſt, quam inferebant validiores. Quare nihil mutandum hic eſt.

l. 69. *Omnibus qui mares erant caeſis*] Vide Commentarium in Apollonium fol. 114. 6.

l. 72. *Pagaſaeus ſinus Scyathon proſpicit*] Aliàs, *Pegaſeus.* V. C. aliàs *Scyron.* V. C. *Schiron* pro *Scyathon.*

l. 74. *Gereſton & Caphareum*] V. C. *Gereſtheon & Chafereum.* & pro *Cenaeum* Idem *Caunaeum.*

l. 77. *Totique Boeotiae appoſita* &c.] Solinus cap. 19. de Euboea. *Nam latere, quem vocant Euripum, terrae ponte jungitur, & per fabricam longiſſimae machinae aditur pede.*

l. 79. *Alterno curſu ſepties die, ac ſepties nocte fluctibus invicem verſis*] Plinius lib. II. cap. 97. Livius etiam lib. XXVIII. cap. 6. *A terra venti ſubiti & procelloſi decidunt, & fretum ipſum Euripi, non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur.* Adde Euſtachium *in Dionyſium*. Strabo lib. IX. de Euripo. ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα. Quae verba amphiboliam habere videntur. Idem lib. I. ait Siculum fretum bis refluere eodem pacto quo Oceanus. Quae planè declarant bis die & bis nocte intelligendum; quater enim in die una naturali curſus Oceani mutatur, ut inter omnes convenit. Verba Strabonis ſunt: διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμὸν, ὅν φησιν ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν Ὠκεανὸν, δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν, ex Eratoſthene. & paulo pòſt: ὃν γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς (πορθμὸς) δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλλεν, ὥς οὗτός φησιν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις.

l. 80. *Plenis velis navigia fruſtretur*] Aliàs, *plena ventis navigia fruſtretur.* V. C. habet *plena ventis navigia fruſtret.*

l. 83. *Heſtiaea*] Eadem quae *Ortus* Straboni.

l. 84. *Caryſtos & Chalcis*] Non concordat cum eo oppido aut cum his urbibus, quas ſuprà memorat, Caryſtos.

l. 86. *Et Salamis excidio claſſis Perſicae notior*] Plutarchus in *Themiſtocle*, & Juſtinus lib. II.

l. 88. *Phitiuſa*] Aliàs, *Pytiuſa.*

l. 89. *Inter ignobiles alias leto Demoſthenis nobilis*] Leg. *inter ignobiles aliquot leto.* Sic Plinius lib. V. cap. 31. *Atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas.* Stephanus Καλαβρία. Euſtachius *in Dionyſium* rationem reddit, cur Καλαβρία ſcribatur.

l. 91. *Contra Maleam, Emiſſa & Thegenuſa*] Aliàs, *contra Maleam, Oenuſſa & Tegra, Niſa.*

l. 92.

l. 92. *Prote, Hyria* ] *Prote, prima*, Ptolemaeus. V. C. *proſturium*. Aliàs *Proſtuma*. Paullo ante lego, *contra Maleam Oenuſſe, Theoniſſa*, nam illud *et*, ex poſteriore litera praecedentis dictionis, & prima ſequentis fuit factum. V. C. *contra Meleam Aenuſſa & Tegra, Riſa contra Acritam*.

l. 95. *Strophades olim Plotae* ] Aldus: *Et olim Plotae, nunc Strophades*. V. C. *Strophades olim Plotae dictae*. Adde Dionyſium, & interpretem ejus Euſtathium fol. 76.

l. ead. *Dionyſa* ] V. C. *Dionyſia*.

l. 100. *Olearos* ] Aliàs, *Olaros*.

l. ead. *Cathon* ] Aliàs, *Cothon*. & ſic legendum ex Plinio lib. IV. cap. 12.

l. 101. *Hyaros* ] Aliàs, *Yaros*, & *Giarus*.

l. ead. *Cianos, Chalcis* ] Aliàs, *Cyanos*. V. C. *Cianos, Calchis*.

l. 102. *Pinaria* ] Aliàs, *Cinara*, & *Pynara*.

l. ead. *Niſyros* ] Aliàs, *Nyſpiros*.

l. 103. *Lebynthos, Calydnus* ] Aliàs, *Lybentus, Camynus*.

l. ead. *Aſine* ] V. C. *Haſime*.

l. 104. *Ab eis Sicynus, Cythnos, Siphnos, Scriphos, Rhene* ] Aliàs, *Nabeos, Cycinos, Sypanos, Seryphos, Athena*.

l. 105. *Paros, Styros, Tenos, Myconos, Naxos* ] Aliàs, *Puros, Mycon, Spyros, Tenos, Nuxos*, vet. MS. *Styros* Euſtathio Σῦρος.

l. 107. *Cyclades dictae ſunt* ] Verbum *ſunt* redundat.

l. 111. *Criumetopon* ] Κριοῦ μέτωπον.

l. 112. *Cypro ſimilis* ] Aliàs, *Cypri ſimilis*. V. C.

l. 113. *Alventu Europae* ] Suprà hoc lib. cap. 2. *Tauri, Iphigeniae & Oreſtis adventu maxime memorati*.

l. 114. *Daedali operibus & fuga, tum ſtatione atque morte* ] Aliàs, *operibus & fugata in ſtatione atque morte*. MS. habet *fuga tali ſtatione* de Talo agit Apollodorus lib. I. & Plato in *Dial. Minois* vel *de Lege*: Νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἄλλην Κρήτην, τῷ Τάλῳ· ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν

χαλ-

χαλκοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους, ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη.

l. 116. *Clarum veſtigium ſepulchrum eſt*] *Eſt* redundat.

l. 120. *Cydon*] Euſtathius, Κυδωνία, & Apollonius fol. 191.

l. ead. *Phaeſtos*] Aliàs, *Pharcapnae*. V. C. *Phaſcanae*.

l. 121. *Minethuſa, Dictynna*] Aliàs, *Camoratuſa*; *Dyctima*. *Marathuſa* legit Aldus.

l. 123. *Aſticla*] Aliàs, *Aſtypalea*.

l. 124. *Criſe*] Sic vetus Codex. Aliàs, *Chryſe*.

l. 125. *Muſagoros numero tres*] In antiquiſſimo Plinii codice lib. IV. cap. 22. *Muſagorus* habetur. Et ſic omnino eſt legendum, atque ita Pintianus, & Aldus, & vetus meus MS. Codex legunt.

l. 127. *In Adria Apſoros*] *Abſyrthium*. Plinio.

l. 128. *Abſoros*] Aliàs, *Apſoros*.

l. ead. *Dicedalos*] Aliàs, *Dyceledos*. V. C. *Diceledos*.

l. ead. *Trucones*] Aliàs, *Tytana*.

l. 130. *Tragurium*] Aliàs, *Lingarum*, vel *Lingarium*, ut habet vetus Codex. Strabo lib. VII. Ἴσσα, Τραγούριον, Ἰσσίων κτίσμα, Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα.

l. ead. *Diomedia*] Plinius: *promontorium Diomedis, vel, ut alii, peninſula Hyllis*.

l. 131. *Brunduſio adjacens Pharos*] Feſtus: *Barium urbem Italiae appellarunt conditores ejus, expulſi ex inſula Bara, quae non longè eſt à Brunduſio*. Lactantius lib. I. cap. II.

l. 133. *Pòſt freto maris Siculi abſciſſa eſt*] Salluſtius fol. 296.

l. 136. *Scylla & Charybdis*] Caeſar Scaliger *de Subtilitate ad Cardanum* pag. 154. *Rupes imminet*, inquit, *Oceàno Scythico, quae Zlota babba, hoc eſt anus aurea dicitur. Anus enim prae ſe fert formam. Eſt promontorium, à ſpecie, quam refert, Naſus ſacer appellatum, in finibus Finlapiorum, ſub quo ſpecus, quae ſenis horis mare vomit, totidem reſorbet tanto impetu, incautas ut hauriat naves, Charybdis vera, non illa Graeciae mendaciſſimae*. Servius autem ad illa Virgilii lib. III. *Aeneid*. verſ. 420.

*Dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis*
*Obſidet.*

inquit. *Salluſtius* Scyllam *ſaxum eſſe dicit, ſimile formae celebratae procul viſentibus. Canes verò & lupi ob hoc ex ea nati videntur* &c. Vide & Gellium fol. 302.

l. 137. *Nominibus inclytum*] Aliàs, *nominibus inditum.*

l. 141. *Pachynum vocatur*] Lege, *Pachynus.* Ovid. lib. IV. *Faſtor.*

*Jamque Peloriadem, Lilybaeaque, jamque Pachynon*
*Luſtrarat, terrae cornua prima ſuae.*

Et lib. V. *Metamorph.*

l. 142. *Lilybaeum*] Euſtathius *ad Dionyſium.* Λιλύβη μὲν πρὸς ζέφυρόν ἐστιν εἰσανέχουσα, ἥτις καὶ οὐδετέρως Λιλύβαιον λέγεται, ὡς κεφαλὴ, κεφάλαιον.

l. 143. *Peloris*] *Peloris* etiam Euſtathio ad Homerum fol. 1101. 12. & 1623. 6. Plinio *Pelorum* lib. III. cap. 5. & *Pelorus* cap. 8. Ipſe Pomponius infrà, *inter Lilybaeum & Pelorida Panormus & Himera.* & Cicero *in Verrem Act.* VII. fol. 630. *Peloridam*, & Livius lib. XXIV.

l. 145. *Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus*] Salluſtius fol. 297. Simile quid narrat Strabo lib. IX. de Salganeo Euripo Chalcidenſi. De ipſo Peloro gubernatore lib. I. fol. 9. & Seneca *Natur. Quaeſt.* lib. III. cap. 26. Iſidorus lib. XIV. cap. 7. *Pelorum promontorium Siciliae reſpiciens aquilonem ſecundum Salluſtium dictum à gubernatore Annibalis illic ſepulti.* Servius ad lib. III. Aeneid. v. 248. quo loco de abſciſſione Siciliae agit. Salluſtius fol. 297.

l. 146. *Quem idem vir profugus*] Vocabula *idem vir* redundant.

l. 152. *Catinam*] Cicero lib. XIII. Epiſt. *Catinam* etiam vocat.

l. ead. *Megarida*] Thucydides lib. VI. καὶ Λάμις ἐκ Μεγάρων ἀποικίαν ἄγων. Ovidius lib. IV. *Faſt.*

*Liquerat Ortygiam Megareaque, Pantagienque.*

· l. 153. *Mirabilem Arethuſam. Fons eſt, in quo viſuntur jacta in Alphaeum*] Negat id fieri poſſe, quod de Alphei fabulantur emiſſione in Arethuſae fontem, Strabo lib. VI. Vide *Carmen* Moſchi apud Stobaeum lib. IV. I. fol. 162.

l. 155. *Alphaeum amnem*] Lege *Alpheum* ſine diphthongo.

l. ead. *Peloponneſiaco littori infuſum*] V. C. *Peloponneſico.*

l. 162. *Interius Leontini, Centuripinum*] Cicero *in Verrem: ut Centuripis, civitate totius Siciliae multum maxima, omne argentum congereret.* Legendum autem apud Pomponium videtur *Centuripini* ex Plinio lib. III. cap. 8. *Intus*, inquit, *Laeſtrygonum campi. Oppida Leontini*, & ſtatim, *intus Latinae conditionis Centuripini. Leontinos* vocari hanc urbem apparet ex Livio etiam lib. XXIV. *Nec ut Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones querentes, perpelli potuere.* atque Ovidius lib. IV. *Faſtor.*

*Jamque Leontinos Amenanaque litora curſu*
*Praeterit.*

l. 164. *Famam habet ob Cereris templum Enna praecipua*] Fortè, *praecipuam:* ut lib. III. de India. *Famam hinc praecipuam habent.*

l. 165. *Eryx*] V. C. *Erice, et.* De Eryce agit Polybius lib. II. fol. 92.

l. 166. *Aetna, quae Cyclopas olim tulit*] Aliàs *quòd Cyclopas* &c.

l. 168. *De amnibus Himera referendus, quia in media admodum ortus*] Id eſt, quia ferè. De Himera Vitruvius fol. 318. Vibius Sequeſter *de Flumin. Himera oppidum Tauromenitanorum dedit nomen.* Hoc flumen in duas findi partes ait Stephanus, unam in Tyrrhenum mare, alteram in Lybicum decurrere pontum. Vox *admodum* autem *ferè* ſignificat, prout ea uſus videtur Curtius lib. IV. *Mille admodum equites praemiſerat.* quod huc ſatis quadrat, & Livius lib. XL. *Armorum hoſtilium magnam vim tranſtulit, nullam pecuniam admodum*, id eſt, ferè. & ſuprà cap. praec. *Atque inde ingreſſus totus admodum pervius.*

l. 177. *Quae ut Aetna*] Fortè, *ea ſicut Aetna*, vel *ac ſicut Aetna.*

l. 178. *Hiera*] Thucydides lib. III. fol. 46. *Audivitque in Hiera Vulcanum exercere ferrarium, & noctibus per multum ignem diebusque fanum videri.*

l. ead. *Pithecuſa*] *Pithecuſae* plurali numero apud Strabonem, Ptolemaeum, Euſtathium, Dionyſii interpretem.

l. 179. *Sinomam*] Aliàs *Sidonia* ex V. C. *Sinonia* aliàs.

l. 180. *Pandataria*] Liber MS. *Pandateria.*

l. 181. *Phytonia*] Alias, *Synonia* MS. codex.

l. 182. *Tiberina oſtia objacent*] Lege *jacent:* nam illud *ob* redundat.

l. 184. *Fretoque diviſae Etruſco*] Aliàs *freto diviſae Corſica Etruſco.* Forſan *Etruſio* abundat.

l. 185 *Iginium*] Aliàs, *Igilium*, ex Plinio lib. III. cap. 6. & Marciano Capella. *Iilium* MS. codex. Pauſanias fol. 267.

l. 187. *Mariana*] Ita ſcribendum, non *Marianae*, quod ex veteri meo Codice conſtat.

l. 189. *Niſi quod in occidentem, quam in orientem anguſtius ſpectat*] Salluſtius lib. II. *Hiſtor.* citante Nonio, v. *Facies: Sardinia in Africo mari, facie veſtigii humani prominet, in occidentem quàm in orientem latior.* Sed legendum videtur, *in orientem quàm in occidentem latior.* Et ſic legitur apud Gellium lib. XIII. cap. 28. *In orientem quàm in occidentem latior prominet.* & Iſidorum lib. XIV. cap. 6. Addit praeterea ex eodem Salluſtio; *ferme paribus lateribus, quae in meridiem & ſeptentrionem vergunt: ex quo ante commercium à navigantibus Graecorum ἴχνος appellata eſt.*

l. 190. *Par & quadrata undique*] De Corſica cùm Strabo dicat, eam patere in longitudinem mill. 130. in latitudinem vix 70. non video, quomodo par ſit & quadrata undique. Sed & de Corſica Idem ait longit. 220. ex Graeco codice latit. 98. Plinius lib. III. cap. 6. ait *Corſicam longam eſſe paſſuum* CL. *millia; latam majore ex parte quinquaginta. Sardiniam verò ab oriente* CLXXXVIII. *millia paſſuum; ab occidente* CLXXV. *millia; à meridie* LXXVII. *millia; à ſeptentrione* CXXII.

l. 191.

l. 191. *Spatioſior quàm ubi latisſima eſt Corſica*] V. C. *longisſima*, quod forſan melius eſt. Diodorus lib. xiv. cap. 6. Dividitur autem à Sardinia viginti milliaribus. De Sardinia Claudianus *de Bello Gildonico*, in fine.

l. 194. *Penè peſtilens*] V. C. *peſtilens penè*.

l. ead. *Urbium antiquisſimae*] Aliàs, *populorum antiquisſimi* V. C.

l. 195. *Ilienſes*] Sic & Plinius. Pro qua lectione quoque ſtat Pauſanias, & Livius lib. XLI. fol. 371. & Solinus. Sed Strabo & Livius *Iolenſes*, & ſic legendum videtur; ab Iolao enim deducit Strabo atque etiam Diodorus lib. v.

l. 196. *Calathis & Sulchi*] Alàs, *Calaris & Sulci*. *Caralis* etiam Livio lib. XXX. fol. 218. *ita vexata claſſis Caralem tenuit*. & lib. XXIII. *Manlius navibus longis ad Caralem ſubductis*. itemque alibi. Strabo Καράλις καὶ Σοῦλχοι. Caeſar, *Sulchi*.

l. 199. *Baleares*] Aliàs *Baliares*. V. C. Euſtathius Βαλιαρίδες.

l. 200. *Ex ſpatio ſuo*] Aliàs, *ſui*.

l. 201. *Majores mincresque*] Fortè, *major minorque*, & mox *in minori* & *in majori*. Ptolemaeus.

l. 203. *Jamno*] Ptolemaeus, *Jamna*.

l. 204. *Ebuſos*] Dionyſius, Βούσος, & Euſtathius ex Herodiano Βουσός.

l. 210. *Si invecta ſunt*] Aliàs *ſint*.

l. 215. *Sine pernicie & tuta eſt*] Aliàs, *& rata eſt*, vel *& tracta eſt*.

---

## LIB. III. CAP. I.

l. 6. CINGIT *Oceanus*] Ariſtoteles lib. *de Mundo*: ὁ πέριξ Ὠκεανός.

l. ead. *Ingens & infinitum pelagus*] Hinc liquet tum duas zonas habitabiles poni à Mela.

l. 7. *Nunc ad alios aliosque invicem*] Alias, *non aliosque invicem neque alternis acceſſibus*. Lego, *non alios aliosque* (ſubintellige *campos*) *invicem*, *neque alternis acceſſibus*. Et ita Codex Fulvii Urſini. Quae hîc ſcri-

 bit

bit Pintianus, ſtatim declarant eum hunc locum non intellexisſe.

l. 8. *Neque alternis acceſsibus*] i. e. non quemadmodum Euripus, de quo lib. 11. cap. 7. *Alterno curſu fluctibus invicem verſis.* & cap. eod. de Siciliae freto. *Id anguſtum & anceps alterno curſu modò in Thuſcum, modò in Ionium pelagus perfluit.*

l. 10. *In omnia litora quamvis diverſa terrarum inſularumque*] *Diverſa*, id eſt, contraria. ut lib. 1. cap. 1. *Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit: & ex diverſo Nilus in pelagus.* Cicero *de Natura Deorum: Quin etiam* (aër) *movetur nobiſcum, quacunque enim imus, quacunque movemur, videtur quaſi locum dare & cedere: quaeque in medium locum mundi, qui eſt infimus, & quae à medio in ſuperum, quaeque converſione rotunda circum medium feruntur, ea continentem mundi efficiunt, unamque naturam.*

l. 16. *Anhelitune ſuo Mundus efficiat*] Strabo lib. 1. fol. 22. Juſtinus lib. XLI. *Mundus* ibi pro terra.

l. 17. *Regerat undam undique*] Aliàs *utique.*

l. 18. *Sicut doctioribus placet*] Plato pag. 478. in *Timaeo*, & Ovidius lib. ult. *Metamorph.* v. 342.

*Nam ſive eſt animal tellus, & vivit, habetque*
*Spiramenta locis flammam exhalantia multis.*

Et Solinus cap. 36. Et hinc ex Ovidio alii hic legendum putat *vivum animal eſt.*

l. 19. *Unum animal eſt*] Aliàs *vivum animal eſt.* Ovidius d. l.

l. 20. *Atque inde*] Aliàs, *unde* V. C.

l. 22. *Cauſas tantis meatibus praebeat*] Fortè leg. *motibus praebeat.* Juſtinus lib. 1. cap. 19.

l. 23. *Neque eodem aſsiduè tempore, ſed ut illa ſurgit*] Retinenda illa lectio contra Pintianum. Vide Plinium lib. 11. cap. 97. & 99. & Solinum cap. 26.

l. ead. *Neque eodem aſsiduè tempore*] Plinius lib. 11. cap. 97. *Nec unquam eodem tempore quo pridie reflui ut ancillante ſydere, trahenteque ſecum avido hauſtu maria, & aſsiduè aliunde quàm pridie exoriente.* At qui fidas ſequuntur diſciplinas, contendunt meatus iſtos commoveri

veri Lunae curſibus, adeò ut, ſicut infrà ait, neque eodem ſemper tempore, ſed prout illa mergatur & ſurgat, varient ſe alternantes receſſus, ſed non ut mergitur & oritur, adventet & recedat. Vide diligentius Plinium lib. II. cap. 97.

l. 25. *Huc egreſſos*] Scil. ad Oceanum.

l. 32. *Oleaſtrum appellant*] Ptolemaeus in medit. numerat *Oleaſtrum*.

l. 33. *Ebora in litore*] Legendum *Ebura*, ex Strabone, Plinio, Antonino.

l. 34. *Procul à litore Aſta colonia*] Fortè voces *à litore* ſuperfluae ſunt; nam de maritimis agit. Aſtam coloniam inter aeſtuaria Baetis collocat Plinius lib. III. cap. I.

l. 35. *In ipſo mari*] Dictio *mari* vacare videtur.

l. ead. *Monimentum Geryonis*] *Capionis* aliàs antiq. & V. C. MS. ut *Arati poëtae monimentum*. Fortè *Cepionis* V. C.

l. ead. *Scopulo magis quàm inſulae impoſitum*] Plinius lib. I. cap. 7. *Scopuli verius quàm inſulae*.

l. 39. *Pòſt ubi non longè à mari grandem lacum facit*] Aliàs *fecit*.

l. 44. *Olitengis*, *Onoba*, *contingunt*] Legendum *Olitegi & Oſſonoba*. Aldus & antiq. *Oſſoneba*. ſic legit Plinius lib. III. cap. I. Nam *Onoba* mediterranea eſt appoſita Baeti fluvio ibidem, & Ptolemaeus Ὄνοβα. Aliàs *Onolappum*, prout habet V. C.

l. 45. *Atlanticum mare*] Illud non eſt ſilentio praetereundum, Atlanticum mare à Strabone appellari Oceanum, qui terras circumdat; nam de Indico & Eoo dicit lib. XVI. fol. 655.

l. 49. *In tria promontoria diſpergitur*] i. e. dividitur.

l. 51. *Cuneus ager dicitur*] Fortè, *Cuneus hac re dicitur*. Suprà lib. I. cap. 9. *Ne illud quidem à vero nimium abſceſſerit in illis ortum amnem, ubi ſubter maria coeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quod tum hiems ſit unde oritur.* & cap. 13. *Tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit, & hac re ſinus Iſſicus dicitur.* Strabo fol 97.

l. 53. *Mirtylis Balſa*] *Myrti alco* V. C.

l. 54. *In Sacro Latobriga* ] Aliàs *Lattobriga*, & *Lottobriga*. Plinius *Menobricam* vocat lib. IV. cap. 22.

l. 55. *Ebora* ] Plinio *Eburo* lib. IV. cap. 21. ſed cap. 22. *Ebora*.

l. ead. *Sinus interſunt & eſt in proximo Salacia* ] Alii, *ſinus interſunt duo, in proximo eſt Salactia*. Et ſic paulo antè: *bis in ſemet recepto mari, in tria promontoria diſpergitur*. Et lib. I. cap. 7. *deinde tria promontoria vaſte projecta in altum, duos grandes ſinus efficiunt*.

l. 59 *Ad illam partem, quae receſſit* ] Alias *in illam partem, quà receſſit*. Suprà *reſiſtit*.

l. 61. *Amnis autem Munda, in medium ferè ultimi promontorii* &c. ] Aliàs, *amnis autem in medium ferè Munda ultimi promontorii latus effluens* V. C.

l. 63. *Et radices ejusdem abluens Durius* ] Aliàs, *& radices ejusdem abluens aduria*.

l. 65. *Deinde modico flexu accepto* ] Aliàs, *dein modico*, i. e. [non] magno ad Celticum. Plinius lib. IV. cap. 21.

l. 70. *Nebris, Minius* ] Aldus: *Naebis*. Vide Strabonem lib. III. fol. 107.

l. 71. *Et cui oblivionis cognomen eſt, Limia* ] Salluſtius: *cui nomen oblivionis condiderant*. fortè. pro *indiderant*. Vide Plinium lib. IV. cap. 22.

l. 72. *Lambriacam urbem amplexus* ] Aliàs, *Lambricam* in V. C. legitur. Plinius lib. IV. cap. 20.

l. 73. *Recipit fluvios Jernam & Viam* ] Aliàs, *fluvios Lanos & illam*.

l. ead. *Recipit fluvios Jernam & Viam* ] *Latros & illam partem* legit Aldus & antiquus Codex. Alii *Lareos & illam*, vel *Lareos & Ullam* ex lectione veterum Codicum. In Retractationibus, „ à Plinio lib. IV. cap. „ 21. tradi, id promontorium Nerium à quibusdam" „ appellari, ſed loco ita depravato & alieno, ut pro"- „ montorium id ſtatuatur longè ab eo ſitu in quo" „ eſt, quod mihi cauſa hallucinandi fuit" inquit Pintianus. Idem ait Plinius lib. II. cap. 18. Delendum in caſtigationibus Pintiani hoc loco ab illo verbo, „ Neque id promontorium dictum eſt" usque ad „ promontorium eſt *Nerium*" & paulo infrà illa verba „ Plinius & Pomponius *Celticum*,".

l. 75.

l. 75. *Tamaris*] V. C. *Tameris* habet. Strabo fol. 107. & 108.

l. ead. *Arotebrarum portum*] Aliàs, *Ebora portum* V. C. Legendum, *Arotrebatum portum.*

l. 80. *Deinde ad ſeptentrionem*] *Dein.*

Ibid. *Ad occidentem verſa*] Sic ſuprà lib. 1. cap. 2. *ad orientem verſa.*

l. 82. *A Celtico promontorio ad Scythicum usque. Hinc perpetua ejus ora, niſi ubi modici receſſus ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt*] Fortè, *à Celtico promontorio ad Scythicum usque perpetua ejus ora n. u. m. r. ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt.* Nam Aldus & antiqui Codices *hinc* non habent, & Auctor duos ſinus, quos poſtea *magnos* vocat, cum hoc comparat. Itaque perpetua ora & non interrupta videtur, ut Europae ad mare Mediterraneum.

l. 85. *In eo primi Artabri ſunt*] Sic Mela in Ponto lib. 1. cap. 19. *In eo primi Mariandini urbem habitant.*

l. ead. *Artabri ſunt & Janaſum Celticae gentis*] Lege, *& nunc Celticae gentis*, ut eſt in V. C. vel lege, *etiam nunc Celticae gentis.* atque ita habet vetus meus codex.

Ibid. *Deinde Aſtures*] Aliàs, *dein Aſtures.*

l. 87. *Admixtum mare*] Aliàs, *admiſſum*, ut de Ambracio ſinu lib. 11. cap. 4. *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quae minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit.* & cap. 5. *ceterum mare, quod inter utraque admittit, tenuibus* &c. & lib. 1. cap. 5. de Arabia: *portum admittit Azotum.*

l. 87. *In Artabris ſinus ore anguſto*] Aldus & antiq. *in Artabros ſinus.* Fortè, *in Artabro ſinus.* ut ſup. *in Brutio*, nempe agro.

l. 88. *Adobricum urbem*] V. C. *Adopricam urbem.*

l. 90. *Ignobilia ſunt*] Verbum *ſunt* redundat, & expungendum eſt.

l. 92. *Mearus & Narius*] Strabo *Meltus*, ni fallor 116. Aliàs *per alia Ducanaris exit & Libyca* in V. C.

l. 94. *Et ſunt Auguſti nomine ſacrae*] Particulae illae duae *& ſunt* redundant, & fortè ſunt expungendae, (vel) lege, *eae ſunt Auguſti nomine ſacrae*, ſcil. arae. Et adhuc ſunt qui dicant tempore Caeſaris Dictatoris

 ſcri-

ſcripſiſſe Pomponium, cùm de Britannia dicat, *quippe tam diu clauſam aperit eam nunc principum maximus*, & ſuprà hoc cap. *Turris Auguſti titulo memorabilis.*

l. 96. *Usque adeò ſemet & terras anguſtantibus*] Legendum, *ſemet terris anguſtantibus.*

l. 101. *Littus exporrigunt*] Fortè *exporgunt.*

l. 104. *Per eosdem & Salenos Sannium* &c.] Aliàs, *Peremudi*, vel *Pereundi & Salenos Saurium per Avarigenos & Orgenomes, quos Manaſa deſcendit & Devales Tritino bellante cingit & Deciumta à Turia ſonans Samſo & Magrada.* n. v. *Ergaonos, quo Nannoſa d. & Devalles Decimaturia.* Aldus: *per eundem & Salenos Saurium.* Aliàs, *Salaeum & Saunium.* V. C.

l. 108. *Varduli una gens*] *Vardulos* unam gentem ſemper fuiſſe atque eandem usque ad ſua tempora, videtur Auctor innuere.

## Cap. II.

l. 1. *Galliae latus alterum*] Nam lib. 11. cap. 5. *Gallia*, inquit, *in duo latera diviſa.*

l. 4 *Hiſpania abſceſſerat*] Sic lib. 1. cap. 19. *Sed quia it contra minus quàm ad dexteram & laevam abſceſſit.*

l. 5. *Grandi circuitu inflexa*] Aldus, *amplexa*: alii, *afflexa.*

l. 6. *Tunc ad ſeptentriones*] Aliàs *tum.*

l. 9. *Et pabuli*] V. C. *ac pabuli.*

l. 10. *Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt*] Strabo fol. 47.

l. 11. *Ager & ubique alit & ſalubris*] Aldus, *aegrè nec ubique alit ſalubris, & noxio genere* &c.

l. 12. *Gentes ſuperbae*] Strabo fol. 138.

l. 13. *Aliquando etiam immanes*] Caeſaris tempore.

l. 14. *Ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam crederent*] Arnobius lib. III. ſcribit, *Mercurio Gallos humanas vel inhumanas victimas caedere.* Et paullò pòſt pag. 326. *Qui hominem periculo ſubripit, opimam victimam caedit.* Sed Feſtus, *Optatam*, inquit, *hoſtiam alii optimam appellant eam, quam Aediles tribus conſtitutis hoſtiis optat, quam immolari velit.*

l. 17.

l. 17. *Ubi devotos altaribus admovere*] Suâ etiam aetate idem fieri ſolitum refert Cicero *pro Fonteio*. *Aut immolant, aut ſe immolaturos vovent.*

l. 19. *Druidas*] De Druidis multa Plinius & Lucanus lib. I. & X. Diodorus fol. 452.

l. 20. *Hi terrae Mundique*] *Mundus* pro coelo.

l. 21. *Quid Dii vellent*] Sic Horatius lib. I. *Epiſt. ad* Iccium.

*Quid velit & poſſit rerum concordia diſcors.*

Nam Caeſar de vi inquit & poteſtate Deorum. Sed vide Ciceronem lib. I. *de Divin.* fol. 240. ut legi poſſit *valeant*, id eſt, poſſint, pro *vellent*.

l. 23. *Clam & diu vicenis annis in ſpecu*] Caeſar *de Bello Gall.* lib. VI. pag. 212. Aliàs, *clam & diu annis aut in ſpecu.*

l. 25. *In vulgus effluit*] Antiq. *effluxit.*

l. 27. *Cum mortuos cremant ac defodiunt*] V. C. *atque defodiunt* delet. Pro *ac*, fortè leg. *aut.*

l. 28. *Apta viventibus olim*] Fortè *grata.*

l. 29. *Deferebatur ad Inferos*] V. C. *referebatur.*

l. 30. *Erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent*] Caeſar lib. VI. *de Bello Gall.* cap. 19. *Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumtuoſa; omniaque, quae vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullo ſupra hanc memoriam ſervi, & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis, unà cremantur.*

l. 32. *Comata Gallia*] *Comata Gallia* quare ſit dicta, vide apud Dionem in extremo lib. XLVI. ſic etiam Caeſar dividit Galliam in initio *de Bello Gallico.*

l. 33. *Populorum tria ſumma nomina ſunt*] i. e. las mas principales.

l. ead. *Terminanturque fluviis ingentibus*] Aliàs, *terminabanturque.*

l. 38. *Celtarum Hedui*] Caeſar & Vett. *Aedui.* & Tacitus lib. III. *Annal. Apud Aeduos major moles, exorta, quanto civitas opulentior, & comprimendi procul praeſidium. Auguſtodunum caput gentis armatis cohortibus Sacrovir occupaverat.*

l. 39. *Belgarum Treveri*] Omnino legendum *Treviri*, ex Caeſare, & Cicerone lib. VII. *Epiſt. ad Trebatium. Treviros vites cenſeo: audio capitales eſſe, mallem auro, argento, aere eſſent.*

l. 41. *Eluſaberris*] In India ponit Curtius *Elimberrium*. Itinerarium Antonini *Elimberrum*. V. C. *Elumberrum*. In antiquiſſimis Plinii exemplaribus *Illiſeberre* & *Eliſeberre*, quapropter fieri poteſt, ut verum nomen ſit *Eluſaberris*, inquit Pintianus, ſed *Eluſaberris* in Narbonenſi provincia Plinio ſtatuitur: Pomponius *Eliberrim* appellat, Livius *Illiberim*. Hermolaus in Plinium lib. IV. cap. 19. ait Antoninum commemorare in Aquitania oppidum Eluſaticum. Claudianus *in Rufinum: muros invadit Eluſae.* Plinius lib. IV. cap. 19. *Auſci*, *Eluſates.*

l. 47. *Et quanto magis procedit, eo latior fit*] Sic lib. I. cap. 18. *& quanto decreſcit, eo clarior fugat noviſſime noctem.* ut & cap. 13. *Tunc altè demiſſus, & quantum demittitur, amplior.* vel vacat dictio *fit.*

l. 53. *Aquis increſcentibus*] Aliàs, *increbreſcentibus.* V. C.

l. ead. *Incolae*] V. C. *accolae.*

l. 62. *Santonibus*] Aliàs, *Santonis.* Lucanus lib. I. v. 422.

——— *gaudetque amoto Santonus hoſte.*

l. 64. *Pertinentque ad ultimos*] *Pertinent* ſcilicet littora. Sed vacat dictio *pertinent.*

l. 66. *Geſoriacum vocant*] Aliàs *Geſoritiacum.* vulgo *Bologna* in Picardia.

l. 69. *Acronion*] V. C. *Acronon.*

l. ead. *Mox diu ſolidus & certo alveo lapſus*] Tacitus lib. II. *Annal.* cap. 6. *Nam Rhenus uno alveo continuus aut modicas inſulas circumveniens apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſus, donec Oceano miſceatur. Ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verſo cognomento (Vahalem accolae dicunt) mox id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, ac in eundem Oceanum effunditur.* & Plinius lib. IV.

l. 71. *Sed ad ſiniſtrum amnis etiam tum*] Aldus & V. C.

V. C. *etiamnum.* Videtur etiam legendum *ad ſiniſtram*, cum ſequitur *ad dexteram.*

l. 77. *Fluvius emittitur* ] Aliter Caeſar fol. 138.

## CAP. III.

l. 1. *Germania hinc ripis ejus usque ad Alpes* ] i. e. ab hoc littore retroëundo usque ad Alpes.

l. 2. *Ab oriente Sarmaticarum confinio gentium* ] Tacitus *de Moribus German.* cap. 1. *Germania omnis à Gallis Rhetisque & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* Vides non inſula terminari, ut Hermolaus cenſet, ſed Sarmaticarum confinio gentium.

l. 6. *Ad inſitam feritatem* ] Forte *ab inſita feritate*, vel *ad inſitam feritatem* eſt, praeter inſitam. Livius: *Sive ab inſita regibus vanitate ad conſilium ſpecie amplum, re inane, animo adjecto.*

l. 7. *Bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum* ] Aliàs, *ad conſuetudinem.* Fortè leg. *corpora adſuetudine laborum.* Cicero IV. *in Verrem.* *Satis mihi videor eorum conſuetudine, uſu tractandoque cognoviſſe.* Idem in *Paradox.* primo: *An quicquam in potiundis voluptatibus gloriando iſte & praedicatione extollit.* Et Livius lib. XXI. fol. 120. *Feſſisque labore & pugnando quies data.* Idem fol. 241. *Uſu tot annorum & experiundo comprobaſtis.* Tacitus: *conſiliis & periclitando tuti ſunt.*

l. 9. *Antequam puberes ſint* ] Tacitus *de mor. Germ.* *Nudi aut ſagulo leves.*

l. ead. *Longiſſima apud eos pueritia eſt* ] Tacitus *de Morib. Germ.* *Sera juvenum venus, ideoque inexhauſta pubertas.*

l. 10. *Sagis velantur* ] *Sagum* Gallicum vocabulum esſe, ait Varro lib. IV. *de L. L.* quod Caeſar lib. VI. *de Bell. Gall.* & Strabo aliique teſtantur.

l. 12. *Nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt* ] Cicero lib. VII. *ad Fam. Epiſt.* 10. *ſtudioſiſſimus homo natandi.*

l. 14. *Ex libidine accerſunt* ] Sulluſtius in *Catilin.* *Sed poſtquam in Aſia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii atque*

*quae Athenienſes capere urbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi, cauſam belli habere* &c. Pro *accerſunt* lege *arceſſunt*.

l. 16. *Sed ut circa ipſos quae jacent, vaſta ſint* ] Vide Caeſarem lib. IV. & VI. *Bell. Gall.* & Tacitum *de Morib. German.*

l. 17. *Jus in viribus habent* ] Cicero *pro Caecina*, *in verbis jus conſtituere* dixit, ad quod alluſiſſe Auctor videtur.

l. 21. *Ut cruda etiam carne veſcantur* ] Tacitus: *Cibi ſimplices, agreſtia poma, aut recens fera, aut lac concretum.* Verùm cruda carne eos veſci, non inveni qui diceret.

l. 25. *Sylvis ac paludibus* ] Tacitus fol. 623.

l. 26. *Sueſia, Metia* ] Ita Aldus. at V. C. *Suetia, Metia* vel *Meltia*.

l. 28. *Et aliquot ſunt* ] *Et aliquot etiam ſunt.*

l. 30. *Taurus* ] Tacitus *Taunum*, non *Taurum* appellat, & ſic eſt omnino legendum. Aldus etiam & V. C. ita legunt.

l. 34. *Moenis & Lupia* ] Ammianus Marcell. *Moenium* vocat. De ſequentibus vide Vellejum Paterculum.

l. 35. *Amiſtius, Viſurgis* ] V. *Amiſtis*. V. C. *Arus, Siſius, Urgis*. Vellejus Paterculus fol. 80.

l. 39. *Mari ſimilis* ] Aliàs, *maris ſimilis*.

l. 42. *Ripis contentum inſularum* ] Aliàs *contentus*.

l. 43. *Et ubique penè* ] V. C. *& ubi penè*.

Ibid. *Ut anguſtum* ] Aliàs, *it anguſtum*. ut & V. C. meus.

l. 44. *Curvantque ſe ſubinde* ] Aliàs, *curvanſque ſe ſubinde*.

l. 45. *In eo ſunt Cimbri & Teutoni* ] Caeſar *de Bello Gallico* lib. I. *ut antè Cimbri Teutonique feciſſent.* Item lib. II. *ipſi erant ex Cimbris Teutoniſque prognati.* Semel apud eum legi *Teutones*, lib. II. *Teutones Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent.* Sed fortè legendum *Teutonos*. Plinius lib. IV. cap. 14. *Quorum pars Cimbri Teutonique.* & Tacitus *Hiſtor.* lib. IV. cap. 73. *Quot praeliis adverſus Cimbros Teutonoſque, quantis exercituum noſtrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, ſatis clarum.*

l. 47.

l. 47. *Hermiones*] Tacitus *de Morib. Germ.* cap. 2. *Herminones* appellat, non *Hermiones*. Vide locum.

## CAP. IV.

l. 1. *Ab iis quae ſequuntur, Viſula amne diſcreta*] Sic lib. 1. cap. 19. *Olympus mons flumen Rhyndacum in ea, quae ſequuntur, emittit.* & infrà: *at ille qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit.* & lib. 1. cap. *Arabia anguſta fronte ſequentia litora attingit.*

l. 2. *Viſula amne*] V. C. *Viſtula.* Et ſic Ptolemaeus & Plinius: Germania ab oriente terminatur Viſtula amne, ut inter Sarmatiam & eam interſit. Pomponius verò non Germaniam, ſed Sarmatas eo terminari ait; nam ſuprà Germaniam terminarat ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, non Viſtula amne: intelligendum tamen Sarmatas à confinio Germanorum porrigi ad Viſtulam amnem, qui terminus inter Sarmatas & Scythas, quos ſequenti cap. in Europa collocat; atque ideo ait, *intus quam ad mare latiorem eſſe Sarmatiam.*

l. 4. *Gens habitu armisque Parthicae proxima*] V. C. *Gens armis habituque Parthicae proxima*, id eſt, ſimilis.

l. 6. *Tenet & ne ſtatis quidem ſedibus*] Conjunctio *et* vacat, ex ultima prioris dictionis ſyllaba conflata.

l. 7. *Ut cedens & ſequens hoſtis exigit*] Fortè, *aut ſequens*. V. C.

l. 8. *Exigit*] Aliàs *exegit*. V. C.

l. 10. *Ut feminae etiam cum viris bellum ineant*] V. C. *ut feminae etiam bella cum viris ineant. cum viris*, id eſt, adverſus viros.

l. 11. *Atque ut habiles ſint*] Fortè, *ad quae.*

l. 13. *Ut inde expedita in ictus manu, quae exeritur, virile fiat pectus*] Aldus: *inde expedita in ictibus mammae, quae exuritur, virile fit pectus.* & in meo Codice haec omnia verba vacare videntur. Fortè, *quà exuritur, virile fit pectus.*

l. 17. *Sitque eis poena virginitas*] Aldus, *fit eis poenae virginitatis nota.*

## Cap. V.

l. 1. *Niſi ubi perpetuae hyemes ſedent*] V. C. *perpetuae nives ſedent.*

l. 3. *Ferè omnes & in unum Sagae appellati*] Plinius lib. IV. cap. 12. de Danubio: *ab eo in plenum quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variae tamen litori appoſita tenuere.* Ut hîc legi poſſet *in plenum*, non *in unum.* Vel fortè illae dictiones, *ferè omnes*, in margine fuerunt adſcriptae, & erroneè pòſt textui inſertae.

l. 4. *Sagae appellati*] Aliàs *Sacae.* Fortè *Belcae.* M. & V. C. antiqua lectio *Belgae* habet, non *Sagae*: & cap. ſeq. ubi inſulas ab angulo Baeticae ordine enumerat, poſt easque, quae Sarmatis objacent, *Tule*, inquit, *Belgarum littori appoſita eſt.* Quae ſatis indicant, aut hîc *Belgae* eſſe legendum, aut illic *Sacarum.* Herodotus lib. VII.

l. ead. *In Aſiatico litore*] Sc. Oceani. Pintianus *in Aſiatico latere* legit, ſed *litore* legendum. lib. I. cap. 21. *Haec terra inhabitabilis...* Antiquus Codex meus etiam habet *in Aſiatico litore.*

l. 6. *Sub ipſo ſiderum cardine* &c.] Vides Pomponium, Aſtronomiae imperitum; habitabilem enim hanc noſtram ſub polo habitari ait, & ab Hiſpania huc usque recta eſſe litora, id eſt, ſub eodem parallelo, ut infrà cap. 7. & lib. I. cap. 3. *Quo procurrit ad ſeptentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, penè ut directo limite extenta eſt.*

l. 10. *Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis*] Quia ibi aquilo non flat, unde dicti Hyperborei. Vide Strabonem lib. V.

l. 14. *Sacris operati*] *Operari* pro ſacrificare uſurpat Tacitus lib. II. cap. 14. *Mox eadem laeta Germaniae quietem tulit, viditque ſe operatum, & ſanguine ſacro reſperſam praetextam.* Curtius lib. VIII. *Et rem fortuitam, licentiam non adverſatus, largè ad epulas omnibus praebitas per decem dis Libero Patri operatum habuit exercitum.* Solinus cap. 21. Vide Plinium lib. IV. cap. I.

l. 18. *Donec vitio gentium temperatus eſt*] Aldus legit, *turbatus eſt.* Pintianus melius, *temeratus eſt.* Vel-

lejus pag. 791. *atque omni pretio temperata vendente rempublicam conſule.* ubi *temerata* legendum.

l. 19. *Et ubi eos vivendi ſatietas magisque taedium cepit*] Tacitus lib. XVI. *Meque ipſum ſatietas caperet, aliorumque taedium expectarem.*

l. 20. *Magisque taedium cepit*] Aldus & Cod. MS. meus *magis quam.*

l. 21. *Semet ipſi in pelagus ex certa rupe praecipites dant*] V. C. *Semet ipſi ex certa rupe praecipites dant.* Fortè leg. *praecipitant,*

l. 22. *Id eis funus eximium eſt*] Suprà lib. II. cap. 2: *Votum eximium habent.*

l. 24. *Terras, quaſi fluvius irrumpit*] Plinius lib. III. cap. 3. *Irrumpit autem arctis faucibus, in longitudinem ſpatioſis.*

l. 28. *Et totius nomine Caſpium*] Aliàs, *& totius nominis.* Fortè, *ex totius nomine.*

l. 32. *Ad introëuntium dextram*] Sic lib. I. cap. 5. & lib. II. I.

l. 38. *Dribices*] Aldus, *Bebrices.* Fortè *Debrices:* & ſic habet antiqua lectio. Curtius lib. II. *Derbices.*

l. ead. *Multi in eo ſinu magni parvique amnes fluunt*] Fortè verba *ſinu* & *fluunt* vacant; nam *mare* appellat, non *ſinum*; dividitur verò in tres ſinus.

l. 40. *Ex Cerauniis montibus*] Deeſt *Rha*, nomen fluminis; legendumque, *Rha ex Ceranniis montibus.*

l. 41. *Araxes Tauri latere demiſſus*] Ex Matienis montibus fluere Herodotus ait lib. I. cap. 202.

l. 50. *Caſurus eſt in ſubjectam*] Fortè, *caſus eſt in ſubjecta.* Pintianus etiam legit *in ſubjecta* ex Aldi exemplaribus, cui favet antiqua lectio V. C. *in ſubjecta caſurus eſt.*

l. 56. *In id litus elabitur*] Scilicet Caſpium.

l. 57. *Ex radicibus Coraxici montis vicinis editi & in diverſa abeunt*] Hermolaus *montis vicini* legit. Aliàs interponenda particula *fontibus*, & legendum, *Coraxici montis vicinis fontibus editi in diverſa abeunt*, expuncto *et.* Pro *Coraxici* aliàs *Corſici*, V. C. meus *Coriſci.* Senſus hujus loci eſt: eos per gentes diverſas, & multum diſtantes fluere, alterum nempe per Iberas, alterum per Albanos, cum

vicinis fontibus ſint editi, & uno ore in Caſpium mare perveniant.

l. 67. *Inter Amardos & Paeſicas os aperit*] Aliàs, *inter Amardos & Paeſicas os aperitur.*

l. 68. *Sylvae, aliaque dira animalia*] Sic legit hunc locum Pintianus idem: *Sylvae, utique Hyrcaniae alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, ſaevum ferarum genus.* Fortè vacat, *utique Hyrcaniae.* ut lib. II. cap. I. *quae utique.*

l. 77. *Fruſtraturus aſtu*] V. C. *fruſtratus aſtu.*

l. ead. *Projectum accipiunt*] V. C. *excipiunt.*

l. 81. *Ultra Caſpium ſinum quidnam esſet*] Verſus orientem. Herodotus fol. 293. Caſpium mare per occultos meatus exonerari in Pontum, ſunt qui affirment. Certè ab Oceano nullus ei aditus reperitur. Caeſar Scaliger ad Cardanum pag. 78.

l. 85. *Univerſum orbem mari circumfuſum*] Fortè *circumfluum.* Strabo.

l. 87. *Ut recentior auctoritate, ſic certior tradit*] Fortè, *Ut recentior aetate, ſic certior.* Suetonius in *Tiberio: Sed ut plures certioresque tradunt, Romae natus. Tradit* non habent alia exemplaria, neque Antiq. neque neceſſarium eſt.

l. 89. *Celerem adjicit*] V. C. meus *adicit.* Fortè *adducit.*

l. 90. *Cum Galliis*] V. C. *Galliae.*

l. 91. *A Rege Suevorum*] MS. Cod. *Getorum.* Fortè *Baetorum.*

l. 95. *In Germaniae litora exiſſe*] Tullius verbo *exire* quoque utitur pro de navi deſcendere. Vide Victorium *Caſtigat. in Ciceronem* pag. 25.

## Cap. VI.

l. 1. *His oris, quas angulo Baeticae*] Interponenda particula *ab*, & legendum, *quas ab angulo Baeticae.* h. lib. cap. 7. *Colis alterius partis angulus.* & hoc cap. *grandi angulo Rheni oſtio proſpicit.*

l. ead. *Huc usque perſtrinximus*] V. C. *Adhuc usque.*

l. 3.

l. 3. *Etiam adjacent*] Particula *etiam* vacat & expungenda eſt.

l. 5. *Eaque à continenti*] V. C. *eoque*. Codex Fulvii, *eoque anguſto ſpatio & veluti flumine à continenti abſciſſa*, quomodo & tertius Codex, niſi quod *eaque* habet. Fortè *atque ang. ſpatio*: vel vacant voces *eaque* vel *que*.

l. 11. *Aegyptii Herculis*] Alter enim Grajus, de quo lib. 1. *Urbs ab Argivo (ut ferunt) Hercule data.*

l. 12. *Tyrii condidere*] V. C. meus tertius *conſtituere*.

l. 13. *Annorum queis manet numerus*] Aliàs, *annorum numerus*.

l. 16. *Quem Geryone habitatam accepimus*] Herodotus lib. IV. in princ.

l. 19. *Recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, ſeptem minimum*] Non quotannis ſerunt, ſed citra arationem, inquit, ſeptem meſſes ferunt; recidiva enim ſeminant ſe.

l. 20. *Interim plures*] Aliàs *interdum*.

l. 21. *In Celticis aliquot ſunt*] Euſtathius decem eſſe dicit.

l. 25. *Cujus antiſtites perpetua virginitate ſanctae*] Vide Strabonem, Euſtathium *in Dionyſium*, & Ciceronem *in Verrem*.

l. 27. *Gallicenas vocant*] Pintianus legit *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*; carmina enim illis tribuit. Poſtea ille legit *Galli cenas*. Fortè melior lectio erit, *Galli Benas vocant*.

l. ead. *Ingeniis ſingularibus*] Sic de antro Corycio lib. 1. cap. 13. *Suprà ſpecus eſt nomine Corycius ſingulari ingenio, ac ſuprà quam deſcribi facile ſit, eximius.* Vide Senecam ad Polyb. cap. 32.

l. 31. *Sed non niſi dedita navigantibus*] Fortè, *eo navigantibus edita*. Lucanus lib. IX. v. 246. aut illud *dedita* eſt ſuperfluum.

l. 33. *Britannia*] Dion. lib. XXXIX. & Julius Celſus in *Vita Julii Caeſaris*.

l. 36. *Indomitarum modò ante ſe, verùm ignotarum*] Aliàs legendum, *indomitarum modò, verùm ante ſe ignotarum*.

l. 38. *Qui propriarum rerum fidem, ut bello affecta-*

*vit, ita triumpho declaraturus portat*] *Et* aliàs. Codex meus, Aldus & Antiqui legunt, *propriarum rerum fidem ut bello affectavit* &c. Ita Solinus cap. 65. *Res Indicas ſcripſit, ut fidem, quam oculis ſubjecerat, memoriae daret.* Livius fol. 238. *ſuarum aurium fidei minimum credentes.* Dion. fol. 466. Aſconius fol. 49. At fortè vacant ea verba, usque ad *portat*, ut legi debeat, *ignotarum quoque gentium victor. Ceterùm ut adhuc habuimus.* Posſet etiam legi, *Qui incorruptam rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Quomodo Seneca ad Marciam: *ad quos venit incorrupta rerum fides.* Pro *propriarum* reponi etiam posſit *priorum.*

l. 40. *Inter ſeptentrionem occidentemque profecta*] Lege *porrecta.* ut lib. I. cap. I. *Ab ortu porrecta in occaſum.* Et lib. II. *Recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur:* aut *projecta*, ut Aldus & V. C. vel *provecta*, quomodo *evecta* hoc cap. & *vecta* lib. II. cap. 3. *à ſeptentrione in meridiem vecta.*

l. 45. *A tergore abducta*] Fortè, *obducta*, ut lib. I. cap. 21. *Quà mari propior eſt (niſi ubi aperitur) aequali margine obductus.* Et lib. III. cap. 3. *Germania, quà ſeptentrionem ſpectat, Oceanico litore obducta eſt.*

l. 50. *Alterius motibus*] Prior vox ſuperflua eſt.

l. ead. *Modo retro fluentia, & quaedam gemmas margaritasque generantia*] Non id de omnibus dicitur, ut neque quòd retro fluant.

l. 56. *Ultro corpora infecti*] *Luteo* legit Victorius. Turnebus verò *vitro* lib. VI. cap. 17. Adde Caeſarem lib. V. *Bell. Gall.* Pintianus putat addendam dictionem *glaſto* à Librariis praeteritam, ut legatur, *ultro corpora glaſto infecta*; ſed hunc locum retractat dein, quia *glaſto* non habetur in exemplaribus correctis Plinii & Caeſaris, relicta veteri ſua lectione. Servius *ad Virgil. Georg.* IV. verſ. 335.

——— *hyali ſaturo fucata colore.*

adnotat, *vitreo, viridi, Nymphis apto.*

l. 57. *Cauſas & bella contrahunt*] Alii, *cauſas tamen bellorum & bella contrahunt.*

l. 58. *Gallicè armati* ] Fortè *Gallico armatu*, id eſt, armatura. Liv. lib. xxxvii. *eodem armatu Cures.*

l. ead. *Covinos vocant* ] Fortè, *connos* i. e. ſublata. Cornelius pag. 743.

l. 59. *Studioque ea prolatandi* ] Vocula *ea* abeſt à V. C. & redundat.

l. 61. *Et bigis* ] Haec redundant.

l. 64. *Par ſpatio, ſed utrimque aequalis* ] Sc. Britanniae. Strabo. Caeſar dimidio minorem dicit. Vide Plinium lib. iv. cap. 16. & Tacitum.

l. 68. *Triginta ſunt Orcades* ] Plinius *quadraginta*, Ptolemaeus *triginta.*

l. 69. *Diutiùs paſta disſiliant* ] Quia ſunt dulces herbae.

l. 70. *Et omnium virtutum ignari magis, quàm aliae gentes* ] *Magis* particula redundat, eamque nec Aldus habet, neque antiqui.

l. 72. *Anguſtis inter ſe diductae ſpatiis* ] V. C. meus *ductae.*

l. 73. *Septem Hemodes* ] Plinius *Aemodes* V. C. *Hemodae.*

Ibid. *Contra Germaniam projectae* ] Aldus legit *vectae*, V. C. meus *verſae. Vecta* tamen dixit lib. ii. cap. 3. *à ſeptentrione in meridiem vecta.* Sic & hoc cap. *Evecta*, ſed Aldus *projecta* legit & V. C.

l. 77. *Quae Sarmatis adverſa ſunt* ] Aliàs, *adverſae ſunt*, ſcilicet inſulae.

l. 78. *Acceſſus recurſusque pelagi* ] Pro *recurſus* melius legas *receſſus.*

l. 83. *Hippopodas & Satmalos* ] V. C. *Sathinalos.* Solinus *Phaniſios* appellat. Iſidorus lib. ii. cap. 3. *Phanoctiaſi apud Scythas eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, ut omne corpus iis contegant.* Pro *& Satmalos* fortè leg. *eſſe & alios.* ut ſit *eſſe Oonas.... eſſe...., Hippopodas, eſſe & alios.* De his omnibus Solinus cap. 22.

l. 85. *Pro veſte ſunt* ] Alii *ſint.*

l. 88. *Thule Belgarum litori oppoſita eſt* ] V. C. *Tyle.* & leg. *appoſita;* ut legit antiquus Codex & Aldus. Vides hîc ordinem non ſervaſſe Melam, cùm à Sarmatia in Galliam redeat. Sed cùm antiqua lectio cap. 5. p. l. init. non *Scythas* vel *Sacas*, ſed *Belgas* appellet,

*Belgarum literi* hîc ſe rectè habet, aut emendandum *Sacarum*, ſi eo loco *Sucas* legas. Ptolemaeus autem *Thylen* locat adverſam Germaniae, ſed ſi id vellet Mela, ſupra Britanniam eam esſe ſitam diceret, ut Juvernam.

l. 89. *Celebrata Carminibus. In ea qua ſol longè occaſurus exſurgit*] V. C. particulas *in ea* rejicit, & legit, *celebrata carminibus, quia ibi ſol longe occaſurus exſurgit.* Senſus eſt: quia per id tempus ſeſe altius evehit. Vide Strabonem lib. II. & Euſtathium in Dionyſium.

l. 90. *Breves utique noctes ſunt*] Nota imperitiam Melae, cùm in Hyperboreis ſex menſium dies esſe dicit, cùm ſint meridionaliores. Breves dixit noctes, non dies, ut Juvenalis *Sat.* II. verſ. 161.

*& minima contentos nocte Britannos.*

& Tacitus de Britannia: *Dierum ſpatia, ultra noſtri orbis menſuram, & nox clara & extrema Britannis parte brevis.*

l. 97. *Talga in Caſpio mari*] V. C. *Tale.*

l. 101. *Diis parata*] V. C. *peracta.*

## Cap. VII.

l. 1. *In Eoum mare curſus inflectitur*] Solinus cap. 43. *Quá ab Scythico Oceano & mari Caſpio in Oceanum Eoum curſus inflectitur.*

l. 2. *Orientem pertinet*] Fortè *pertinet* expungendum eſt, ut quod ex margine irruperit.

l. 3. *A Scythico promontorio appoſita*] Pintianus legit *expoſita*, ſed legendum puto, *ad Colida.*

l. 4. *Ob immanitatem habitantium*] V. C. *ab immanitate.*

l. 6. *Androphagoe*] Sic in Sicilia *Soloe.* V. C. & Aldus, *Androphagae.*

l. 11. *Genus plenum juſtitiae*] Solinus cap. 53. *Seres ipſi quidem mites, & inter ſe quietisſimi, alios verò reliquorum mortalium coetus refugiunt, adeò ut ceterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipſi tranſeunt, in cujus ripis nullo inter partes lin-*

*linguae commercio, ſed depoſitarum rerum pretia oculis aeſtimantes ſua tradunt, noſtra non emunt.* Adde Euſebium lib. vi. ex Bardeſane tradentem eorum leges. Euſtathius *ad Dionyſium Perieget.* v. 752.

καὶ ἔθνεα Βάρβαρα Σηρῶν.

ὅτι δὲ ἀπροσμιγεῖς ἀνθρώποις εἰσι καὶ ἀνομίλητοι οἱ Σῆρες δῆλον ἐκεῖθεν· τῶν πολουμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ὑποχωροῦσιν, εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι, καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν· ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμήν· εἰ δὲ μήγε, τὰ ἴδια.

l. 13. *Notiſſima India*] Lege *noviſſima*, vel *notiſſimum* & ſuperiori capiti annecte. & paulò antè *& commercio* pro *ex commercio.* Solinus cap. 55. & de India ait: *Nam Alexandri Magni armis comperta & aliorum poſtmodum regum diligentia peragrata penitus cognitioni noſtrae addita eſt.* Quare amplius indubium non eſt, Solinum illo capite multa ad verbum ex Mela ſumpſisſe. Illud verò non omiſerim, Strabonem lib. xv. palam dicere, ignotam esſe Indiam, quem vide etiam lib. ii. Si inſpicias, fateberis multa ad verbum ex Mela ſumpſisſe. Adde Strabonem libro ii. ubi de India agit.

l. 14. *Sed & ei, quod ad meridiem ſpectans Indicùm diximus*] Fortè, *quod à meridie Indicum d.* Sic lib. i. *Eous ab oriente, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus.* Nam littora ſive terrae ad meridiem ſive ad ortum ſpectare dicuntur, non maria. Pro *ſpectans* aliàs *ſpectat.*

l. 16. *Ab occidente Indo finita*] Plinius lib. vi. cap. 17. *usque ad Indum, qui eſt ab occidente finis Indiae.*

l. ead. *Tantum ſpatium litoris*] V. C. *ſpatio.* Vide Plinium loco citato.

l. 19. *Ut in aliqua parte ejus neuter ſeptentrio appareat*] Fortè, *in ea parte neuter &c.* Nearchi ſententiam vide apud Strabonem lib. ii.

l. 20. *Aliterque quàm in aliis oris*] Vetus Codex meus, *aliterque in aliis oris.*

l, 21. *Umbrae rerum ad meridiem jaceant*] Delenda fortè vox *rerum*, & ſimpliciter legendum, *umbrae ad me-*

*meridiem jaceant.* Plinius lib. II. cap. 37. *ſol dexter oritur, umbrae ad meridiem cadunt.* Strabo lib. II.

l. 24. *Non minores maximis canibus*] Aliàs, *non minus maximas canibus.* Liber Latinii & V. C. *non minus maximis canis.* Adde Herodotum & Salluſtium.

l. 27. *Immanes & ſerpentes aliqui, ut elephantos morſu atque ambitu corporis afficiant*] Fortè, *immanes etiam ſerpentes alit, qui elephantes morſu atque ambitu conficiant.* vel, *ſerpentes alit, ut qui elephantes* &c. Sic lib. II. cap. 7. de Cypro, *ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit.* Sed verbo *afficio* pro *conficio* uſus videtur lib. I. cap. 21. *inedia totius diei afficiunt*, pro quo tamen ibidem legendum videtur *conficiunt.*

l. 30. *Ut in ea*] Aldus; *ut in eam.*

l. 31. *Arundinum fiſſa internodia, veluti navitas binos &c.*] Plinius lib. XVI. cap. 36. de harundine Indica. *Navigiorumque etiam vicem praeſtant (ſi credimus) ſingula internodia.* Verum Solinus, qui ſua hinc tranſtulit cap. 53. ſic habet: *quae paluſtria ſunt, arundinem creant ita craſſam, ut fiſſis internodiis, lembi vice vectitet navigantes.* Pintianus *ſingula internodia* legit. Aliàs *ſciſſa internodia.*

l. ead. *Veluti navitas*] V. C. *navita.* Fortè: *navigia*, quomodo Solinus: ſed dictio *navitas* juxta vetus quoddam Exemplar redundat.

l. 33. *Cultorum habitus moresque diſſimiles*] Tacitus de Britannis pag. 688. *habitus cultorum varii.* vide & pag. 708. & Herodotum fol. 249. Curtius lib. VIII. de Indis. *Unum agreſte & horridum genus eſt, quos ſapientes vocant: apud hos occupare fati diem, pulchrum; & vivos ſe cremari jubent. Quibus autem ſegnis aetas, aut incommoda valetudo eſt, exſpectatam mortem pro dedecore vitae habent; nec ullus corporibus, quae ſenectus ſolvit, honos redditur: inquinari putant ignem, niſi qui ſpirantes recipit.*

l. 41. *Quidam proximos parentesque*] Aldus & Codex meus, *quidam proximi parentes.* Fortè, *quidam parentes, priusquam.* Solinus tamen *proximos parentesque* habet cap. 65. ut & Strabo.

l. 46 *At ubi ſenectus aut morbus inceſſit*] Fortè, *alii, ubi.*

*ubi ſenectus*, ſed rectius eſt *at ubi ſenectus*. Adde Herodotum lib. III. de Indis, Salluſtium & Tacitum.

l. 47. *Prudentiores eis* ] Fortè, *et*, vel *ex eis*, vel vacat dictio *eis*.

l. 48. *Non exſpectant eam* ] Strabo pag. 680.

l. 50. *Et cum gloria accerſunt* ]Aliàs, *arceſſunt*.

l. 53. *Famam hinc praecipuam habent, quod* ] Aldus & MS. Cod. meus non habet *quod*. Fortè τὰ *famam hinc praecipuam habent* vacant; pro *hinc* alii legunt *hanc*.

l. 55. *Unde Graecis auctoribus, ut femori Jovis inſitum dicerent* ] Curtius lib. VIII. & Plinius lib. VI. cap. 21.

l. 56. *Materia ingeſſit* ] Fortè, *inceſſit*, ut cap. 10. *libido inceſſit*. Virgilius;

*ſaepe duobus*
*Regibus inceſſit magno diſcordia motu.*

l. 57. *Oras tenent ab Indo ab Gangen Palibotri* &c.] Pintianus caſtigat in hunc modum, *Oras tenet ab Iolide ad Indum Nyſaei, ab Indo ad Gangen Palibotri*: ſed lege ad hunc potius modum, *Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, à Gange ad Colida, niſi ubi magis, quàm ut habitetur exaeſtuat, atrae gentes & quodammodo Aethiopes: à Colide ad Taurum recta ſunt litora* &c. Plinius lib. VI. cap. 19. *Sed omnium in India propè non modò in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedunt Praſii ampliſſima urbe ditiſſimaque Palibotra: unde quidam ipſam gentem Palibotros vocant, imò verò tractum univerſum à Gange.*

l. 58. *Ad Jolida Nyſii, ubi magis quàm ut habitetur, exaeſtuat* ] Aliàs *ad Colida, niſi*. Sic ſuprà cap. 5. *Inde Aſiae confinia, niſi ubi perpetuae nives ſedent* &c. Et lib. I. cap. 2. *niſi quae aeſtus inhabitabilem efficiunt*. Et ibid. *niſi unde frigoribus arcentur*.

l. 60. *Ab Jolide ad Cudum* ] Aliàs, *à Colide ad Cudum*. Fortè *ad Taurum*. Strabo pag. 102. Hujus loci *Coriacos* memorat Strabo Latinus pag. 474. Sed fortè *Coliacos* legendum. Hoc promontorium Ptolemaeus lib. VII. *Cory* ſive *Calligicum* appellat, Κῶρυ ἄκρον τὸ καὶ Καλλίγικον.

l. 62. *Marinis opibus affatim dites* ] Curtius lib. VIII. *Gemmas margaritasque mare litoribus infundit, neque alia illis major opulentiae cauſa eſt.*

l. ead. *Tamos promontorium eſt, qoud Taurus attollit* ] Plinius lib. VI. cap. 17. *Primum eorum* (*Serum*) *noſcitur flumen Pſitaras, proximum Carabi, tertium Lanos, à quo promontorium.* Hoc ergo promontorium, quod Mela refert, eſt incertum, an apud Plinium *Lanos* vocetur, ut flumen. Sequitur ibi ſtatim *Chryſe ſinus*, quam *Chryſem* inſulam vocat Mela, & ad Taurum ait jacere. Sed idem Plinius paullò pòſt: *Gentes, quas memorare non pigeat, à montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua nivoſum ſignificante, Iſari, Cozyri* &c. Ecce promontorium *Imaum* vocari ait, nam Tami nusquam meminit. Videndum etiam an huc non pertineat *Tamarus*, cujus meminit Strabo lib. XI.

l. 63. *Collis alterius partis angulus* ] Quid ſi *Colis* legas: ſuprà enim fines poſuerat Indiae Gangem, Iolida, ſive Colida, Cudum, Taurum, ſive Tabin. At nunc ait Gangem & Indum amnes eſſe, Colida verò angulum alterius partis, initiumque lateris ad meridiem verſi, Taurum verò promontorium. Et hic videtur germanus Pomponii ſenſus. Vide Dionyſium Gr. & Lat. fol. 518. Caeſar lib. v. de Britannia. *Inſula natura triquetra, cujus unum latus eſt contra Galliam: hujus lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium, quo fere naves ex Gallia appelluntur, ad orientem ſolem.* Fortè etiam legendum, *Colis alter Eoae partis angulus.* alter enim eſt promontorium Scythicum, aut *ultimus frontis angulus*, vel *hujus partis angulus.*

l. 67. *Fit omnium maximus, & alicubi latius* ] Fortè ea verba, *& alicubi latius*, ex margine ſunt tranſlata in contextum. Nam Mela annotare videtur tantum minimam latitudinem. Ut lib. II. cap. 7. de Euboea, *nusquam lata, duum millium ſpatium habet ubi arctiſſima eſt.* Plin. lib. VI. dap. 18. majorem ejus latitudinem & minorem aſſerit.

l. 70. *Indus ex monte Paropamiſo exortus* ] Antiqua lectio, *ex monte Caroparnaſo.* Fortè *Caucaſo.* Arrianus de Indo: Ὅτι αἱ πηγαί εἰσιν ἐπτὰ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Παροπαμί-

σου

*του ἢ Καυκάσου.* Vide infrà fol. 90. Ariſtotel. *Meteor.* lib. I. *In Aſia igitur plurimi ex Parnaſo vocato monte videntur fluentes & maximi fluvii. Hic autem mons dicitur eſſe maximus omnium.* Et infrà: *Fluit autem Indus ex ipſo omnium fluviorum Rheuma plurimum.* Hujus Parnaſi, montis Aſiatici meminiſſe Dionyſium eumque Bactris imminere, ait Caeſar Scaliger. Vide Dionyſium 109. Euſtathius tamen legendum exiſtimat Παροπαμισσὸν non Παρνησσόν. Strabo fol. 301. Vidè Vicomercatum in Meteor. fol. 141.

l. 71. *Et alia quidem flumina admittit* ] Quindecim, ut ait Strabo.

l. 75. *Cingit jugum* ] V. C. non habet *jugum*. Fortè expungendum eſt; vel leg. *ſcindit*, duobus ſc. oſtiis non longè diſtantibus.

Ibid. *Ubi aliquot ſaepe magnis flexibus* ] *Se pro magnis* aliàs V. C.

l. 81. *Atque ita ut maximè videtur* ] Poſterior vox delenda, & ſic meus Codex Vet.

l. 82. *Aut ex vocabulo ficta fabula eſt* ] Antiq. & Aldus τὸ *ficta* delent.

l. 83. *Aut grandis admodum inſula, aut prima* ] Fortè, *aliis grandis admodum inſula, aliis prima.*

l. 84. *Pars orbis alterius Hipparcho dicitur* ] Alii & V. C. *Hipparchus.* Aldus *à pleriſque.* Sed fortè vacant τὰ *Hipparcho dicitur ſed*, errore in contextum Melae illapſo.

l. 85. *Sed quia habitatur* ] Dion. lib. XXXIX. ſimile quid de Britannia refert.

l. 86. *Contra indè oſtia illa ſunt* ] Aliàs legendum, *contra Indi oſtia alia etiam quae* aut *illa etiam, quae.*

l. 87. *Quae vocant Solis* ] Solinus cap. 57. *Solis inſula rubens ſemper & omni genere animantium inacceſſa.* De Neride, quae inſulam illam tenuit, agit Philoſtratus in *Vita Apollonii* lib. III. cap. ult.

l. 89. *Rara tenet regio* ] Fortè, *Patalene eſt regio.* Memorant Euſtathius *in Dionyſium*, Strabo lib. XV. Ptolemaeus lib. VII. *Regio quae juxta occidentalem Indi partem eſt, omnis communi vocabulo Indo-Scythia appellatur. Hujus autem pars, quae juxta diviſionem oſtiorum eſt, Patalene.* Vides regionem hic appellari, ut jam non ſit dubitandum, quin rectè ita legatur. & Plinius lib. VI. cap.

cap. 21. *Patalen* appellat: *Patale inſula in ipſis faucibus Indi triquetra.* Arrianus lib. v. *de Exp. Alex. Patala, Indorum lingua Aegyptium Delta, appellatur.* Priscianus:

*Dividua cujus Patalene cingitur unda.*

*Patalam* urbem eſſe *Patalenes* inquit Strabo lib. xv.

l. 91. *Rubri maris pertinet*] Poſtrema vox videtur ejicienda.

l. 92. *Humus & cineri*] Copula *et* expungenda.

l. 93. *Quorum Tuberonem*] Plinius lib. v. cap. 23. *Tuberum* flumen in hoc tractu refert.

## CAP. VIII.

l. 1. *Rubrum mare Graeci, ſive quia ejus coloris eſt, ſive quia ibi Erythras regnavit*] Curtius lib. x. cap. 13. *Inter quae Rubrum mare non è colore undarum, ut plerique crederent, ſed ab Erythra rege appellari.*

l. 6. *Aequaliter impellit*] V. C. *aequabiliter.*

l. ead. *Ut non intret*] Fortè, *intraret.*

l. 8. *Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit*] Fortè, *qua ripas inf.* ſed Solinus cap. 68. *irrumpit* (inquit) *haec litora Rubrum mare.* Plinius lib. vi. cap. 23. *Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixere noſtri.*

l. 12. *Grande oſtium quaſi cervice complectitur*] Strabo fol. 690.

l. ead. *Deinde terris in omnem partem*] V. C. meus & Fulvii, *Dein terris ad omnem partem.*

l. 13. *Aequa portione cedentibus*] Fortè *recedentibus:* ut ſuprà cap. 2. de Rheno: *Ripis longè ac latè recedentibus jam non amnis, ſed ingens lacus.* Et lib. 1. cap 1. *Tunc longè latèque diffuſum abigit vaſtè recedentia litora.*

l. 15. *Reddit formam capitis humani*] Curtius lib. III. cap. 2. *Armati bipennibus levibusque ſcutis cetrae maximè ſpeciem reddentibus.*

l. 22. *Ubi Chelonophagi morantur, deſerta ſunt*] Aliquid hîc deeſſe videbit, qui Melae numeros obſervabit,

inter

inter *morantur* & *deſerta.* Interponendum fortaſſis *orae.* Habitant autem *Chelonophagi* in angulo Carmaniae.

l. 26. *Toto corpore hirſuti* ] Fortè, *hirti.* Plinius lib. VI. cap. 31. *Penetravit in eas (inſulas) Hanno Poenorum imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evaſiſſe.*

l. ead. *Andanis & Carios* ] V. C. *Sandes et Coros.* Ptolemaeus: Καρίου ποταμοῦ ἐκβολαί· Ἀνδάνιος ποταμοῦ ἐκβολαί.

l. 28. *Zethis per Carmanios* ] Antiq. & V. C. meus *Setis.* & fortè is eſt, quem *Saralim* appellat Ptolemaei Interpres, Graecè Σάρου ποταμοῦ ἐκβολαί.

l. 31. *Tigris ut natus eſt deſcendens usque* &c.] De Tigride vide Iſidorum lib. XIII. *Orig.* cap. 21. Seneca: *Salluſtius autem, auctor certisſimus, asſerit Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longiùs dividuntur, ſpatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra, quae ab ipſis ambitur, Meſopotamia dicitur.*

l. 33. *Usque in litora* ] Vetus Liber particulam *usque* non habet.

l. 34. *Immani ore aperto, non exit tantùm, undè oritur* &c.] Nota *os* pro fonte; & quod propriè dictum ſit illud *unde oritur.* Curtius lib. VI. cap. 4. de Rhidago fluvio: *Incolae affirmabant, quaecunque demiſſa esſent in cavernam, quae propior eſt fonti, rurſus, ubi aliud os amnis aperit, exiſtere.* Sic enim legendus eſt locus, non ut in editis corruptisſimè legitur. Seneca lib. III. *Nat. Quaeſt.* cap. 26. Ovid. XV. *Met.* 273.

*Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu.*
*Exiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.*

l. 36. *Sed latè diffuſus* ] Particulam *ſed* Aldus & meus Codex non habent.

l. 41. *Ad meridiem avertitur.* ] V. C. *advertit.* ut ſuprà: *ad occidentem litus advertit.*

l. 44. *Indè tenuis rivus, deſpectus emoritur* ] Legendum fortè, *in pertenues rivos disſectus*, vel *diſperſus*, ut cap. 7. de Gange: *in ſeptem ora diſpergitur*, & lib. VII. cap. 9. de Nilo: *it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus.* Adde Plinium lib. XV. cap. 27.

l. 48.

l. 48. *Arabia dicitur, cognomen Eudaemon*] Aldus, εὐδαίμων.

l. 51. *Oſtio proximam & Carmanis contrariam partem Macae, quae inter oſtia oſtenditur*] Antiquus liber, *oſtio proximam & Carmanis, contrariam magnae frontemque inter oſtia oſtenditur*. Legendum fortè *extenditur*, ut lib. II. cap. 7. *Ab eo ad Pachynum ora, quae extenditur, Jonium mare attingens, haec fert illuſtria.* Et Plinius lib. V. Epiſt. 6. *Eſt ſanè gravis & peſtilens ora Tuſcorum, quae per litus extenditur.*

l. 54. *Ogyris*] V. C. *Sitogyris*. fortè, *ſed Ogyris*. Sic legit Pintianus. V. C. *inſulae ſitae gensque in ea.* Dionyſius v. 606.

Ἔστι δὲ τοι προτέρω, Καρμανίδος ἔκτοθεν ἄκρης,
Ὤγυρις· ἔνθά τε τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος.

Appellatur & *Erythra* inquit Euſtathius. Strabo lib. XVI. fol. 227. hanc inſulam Τυῤῥίνην appellari ſcribit. Arrianus in *Hiſtoria Indica*, *Hoaracta* nominat. Adde Curtium VII. cap. 9.

l. ead. *Quod in ea Erythrae regis monumentum eſt*] Plinius lib. VI. cap. 28. *Maximum horum promontoriorum contra Carmaniam eſt* &c. *Inſula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi ſepulto: diſtat à continente* CXX. *mil. paſſuum, circuitu* CXII. *mil. paſſuum.*

l. 57. *Ab ea parte quae introëuntibus dextra eſt*] Sic lib. I. cap. 4. *ab ea parte, quae Lybico objacet.* & ſaepe alibi.

l. 58. *Urbes ſunt Carrae, Arabia, Gandamus*] V. C. meus *Chara & Arabia & Gadanus*. Verùm non vidit Pintianus hos tam à Pomponio, quàm à Strabone in occidentali latere ſinus Perſici ſtatui, non in orientali latere ſinus Arabici; cùm dicat Pomponius de ſinu Perſico majorem partem Sabaeos tenere. Incipit enim primo exponere latus Arabici ſinus, dein perſequitur oram Arabici ſinus orientalem, id eſt, ut ipſe ait, Trogloditicae oppoſitam, aitque ſe nomina priſca propterea non ponere, quod pronunciare facile non poſſet. Nec tamen ignoto in hac ora Meriabam Sabaeorum metropolim, quam prius Mariabam vocarunt, ab ipſo Strabone collocari.

Et

Et Plinius lib. VI. cap. 8. de ea ſcribit. *Sabaei Arabum propter thura clariſſimi, ad utraque maria porrecti gentibus; regia omnium eſt Mariaba. Sinum obtinet refertum inſulis odoriferis.*

l. 60. *Inter Heroopoliticum & Strobilum*] *Heroopoliticus ſinus eſt Rubri maris in Aegyptum vergentis*, Plinius lib. V. cap. 11. & lib. V. cap. 9. *Quidam ex his aliqua nomina permutant, & ſubſtituunt alias appellationes, Heroopolitem & Crocodilopolitem.* Unde forſan hîc legendum, *inter Heroopolitem & Crocodilopolitem.*

l. ead. *Ab iis in Eoum mare curſus inflectitur*] Solinus cap. 43. *Quâ ab Scythico Oceano & mari Caſpio in Oceanum Eoum curſus inflectitur.* Iſidorus lib. XIII. cap. 21.

l. 61. *Deinde inter promontoria Moronenon & Colleca*] Aliàs, *Menorenon & Collaca.* Διογένους ἄκρον. Πτολεμαΐς θηρῶν. Κολοβῶν ὄρος ἄκρον. Haec per intervalla Ptolemaeus. De Colobis etiam Strabo lib. XVI. Εἶτα Ἀντιφίλου λιμὴν, καὶ ὑπὲρ τοῦτο Κρεωφάγοι, κολοβοὶ τὰς βαλάνους, καὶ αἱ γυναῖκες Ἰουδαϊκῶς ἐκτετμημέναι. & paullò pòſt: Τῷ δὲ Ἀντιφίλου λιμένι ἑξῆς ἐστι λιμὴν καλούμενος Κολοβῶν ἄλσος.

l. 62. *Ptolemais*] Arrianus in *Periplo maris Erythraei.* Πτολεμαῒς ἡ τῶν θηρῶν λεγομένη, ἀφ' ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέβησαν.

l. 65. *Quod ex Nili alveo Dioryge*] V. C. legit, *quod ex Nili alveo diorege.* Eſt etiam *Dira* civitas in anguſtiis oris ſinus Arabici Straboni memorata lib. XVI.

l. 66. *Extra ſinum, verùm in flexum*] Ita Aldus legit; at MS. *in flexu etiamnum.* Pintianus legit *inflexu tamen etiamnum.*

l. 69. *Candaei habitant* &c.] V. C. *Panchaei.* Legendum fortè, *Candaei habitant, quos, quia veſcuntur ſerpentibus, Ophiophagos vocant.* Vide Solinum cap. 46.

l. ead. *Hi quos ex facto, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos vocant*] Aliàs, *nec hos ex facto Ophiophagos vocant.* Illo enim tempore quòd id eſſent, notum erat, aut vacant omnia verba. Plinius lib. VI. cap. 29. *Introrſus Candaei, quos Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci asſuetos.*

l. 75. *In magno examine volantes Aegyptum tendere*] Leg. *hinc magno examine Aegyptum.* Pintianus legebat, *magno examine volantes in Aegyptum*; ſed *in Aegyptum*

*tum* legi non eſt neceſſe; infrà enim hoc cap. *oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat.* De ſerpentibus his ſcribit Herodotus lib. II. Λόγος δέ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφεις ἐκ τῆς Ἀραβίας πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου· τὰς δὲ ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρης, οὐ παριέναι τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατακτείνειν. & lib. III. Τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα ὄφιες, ὑπόπτεροι μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλῆθε πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον, οὗτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύονται.

l. 84. *Perpetua duravit.*] Fortè, *perpetuò.*

l. 85. *Incubat, ſolviturque deinde*] V. C. *incubat ſolviturque dein* &c. Fortè leg. *incubans*, & pro *renaſcitur*, *enaſcitur.*

l. 90. *In urbem*] V. C. *in urbe.*

l. 93. *Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, à Cerauniis ſaltibus*] Ceraunios montes eſſe in Africa ait Diodorus lib. IV. propinquos promontorio, cui *Heſperuceras* cognomen eſt. Strabo lib. XVI. 734. Καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης τὸ Νότου κέρας. Hanno in *Periplo* non videtur aſſerere eſſe ultimum illius orae.

## Cap. IX.

l. 1. *Aethiopes ultra ſedent, Meroën habent terram*] Fortè, *Aethiopes ultra, qui Meroën habent*, ita ut dictio *terram* ſit ſuperflua; vel aliàs, *Aethiopes ultra Meroën habent terram*, ita ut *ſedent* tanquam ſuperfluum expungatur. Aethiopas ſuprà lib. I. cap. 2. in Aſiae parte locat.

l. 6. *Automalae*] Forté *Automales. Aſmachos* vocari tradit Herodotus lib. II.

l. 7. *Aequi corporis parumque veneratiores*] Fortè, *parumque venatores*, vel, *& corporis plurimum valent robore.* Solinus cap. 43. *Hi Macrobii juſtitiam colunt & aequitatem, plurimum valent robore, praecipua vigent pulchritudine, ornantur aere, auro vincula faciunt noxiorum.* Herodotus: μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἄνθρωποι.

l. ead. *Veluti optimarum alumni virtutum*] Aldus & meus

meus Codex aliique non habent illud *alumni*, quare ſuperfluum videtur.

l. 10. *Apud hos plus auri quàm Perſis eſt*] Aliàs, *apud hos plus auri quàm aeris eſt.* quam lectionem confirmant verba adjuncta, *ideo quod minus eſt*, *pretioſius cenſent*, & Herodotus lib. I.

l. 12. *Et quia ut lubet veſci volentibus*] Solinus: *quibus indiſcretè omnes veſcuntur.* Herodot. in *Thalia.*

l. 16. *Innaſci ſubinde*] Poſterior vox redundare videtur.

l. 18. *Et ad ſuſtinenda*] Lege, *ſed ad ſuſtinenda.*

l. ead. *Non natantia ferat*] Aliàs *innatantia* in V. Solinus cap. 41.

l. 19. *Ut folia etiam proximis deciſa frondibus*] *Frondes* habet etiam Solinus cap. 43.

l. 21. *Sed paſſim & penitus accipiat*] Aliàs *peſſum*, in V. Fortè, *peſſum euntia accipiat.*

l. 23. *Sphingas*] Aliàs, *Sphinges.* V.

l. 24. *Tragopomones*] Fortè, *Tragopanes.* Solinus cap. 73.

l. 25. *Ceterùm oras ad eurum ſequentibus*] i. e. ſi naviges euro. Solinus cap. ult. Aliàs, *oris ad eurum.*

l. 27. *Ripae potiùs ſunt quàm litora*] *Ripa* eſt littus. Fortè, *rupes.* Sueton. in *Tiber. Capreas ſe contulit, praecipue delectatus inſula, quod uno parvoque litore adiretur. ſepta undique praeruptis immenſae altitudinis rupibus.* Suprà lib. I. cap. 19. de Ponto Euxino: *Non molli neque arenoſo circumdatus littore.*

l. ead. *Et equinis auribus Pegaſi*] Solinus cap. 43. *illius caeli ales eſt Pegaſus, ſed haec ales equinum nihil praeter aures habet.*

l. 28. *Sine cultoribus tractus*] Vocabulum *tractus* redundare videtur, nec agnoſcit V. C.

l. 29. *An exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet*] Fortè *an inexhauſta fluctu.* Pro *Africa* alii legunt *fracta*, alii *amfractu*, alii *ſe Africa*, vel *ad Africam extendit*, expuncta ſequenti particula *ſed.* Aldus, *inexhauſta anfractu*, ſeu *inexhauſto anfractu.*

l. 31. *Per Oceani oſtia*] Aliàs *oſtium* meus V.

l. 32. *Verùm etſi Hanno*] Lege *Verùm & Hanno*, expuncta particula *ſi* veluti ſuperflua. Adi Polyb. lib. III. fol. 272.

l. ead. *Exploratum miſſus*] Habitatum dicit Hanno in *Periplo Africae*, non exploratum miſſum: *ἔδοξε Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων· καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα, τὴν ἄλλην παρασκευήν·* Cùm perveniſſet ad eam inſulam, quam à foeminis habitari infrà narrat Pomponius, *οὐκ ἐπλευσάμεν*, inquit, *προσωτέρω, τῶν σιτίων ἡμᾶς ἀπολιπόντων.*

l. 33. *Sed commeatu defeciſſe memoratum retulerat*] Aldus *memoratu*, & in V. Fortè, *commeatu defeciſſe in mari retulerat.*

l. 37. *Gades usque pervectus eſt*] Aliàs *pervetus* V.

l. 43. *Alii ſine ſono linguae, alii ſine linguis*] Haec verba non videntur eſſe Melae, ſed alterius, qui in margine expoſuit, *mutos & cohaerentibus labris*, ſine ſono linguae eſſe & ſine linguis.

l. 45. *Sub naribus etiam fiſtula eſt*] Fortè, *ſub naribus eis fiſtula eſt.* Vetus Codex pro *etiam* legit *eis.*

l. ead. *Libere avent*] V. C. *bibere avent.* Fortè leg. *bibere avenis, & cum inceſſit libido* &c. Vid. Plin. lib. VI. cap. 30.

l. 47. *Adeoque uſus mirum in modum placuit*] Aliàs *viſui.* Aldus, *adeoque viſus*, rectius.

l. 48. *Ante adventum Eudoxi*] Qui Lathyrum Aegypti Regem fugiebat.

l. 53. *Grandem inſulam includit*] Fortè, *claudit.* Plinius lib. VI. cap. 31.

l. 54. *Toto corpore hirſutas*] Forté *hirtas.* Vid. Solin. cap. ult.

l. ead. *Et ſine coitu marium ſua ſponte foecundas*] Plinius lib. VI. cap. 26.

l. 56. *Ut quaedam contineri*] Particula *quaedam* fortè redundat.

l. 62. *Longo tractu, longis litoribus obductus*] Suſpectum eſt illud *longis*, & fortè vacant iſta verba, *longis litoribus obductus.*

l. 64. *Panum Satyrorumque. Hinc* &c.] Vide Hannonis *Periplum* & Plin. lib. VI. cap. 30. Damaſcenus lib. II. *Fid. Orthod.* cap. 9. Marcian. Capella lib. II. *Ipſam quoque terram, quia hominibus invia eſt, referciunt longaevorum chori, qui habitant ſylvas, nemora, lucos, la-*

cus,

*tus, fontes ac fluvios, appellanturque Panes, Fauni, Satyri, Sylvani, Nymphae*, &c.

l. 67. *Solitudo in diem vaſta*] Aliàs *per diem*.

l. 68. *Et veluti caſtra late jacentia oſtenduntur*] *Caſtra* videtur redundare.

l. 70. *Tibiaeque ſonantes majus humanis*] Aliàs *magis humanis*.

l. 71. *Tunc rurſus Aethiopes*] Aliter tamen Herodotus lib. II.

l. ead. *Nec jam dites ſunt, ut hi*] Fortè, *Nec tamen divites*. Duae illae particulae *ut hi* redundare videntur.

l. 75. *Aliqua parte credibile eſt*] Dictio *parte* redundare videtur.

l. ead. *Nuchul*] Aliàs *Nicris*.

l. 76. *Et videri poteſt non alio nomine appellari*] Scilicet quàm Nilus, ideo Hermolaus *Nulach* legit. In V. C. habetur, *& videri poteſt nunc alio nomine*.

l. 77. *Alit & flumen & minora quidem*] Fortè, *alit id flumen*, vel *et* ſuperfluit. Aliàs *aliter pyrum & minora*.

l. 78. *Ejuſdem tamen generis animalia gignens*] *Gignens* abundat, ut cap. 15. in V.

l. 80. *In mediam regionem ad orientem abit*] V. C. *in mediam regionem & in orientem abit*. *Et* igitur interponendum.

l. 87. *Catoblepas non grandis fera, verùm grave & grando caput*] Aliàs *grande & praegrande*. Fortè, *grande & praegrave*.

l. 93. *Inſulae Gorgones*] Aliàs *Dorcades*. Meus V. C. *Gorgades*. Fortè *Gorgodes* ex Diodoro Siculo lib. IV. & Solino. Athenaeus lib. V. extr. etiam *Gorgonas* appellari à Numidis ait. Iſidorus lib. XIV. *Origin.* cap. 6. *Gorgodes inſulae Oceani, obverſae promontorio, quod Heſperuceras vocatur, quas incoluerunt Gorgones foeminae aliti pernicitate, hirſuto & aſpero corpore; & ex iis inſulae cognominatae*. Hae Gorgones ab Hannone in promontorio (*Notuceras* vocat) collocantur, aliter quàm Plinius, ut & Solinus: praeterea ille non *Gorgonas*, ſed Γορίλλας appellat, niſi codex fallat.

## Cap. X.

l. 4. *Aut arenis obducta* ] Caeſar *arenas* dici poſſe negat.

l. 5. *Exuſtis inſulae appoſitae ſunt* ] Fortè, *inſulae arduae ſunt*.

l. 6. *In arenis mons eſt ſatis de ſe conſurgens* ] Hoc modo loquendi utitur Mela lib. I. cap. 13. *Mons litori appoſitus & decem ſtadiorum clivo ſatis arduus.* Et cap. 15. *Taurus ipſe ab Eois litoribus exſurgens, vaſte ſatis attollitur.* Aldus *denſe*. Plin. lib. v. cap. I. *Ejus radix denſis altisque repletus ſilvis.* Fortè, *mons ſatis ſpatioſe conſurgens.* Herodotus lib. IV. Curtius lib. VIII. cap. II. *Petra non ut pleraeque modicis ac mollibus clivis in ſublime faſtigium creſcit, ſed in metae maximae modum erecta eſt, cujus ima ſpatioſiora ſunt, altiora in arctius coëunt, ſumma in acutum cacumen exſurgunt.*

l. 10. *Usque in nubila erigitur* ] V. *exigitur*.

l. 12. *Contra fortunatae inſulae abundant* ] De illis Nonius 1373. 66.

l. 15. *Beatiùs quàm aliae urbes excultae* ] Plutarchus in *Sertorio*. De Fortunatis Inſulis vide Iſidorum lib. XIV. cap. 6.

l. 17. *Riſu ſolvuntur in mortem* ] Dictiones *in mortem* ſuperflua ſunt.

l. 20. *Inflexi lentis cruribus* ] Fortè, *inflexis lenti cruribus*. Sic Solinus cap. 34. *Himantopodes flexis niſibus crurum repunt potius quàm incedunt.*

l. 21. *Serpere magis quàm ingredi* ] Aliàs *potius* V. M. C.

l. ead. *Deinde Pharuſii aliquando tendente ad Heſperidas* ] Aliàs, *dein & ad Heſperides*.

l. 25. *Terotae & Berini* ] Aliàs *Terothebenno*. Antiq. & Aldus, *Terotae*, *Berini*. Dionyſius hic locat: Κέρνην· πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης. Hermolaus in *Corollario ad Dioſcoridem*, dum agit de cytino ſic ait: „ Etenim Siſenna *ferabitim*, pro ſylveſtri arbuſto poſuit: *Partim* inquit, *Ferabite*, *partim lauro atque pinu abundant*." Quod ſi Siſenna de his loquitur, ac-

accommodatiſsimè hoc loco legi poſset, *Ferabite, pinu & lauro abundant.* Quaerendus Siſennae locus, qui eſt apud Nonium in eo verbo; ſed legendum *vite.*

l. 29. *Et ubique, quae tinxere, clariſsima*] Legendum, *ubi quaeque tetigere clariſsima.* Plaut. *Bacchid. atque acerrima ea eſt, abſorbet viros, ubi quemque attingit.*

l. 30. *Ora Mauritaniae exterior*] Aliàs *ora Mauretaniae*, Meus.

l. 31. *Faſtigantis ſe*] Aliàs *faſtigantis*, in Meo.

l. 33. *Et adeò fertilis etiam*] Aliàs *& adeò eſt fertilis.* ut V.

l. 35. *Profundat etiam nata*] V. C. *nota.* Fortè, *è ſe nata.* Sic enim Varro appellat quae non ſeruntur lib. I. *de R. R.* cap. 27. *Sed interea terram rudem proſcindere oportet, quae ſunt ex ea enata, priusquam ex iis quid ſeminis cadat, ut ſint eradicata.* Sic Cicero lib. VII. *ad Famil. Epiſt.* 27. *Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quae lege excepta ſunt, in honorem adducere,* (addit autem quae terra nata ſunt) *fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.*

l. 37. *Et ſignum quod fabulae clarum*] Aut legendum *quoque* pro *quod*, aut vacat.

l. 38. *Imagine jacentis, illius, ut incolae ferunt, tumulus*] Plutarchus in Sertorio pag. 200. Strabo pag. 361.

l. 40. *Solent imbres ſpargi, & donec effoſſa repleantur, veniunt*] Tertullianus, ſi tamen ejus eſt *de Trinitate* liber pag. 244. in fine. *Venti ſpirare coguntur, imbres veniunt, maria commoventur.*

l. 41. *Donec effoſſa repleantur, eveniunt*] Corrupta haec. Legendum *donec effoſſa repleant, eveniunt.* Pro *frequentant* V. C. *frequentat*, pro *habitant, agunt.*

l. 42. *Horum pars ſylvas frequentant*] Aliàs *horum pars ſylvas frequentat.* V.

l. 43. *Pars in urbibus habitant*] Aliàs *agunt.* V.

l. 45. *Gildano, Dulbritania*] Aliàs *Dubritania.* V.

l. 47. *Lixo flumini Ininxo proxima*] Aliàs *limo.* V. Hannoni in *Periplo* Λίξος & Λιξίτας appellatur.

l. 48. *Colonia & fluvius Gna*] Pintianus legit, *Colonia & fluvius Zilia.* At Strabo lib. XVII. ibi corruptus videtur, & ubi εἰς δὲ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν πλέουσιν ἀπὸ

Ἐγγὺς πόλις ἐστὶ Ζῆλις καὶ Τίγα, legendum ἐντός. nam ad fretum navigat ab exteriore ſinu.

L. 50. *Operis hujus atque Atlantici litoris terminus*] Elegantior lectio; *Atlantici litoris, atque operis hujus terminus.*

# FINIS.

PETRI

# PETRI IOANNIS NUNNESII,

*VALENTINI,*

# EPISTOLA

DE PATRIA

# POMPONII MELAE

ET

ADNOTATA

*In Prooemium atque duo priora Capita Libri I.*

AD

# ANDREAM SCHOTTUM.

# PETRI IOANNIS NUNNESII,

## *VALENTINI,*

## EPISTOLA

## DE PATRIA

# POMPONII MELAE

## ET

## ADNOTATA

*In Prooemium atque duo priora Capita Libri I.*

## AD

# ANDREAM SCHOTTUM.

Diſputas, mi Schotte, in Prooemio tui *Spe-cilegii* accurate de patria *Pomponii Melae:* ſed, quia ſequeris ſententiam eam, in qua major ſit ſcripti mutatio, & absque fide codd. MSS. facere non poſſum, quin ab ea diſcedam, & Hermolao aſſentiar. Nam illud Eliae Vineti commentum plane videtur, dum non liqueat apud quem alium Scriptorem *Tingenterae* nomen legatur: ego lectionem Hermolai probo quidem, ſed ita ut pro *freto* reponam *fretu*, ne longius abſim à MSS. CINGENTERATUM (exhibentibus) quam etiam lectionem retinuit Franc. Nunnes in eo exemplari, quod Salmanticae, annos ab hinc LXXXV. edendum curavit: extremum autem illud *m* irrepſiſſe videtur, quod fieri plerumque ſolet ex initio proximi vocabuli. Nam *fretu* pro *freto* Tullianum eſſe monuit Gellius; & Priſcianus lib. I. apud Lucretium lib. I. de Sicilia legi obſervavit:

*Anguſtoque fretu rapidum mare dividit undis.*

Hinc quod difficilius eſt, cur *cingente fretu* legendum videatur, planum faciemus. Nam Hermolai obſervatio hoc loco preſſa nimis eſt & brevis, ut ſaepe aliàs, & locum, quem citat Strabonis, adhuc non potui invenire. Pomponius itaque freti totius Hiſpanici oram voluit à monte Calpe ad Junonis usque promontorium pertinere; Plinius ſi attentè legatur, anguſtiores fines circumſcripſit à Calpe ſcilicet ad Mellariam; recte vero uterque. Nam ut ab iis, qui luſtrarunt haec litora, memini me accepiſſe, ſinus ille, quem ultra Calpen facit Pomponius, ſinditur medio monte in duos ad Junonis usque promontorium, è quibus is, qui occidentem ſpectat, flectitur magis ad ſeptemtrionem, at is, qui ad orientem & noſtrum mare ſpectat, anguſtiis maris magis premitur, quod & comprobat Plinius lib. III. cùm docet anguſtiſſimum fretum eſſe à vico Mellaria ad promontorium Album Africae. Sic fit, ut Plinius anguſtiorem tantum partem freti, quod in ea aeſtus magis ferveat, *fretum* nominaverit; Pomponius autem longius fretum produxerit, quod promontorium Junonis adverſum eſſe ei, quod Ampeluſiam in Africa nominant, animadverteret, & illo Africam, hoc Europam occidentem verſus finiri. His ita poſitis cum *terra* dicatur Latinè *cingi mari*, cùmque *fretum* ſit Pomponio totum illud mare à Calpe ad Junonis usque promontorium, ſindaturque praetererea ad Mellariam, praeclarè Pomponius & illuſtri brevitate patriae ſuae ſitum expreſſit, *atque unde nos ſumus cingente fretu Mellaria.* Illud etiam noſtram ſententiam videtur confirmare, quòd Pomponius, cùm enumerat oppida, quae oram totius freti occupant, ſingulis eas conjunctiones praeponit, quae vim copulandi habent. Itaque nullo modo fieri poſſe videtur, ut locus ille, *& quam transvecti ex Africa Phoenices habitant*, de Carteia accipiatur, nec ille qui deinceps ſequitur, *atque unde nos ſumus* &c. quo loco ſuſpicor in veſtra Pomponiana editione praetermiſſam conjunctionem, quae *Beſipponi* in omnibus, quae videre licuit, vulgatis exemplaribus, etiam in illo Salmanticenſi Franc. Nunnes, atque in unico MS. in quod incidimus, praeponitur: niſi fortasſe praeterita, quòd *portus* ſit Plinio, at Antoni-

tonino in *Itinerario oppidum* vocetur, aut certè, ut ille libellus loquitur, *manſio*; ſed eò, unde abieram, redeo. Verba illa, *& quam transvecti ex Africa Phoenices habitant*, de eo oppido intelligo, quod Ptolemaeus in hac ora inter Mellariam & Carteiam *Tranoductam* appellat, ut legendum videatur more antiquo *Transducta*. Eodem modo & Claudius Caeſar Tingi ex altera parte freti cùm coloniam fecisſet *Traductam Juliam* appellavit: auctor Plin. lib. v. cap. I. Potuit autem facillime depravari nomen & τὸ ς Graecum extrito apice verti in o. Perbellè verò reſpondet nomen poſitum à Ptolemaeo loco Pomponiano; cui oppido poſtea videtur *Portus Albi* nomen impoſitum, ut diſertè apud Antoninum legitur. Nam *Barbeſula* apud Ptolemaeum migravit in alienum locum, quod ex flumine cognomine in mari interno & ex aliis Geographis liquidò conſtat. Quod autem torſit noſtrum Pintianum, legendumne ſit *Phoenices*, an *Poeni*, nulla obſtructum eſt difficultate, cùm Avienus, quem ille etiam legerat, de his locis diſertè canat, *Nam ſunt feroces hoc loci Libyphoenices.* Illud potius ſcrupulum mihi injecisſet hoc loco, quòd in optima editione Ptolemaei, quae à Pircheymerio vulgata eſt, *Transdumenorum* legatur; nomen quidem corruptum, ſed fortasſe ex *Transducta Maneorum* ſic conformatum. Quod Avienus in *libello de Oris Maritimis* Hiſpaniae gentem *Maneûm* finitimam Tartesſiis & Cilbicenis commemoret: gentem inquam *Maneûm* pro *Maneorum* more Poëtico, quamvis horum regio mediterranea eſt Avieno, & à freto aliquantulum disjuncta: fortasſe autem, ut diſtingueretur à *Traducta Julia*, aliqua facta huic nomini accesſio; in quo tamen nomine licet depravato illud lucrifacimus, ut τὸ σ, quod in τὸ ο mutatum falſò fuerat, in integrum reſtitutum agnoſcamus. Quod autem affertur, ſi Mellariae natus fuisſet Pomponius, *Mellarienſem*, non *Melam* nominandum esſe; haec oratio pro certo & explorato ſumit, cognomina tantum à loco, ubi quis natus ſit, peti debere, quod perabſurdum planè esſet, aut nomina ἐθνικὰ ſemper κατ' ἀναλογίαν ex primis nominibus oppidorum flecti, quod in *Mesſana* & *Mamertinis*, in *Capua* & *Campanis* multò aliter evenire Varro obſervat; aut certè, quod huic proximum eſt, nomina ἐθνικὰ contractiora nominibus oppidorum esſe non

posſe,

poſſe, quod tamen incertum eſſe ſatis multa declarant, ut Graecè Κρὲς à Κρήτη, & Latine *Creſſa* à *Creta*, & Θρᾶξ ἀπὸ τῆς Θράκης, & Latinè *Trax* (à *Thracia*) & alia hujusmodi: ſed ne diligentius in iſta inquiram, nonne fieri poteſt, ut idem cognomine *Melae* appellaretur, quod erat in Hiſpania uſitatum, & Mellarienſis eſſet patriae origine, ut apud nos *Sola* & *Soler*, qui *Sollariae* natus ſit. In quo vides, ut in cognomine Melae, unum *l.* at in nomine ἐθνικῷ duplicatum *Sollarienſis*, ut in *Mellarienſis*. Haec de patria Pomponii, ſed antequam haec diſputationem miſſam faciam, illud praeterire non poſſum, locum Salluſtii ex lib. II. *Hiſtor.* non multùm videri convenire *Carteiae* Pomponianae. Poſtulat enim locus Salluſtianus, ſi attentè conſideretur, ut ea civitas *Tarteſſus* dicatur, quam Tyrii *Gadir* appellabant. Pomponius autem, qui optimè noſſet Eratoſthenem illum Philologum clariſſimum, qui *Beta* eruditorum appellatus eſt, exagitatum ab Artemidoro, qui haec loca peragraverat, quod *Carteiam Tarteſſon* nominari etiam ſcripſiſſet, ut legimus apud Strabonem, quia animadverſionem Artemidori verebatur, noluit gratiae Carteiae illud dare, neque nomen alienum illi affingere, ſed prudenti & verecundiae plena acceſſione verborum, *ut quidam putant;* quae de Eratoſthene planè accipienda ſunt, judicium Artemidori ſubterfugit. Plinius autem minus prudenter ſine ulla praefatione, *Carteia Tarteſſos à Graecis dicta.* Quare locum illum fragmenti Salluſtiani de Gaditana potius civitate interpretarer, ut & locus Plinii & Solini, qui à te proferuntur, illud luculentè aſſerunt. Avienus tamen, cum eadem de nomine *Tarteſſi & Gadir* afferat, proximam arci Gerontis, à qua Geryonem nuncupatum ait ſe accepiſſe, diſertim facit, atque civitatem in inſula ea, quam Baetis ſuis oſtiis cingit, cui Euſtathius *in Dionyſium* aſſentitur: Strabo ſanè illius inſulae meminit, ſed ſine nomine: Pomponius, cui major fides habenda ſcopulum potius quà inſulam eſſe arbitratur, cum ſcribit lib. III. cap. I. *In ipſo mari monumentum Geryonis ſcopulo magis, quam inſulae impoſitum.* Quamquam in MS. Melae, quem ego vidi, legitur *Scipionis* vitioſè, ut ſuſpicor, cùm caeteri praeferant ſine ulla dubitatione *Gerionis*, etiam illud Salmanticenſe perantiquum Franciſci Nunnes. Ex quo loco obiter

obiter emendandus videtur Strabo, qui *Capionis turrim* habet proclivi, ut fit, migratione τοῦ G in τὸ C, ut in praenominibus *C.* & *Cn.* & propter ſimilitudinem litterae, qua notantur *P* Romanum & *R* Graecum, quod vehementer miror à Xylandro non animadverſum fuiſſe. Ex Pomponii igitur verbis, qui his locis propinquior erat, videtur *Tarteſſos* civitas Avieni in inſulam proximam Gaditanam deportanda: ſunt autem aliqua ejusmodi apud illum, quod ex illis Scriptoribus Graecis ea accepisſet, quos multa mentitos in Hiſpanicis prodidit Strabo. Redeo ad fragmentum Salluſtianum: *Tarteſſum Hiſpaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* Ex hoc loco à Tyriis, qui eam bello Sertoriano tenuerant, *Gadir* nuncupata non videtur, tantum illud agnoſco, à Tyriis tunc illam habitari nomine *Gadir*, *Tarteſſos* primò nominata, ut ait Avienus, à proximo fluminis *Tarteſſi*, id eſt, Baetis oſtio; pòſt à Tyriis, qui eo venerant, Punico nomine *Gadir*, id eſt, *ſepes*, ut Plinius & Solinus explicant, aut *conſeptus locus*, ut Feſtus Avienus. Quamquam Plato εὔμηλον, quaſi dicas *pecore abundantem* interpretatur, qui etiam nos monere poteſt, quàm priſcum ſit nomen *Gadir* in his oris Hiſpaniae. Tyrii certè dicuntur noſtro Pomponio templum in hac inſula Herculis Aegyptii condidisſe, cujus ille conditores & vetuſtatem non celebrasſet, ſi de Tyriis, qui Sertoriano bello haec loca habebant, locutus fuisſet. Revocandus praeterea in memoriam locus Strabonis de adventu Tyriorum in haec loca, & de oraculo illis dato, ut intelligatur prorſus, quàm vetus ſit nomen Tyriorum in his partibus; & Plinii de Gaditano oppido à Tyriis condito. Mitto apud Eratoſthenem nomen τῆς Γαδείρας lectum, & apud Eupolim τοῦ Γαδειρικοῦ ταρίχους. At *commutato nomine*, additur in fragmento Salluſtii: eſt ita, ſed non additur nominatim ab illis *Tyriis*, qui tum eam habebant, commutatum fuisſe, neque ex eis verbis planè colligi illud poteſt. At enim Plinio ab eo latere, quo Gaditana inſula Hiſpaniam ſpectat, pasſibus fere centum altera inſula eſt, in qua priùs, ut ille ait, *oppidum Gadium* fuit: eſt ita; ſed ut ut ſit, nomen *Gadir* nuſquam legimus *Carteiae* attributum, ut locus Salluſtii de *Carteia* minime exponi posſit. Porro de nominibus, quae noſtro ſaeculo uſurpantur, quî reſpondeant

deant illis priſcorum nominibus, tu optime exiſtimabis! ſed quoniam de patria nimis diſputatum; quod in eo plus eſſet obſcuritatis, ad indicem libri ὕστερον πρότερον, quod levius eſt, meam orationem traducam. Indicem illum *de Chorographia* non damnas; meritò quidem, ſi Chorographi tantum partes eſſent deſcribere orbem ἁπλῶς, Geographi autem addere menſuras praeterea, & intervalla μαθηματικῶς: ſed quia Chorographus non poteſt totum orbem, ſed partem tantum ejus deſcribere; ut conceptis verbis diſputat Ptolem. lib 1. *Geogr.* & Strabo innuit lib. 1. item cum docet quemque ſuae regionis optimum eſſe Chorographum, non video, qui poſſit illa ἐπιγραφὴ tolerari.

---

## PROOEMIUM.

l. 1. *Orbis*] Ex vulgari loquendi conſuetudine: non enim rotundus ὡς ἀπὸ τόρνου, ut ait Herodotus lib. IV. cap. 36. quem Mela libenter ſequitur.

l. 2. *Conſtat enim fere ex gentium*] Τὸ *ex* aberat ab eo MS. quod unicum nobis legere contigit; ſed ne in illo quidem Salmanticenſi Franc. Nunnis legitur: ut ſit oratio brevis, quam Tu virtutem merito in Pomponio laudibus effers.

l. ead. *Fere*] Rectè, quia addet, ut idem infra inquit, *quae in natura regionum incolarumque memoranda ſunt:* interponet quoque, ſed ſtrictim, diſputationes aliquot graviores, ut de incremento Nili, de aeſtu Oceani (1).

l. 12.

In his Notis quaedam turbata eſſe vitio, ut credibile eſt, deſcribentis facile videbit Lector, in quibus emendandis ingenioſus eſſe non voluit, qui eas nobiſcum communicavit; etſi nonnulla haud difficulter reſtitui poſſe videbantur. De iis autem & de Oxonienſi MS. Melae plura dicentur in Praefatione Animadverſionibus Cl. Perizonii praefixa. DUKERUS.

(1) Notat ergo *fere* hic maximam partem, ſeu maxima ex parte. Sic Corn. Nepos in Praefat. *Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Graecarum.* Cicero Famil. XII. 5. *Haec erant fere, quae tibi nota eſſe vellem.* Sueton. Caeſ. cap. XXV. *Geſſit autem novem an-*

*nis*

l. 12. *Forma totius*] *Summam noſtri orbis* appellat in ἀνακεφαλαιώσει cap. 4.

l. ead. *Quae maximae partes*] Praeciſe etiam atque ſine ulla adjunctione *partes* a priſcis nominabantur, ut legitur in extremo libro de agrorum conditionibus ex incerto Auctore: *Majores orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca —— diviſerunt.*

l. 13. *Quo ſingulae modo ſint, utque habitentur*] *Formas genteſque partium* interpretatur ibidem.

l. 14. *Oras omnium & littora*] Haec proprie in mari & aquis, illae etiam in aliis dicuntur: quamvis frequentius in regionibus maritimis uſurpantur.

l. 16. *Subit*] *Ingreditur* in eadem anacephalaeoſi. quo loco admoneri potes obiter, cùm lib. II. cap. 6. *Tulcis* amnis, aut *Culcis*, ut eſt in MS. deſcribitur, non poſſe pro *ſuper* emendari *ſubit*, tum quia contra fidem codicum, tum etiam, quia amnis ille, qui *Francoli* nunc vocatur, non ingreditur Tarraconem, nec ſi ad pomoeria priſcae urbis producas, ſed ſuper eam mare ſubit.

l. ead. *Circumluit*] *Cingit Oceanus* in eodem cap.

l. 18. *Sciri poſſit atque accipi.*] Nil induco; nam & paullo ante *adſpici cognoſcique.* & cap. 12. *permutat ac miſcet.* Quid? quòd in omnibus exemplaribus haec leguntur, & Ariſtoteles, qui brevitatem appetit, aliquando hujuſmodi adhibet, ac praeſertim in *Ethicis.* Accedit etiam huc, quòd cuique verbo ſua eſt ſubjecta notio; *accipi* enim proprie a magiſtro dicitur, tanquam ab eo, qui porrigit, ut Cornelius Fronto verbum *accipiendi* interpretatur. Erit ſenſus ergo horum verborum, ſive quis per ſe ipſum, ſive praeëunte doctore, velit haec intelligere.

*nis —— haec fere.* Tacit. Ann. IV. 5. *Cohortes Etruria ferme Umbriaque delectae.* Senſus horum eſt: ſed hi erunt maximam partem tales, qui —— Haec erant maximam partem ea, quae tibi —— Haec maximam partem ſunt ea, quae novem annis geſſit. PERIZONIUS.

## Lib. I. Cap. I.

l. 1. *Quidquid id eſt*] Quia non eſt haec diſputatio Geographica, ſed potius Phyſicà; de qua idem obiter lib. III. cap. 1. *Mundum animal eſſe doctioribus placuiſſe* ſcribit. Sed conſulendi Plutarchus *de Decret.* Galenus in *Hiſtoria Philoſoph.* (ſi illius tamen eſt) atque Stobaeus in *Eclogis*, Explanatores quoque Ariſtot. libb. *de Caelo*, & Achilles Statius (1) *in Aratum*.

l. ead. *Mundi*] Haec prima ſignificatio ex illis ſex, quae referuntur ab Achille Statio *in Aratum* ex Diodoro. Κόσμου etiam nomen ante Pythagoram nusquam lectum idem prodit.

l. 2. *Caelique nomen*] Notum illud vulgo ex Ariſtot. libb. *de Caelo*, *caeli* item nomine mundum univerſum accipi ſolere, praeter alias duas ſignificationes Varroni lib. IV. *de Lingua Latin.* duobus tantum modis, uno, ſummum, in quo ſtellae, altero, quod circum ſupraque ſuo complexu continet terram. Ex quibus ſignificationibus neutra congruit huic loco. Nam prima, qua Zeno Cittieus caelum τὸ ἔσχατον αἰθέρος, id eſt, *ſummum caeli* definirit, ut reddit Varro, ſtellifero tantum & τῷ ἀπλανεῖ, ut Graeci loquuntur, eſt accommodata. Secunda autem reſpondet ei, quae Quarta eſt apud Achillem Statium. Quincta verò, quam ille his addit, propria eſt hujus loci, ut *mundus* eo nomine notetur; quam ille confirmat teſtimonio Platonis in *Phaedro*, cùm de ſole ſcribit, *Magnus Jupiter dux in caelo*, & quae ſequuntur. Latinis etiam uſitatum eſſe nomen *caeli* pro *mundo* multis exemplis liquet, quae longum esſet perſequi.

l. ead. *Nomen indidimus*] Οἱ ἄνθρωποι ſcilicet, ut loquitur Ariſtoteles in *Poëtica*, cùm de Epopocia diſputat: id eſt, *homines* vulgo. Nos enim ſumus ὀνοματοθέται,

(1) Ita hunc ſemper vocat Suidam ſequens. Aliis recte *Tatius*. Vide Clarisſ. Fabricium lib. III. Bibl. Graec. cap. 5. §. 22. & lib. V. cap. 6. §. 7. Tobias Magirus in Eponymologico eum confundit cum *Achille Statio*, *Luſitano*, cujus exſtant Adnotata iu Suetonii Grammaticos & Rhetores, in Catullum, Tibullum, & alia. *Μέγαιρες πολυτελῆ ὕφη ποταμῶν ἀρτίων.* Duker.

θέται, non Natura, ut diſſerunt Peripatetici contra Academicos.

l. 4. *Oriens nuncupatur* ] Verbum *nuncupandi* refert M. Tullius III. de Orat. 38. inter priſca ac vetuſta; quae *Poëtarum licentiae liberiora eſſe*, *quam Oratoribus* ait: *ſed tamen rarò habere etiam in oratione poëtica verba aliquam dignitatem*, iisque *loco poſitis grandiorem atque antiquiorem orationem ſaepe videri ſolere*. At Pomponius ſaepe hoc verbo utitur, ut hinc appareat, quanto oratio Tulliana elegantior in hoc argumento futura fuerit.

l. 6. *Qua decurrit*, *Meridies* ] Praeclare. Nam, ut docet Macrobius lib. I. *in Somn. Scip.* cap. 5. Romani *cardini arctico* nomen impoſuerant, quod a nobis ea regio non longe remota esſet, quamvis vi frigorum inhabitabilis exiſtimaretur; alteri vero cardini non fecerant nomen proprium, ſed *meridiem* à medio diei, cujus linea illi reſpondet, appellaverunt. Graeci tamen ἀνταξονα eam partem vocarunt, ut tradit M. Tullius I. *Tuſcul.* 28. & recte: nam ſi noſtra *habitabilis* dicitur a Cicerone *ſub axe ad ſeptem ſtellas poſita*, id est, *ſub curru*, ut loquitur item Juvenalis, quem currum Homerus ἄμαξαν, poſteri *Helicem* appellarunt, nil aptius, quàm ut ἀντάξων is cardo nominetur, qui Septentrioni, hoc eſt, *axi ad ſeptem ſtellas* adverſatur. Fruſtra ergo, ut obiter hoc moneam, ἀντάξονος nomen illo loco Tulliano deletum, & ἀντίχθονος repoſitum (1), de quo nomine infrà pluribus diſſeremus.

l. ead. *Ab adverſa parte Septentrio* ] At *Meridies* non adverſatur *Septentrioni*. Satisfactum cumulate proxima obſervatione.

l. 8. *Eademque* ] Retineo *eademque terra diviſa ab Oriente in Occaſum in duo hemiſphaeria*, non alveo quidem Oceani, qui Zonam uſtam cingit, quod nec unquam venit in mentem, nec venire potuit Macrobio, ſed per horizontem aut Oceanum, qui illi reſpondet, ut idem Macrobius docet lib. II. cap. 5. *in Somn. Scip.*

Nam

(1) Ἀντίχθονα in Cicer. l. d. habent Edd. Gruteri, Gronovii, & Anglic. in qua adnotant, ſic recte emendasſe Gebhardum; poſt Erasmum & Ciacconium. Vid. Ciaccon. ad Mel. I, I. Lambinus edidit ἀντάξονα. DUKER.

Nam alveus Zonae torridae non hemiſphaeria, ſed maculas tantùm binas utrimque ſeparat, quae in utraque temperata habitari poſſe ab illo dicuntur. Atque ita locus hic facilis eſt & expeditus: neque fieri ullo modo poteſt, ut Oceanus decusſatim quatuor maculas diſtinguat, quas ſigillatim ambit. Illud etiam animadvertendum, cùm locus Ciceronis ex *Somn.* de ſola quarta macula, quae a nobis ad Septentrionem colitur, diſertè diſputat, nullo pacto poſſe eam huic Pomponiano accommodari, qui de toto globo terrae, in quo quattuor maculae ſunt, apertè loquitur. Ex quo errore alius manavit, ut *chlamydi*, aut *fundae*, tota terra, quae poteſt habitari quattuor maculis ſimilis diceretur: quod hactenus à nemine tentatum, ne tentari quidem poteſt. Sola enim quarta ejus pars, quae a nobis colitur, chlamydi ſimilis, non a Macrobio tantùm, ſed, ut idem Macrobius diſertè ſcribit, ab omnibus veteribus exiſtimabatur: quod & Strabo antea docuerat: & Dionyſius eum fecit illam ſimilem σφενδόνῃ, idem ſenſit. Nam ſive σφενδόνη *funda* ſit, ſive *gemma*, quae ſimilis fundae in pala annuli inſeritur, ſive genus illud capitii muliebris, quod a noſtris *velum* nominatur, anguſta utroque vertice erit, & *lateribus latior*, ut loquitur M. Tullius, & Strabo demonſtrat, non infrà latior, quod planè omnium veterum ſententiae adverſatur. Ex quo etiam perſpicuum fit, non poſſe ullo modo apud Dionyſium legi ὀξυτέρη. Nam cùm ſive chlamydi, ſive fundae ſimilis ſit, ex duobus conis, ut rectè docet Euſtathius, componatur neceſſe eſt. Utriusque autem coni baſis latior neceſſario eſt cuſpide, relinquitur ut nullo modo τὸ ὀξυτέρῃ poſſit loco illo ferri (1). Itaque & Feſtus *latiorem* reddidit, & Priſcianus, ſive Rhemnius Palaemon *brachia pandentem*, quorum neutri poteſt reſpondere τὸ ὀξυτέρῃ. Quin & Euſtathius in *Parecbolis*, & Nicephorus in *Paraphraſi latiorem* interpretati ſunt. Sed error, ut fit, unus multos creat, quod & Ariſtoteles 1. *Phyſicor.* notatum reliquit. Hinc illa manarunt, a Cicerone *par-*

(1) In perieges. Dionyſii v. 6. plerique MSS. ut conſtat ex Edd. Henr. Stephani & Oxon. 1697. habent εὐρυτέρῃ, pauci ὀξυτέρῃ. Hoc tamen tuetur Vlitius ad Nemeſiani Cyneget. v. 91. Sed vid. quos laudat Hudſonus in Dionyſii Edit. Oxon. 1712. DUKER.

*parvam inſulam* univerſum terrarum orbem nominari, cum M. Tullius, ut diximus, de ſola quarta parte, quae nota & habitata tum erat, loquentem inducat Africanum, è caeloque in terram intuentem: ob quam cauſam non ſolum *inſulam*, quae publica fuit priſcorum opinio, quod undique Oceano cingi putaretur, verùm etiam *parvam* nominavit. Nam Dionyſius, cùm propoſita ſit Poëtis magnitudo orationis, cerneretque magnam eſſe εὐτέλειαν, cum orbis terrarum totus, etiam is, qui tum ſolus notus erat, *inſulae* nomine inſigniretur, ἐπέζωσεν τὸν λόγον, ut recte obſervat Euſtathius, addito epitheto ἀπείρονα; quod &, quia conjunctum eſt, ut docet Demetrius, ad augendam orationem plurimum valet, atque ἁπλῶς; quia epithetum πρὸς ὄγκον τοῦ λόγου, ut obſervat Ariſtoteles, affert adjumentum.

l. 9. *Zonis quinque*] Sententiam Eratoſthenis, ſequitur de quinque Zonis, ut M. Tullius & Virgilius. Eratoſthenis autem de ea re verſus legendi apud Achillem Statium. Polybius & Poſidonius *ſex Zonas* fecerant, bipartita torrida.

l. ead. *Mediam aeſtus*] At Panaetius Stoicus & Eudoxus Academicus illam coli poſſe docuerunt, ut legitur in Anonymo *ad Aratum*: de quo & Cleomedes.

l. 13. *Antichthones*] In MS. quem nos legimus, *Antipodes* omnino legitur, & cap. 9. hujus libri. Nec mirum: nam & Servius in Virgil. I. *Georg.* 235. VI. *Aen.* 532. atque VIII. *Aen.* 671. videtur *Antipodas* appellare eoſdem. In fragmento ſive Eratoſthenis, ſive Hipparchi, quod editum eſt cum commentariis Hipparchi in Aratum, & in prolegomenis Achillis Statii *Antipodes* nominantur, qui diverſa hemiſphaeria incolunt. Cleomedes autem docet proprie *Antipodas* nominari eos, qui in altero hemiſphaerio κατὰ διάμετρον oppoſiti ſunt. Quam ſignificationem videtur ſequi M. Tullius IV. *Academic.* 39. & hos appellare *obliquos* VI. de Republ. ut exponit Macrobius II. *in Somn. Scip.* 5. Martianus tamen Capella eos, qui κατὰ κάθετον ſiti ſunt, *Antipodas* appellat, quos M. Tullius videtur *transverſos* in Somnio Scipionis dixiſſe. *Antichthones terrum* videntur Pythagorici vocaſſe alterum hemiſphaerium, ut apparet ex

Plutarcho *de Decret.* & Galeno *de Hiſtor. Philoſophica*, ſi illius tamen eſt. Sic & *Taprobane* inſula *Antichthonum appellatione alter orbis* exiſtimata, ut Plinius lib. VI. cap. 22. & Solinus cap. 56. prodiderunt, quem & Lucanus *alium orbem* nominavit. Quod ita viſum Hipparcho, noſter Mela antea obſervaverat lib. III. Achilli Statio & Anonymo, qui cum illo circumfertur, *Antichthones* proprie dicuntur, qui ad perpendiculum ſub aliis ſunt. His ita poſitis, rectius videtur, ut legatur *Antichthones*, cùm Taprobanen *alterum orbem*, id eſt, Antichthona esſe, ut viſum Hipparcho, aut *Antichthonum appellatione*, ut Plinius & Solinus obſervarunt, prope verum Pomponio videatur. Eratoſthem quidem, aut Hipparcho, ut alii legunt, & Achilli Statio αὐτόχθονες ſunt, qui idem hemiſphaerium incolunt, & alii Auſtrum, alii Septentrionem ſpectant. Hi *antoeci* videntur esſe Cleomedi, Macrobio, & Martiano, qui contrarias duas temperatas ſub eodem hemiſphaerio habent, quos & *adverſos* arbitratur Macrobius a M. Tullio appellatos. Sed malim legere *averſos*, cùm eos ἀντοίκους proprie esſe demonſtret Cleomedes. Ex hac accesſione illud effici videtur, ſi Mela hoc loco de uno tantum hemisphaerio & Zonis illius disputet, melius αὐτόχθονας dicturum fuisſe; ſin autem de Zonis, quae utrumque hemisphaerium ambiunt, ut videtur, loquatur, recte *Antichthonum* nomine eos ab illo notatos.

l. 16. *Quia ſic jacet*] Nil muto, neque video tamen, cui uſui ſit. Longitudo illa mundi Ariſtot. a polo ad polum, quae a motu coeli & exemplo animalium ducitur: Geographica hic aptior, quae in toto orbe, ut in aliis corporibus, ἀπὸ τοῦ μείζονος διαστήματος, ut docet Strabo, petitur. Egregie ergo, cum quarta illa macula, quem orbem nominabant, ab ortu ad occaſum porrigatur, *quia ſic jacet*, ut homines porrecti a capite ad pedes, aliquanto longior eſt, quàm ubi latisſima.

l. 17. *Aliquanto*] Probe, & magno conſenſu exemplarium: nam Ariſtoteli, ut Philoſopho, ἀκριβέστερον erat hoc excutiendum, & Straboni, qui μαθηματικῶς iſta perpendit, non Melae, qui in Prooemio dixit, *ſe alias exactius de his dicturum*. Quin etiam ſi ad normam expendatur, cùm longitudo duplo tantum major, & vix

tertia

tertia amplius parte, potuit *aliquanto longior* dici: nam ut in numeris breviſſima eſt ἡ δυὰς, ſic & ἐν τοῖς λόγοις τῶν πολλαπλασίων neceſſe eſt minimum eum eſſe qui citra τὴν τριάδα conſtiterit

l. ead. *Ubi latiſſima eſt*] Latitudinem terrae habitatae docet Strabo lib. 11. à parallelo cinnamomiferae regionis per Nilum fluvium usque in Hiberniae parallelum producendam. Quod ut ita ſit, οἱ πιναкογράφοι anguſtius latus Africum pingebant in tabula, & latius Aſiaticum, ne qua pars in tabula vacaret: quod Nicephorus in *Paraphraſi Dionyſii* innuit, cùm latiorem ad ortum eam facit. Quamvis a Dionyſio εὐρυτέρα dicatur terra in has ambas partes, & a Cicerone *latior lateribus* in *Somn. Scipionis*; ubi Macrobius non ſatisfacit corruptus, ut apparet, a librariis.

l. ead. *Ambitur omnis Oceano*] Herodotus de eo dubitat in *Melpomene*: communis tamen fere Veterum haec ſententia eſt.

l. 18. *Quatuor ab eo maria recipit*] De Caſpio hoc videntur negare Herodotus in *Clione*, Ariſtoteles item, & Ptolemaeus, Avienus, qui ex antiquiſſimis Geographis & Hiſtoricis Graecis ſe ſua accepiſſe fatetur, hanc ſententiam Melae, ut publicam, ſectatur.

l. 21. *Nec amplius decem millibus*] Fortaſſe ex Cornelio Nepote, quem alibi etiam laudat, ſumptum. Is enim, & T. Livius, ubi plurimum, x. millia patere fretum dixerunt, ubi minimum, ſeptem; quod & Solinus ſequitur de ſeptem millibus. Martianus, ubi minimum, quinque, ubi diffunditur, ſeptem, ubi plurimum, x. millibus patere ſcribit. Turannius tamen Graccula a Vico Mellaria ad promontorium Album Africae tantùm v. millia patere fauces Oceano dixit. Quo loco licet mirari fretum non iiſdem finiri terminis a Pomponio, quibus circumſcribitur lib. 11. cap. 6. Nam cum ibi illud producat usque ad Junonis promontorium, neceſſe eſt illud patere amplius decem millibus paſſuum. A Belone enim ad Tingi Mauritaniae xxx. millia paſſuum trajectum facit Plinius lib. v. cap. 1. Et in Itinerario maritimo Antonini trajectus a Belone in Tingi eſt ducentorum & viginti ſtadiorum. Quare *fretum* Pom-

ponio hoc loco, ut Plinio, tantum porrigetur a Mellaria ad Calpes usque promontorium. Demon Amphipolita tribus millibus paſſuum tantum fretum diſtineri cenſuit, ut praefert Avienus. Sed Graecis quantum ſit tribuendum in rebus Hiſpanicis, monuimus ſuprà ex Strabone.

l. 22. *Aperit atque intrat*] Non video ut poſſit eſſe ex Ariſtotele, ut ais, hoc depromptum, ſi adhuc ſub judice lis, cujus ſit ille libellus, quem ego aliquando exiſtimavi ex libello Apuleji in ſermonem Arabicum, inde in Graecum quibusdam, ut ſit, mutatis, aliis additis, aut detractis, converſum fuiſſe. Neque vero neceſſe erat teſtem laudare Ariſtotelem in opinione, quam ut publicam omnes fere Geographi comprobant, ac praeſertim Avienus, qui optimos & clariſſimos quosque nominatim laudat, e quibus ſuam diſputationem ſumſerat. Quamvis Plinius lib. IV. cap. 13. contrariam aliorum opinionem profert; in qua etiam ſententia eſt Ariſtoteles in *Meteorolog.*

l. 25. *Minus mille paſſibus*] *Septem ſtadiorum*, ubi anguſtiſſimum eſt, eſſe illud intervallum ſcripſit Herodotus in *Melpomene*, quod poſteri ſequuntur, qui numerus minor eſt mille paſſibus, cum octo ſtadia mille paſſibus ex communi fere omnium conſenſu reſpondeant. Nam Suidas & Doxopater in Hermogenem ſeptem tantum ſtadia cum dimidio tribuunt mille paſſibus ex Polybio, ut memini me alicubi legiſſe.

l. 28. *Arctius exit in ſpatium*] Boſporo Thracio, de quo hic agitur, quingentorum paſſuum latitudinem tribuit Plinius, quae reſpondet quattuor ſtadiorum intervallo, quod Herodotus in *Melpomene* ei aſſignat. Conſulendus Petrus Gillius, qui omnium diligentiſſime de hoc Boſporo diſputavit.

l. 31. *Noſtrum mare*] Ita Plinius, Solinus, & antiquior his Salluſtius, & alii Latini Scriptores loquuntur.

l. 33. Πορθμὸν] Euſtathius in Dionyſium annotat a Graecis proprie uſurpari πορθμὸν in anguſtiis maris, quae utrinque terris premantur, ut ἰσθμὸν contra in anguſtiis terrae, quae utrinque mari urgueantur, ſed aliquando καταχρηστικῶς utrumque abhibere ſolitos; ut cum *fretum* appellant *Siculum*, non ſolum qua parte Meſſanam &

Auſtrum

Auſtrum ſpectat, qua ſeptem tantum ſtadia Straboni patere dicitur, verùm etiam verſus Septentrionem, qua parte ac mille & quingenta ſtadia producitur: ita videtur & Pomponius utroque modo nomine *freti* uti, ut antea obſervavimus.

l. 35. *Helleſpontus vocatur*] Euſtathius in Dionyſium docet *Helleſponti* nomen varie a priſcis acceptum fuisſe: quibusdam enim tantùm anguſtias eas, quae inter Abydum & Seſtum patent, Helleſpontum esſe, alios Propontidem etiam totam illi tribuisſe, alios ſolum eam partem Propontidis, quae intra Perinthum & Heracleam eſt; fuisſe & qui partem Aegaei illi adſcriberent, ut Homerum, qui ob eam cauſam πλατὺν Ἑλλήσποντον videatur dixisſe: Herodotum tamen ab Aegaeo & Propontide diſtinguere, ut illi ſolum fretum inter Abydum & Seſtum relinquatur: quae ſententia Dionyſii probatur noſtro etiam Pomponio, qui libenter Herodotum imitatur.

l. 36. *Propontis*] *Propontis* non continetur hoc loco ſub Helleſponti nomine, ut alii uſurparunt, ſed diſtinguitur ab Helleſponto & Boſporo Thracio, ut eo nomine uſus Herodotus.

l. ead. *Ubi expandit*] *Expanditur* MS. Sic cap. quod ſequitur, de Aſia, *rurſus expanditur* (1).

l. 38. *Qua paludi committitur*] MS. *emittitur*, quaſi ab Oceano emittatur, aut certe a Ponto Euxino demittatur. Stephanus enim, ſive Hermolaus *de Urbib.* ſcribit de ipſa, ἥν φασι κλυσθῆναι ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου Πόντου, quo loco legendum videtur. κλυσθῆναι, quaſi καταχυθῆναι, ut ſit, *quam ajunt a Ponto Euxino demisſam & delapſam esſe.* Placet tamen vulgata lectio, quia ſupra dixerat de eodem, *Paludi exiguo ore conjungitur.*

l. 39. *Maeotis*] Semper cum *ae* diphthongo, non *oe* ſcriberem, propter conſenſum MStorum & etymon: nam Graece Μαιῶτις ſemper. De *Maeotide* nil praeterea hoc loco diſputo, ut neque de Boſporo Cimmerio, cur ita appellatus, neque de Ponto Euxino, quod κατ' ἐξοχὴν

(1) At hęc omnia ſunt activa, & referuntur pariter ad voculam *ſe*, quae primo activo diſerte praemittitur. Neque aliter, mei certe, hic legunt MSti. Perizon. Sic etiam Oxon. & Edd. Vett. Duker.

*χὴν·* *Pontus* dictus, & cur Εὔξεινος: haec enim vulgo nota, nec quicquam in his obſcuritatis.

l. 39. *Hoc mari* (1) *& duobus inclytis amnibus*] De his terminis trium partium orbis, & an recte circumſcripti, legendi Herodotus & Strabo. Ptolemaeus tamen videtur has partes ἀκριβέστερον determinasſe.

l. 41. *In tres partes*] Hanc ego ſententiam non dico tecum a Polybio ſumſiſſe Melam, quod antiquior multo ſit, & ab Herodoto communis Graecorum & Ionum fuiſſe dicatur. Non defuerunt tamen ex Theologis priscis, qui duas tantum facerent orbis partes, ut ait Ethicus (2), *Aſiam* & *Europam*. Pauci tamen in ea haereſi fuerunt, ut tradit Salluſtius in *Jugurthino*. Varro certe lib. IV. *de Lingua Latina* duas tantum agnoſcit, ut *Africa Europae* ſit attributa.

l. 46. *Europen*] In MS. (3) ſemper *Europam* declinatione Latina, ut *Africam*: nam cur aliter esſe debeat non perſpicio. De nominibus harum partium Herodotus & alii multa.

## Cap. II.

l. 4. *Ad Orientem verſa*] In MS. & Salmanticenſi, quam toties citavi, *verſa ad Orientem*: in qua ſerie verborum major concinnitas, quia nihil hiat. Proximum item locum ex iisdem ſic reſtituo: *Tantum ibi in latitudinem ſe effundit, quantum Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immiſſum eſt.* Qui ordo verborum multo concinnior eſt vulgò edito.

l. 15. *Ora ejus*] *Orae* nomine videtur intelligere tantum eam partem Aſiae, in qua confinia ſunt Africae & Euro-

(1) *Mare* nusquam inveni niſi in MS. Oxon. Poteſt quidem defendi; ſed puto errorem ejus esſe, qui haec deſcripſit. DUKER. Veriſſima eſt ſuſpicio Doctiſſimi Dukeri; nam in αὐτογράφῳ ſcriptum eſt, *mari*.

(2) Eſt in principio Cosmographiae, quae Aethico adſcribitur. DUKER.

(3) Non omnibus. Vid. hic Perizon. *Europen* etiam Oxon. & in princ. cap. ſeq. Idem & Lipſ. *Europe*. Multa utraque terminatione a Latinis efferuntur, *Helene* & *Helena*, *Nymphe* & *Nympha*, & alia. DUKER.

Europae: nam in alveo Nili confinia Africae & Aſiae collocat, ab oſtiis autem Nili mare noſtrum usque ad Tanaim, & hujus ripa Europam ab Aſia ſeparant. Cap. tamen 3. *oram* vocat ambitum totius Europae.

l. 17. *Ita ſua littora porrigit*] Aut reponendum *inde* pro *ita*, quae facilis eſt mutatio, atque eam ſenſus postulat, aut dicendum τὸ *ita* poſitum esſe loco τοῦ *inde*: quaſi dicat ora Aſiae Nilo comitatur usque ad ejus oſtia, *inde*, hoc eſt, ab ejus oſtiis ſua littora ſcilicet interioris maris porrigit, deinde fit venienti Aſiae obviam, &c. (1)

l. 26. *Indos, Seres*] Lego, ut in MS. & in Salmanticenſi Franc. Nunnis, *Indos & Seres*, facta accesſione conjunctionis, cùm tres gentes diverſae ſint.

l. 29. *Spectant enim etiam meridiem*] Recte gentilis noſter Pintianus (ſi ſe tamen nomine *Nunnis*, ut Franc. ille Medicus, aut *Nunneſii*, ut ego, non *Nonii* appellasſet, nam *Nonius* eſt, qui vulgò *Nunno*, *Nunnes* autem, qui a Nonio originem ducit, ut in aliis ex analogia apparet) recte ergo ex analogia proximi loci *&* pro *etiam* repoſuit: cujus ſententiam confirmat MS. ejus lectio, quem nos vidimus (2).

l. 35. *Indis proxima eſt Ariane*] Pro *Ariane Carmaniam* ego multis abhinc annis legendum esſe arbitrabar: ſed cùm poſtea animadvertisſem a Pomponio *Carmaniam* prope ſinum Perſicum in dextra ejus introëuntibus collocari, coepi cogitare, an aliter rectius legi posſet. Videbam quibusdam placuisſe, ut *Ariane* hoc loco poſita esſet

(1) Immo vero nihil hic mutandum, & ſolito prorſus ſenſu accipiendum τὸ *ita*. Senſus enim eſt, poſtquam cum *Nili amnis alveo deſcendit in pelagus*, tum *diu ſicut illud* pelagus *incedit* verſus Orientem ab Nilo, *ita* & Aſia eodem flexu, aut forma *porrigit* inde *ſua littora*: Pelagus enim illud Mediterraneum ab Occidente & Freto Gaditano ad Orientem procedere, ſeu *incedere* dicitur. Unde & mox Aſiae haec ora ab Oriente procedens non Aſiae, ſed Pelago ab Occidente *venienti obviam fieri* perhibetur. Vide & Voſſium. Ceterum amat Auctor voculam *ita*, perque eam deſignare ſolet ordinem ac progresſum ſitus ac temporis. Cap. 4. *Usque inde procedit*, ita media *praecipue in juga exſurgens pergit incurva ad Occaſum*. Cap. 8. *Tunc, ut Sol ſurgit*, ita *frigidior*. Et dein: *Prima nocte calidus, atque, ut illa procedit*, ita *calidior*. PERIZON.

(2) At in meis reperio *etiam*. PERIZON. Sic quoque Oxon. & Edd. Vett. DUKER.

eſſet à Mela pro *Arachoſia* Ptolemaei, quod etſi duriuſculum exiſtimabam, probabile tamen videbatur, quod *Arachoſia* a Ptolemaeo propinquior Indiae, & illam ab oriente attingens deſcribatur; *Aria* verò interjectis Paropamiſadis paullo remotior verſus occidentem, ſed propinqua *Arachoſiae*, Gedroſis autem ad Meridiem magis converſa. In MS. legebatur quidem *Ariadne* & in Salmanticenſi Nunnis, pro quo *Drangane*, ut apud Stephanum reponendum videtur, aut certe *Drangiane*, ut apud Ptolemaeum & alios legitur: quae regio negari non poteſt quin proxima ſit Indiae, quamvis interjecta *Arachoſia*, ut docent Geographi, ſed non magno intervallo. *Ariane* nullo modo poteſt retineri, cum proxime ſequatur *Aria*; quia *Aria* nomen eſt totius provinciae, *Ariana* autem epitheton ab *Aria* flexum. Ut igitur ſingulae provinciae, aut ſatrapiae diverſae ſint, neceſſe eſt nomen *Ariadne* in nomen *Arachoſiae*, quod tamen longius abeſt ab illo, aut in *Drangianae* mutari. *Aria* autem confinis eſt *Drangianae* meridiem verſus, ut ait Ptolemaeus, *Drangiana* vero attingit *Gedroſiam* meridiem item verſus, aut, ut refert Strabo, qui propinquior eſt aetati Melae, *Gedroſiis Drangae* ad occidentem adjuncti ſunt, *Drangis* autem *Arii* ad ſeptentrionem & occidentem. Utramvis igitur deſcriptionem ſequaris, finitimae ſunt hae tres regiones. Quare videtur locus recte poſſe ita legi, ut pro *Ariane Drangiane* legatur: nam quod *Arianes* nomine intelligenda ſit *Arachoſia*, quod aliis viſum, non liquet, niſi aliquo gravi teſtimonio confirmetur. Quid ſi *Ariane* retineas, quod παρώνυμον eſt *Ariae* Graecis & Latinis notum? quae etiam regio cum India de jure & principatu quatuor Satrapiarum confinium contendebat, auctore Plinio, & ab ortu Indo terminabatur, ut Strabo & Plinius ſcriptum reliquerunt; & pro *deinde Aria* reponas *dein Daria*, de qua Plinius VI. 23. *Daritim quidam partem Arianae eſſe voluerunt.* Omnia incerta; nam *Daritas* Ptolemaeus Mediae ſubjicit, cum quibus & Caſpios numerat, quod etiam Herodotus in *Thalia* antè fecerat. Malo igitur ſuperius.

l. 36. *Gedroſis* ] MS. habet *Cedroſis*, cui conſentit Salmanticenſe editum a Nunne. Mendum tamen eſſe docet Stephanus, quod irrepſerat in Geographiam Cornelii

nesii Alexandri Polyhiſtoris: quamquam in litera K prodit *Cedroſſos* gentem eſſe proximam Mari rubro. Videndum, an iidem: nam a *Gedroſia*, ſic ille enunciat, facit *Gedroſios* ἐθνικὸν, & cum unico Σ ſcribit; at *Gedroſſos* cum duplici Σ exprimit, & ab illis Κεδρωσσηνὴ τὸ ἐθνικὸν. Quod diverſum plane videtur ab altero. *Gedroſiani* a Gedroſia dicuntur Euſtathio ex Strabone, aut *Gedroſeni*, ut alii extulerunt. Gedroſia certe ipſa regio, non *Gedroſis*, & Straboni, & Ptolemaeo, & Stephano, & Euſtathio.

l. 37. *Hunc populi Perſarum ambiunt* ] Ita ut Carmanii ad dextram ejus oris ſiti ſint, ex eodem Pomponio lib. III. cap. 8.

l. 39. *Caſpiani* ] Mela lib. III. cap. 5. proprie *Caſpios* dici vult, qui intus ſunt ad Caſpium ſinum: ad eum, inquam, qui proprie hoc nomine appellatur; nam *Caſpius* in commune dictus duos alios ſinus continet, *Scythicum* & *Hyrcanum*. Fieri autem poteſt, ut hoc loco *Caſpianos* a communi nomine Caſpii ſinus appellaverit omnes, qui illum ambiunt, ut a *Caſpiis*, qui proprie dictum Caſpium ſinum tantum tenent, eos ſepararet: ut Hiſpani ab Hiſpanienſibus diſtinguuntur (1) apud Catiſſum. Quod ſi non placet, retineamus *Caſpiani*, ut ſint duo ἐθνικὰ ab eadem origine. Ejusmodi multa apud Stephanum. Hinc *Sogdii* & *Sogdiani*. Addas licet Stephano & *Caſpios* dici & *Caſpianos* ἀπὸ τῆς Κασπίας; quae alia certe videtur eſſe non poſſe, quam ἡ Κασπία.

l. 41. *Ultra Amazones* ] Haec illuſtriora lib. III. cap. 5.

l. 43. *Candari* ] Recte vero: nam *Gandaros* Indiae ultra Gangem attribuit Ptolemaeus, *Candaros* vero, ut vere obſervas, Sogdianae. Sed quid de *Paricanis*, quos deinceps recenſet? *Paricani* Stephano Perſarum ſunt populi. A Plinio cum *Candaris* quidem numerantur: ſed illud nomen abeſt a MSS. Herodotus in *Thalia* cum Medis quosdam *Paricanos* recenſet, alios cum Aethiopibus

pibus

(1) At haec diſtinctio alterius & prorſus diverſae eſt ſignificationis. *Hiſpanus* enim notat gente & origine Hiſpanum, at *Hiſpanienſis* eum, qui aliunde ortus habitat in Hiſpania. Sic differunt *Siculus* & *Sicilienſis*. PERIZON.

pibus. Ptolemaeus *Pariſenen* gentem in *Gedroſiis* collocat. Quid ſi *Parſiani* legamus a *Parſiana* Paropamiſadum Ptolemaei? nam *Parſii* eidem ad meridiem ejus gentis ſunt. Quid? quod Bactri dorſa Paropamiſi obtinere Plinio dicuntur, atque nobilis Satrapia Paropamiſadarum: aut certe *Paricani* retineamus, ut nomen Perſarum late pateat: nam & *Bactra* Perſiae tribuit Scholiaſtes Aeſchyli.

l. 44. *Bactri*] Stephanus a *Bactra*, *Bactros* & *Bactrios* nominari obſervat; a *Bactrio* vero *Bactrianos*.

l. ead. *Suſiani*] In MS. *Subſiani*. *Sugdiani* reponerem: nam & Dionyſio Σουγδιὰς γῆ dicitur, atque Ptolemaeo. Euſtathius etiam Σουγδιανή. Quamquam aliis tritum *Sogdiani* dempto τῷ υ· nam quod ſcrupulum injicere potuit ex Ptolemaeo, Candaros gentem eſſe Sogdianorum, quaſi jam commemorati ſint, Plinius, qui propinquior fuit Melae, eximit eum ſcrupulum, cùm lib. VI. cap. 16. *Candaros* diſerte a *Sogdianis* ſejungat.

l. ead. *Pharmacotrophi*] In MS. Plinio, cùm hos deſcribit, *Harmatotropi*, fortasſe a *curribus*, quos vertebant, quod his uterentur. Sed nuſquam alibi legi *Harmatotropos*. In Melae MS. ſic legitur, *Fariani Corophi*, *Comarae*, *Comani*, *Ropanes*, *Dahae*. Ex quibus verbis depravatiſſimis, ſi quid licet in tanta obſcuritate divinare, legerem *Zariaſpae*, *Tochari*, *Chomari*, *Comani*, *Parni*, *Dahae*. Quattuor quidem priora nomina ex Bactriana Ptolemaei, duo poſteriora ex Margiana ejusdem: etſi Plinius *Dahas* in Scythis collocat ultra Margianam. *Zariaſpae* Straboni quoque & Plinio nobilitati. *Tochari* Plinio noti, quamvis eos Seribus proximos facit, Ptolemaeo gens magna dicti. *Chomari* eodem etiam loco a Plinio commemorati. Apud Plinium tantum hoc rectius, ut ſuſpicor, *Comani*, ut in MS. Mela, pro quo *Comi* Ptolemaeo. *Bomarei* in Plinio MS. non legitur, ſed pro illo *Cemare*, neque alibi usquam memini illud nomen exſtare. Pro *Rophanes*, aut, ut in MS. *Ropanes*, aliquando *Roganes* legendum arbitrabar, ſed poſt obſervavi Civitatem tantùm eſſe Carmaniae quidem Ptolemaeo, Stephano vero Indiae, non Gentem. Itaque ſecutus ſum illud alterum, quamvis *Varni* ex ea-

dem

dem Bactriana Ptolemaei reponi poſſe videtur. Sed melius prius: nam & Strabo *Parnos* cum *Dahis* recenſet. Stephanus Δααῖα habet Scythicam gentem, quos & *Daſas* cum *s* inquit appellari. Totius hujus loci reſtituendi occaſionem nactus ſum comparatis locis Ptolemaei & Plinii, in quibus videbam multa communia, ut *Chomaros*, *Comanos*, *Marucaeos*, praeterea, *Varnos*, etſi aliqua horum leguntur paullulum immutata. Qui meliora attulerit, palmam feret: neque verò dubito, quin *Harmatotropi* dici poſſint, ut loquitur Valerius Maximus; ſed interiora terrarum, non Scythae, deſcribuntur.

l. 45. *Super Scythas*] Euſtathius in Dionyſium animadvertit τὸ ὑπὲρ fere adhiberi a Dionyſio, cùm ſignificare vult locum Septentrionem verſus, quod hic vertex ſit nobis ſublimis: quin & verſus alterum polum nobis occultum eadem praepoſitione uti Dionyſium, quod alter etiam polus, etſi nobis ita non videatur, elatus ſit. Mela fere hac praepoſitione utitur, cùm a maritimis ad interiora terrarum recedit, ut hoc ipſo capite ſaepenumero.

l. 47. *Comari*] MS. *Comani*; ſed rectius vulgati *Comari*. Nam & Ptolemaeus in Sacis *Maſſagetas* & *Comaros* proximos recenſet. In Bactriana autem *Chomaros* deſcripſerat addita adſpiratione.

l. 49. *Cimmerii*] Mirum *Cimmerios* hoc loco recenſeri. Plinius tamen lib. VI. cap. 13. *Scythas* & *Cimmerios* conjungit, & *Georgos*, cùm hunc locum deſcribit: ſi locus tamen Plinii mendo caret. Solinus item *Cimmerios* inter Hyperboreos & Amazonas ponit. Aliquando ſuſpicatus ſum legine poſſet *Syrmatae* pro *Cimmerii* — *Scythae*, quos copulat idem cap. 16. ejusdem libri cùm *Heniochis*, ut hic junguntur. Sed adhuc pendeo animi: nam in MS. Mela pro *Scythae* legitur *Ciſſi*. In quo nomine veſtigium exſtat germanae lectionis, & in illo veteri edito Salmanticae pro *Heniochis*, qui hic ſtare non poſſunt, cùm ad noſtrum mare plane vergant, legitur *Antiachae*. Itaque ex MS. *Ciſſi*, & proximo *Antiachae*, reſtituo *Ciſſianthi*, quos diſertè Plinius lib. VI. cap. 13. inter *Cimeros*, ut legitur in MS., & *Georgos* locat: quamquam & *Georgorum* nomen hoc etiam loco ſuſpectum, & in loco Plinii nuper citato, cum Plinius lib. IV. cap. 12. *Georgos* ſcribat a *Nomadibus* Panticapis ripis diſterminari. In MS. certè Mela *Georgorum*

*gorum* nomen planè non legitur; neque alibi usquam memini me reperiſſe gentem *Georgorum*. Capite autem 12. lib. IV. Plinii non videtur nomen tam gentis, quàm epitheton, & antitheton Nomadum, ut apud Melam cap. 1. lib. II. Itaque ſi velimus retinere hoc loco *Georgos*, ut apud Plinium lib. VI. in eadem plane regione diſertim leguntur, dicemus Scythas eſſe cognomine *Georgos*, ut *Aroteres* eodem cap. paullo inferius appellari videntur. Sed quid de nomine *Antiachae*, quod prodidit Salmanticenſe exemplar? Ego ex *Achae* & *Georgi* ſic reponerem *Scythas Georgi*; ut *Scythae Nomades* vocantur ab eodem Pomponio cap. 5. lib. III. aut certè *Sacae Georgi*: cùm idem Mela eodem cap. doceat omnes Scythas communi nomine *Sagas*, ut vulgò legitur, aut, ut Stephanus reddit, *Sacas* vocari.

l. 50. *Corſitae*, *Phoriſtae*, *Riphaces* ] Unde haec portenta verborum? Gentilis meus Pintianus ſic concepit, *Cercetae*, *Coraxi*, *Phthirophagi*: quàm bene, alii viderint. Hi licet mediterranei ab omnibus & ab eodem Pomponio cap. 21. hujus libri ad mare Mediterraneum ſpectant. Nondum autem Pomponius his verbis ad tractum noſtri maris exceſſit (r): ſed illis verbis, quae poſt haec ſequuntur. Quare ſic reponerem *Pteropheritae*, aut *Pterozophoritae*, *Riphaeës*. Plinius namque & Solinus in Riphaeis montibus *Pterophoros* agnoſcunt, aut, ut in Plinio MS. *Pterophuzores*, ex quo facile fit *Pterozophores*, a perpetua caligine montium, & caſu nivium, ut pinnarum. Niſi malis *Pterophoritae*; ut vitemus nomen dithyrambicum: nam *Riphaeës* pro *Riphaces* non eſt dubium, quin auctore Stephano exploratum ſit pro Ῥιπαιεῖς, *Ripaeis* Latine, aut addito afflatu *Riphaeis* legi poſſe, qui ſint Riphaeorum montium incolae. Quare, ſi ex his conjecturis licet, totum locum ſic à principio legerem: *Cimmerii*, *Ciſſianti*, *Scythaegeorgi*, *Moſchi*, *Pteropheritae*, *Riphaeïs*. Illud tamen *Ciſſianti* Plinianum adhuc concoquere non poſſum, ac ſi integrum eſſet audere, omnino legerem *Cimmerii Scythae*, *Scythaegeorgi*, ut ſint duo cognomina Scytharum. Sed quaerendum cur *Cim-*

(r) Hoc miror. Pervenit enim Pomponius ad Aſiaticum utique tractum & littora Ponti Euxini, ubi etiam ſunt *Heniochi*, *Zygi*, *Achaei* &c. PERIZON.

*Cimmerii* dicti: forteſſe quia τὰ ἠρία, id eſt, monumenta ſolum ſuorum colerent, quod etymon affert Euſtachius in Odyſſeam, ipſique leguntur apud Herodotum & Valerium Maximum pugnandi initium, Dario reſpondiſſe, fugiendique finem ſe non facturos, niſi cum ad ſuorum monumenta perveniſſent, ibique acerrimè pro aris & focis, ut vulgò dicitur, pugnaturos; ut prorſus tum Nomades verè nominari poſſent, atque κείμενοι ἐν ἠρίοις. Negabant enim ſe agros cultos, aut ullas urbes habere. Itaque apud Plinium etiam legerem *Scythae Cimmerii*, *Scythaegeorgi*, inducto nomine *Ciſianthorum*, quod nusquam alibi inveniri videtur, niſi *Ciſſianos* legas. Sed quid illi ad hunc locum, cùm finitimi fiat Matianis? Quid ſi pro *Corſitae Phoriſtae* legeremus *Coraxi*, *Opharitae*? *Coraxi* Plinio littora Colchica tenent. *Opharitae* eidem ad montes recedunt ſupra Maeotas. *Coraxos* Ptolemaeus in Scythis infra Imaum deſcribit. Ego tamen libentius ſententiam priorem ſequor: tu arbitraberis.

l. 52. *Mardi*, *Antibarani*] Apud Herodotum in Thalia *Mardos* quidem legimus & *Tibarenos*, *Macrones* & *Moſynoecos* duodevigeſimam tributi portionem pendiſſe Dario. Sed *Mardi*, ut docet Plinius, a Margiana ad Bactros pertinebant; quare nullum habent hic locum, neque *Macrones*, quos alii reponunt. Hi enim littus noſtri maris occupant, ut idem Plinius & alii demonſtrant. Ego, cum in MS. legatur *Mati antibarani*, minima quidem mutatione repono *Matiani*, *Tibarani*. *Matiani* namque proximi ſunt Cilicibus & Phrygibus, ut ex Herodoto in *Clione* licet colligere. Strabo *Matianos* Mediae partem facit, quod & Stephanus ex illo repetit; aut, ut alii volunt, ab Armenia in Suſianam interjecti ſunt, quae omnia eodem fere revolvuntur. *Tibareni* autem, aut *Tibarani*, Chalybas attingunt eidem Pomponio cap. 19. hujus libri, ut ſint mediterranei.

l. 53. *Comageni*] Uno quidem *m* MS. ſed nummi Graeci duplici, quod malim.

l. 54. *Murrani*, *Vegeti*] In MS. *Murani* cum uno *r*, ex quo *Moreni*, repoſueram ex Strabone, qui *Morenem* Myſiae Aſiaticae partem facit lib. XII. *Morimeni* autem ſunt Cappadoces, ut tradit Plinius, quorum jam fit infrà mentio; & nomen *Moreni* propius abeſt a *Murani*,

quam

quàm *Morimeni*. Pro *Vegeti* autem non diſplicet *Heneti*, ut alii legunt, quod ſint Paphlagones iis finitimi; qui hoc loco notantur, neque eorum mentio adhuc facta ſit.

l. 55. *Gallograeci*] MS. *Geti*. Salmanticenſe, *Graeci*. Ex quibus videtur illud *Gallograeci* Hermolai potuiſſe conformari: non malè, quia *Galatia*, ut ſcribit Strabo lib. XII. *Gallograecia* ejus aetate nominabatur: Quid ſi *Celtae* pro *Geti* ſuffecti ſint; ne longius diſcedamus a MS.? Interpretabimur autem *Celtas*, qui ad orientem ſunt, quos ab occidentalibus fluxiſſe omnes commemorant, aut certè legerem potiùs *Galatae*, quàm *Gallograeci*, quòd hoc ultimum longiſſimè abſit a MS.

l. 56. *Syrocilices*] Retineo, quia fieri quidem poteſt, ut ita appellarentur, cùm confines ſint.

l. ead. *Rurſus ex iis*] Sic lego hunc locum ex veſtigiis MS. & Salmanticenſis, *Rurſus ex iis, quae meridiem ſpectant, eaedem gentes, quae interiora littora uſque ad Sinum Perſicum.* Ut ſubaudiatur *tenent*, ſcilicet interiora littora, *ſpectant* uſque ad ſinum Perſicum. Senſus autem hic eſt ex eodem Mela, ut nihil poſſit aptiùs fingi. Ora illa ab Helleſponto uſque ad flexum, in quo ſunt Cilices, occidentem ſpectat, non meridiem: quod autem a flexu ad Aegyptios Aſiae ſupereſt, meridiem planè ſpectat. Rectè ergo, *rurſus ex iis, quae ad meridiem ſpectant*, quae gentes *tenent littora interiora* (ſunt autem *Syri & Arabes* Pomponio) *eaedem ſpectant uſque ad ſinum Perſicum*: nam eidem Pomponio Arabia a noſtro mari uſque ad Rubrum & ad Perſicum uſque ſinum producitur lib. III. cap. 8. ea nimirum quae cognomine *Eudaemon* nominatur. In parte autem, quae oſtio ſinus Perſici adverſatur, collocat eodem cap. Babyloniam, quae illi Syria eſt lib. I. cap. II. Quare non eſt eximendum τὸ *littora*, & interponendum alterum *quae*.

l. 59. *Super illum alterum Babylonii*] Nil mutandum: nam ſi fines Babyloniorum ſunt conſtituti in parte adverſa ori ſinus Perſici, ante ſinum igitur Perſicum Babylonii conſtituendi. Quare *ſuper* ſinum Arabicum ſeptentrionem verſus conſtituendi Babylonii: nam ſinui Arabico proximi ſunt Arabes, qui illum ambiunt, ut ſuprà dixit. Plinius item lib. V. cap. 12. de Syria Phoenice, quae in littore noſtri maris citra flexum Ciliciae ſita

ſita eſt, haec ſcribit: *Dein Phoenice, & qua recedit intus Damaſcena, ac magis etiamnum meridiana Babylonia.* Quid? quod eidem Pomponio Arabia Felix contingit ſinum Perſicum ex parte Arabici ſinus, & ſuper Arabiam producitur Babylonia ad fundum usque ſinus Perſici. Verè igitur *ſuper Arabicum ſinum Babylonii*, non Arabes, quia hi ambiunt ſinum Arabicum. *Super* autem dicuntur Pomponio toto hoc cap. & alibi ſaepe, non qui tenent littora, ſed qui illos interius ſequuntur, ſive meridiem, ſive ſeptentrionèm verſus. Multo vero minùs Aegyptii ſuper ſinum Arabicum ponendi, quod tentavit meus gentilis, ſed utrumque contra fidem codicum, hoc etiam contra auctoritatem omnem Geographorum.

l. 65. *Lycia & Pamphylia*] Inverterem libenter ordinem ſic, *Pamphylia & Lycia*, ut idem & ceteri Geographi docent collocatas esſe, niſi fides codicum repugnaret, & conjunctio in his tantùm duobus interpoſita nos aliquantulum levaret hac cura τῆς ἀκριβολογίας, quae ſanè requirenda non eſt, niſi quo loco ſeparatim ſingula perſequitur, & ex profesſo. *Caria*, *Ionia*, *Aeolis*, *Troas*, ſine vinculis conjunctionum ſequuntur, quòd eodem ordine, quo hîc proponuntur, collocatae ſint.

l. 69. *Omnes uno*] *Uno omnes* MS. melius, ne hiet ſeries orationis.

l. 70. *Pontici*] *Pontici* κτητικὸν Stephano: exquiſitè ergo populi *Pontii*: nam *Pontici* ἐθνικὸν potiùs eodem auctore.

# ISAACI VOSSII
# OBSERVATIONES
## AD
# POMPONIUM MELAM.

# CANDIDE LECTOR.

*Animus fuerat inſalutatum te praeterire, cùm nihil habeam quod te magnopere velim: quia tamen & pagella vacat, & conſuetudinis ſit habenda ratio, libenter chartae conſulimus, & ſimul illis occurrimus, qui forſan tenuis officioli neglectum inhumanitatem vocabunt, ac ſilentium pro moroſitate ſint habituri. Ne itaque in ipſo Operis limine aliquid ſit, quod bonis diſpliceat, mali criminentur, quorum tamen minima apud me eſt auctoritas; pauca praemonebo. Sic itaque habeas. In reſtituendo hoc brevi quidem, non tamen inutili Scriptore, quamvis plurima adhibuerim ſcripta exemplaria, tria tamen potisſimùm esſe ſecutum; Vaticanum omnium antiquisſimum; Britannicum, quod mihi ex Bibliotheca Arundelliana ſuppeditavit avunculus Franciſcus Junius; tertium verò noſtrum. Cùm in inſtructisſima Sereniſſimae Reginae Suedicae Bibliotheca olim verſarer, complures conſului codices. Unum & alterum communicavit vir & ingenio & eruditione inſi-*

 *gnis*

*gnis Nicolaus Heinſius. Ex iis, qui caſtigationes in hunc edidere Auctorem, ſolus nobis profuit Pintianus. Vir iſte quantumvis nobili apud ſuos ortus loco, plus tamen litteris, quàm natalibus debet. Crasſiora ſunt illa menda, quae Hermolaus Barbarus, & ipſe aliàs vir inſignis, ſuſtulit. Andreas Schottus, homo quidem bonus & eruditus, ſed quem ſuccesſus potiùs, quàm voluntas deſtituit. Vadiani Annotationes rus & ſtivam olent. Olivarii neſcio cujus commentariolus, imi ſubſellii magiſtellum prodit. Quid nos praeſtiterimus, non eſt noſtrum judicare. Tu, mi Lector, pro tuo captu, ſenties quoque de noſtro. Vale.*

ISAACI

# ISAACI VOSSII
## AD
# POMPONIUM MELAM
# OBSERVATIONES.

## IN PROOEMIUM.

l. 7. *Et quod ſi non ope ingenii orantis* ] In optimis codicibus legitur, & *quod ſine ope*. Unde multo ſincerior & ſimplicior lectio excudi poteſt, haec nempe; *& quod ſine ope ingenii orantis ipſa ſui contemplatione pretium operae adtendentium abſolvat*. Non dubito quin ipſe ſic ſcripſerit Mela, neque enim ullum hîc locum habere poteſt ἀντίθετον iſtud, quod ſi admittatur, non cohaerebunt haec cum ſuperioribus.

l. 10. *Nunc autem ut quaeque erunt clariſſima* ] Multo meliùs & breviùs codices noſtri, *nunc ut quaeque clariſſima & ſtrictim*. Praeceſſit enim *autem*. Mox reſcripſimus, *atque habitentur*, fidem ſecuti veterum codicum, & praecipuè Vaticani.

l. 18. *Sciri poſſit atque accipi* ] Pintianus, & alii ejicere conati ſunt haec duo poſteriora verba, ſed perperam. Mos is eſt Melae, & aliis Auctoribus, plus ſaepe idem ſignificantia vocabula conjungere, quamvis & illa ὀβελίζειν conati ſint quidam. Sic ſuprà, *adſpici cognoſcique*; & infrà cap. 12. *permutat ac miſcet*; & de Helleſponto, *Diviſas ſpatio pelagoque terras*; & de Thracibus, *ceterùm ad ferociam & numerum, ut multi immitesque ſint, maximè ferax*. Unde apparet falli eos qui nullum verbum in Pomponio redundare exiſtimant. Plura exempla infrà afferemus, unde adparebit hunc noſtrùm Auctorem in tanta brevitate ſaepe eſſe nimium. Huc acce-

accedit, quòd cuique verbo ſua ſit notio. *Accipi* enim proprié à magiſtro dicitur, tanquam ab eo qui porrigit, ut Fronto vocabulum *accipiendi* interpretatur. Senſus igitur horum verborum eſt, ſive quis per ſe ipſum, ſive praeëunte doctore haec cognoſcere velit. Verum hoc eſt argutari.

## In Cap. I.

l. 1. *Omne igitur hoc, quidquid id eſt*] Verior procul dubio eſt lectio antiquorum codicum, quae ita habet; *Omne igitur, quidquid eſt, cui mundi caelique nomen indidimus, unum id eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur.*

l. 6 *Qua decurrit, meridies*] *Decurrit* hîc accipe pro deorſum currit, ut ſaepe. Summum enim ſolis punctum eſt meridies. Inde decurrit ſol, hoc eſt, deſcendit. Nihil manifeſtius. Viri docti tamen haec non intellexerunt.

l. 8. *Eodemque in duo latera, quae hemiſphaeria nominant*] Ita reſcripſimus, ſecuti fidem codicis Vaticani, quamvis & ipſa ratio ita legendum esſe oſtendat. Vulgo *eademque*, quod ineptum eſt: quonam enim referentur illa quae ſequuntur, *ab oriente diviſa ad occaſum.*

l. 13. *Antichthones alteram, nos alteram habitamus*] Qui hîc annotarunt Pomponium perperam Antichthones vocare, qui antoeci vel antoeci erant dicendi, illi ipſi errant. Duplicem terram ſtatuit Pomponius, uti quoque multi alii, hanc noſtram, & oppoſitam ἀντίχθονα. Qui ἀντίχθονα habitant, ſunt ἀντίχθονες. Diſtinguendum hîc tamen, non omnes qui γῆν ἀντίχθονα habitant, esſe nobis Antichthones; ſed illos tantum, qui in oppoſito degunt hemiſphaerio, quique pedes noſtris adverſos habent. Verùm hemiſphaerium non hîc accipit Mela pro illa orbis parte quam horizon à nobis diſterminat, ſed pro hemiſphaerio auſtrali. Id ipſum quoque faciunt alii fermè omnes Veteres, qui per γῆν ἀντίχθονα nihil aliud intellexere, quàm terrae hemiſphaerium auſtrale, vel Oceano, vel Zonae fervidae interventu à noſtro ſeparatum hemiſphaerio, ut ipſi exiſtimabant. Verùm ita ſi acci-

accipiamus, jam neceſſariò aliqua pars terrae antichthonum in noſtro eſt hemiſphaerio, ac proinde non poſſunt vel *antichthones*, vel *antipodes* dici, verùm *antoeci*: attamen quia major pars hujus terrae ſub horizonte noſtro merſa eſt, alicubi etiam κατα διάμετρον nobis oppoſita, rectè eam antichthones inhabitare dixit Mela noſter juxta Veterum hypotheſin. Notandum hîc tamen *Antichthones* non ita à Veteribus accipi uti vulgò pro antipodibus, ſed pro omnibus illis qui oppoſitam terram auſtralem inhabitare credebantur, etiamſi in ſuperiori noſtro degerent hemiſphaerio. Ita ſemper ab *antoecis* & *antipodibus* diſtinguuntur. Verùm de his fuſiùs egimus alibi. Nonnulli tamen aliter haec verba accipiunt, & hemiſphaerium Antichthonum hîc eſſe ajunt illam orbis partem, quae eſt infra horizontem, & vel invitis omnibus libris vulgatam illam lectionem ſervant, *eademque in duo latera quae hemiſphaeria nominantur, ab oriente diviſa ad occaſum*; duoque iſta hemiſphaeria Melae non ſeparari ajunt alveo Oceani in Zona torrida, ſed horizonte & Oceano ipſo, qui illi reſpondet. Alveum enim Zonae torridae, non hemiſphaeria, ſed maculas tantùm binas, uti vocat Macrobius, utrinque diſtinguere. Fieri autem non poſſe ut Oceanus decuſſatim quatuor maculas ſeparet, quas ſigillatim ambit. Licet haec opinio magnos habeat Auctores, falſa eſt tamen, & menti Pomponii contraria. Ille enim non quatuor maculas, ut Macrobius, ſed duplicem tantùm ſtatuit terram, hanc noſtram, & oppoſitam, ut diximus, auſtralem. Jam verò ſcire velim quid ſit terra diviſa ab oriente in occidentem? Cur magis ab ortu in occaſum, quàm à meridie in boream? Verùm quid verbis opus eſt? ipſe Pomponius, cùm inquit, Antichthonum terram propter ardorem intercedentis plagae incognitam eſſe, oſtendit, illam totam ad auſtrum fuiſſe ſitam. Item infrà cap. 9. cùm Antichthones nobis à meridie oppoſitos facit, & illo, & aliis locis, mentem ſuam ſatis prodit.

l. 14. *Illius ſitu ob ardorem*] Hoc maluimus, quàm quod in omnibus exſtat libris, *illius ſitus*, & deinde *incognitus*. Statim poſtea Vaticanus & alii, *porrecta ad occaſum*, cùm alii legant *in occaſum*. Verùm tum in ſequentibus legendum fuerit, *& qua ſic jacet*. Sed tamen

quae ab oriente in occidentem extenditur tellus, poteſt etiam esſe brevisſima. Alteram itaque omnium antiquorum, quos vidimus, codicum ſecuti ſumus lectionem, *ab ortu porrecta ad occaſum*. Juxta enim hypotheſin Melae, ſi ab ortu ad occaſum latisſimè ſumptum extendebatur Veteribus cognita tellus, necesſariò longior erat quàm latior.

l. 17. *Aliquanto quàm ubi latisſima eſt longior*] Imò non aliquanto, ſed plus duplo major eſt longitudo, juxta aliorum Veterum opinionem. Nam qui minimum dixere, ad centum & octoginta gradus terrae cognitae longitudinem extenderunt. Multoque etiamnum longiorem fecere aliqui ex vetuſtisſimis Graeculis, qui terram ſibi notam per univerſam zonam extendunt, vicinosque Gadibus esſe orientales Indos. Ipſe quoque Ptolemaeus nimiùm orbem hunc noſtrum verſus ortum extendit, cùm pleraque ferme orientis loca decem minimum gradibus orientaliora facit quàm debuerat. Attamen non multum erraverit Mela, ſi quis tantam οἰκουμένῃ tribuat latitudinem, quantam Ptolemaeus & alii, & praeterea cogitet gradus latitudinis in noſtra zona arctiùs conſtringi, ſpatiumque illud vaſtum licet, multum tamen contrahi. Sanè videtur quoque Dionyſius Alexandrinus non multo longiorem feciſse quàm latiorem terram habitatam, cujus verſus non intellectos à quoquam hîc adſcribemus:

Μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ
Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος, ἐστεφάνωται.
Οὐ μὲν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος, ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους
Σφενδόνῃ ἐοικυῖα.

Quot hîc ſunt apices, tot quoque Interpretes hic locus habuit. Ὁ πάνυ Salmaſius diſtinctione voluit locum ſanare hoc pacto:


——— ——— ——— ——— ——— ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη, βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους, &c.

Verùm


Verùm nullus commodus ſenſus exinde poſſit formari. Nam quid ſibi vult, rogo, inſula utrinque latior, διαμφὶς εὐρυτέρα? Quid illud quod ſequitur, βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους? Quod autem putat Euſtathium rectè hunc locum esſe interpretatum, & in hoc fallitur. Sed neque ὀξυτέρη locum hîc habere poteſt: ex Scholiis Euſtathii hoc in marginem pro varia lectione irrepſit. Nihil certius, nihil clarius vulgata lectione, quam Rufus Feſtus, quam Priſcianus, quam Euſtathius aliique veteres Scholiaſtae licet non intellectam adprobant. Dicit terram, ſive inſulam hanc, non esſe prorſus rotundam, ſed esſe aliquantum in longum extentam inter occaſum & ortum ſolis. Ita enim vocat ἠελίοιο κελεύθους. Verùm hoc omnes Interpretes in errorem egit, quòd putarint εὐρυτέρην hîc accipi more tralativo, de latitudine Orbis habitati à meridie in ſeptentrionem. Atqui latitudo accipitur etiam pro ſpatio ab ortu in occaſum. Longitudo verò à polo ad polum. Ariſtot. II. *de Caelo* cap. 2. Λέγω δὲ μῆκος αὐτοῦ τὸ κατὰ τοὺς πόλους διάστημα. Et ſanè putabant illi longitudinem ſemper esſe quae ſit inter vertices mundi. Latera itaque vocabant partes inter ortum & occaſum ſibi oppoſitas. Planè illo quoque modo accepit Cicero, cùm alibi, tum etiam in *Somnio Scipionis: Omnis terra, quae colitur à vobis, anguſtata verticibus, lateribus latior, parva quaedam inſula eſt.* Hinc factum eſt, ut dextras mundi partes plurimi ad orientem collocaverint, ſiniſtras verò ad occaſum. Verùm alii non ſitum univerſi terrarum orbis, ſed tantùm οἰκουμένης ſuae conſiderantes, ut latera terrae aliter ſumſere, ita quoque dextra & ſiniſtra; ea ad ſeptentrionem & meridiem conſtituentes. Atque haec quidem de hoc Dionyſii loco dixisſe ſufficiat, cui planè contrariam adfinxit mentem Euſtathius, quique eum ſequuntur. Horum autem opinio multo abſurdior adparebit, ſi quis adtendat figuram quam orbi tribuit Dionyſius.

Quàm enim abſonum fuerit, ſi quis dicat, hanc figuram non esſe planè circularem & περίδρομον, ut inquit Dionyſius, quia communis utriusque coni baſis A. B. ſit latior. Dicere enim debuisſet contrarium, ideo non esſe rotundam terram, quia nimis eſt anguſta in A. B. Quamvis autem haec ſufficere exiſtimem, praetermittere

tamen




tamen non poſſum, quin unum etiamnum addam; nempe me ſatis mirari non poſſe, quomodo fieri poſſit, ut Europa & Libya alterum efficiant conum, & tamen Libya trapezii habeat formam, cui eam ſimilem eſſe inquit. Puto erraſſe Dionyſium & confudiſſe duas diverſas opiniones, eorum qui orbem habitabilem ὠοειδῆ vel κωνοειδῆ, uti ipſe, & illorum qui aliter κωνοειδῆ ſtatuebant hoc ſcilicet pacto:




Talem

Talem orbi habitabili formam tribuerunt Ariſtoteles, & complures alii. Hîc coni à ſe invicem deſtinguuntur aut Zona torrida, aut Oceano juxta alios. Utrumque verò tropicum, baſin faciebant, & noſtrae, & oppoſitae antichthonum terrae. Ad baſin verò eſt latitudo. Itaque metae A B C. quae noſtram habitabilem repraeſentat, latitudo eſt C B. Manifeſtè verò hîc Libya trapezii Scaleni habet figuram, cui etiam eam adſimilat Strabo, nempe C D. Atque hoc quidem modo omnia ſibi optimè conveniunt.

l. 21. *Nec amplius decem millibus paſſuum patens* ] Ita quoque Cornelius Nepos & T. Livius, aliique, quos longum esſet enumerare. Magna tamen eſt Auctorum in latitudine huic freto adſignanda diſcrepantia, prout nempe vel proxima littora, vel promuntoria, vel quas utrinque ponunt inſulas, accipiunt. Verùm haec menſura parum admodum abit à veritate, ſi compararetur cum intervallo, quod alii faciunt. Exſtantisſima utriusque continentis promuntoria non ultra quatuordecim millia à ſe invicem recedunt.

l. 22. *Terras aperit atque intrat* ] Eorum opinionem ſequitur, qui ſtatuebant Oceanum terras irrumpere, & omnia ea mediterranea, quae mox recenſet, maria efficere, quod falſisſimum esſe vix aliquis eſt hoc ſeculo pauló eruditior, qui colligere non posſit. Neſcio verò quid in mentem venerit Pintiano, ut hunc locum corrigeret, vel corrumperet potius.

l. 29. *Ingens iterum magnae paludi* ] Ita correxerunt alii, perperam tamen. Vaticanus Codex legit, *& magno paludi*. Verùm quamvis ille codex omnium longè ſit antiquisſimus, habet tamen & iſte ſuos naevos, ut multis aliis locis oſtendemus. Alii veteres codices ita concipiunt haec verba, *Quo cum eſt acceptum ingens iterum, & magno ſe extendit ambitu; ceterùm exiguo ore paludi conjungitur*. Atque ita edendum curavimus.

l. 30. *Cimmerius Boſporus* ] Aliqui codices habent, *qua paludi emittitur Cimmericus Boſporus*. Quod nonnulli Viri docti interpretari conati ſunt, tanquam ſi *emittere* & *immittere* idem esſet. Sed planè contra fidem librorum veterum, omnemque adeo rationem. Cetera enim maria hactenus terras influere opinio fuit Melae, paludem verò Maeotida non videtur ſenſiſſe donum esſe

Ocea-

Oceani. Suprà enim dixit hanc conjungi Ponto Euxino, hîc verò committi, quod idem eſt. Et ſanè ita quoque Herodotus, quem paſſim ſequitur, qui Maeotin, matrem Ponti nominat, uti quoque multi alii. Perpetuus enim aquarum ex Maeotide in Pontum decurſus *Matris* ei nomen indidiſſe videtur. Alii tamen *obſtetricem* vocant, & inde dictam eſſe Μαιῶτιν. Stephanus in voce Μαιῶται: Τὸ θηλυκὸν Μαιῶτις, ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἥν φασι κληθῆναι ἀπὸ τοῦ μαῖαν εἶναι Εὐξείνου Πόντου. Ita conſtituendus locus ille vulgò corruptiſſimus, quem alii variis modis emendare conati ſunt. Paulò aliter Hipparchus in ſcripto inedito περὶ τῶν δώδεκα ζωδίων: Τὸν Πόντον ἔνθα ἔστιν ἡ Μαιῶτις λίμνη, ἐν ᾗ πᾶς ἰχθῦς ἀπομαιοῦται, ὅθεν καὶ αὕτη ἡ λίμνη Μαιῶτις ὀνομάζεται.

l. 42. *In medium ferè Maeotida defluit* ] Ideo in mediam Maeotida dicit defluere Tanain, quia ſub eodem meridiano ſitum eſſe exiſtimabant Veteres oſtium Tanaidis, & Boſporum Cimmerium. Itaque medium iſtum lacum tranſire ajunt & in Pontum egredi per Boſpori anguſtias tanquam per ſuum oſtium. Sanè hunc Boſporum Cimmericum, Tanain quoque vocari, alibi oſtendimus. Strabo verò etiam totam Maeotida partem vocat Tanaidis. Eadem eſt ratio, ut puto, quamobrem *Helleſpontus* Boryſthenes dictus ſit. Ex Stephano enim & Heſychio adparet, *Helleſpontum* ante Helles caſum ita fuiſſe appellatum. Quaerunt cauſam Eruditi, nec tamen inveniunt. Verùm non dubito, quin haec ſit veriſſima; nempe quòd cùm maximè ſeptentrionale Ponti punctum ſint oſtia Boryſthenis, eaque ſita ſint ex adverſo Boſpori Thracii; Pontum Euxinum tanquam lacum conſiderarint, quem Boryſthenes, aliique amnes efficerent. Ut itaque *Boſporus Cimmerius* dictus eſt *Tanais* ab oppoſito Tanaidis oſtio, ita quoque Helleſpontus nomen accepit Boryſthenis propter eandem cauſam. Per Helleſpontum verò noli hîc intelligere Helleſponti anguſtias, ſed Propontida totam, quemadmodum vetuſtiores Graeci accepere hoc vocabulum. Solinus cap. 10. hac de cauſa vocat magnum Helleſpontum. Fugit hoc Salmaſium, qui verba Solini refingere conatur.

l. 43. *Et ex diverſo Nilus in pelagus* ] Meliores libri, *Ex adverſo Nilus in pelagus*, uti reponendum. Paulò poſt

pôſt verba illa, *Ad Nilum Africam, ad Tanain Europen*, abſunt à Vaticano codice.

## IN CAP. II.

l. 15. *Ora ejus cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in pelagus* ] Haec eſt conſtans omnium librorum lectio. Pintianus hîc repoſuit *ripa*, eumque ſecuti ſunt omnes alii Interpretes Melae. Nos veram lectionem reduximus. Senſus horum verborum hic eſt; extremam illam Aſiae oram, illic nempe qua eſt Nili alveus qui Aſiam ab Africa ſeparat, cum ſua quoque ripa in pelagus deſcendere, diuque, quemadmodum mare Mediterraneum incedit, ab occaſu verſus ortum, ita quoque porrigere litora ſua. Nam usque ad Sinum Iſſicum videntur terrae pelago irruenti obedire, & tantùm obliquè adjacere, ut infrà inquit. *Ripas* enim & *littora* πληθυντικῶς accipi pro ripa & litore notum eſt omnibus.

l. 20. *Ad Helleſponticum fretum extendit* ] Quidam libri *Helleſpontum*. Meliùs *Helleſpontium*. Sequentia quoque Codices meliores ita legunt, *Ab eo iterum obliqua ad Boſporum. Iterum iterumque ad Ponticum latus curva*, &c. Poſtremum hoc verbum in multis libris non comparet. Taedet tam minuta monere.

l. 23. *Ipſam gremio ad Tanain usque complexa* ] Ita emendavimus ſecuti fermè Vaticanum & alia exemplaria, in quibus legitur, *ipſa gremio*. Vulgò editur, *inde eam gremio*.

l. 27. *Seres media Eoae partis incolunt* ] Rem acu tetigit, cùm Seras media Eoi lateris tenere ſcribit. At verò quantum à veritate receſſit Ptolemaeus, & qui eum ſequuntur, quum tractum Aſiae, qui eſt ultra Auream Cherſoneſum ac Sinum magnum Auſtrum verſus, vaſtè adeò extendit, ac Sinas in eo collocat? Sinenſes hodiernos Antiquorum Seras qui eſſe dubitat, is quoque dubitet licet, idemne nunc atque olim Sol luxerit. At verò inſigniter falluntur, qui exiſtimant *Sinas* vel *Thinas* Veteribus celebratos eosdem eſſe, ac ſint *Sinenſes* vulgò dicti. In toto eo regno, *Sinae* & *Sinenſium* nomen ignotum eſt. Genus iſtud hominum omne id ſcit, quod ſparſim norunt ceterae gentes, quae cum iis comparatae,

pro

pro barbaris merito haberi poſſint, ſi ſolos exceperis Graeculos; unum tamen hoc ignorant vocabulum. Sed ſanè mera factum eſt imperitia, ut vaſtum illud Serum imperium, quo nullum in orbe unquam illuſtrius fuit, *Sinarum* nomine cognoſcatur. Mirum nemini obſervatum hactenus Sinas eſſe regnum iſtud, quod vulgò *Siam*, vel *Sian*, vel etiam *Siim* adpellatur. Sinarum metropolin *Sinas* vel *Thinas* vocat Ptolemaeus. Quis dubitare poſſit, quin illa ſit ea ipſa, quae nunc Siam appellatur; regia nempe Siamenſium, ac ſita in inſula ad orientalius oſtium fluminis dicti Me-nam, quod matrem aquarum Indi interpretantur. Longè is oritur è lacu Chiamay, ac totus in ditione Siamenſium fluit, donec tribus tandem oſtiis in Oceanum effluat. Regnum hoc etiamnum nobile, olim tamen multo fuit nobilius. Diminutum eſt multum, ex quo reges complures huic à multis ſeculis ſubditi, rebellare coeperunt. Illo tempore, nondum detecta illa Tartariae parte, quae orientem verſus excurrit, non niſi tria ultra Indum vaſta imperia noſcebantur, Serum, Indorum, ac inter utrosque ſitum, Siamenſium, quod Veteres Sinarum adpellarunt. Quidquid à Gange Seras adusque interjacet, id olim reges Siam poſſederunt. Primi Arabes Seras cum Sinis confuderunt, quorum errorem poſtea ſecuti ſunt alii. Verùm haec obiter, ut oſtenderemus, quos vulgò *Sinenſes* dicimus, rectiùs *Seras* adpellari; Sinas verò Antiquorum, hodiernos eſſe Siamenſes.

l. 31. *Niſi ubi aeſtus inhabitabilem efficiunt*] Ita vulgò editum, cùm tamen in omnibus codicibus ſcriptum ſit, *niſi quod aeſtus*. Quid verò facilius, quàm unius litterae additione illam, quam dedimus, lectionem reponere?

l. ead. *Diu continuis gentibus occupant*] Illud *diu* abeſt in quibusdam libris, ut nonnullis quoque jam obſervatum Eruditis. Minus tamen rectè. Indicum enim pelagus multò longius quàm ipſa extenditur India: hujus enim terminus Indus fluvius. Illud verò quàm latè extendatur, neminem vel paulo eruditiorem latere puto.

l. 35. *Indis proxima eſt Ariane, deinde Aria*] *Ariam* hîc non rectè collocat, tanquam ſi littoralis eſſet regio. Hoc miror neminem hîc reprehendiſſe, illud verò repre-

prehèndiſſe, quòd *Ariam* & *Arianem* diverſas faciat; cùm tamen in eo prorſus nihil commiſerit. Verùm operae pretium hîc eſt paucis oſtendere, quamnam Veteres differentiam inter *Arios* & *Arianos* ſtatuerint, quoniam haec res multos Eruditos in errorem egit. Ὁ πάνυ Salmaſius aliquot locis eos diſtinguit, alibi verò eosdem eſſe adfirmat in ſuis *ad Solinum Commentariis*. Verùm ita ſeſe res habet. *Aria* regio ſemper dicta fuit illa tantùm portio terrae, quae ad Arium flumen erat ſita, *Arii* verò qui illam inhabitabant. Non tantùm uſque ad tempora Alexandri Magni & ſucceſſorum ejus, verùm etiam multis ſeculis poſtea Ariae iidem fuere termini, quos Ptolemaeus & alii huic adſignant. Scio quidem Herodotum & Pauſaniam narrare Medos dictos fuiſſe *Arios* ante adventum Medeae, verùm id nihil ad rem facit, etiamſi verum ſit: & forſan fabella eſt. Imò auſim adfirmare eſſe fabellam, cum Medi jam ab ipſo ſtatim initio ita ſint dicti, nec ullum aliud habuerint nomen. *Ariane* verò longè alia eſt. Nomen id inauditum ante tempora Alexandri. Verùm poſtquam ab Ariis ſubacti fuere, Bactrii, Gedroſi, Sogdiani, aliaeque complures gentes, factum eſt, ut pleraeque iſtae regiones, *Ariorum* dicerentur *provinciae*. Plinius itaque Gedroſos, Arachotas, & Paropamiſadas vocat *Ariorum Satrapias*. Quod non ita interpretandum, uti Salmaſius interpretatur, tanquam ſi Plinius omnes hos populos *Arios* vocaret, ſed quòd eſſent in ditione Ariorum. Nemo unquam ullam ex his gentibus ſub Ariorum nomine comprehendit. *Arii* tantum unius regionis dicuntur incolae. Longè alia eſt *Ariana*: illa enim extenditur ab Indo flumine, uſque ad os ſinus Perſici. Comprehendit verò praeter ipſam Ariam, has quoque regiones, Gedroſiam, Drangianam, Arachoſiam, Paropaniſum, Bactrianam, Sogdianam, Parthiam, Carmaniam, & ſi quas alias regiones ſubegerunt, aut Menander, aut alii, vel ante, vel poſt illum, Ariorum duces. *Aria* itaque nomen unius tantùm regionis, *Ariane* verò totum continet Ariorum imperium. Attamen quaedam ex ſupradictis provinciis non totae ſub Arianes nomine continentur. Carmaniam verò integram contineri teſtatur Strabo cùm alibi, tum etiam, cùm inquit Carmaniam ultimam eſſe partem Arianae, Ἡ δὲ Καρμανία τελευταία μὲν ἐστι τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολῆς. Prius

dixerat Aſiae, Perſis ſubditae, & extra Taurum ſitae; primam ab Indo partem conſtituere Arianen, Μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν ἡ Ἀριανὴ, μερὶς πρώτη τῆς ὑπὸ Πέρσαις. Varias deinceps Arianae recenſet provincias & gentes: tandem addit haec, quae mox attulimus, verba. Attamen meritò hîc aliquis dixerit; Si *Ariana* prima eſt portio, quomodo *Carmania* poſtrema eſſe poteſt, cùm ſit pars Arianae? Omnino Strabonis verba ita refingenda ſunt, ἡ Ἀριανῆς μερὶς πρώτη, &c. Sic omnia clara & manifeſta ſunt. Melae autem verba ſic accipienda, ac ſi dixiſſet Indo proximam eſſe Arianam, dein ipſam Ariam, unde reliquis nomen. Verùm in eo peccavit, quòd litoralem fecerit Ariam.

l. 96. *Et Cedroſis, & Perſis, ad ſinum Perſicum*] Graecis quoque Γεδρωσοὶ & Κεδρωσοὶ dicuntur. Hoc leve & jam ſexcentis obſervatum. Illud majoris momenti, quòd hîc *Carmaniam* omiſerit, quam tamen inter Gedroſiam & Perſida mediam recenſere debuerat. Ipſum hoc non ignoraſſe adparet ex eo, quòd infrà Carmanios ad introitum ſinus Perſici rectè collocaverit. Nihil tamen mutandum videtur; ſic enim & infrà, *Interiora Cedroſi, dehinc Perſae habitant*.

l. 98. *Ab iis, quod in Africam reſtat Aethiopum eſt*] Veteres aliquot codices hîc legunt, *quae in Africam reſtat*. Quod perinde eſt. Senſus manifeſtus: ait, quidquid Aſiaticae orae verſus meridiem ſitae ſupereſt poſt Arabiam, id Aethiopiae nomine cenſeri.

l. 99. *Illinc Caſpiani*] Κασπιανῆς meminit Strabo. Obſervandum verò eſt ut ab Ariis *Ariani*, Sogdiis *Sogdiani*, Bactriis *Bactriani*, Drangis *Drangiani*, ita quoque à Caſpiis formari *Caſpianos*. Non tamen confundi haec nomina, niſi ab ἀγεωγραφήτοις, & ex praedictis patet, & magis ex ſequentibus patebit.

l. 43. *Candari & Pariani*] Cave hos *Candaros* cum Gandaris Indiae confundas, nulla enim earum gentium, quas hîc recenſet, non extra Indiam eſt. Verùm hi *Candari* ſunt Sogdianae populi, & Plinio & Ptolemaeo, quamvis apud priorem non rectè *Gandari* vocentur; iſti enim erant in India, ſic dicti à fortitudine. Heſychius, Γάνδαρος, ὁ ταυροκράτης παρ' Ἰνδοῖς. Neſcio quare Gandaros cornutos faciat Salmaſius legendo ταυροκέρατος. *Gandaros* tanquam fortiſſimam gentem deſcribunt Veteres. An

hoc

hoc vocabulum olim taurum ſignificarit neſcio, noſtro ſeculo *ganda* Indis eſt rhinoceros. Et hoc vero ſimilius; ſi ab animali ipſis nomen acceſſerit, à rhinocerotum multitudine ſic dictos. Pro *Paricanis* verò omnium codicum fide repoſuimus *Parianos*. Apud Plinium vocantur *Paricani*, ſed antiqui codices legunt hoc loco *Paritani*, pro *Pariani*. Ex Herodoto qui *Paricanios* populos recenſet, & Plinium & hunc noſtrum corrigere conati ſunt Viri docti. Sed *Pariani*, quod eſt in omnibus veteribus libris, rectum eſt omnino. In tabula Peutingeri & Geographo anonymo Ravennate vocantur *Bariani*. Fieri tamen poteſt, ut cum Paricanis iidem ſint.

l. 44. *Suſiani*, *Pharmacotrophi*] Pro *Suſianis*; quibus hîc nullus eſt locus, repoſuimus *Sugdiani*; ſecuti veſtigia veterum codicum, in quibus erat *Subdiani* aut *Subſiani*. Nam & Σουγδιανοὶ & Σογδιανοὶ Graecis dicuntur. Pro *Pharmacotrophis*, etiam reſcripſimus *Harmatotrophi*, quemadmodum Plinius. Malè quidam *Harmatotropas* corrigunt à vertendis curribus. Ἁρματοτρόφοι ſunt qui curules equos alebant, unde ἁρματοτροφεῖν & ἁρματοτροφία. Quàm id uſitatum Scythis, oſtendunt etiam alia eorum nomina, idem ferè ſignificantia, *Hamaxobii*, *Heniochi*, quae Graeci illis indidere.

l. ead. *Bomarei*, *Coamani*, *Rophanes*] Et haec quoque verba ex Plinio inferſerunt. In omnibus ferè quos vidi codicibus antiquis, ita ſcribitur, *Comari*, *Camani*, *Ropanes*, *Dahae*. In nonnullis tamen *Coamani*. Scribendum eſt, ut opinor, *Comari*, *Comani*, *Paropaniſii*, *Dahae*. Iſti Bomarei nuſquam terrarum unquam extitere. Meliores codices Plinii legunt ita uti hîc, *comari*, vel *commori*; unde adparet vulgatam lectionem eſſe falſam. *Comani* verò, quos hîc Comaris vel Chomaris jungit Mela, iidem ſunt atque Κῶμοι Ptolemaei, hos enim ille ſtatim aliis ſubjungit in deſcriptione Bactrianae; Χώμαροι, ὑφ' οὓς Κῶμοι. Uti autem à Sogdiis *Sogdiani*; & Bactriis *Bactriani*, ut ſtatim monuimus, ita quoque à Comis *Comani*. Plinius vocat *Coamanos*, ſed hoc vocabulum à mala forſan manu è Pomponio in Plinium migravit. Vetuſta enim exemplaria habent *Comimani*. è *Ropanis*, quomodo legit optimus codex, fecimus *Paropaniſii*, quod, ut ſpero, nemo reprehendet. Poſſet

quoque aliquis hîc legere *Rabannae*, ſed illi longiùs hinc abſunt.

l. 45. *Super Scythas Scytharumque deſerta, ac ſuper Caſpium ſinum*] Inepta prorſus lectio, & ex qua nullum bonum ſenſum effeceris. Vaticanus codex habet, *ſuper Scytha*. Scripſit Mela, *Super Scythae, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum Comari, Maſſagetae*, &c. Non autem eſt quod quiſquam miretur *Comaros* vel *Chomaros* hîc denuo recenſeri: ſunt enim diverſi à ſuprà memoratis. Diſtinguunt etiam illos Plinius, & Ptolemaeus. Iſti in Bactrianis, hi verò in Sacis erant ſiti. Qui in Sacis Κόμαροι, alii verò Χόμαροι à Ptolemaeo appellantur.

l. 49. *Cimmerii, Scythae, Heniochi, Georgi*] Omnes codices antiqui legunt, *Cimmerii, Ciſſi, Antiachae, Georgili*. Scripſit Mela, *Cimmerii, Ciſſanti, Achaei, Georgi*. Eodem penè modo Plinius lib. VI. cap. 13. *Ultra eos planè jam Scythae, Cimmerii, Ciſſanti, Georgi, & Amazonum gens*. Ita quoque hunc locum olim jam emendarat frater meus ὁ μακαρίτης Gerardus, in ſuis *ad Valerium Flaccum Notis*, brevi à nobis in lucem edendis.

l. 50. *Corſitae, Phoriſtae, Riphacès*] Profligatiſſima lectio. Conſtanter tamen ita legitur in omnibus, quae vidi, exemplaribus vetuſtis. Olim tentabam, *Cercetae, Opharitae, Rhiphaees*. *Opharitas* in hoc tractu recenſet Plinius, dictos ab Ophero fluvio. *Cercetae* noti ſunt ex omnibus. Infrà eos *Cerceticos* vocat. *Rhiphaees* ſunt Ῥιπαιεῖς, iidem qui *Rhiphaei*. Attamen vix me contineo, quin ita reſcribam, *Coraxi, Pterophoritae, Rhiphaees*. Πτεροφόρος regio nota eſt Herodoto & aliis, à lapſu nivium inſtar pinnarum ita nominata. *Corſi* verò corruptum ex *Coraxi*. Infrà quoque montis Coraxici, in MSS. pleriſque *Corſici* dicuntur, vel *Corxici*. Aliorum ad hunc locum ineptas conjecturas confutare non eſt operae pretium.

l. 52. *Mardi, Antibarani*] Haec quoque inepta eſt lectio. Libri veteres legunt, *Mathi, Antibarani*. Legendum, *Matiani, Tibarani*. Vicinae verò ſibi invicem ſunt hae gentes, ut conſtat ex Herodoto. Cave autem hos *Matianos* vel *Mantianos* confundas cum aliis

ejus-

ejusdem nominis populis ſitis in Media, Hyrcania, & alibi: quos enim hîc nominat Mela, iidem ſunt atque illi, quos Herodotus, & alii, ad dextram Halyos fluvii recenſent. Malè verò quidam hîc *Mardos* tuentur, & contra libros veteres & contra veritatem ipſam, nempe ex Herodoti *Thalia*, Μάκρωσι, καὶ Μοσυνοίκοισι, καὶ Μάρδοισι τριηκόσια τάλαντα προείρητο. Sed nulli illic terrarum unquam fuere *Mardi*. Notant Viri docti in aliis codicibus ſcribi Μάρσυσι. Lego Μαρσί. *Mares* populus vicinus Moſynoecis. Stephanus, Μάρες, ἔθνος προσεχὲς Μοσυνοίκοις. Meminit eorum alibi ipſe etiam Herodotus.

l. ead. *Et notiora jam nomina Medi*] Ex veteribus libris repoſuimus *Amardi*. Agemus verò de his infrà.

l. 54. *Murrani*, *Vegeti*, *Cappadoces*, *Gallograeci*] Ita habent codices nonnulli. In aliis verò libris manu exaratis hoc modo locus hic concipitur, *Mirorani*, *Vargeti*, *Cappadoces*, *Graeci*. *Muriani* posſint dicti videri à portione quadam Armeniae minoris, quam Μουριανὴν vocat Ptolemaeus. Sed *Muriane* illa longius abeſt à Ponto Euxino, & à ſerie gentium, quas hîc recenſet. Praeterea cùm inquiat ſe notiora hîc nomina recenſere, potiùs adducor ut credam ita eum ſcripſisſe, *Mariandyni*, *Veneti*, *Cappadoces*, *Gallograeci*. Mariandynos & alii cum Henetis nominant. Non verò rectè quidam *Henetos* ubique reponunt pro *Venetis*; utrumque enim dixere Veteres.

l. 57. *Eaedem gentes interiora litora tenent*] Mirum quantum locus hic exercuit Viros eruditos, quàmque hîc omnia turbarunt, ut ſenſum aliquem efficerent. Et tamen ſi ordinem ſeriemque Melae adtendisſent, non tantos de tantilla re fluctus commovisſent. Posſit alicui videri legendum hîc esſe, *anteriora litora*. Verum conſideremus modum, quem tenuit Mela in deſcribenda Aſia. Poſtquam Indos, Seras, & Scythas, qui totum Aſiae tractum orientalem posſident, nominavit, auſtralem oram deſcribit, in eaque deſcribit Arianos, Arios, Gedroſos, Perſas, Arabas & Aethiopas. Tranſit dein ad partem borealem, & ad reliquam Scythiae partem, gentesque aliquot Scythicas, iisque vicinas enumerat. Ab his dein tranſit ad illos populos, quos interiora Aſiae habitare inquit, quique Scythicis ſubtenduntur, eorum-

que explicat nomina, à Sogdianis & Bactris, usque ad Helleſpontum ferè. Ultimam dein facit ſeriem ex iis gentibus, quae ab Indi ſuperioribus partibus, usque ad mare Aegeum & Mediterraneum extenduntur. Has quoque gentes interiora Aſiae occupare ait, inferiores quidem ſuprà memoratis, ſuperiores verò illis quas primo ordine recenſuit, illis nempe qui auſtrale latus Aſiae claudunt. Ex his adparet, non hîc esſe legendum, *anteriora litora*, jam enim primo ordine oram litoralem abſolvit; ſed verò, *interiora & litora.* Ait enim gentes illas ſuprà memoratas meridiem verſus, Arianos nempe & Gedroſos, tam vaſtas esſe, ut non litora & oras tantùm occupent, ſed etiam interiora terrarum teneant.

l. 58. *Super hunc Parthi, Asſyrii & Babylonii*] Pesſimè de hoc loco Melae meriti ſunt & Pintianus, & omnes alii Interpretes. Clamant illi manifeſtè falſum esſe Babylonios ſitos esſe ſupra ſinum Arabicum, cùm ſupra ſinum ſint Perſicum. Sed profectò ipſi & in hoc, & in ſequentibus falluntur. Accurata eſt & valde Geographica apud Auctorem noſtrum haec Aſiae deſcriptio, verùm ipſi meras offudere tenebras. Reducenda eſt omnino vetus lectio, quam omnes veteres prae ſe ferunt codices: *Super hunc ſunt Parthi & Asſyrii: ſuper illum alterum Babylonii, & ſuper Aethiopas, Aegyptii. Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii.* Primò hîc notandum *ſuper*, ſimiliter atque à Graecis τὸ ὑπὲρ, accipi de loco ſeptentrionem verſus. Ait itaque ſuper ſinum Perſicum esſe Parthos & Asſyrios; ſuper ſinum Arabicum, Babylonios; ſuper Aethiopas verò, Aegyptios. Rectè verò dicit Babylonios esſe ſuper ſinum Arabicum, non ſuper Perſicum. Nam ſi fines Babyloniorum in parte, quae adverſa eſt pelagi oſtio, ſunt conſtituendi, ut ipſe infrà ait, necesſario ſequitur illos esſe ante ſinum Perſicum, non ſuper. Sed rectè dicuntur esſe ſuper ſinum Arabicum ſeptentrionem verſus: Arabes enim non hîc locum habere posſunt, ſuprà enim jam illos memoravit, cùm inquit eos ambire ſinum Arabicum. *Super* verò Pomponio, & aliis dicuntur pasſim, non illi qui litora tenent, verùm iſti qui interiores colunt terras, ſive ſeptentrionem, ſive meridiem verſus. Utroque etiam modo τὸ ὑπὲρ accipi à Dionyſio annota-

vit

vit Euſtathius. Nempe quia altiores & ſublimiores exiſtimabant orbis partes boreales, ideo etiam ſuperas vocabant. Ariſtoteles tamen, & alii, in contraria fuere opinione & hanc orbis partem oppoſita auſtrali depresſiorem esſe credebant; ſed hujus Philoſophi verba aliàs explicabimus. Longè autem diverſa eſt ratio quamobrem provinciae quaedam in *ſuperiores* & *inferiores* diviſae fuerunt. Operae pretium eſt hoc paucis indicare, quia Viri docti ridiculas admodum rationes proferunt, quamobrem Germania, Pannonia, Moeſia, aliaeque provinciae in *ſuperiorem* & *inferiorem* dividebantur. Nimirum haec eſt vera iſtius appellationis cauſa. Fluminum partes *ſuperiores* dicuntur eae, quae magis vicinae ſunt fontibus; *inferiores* magis vicinae mari. Provinciae itaque fluviis adſitae, ut Rheno Germaniae; Danubio Rhaetiae, Pannoniae, Moeſiae; Nilo Aegyptus; ſi in partes dividerentur, ſemper ea provincia, quae fontibus fluminis esſet propior, *ſuperior* dicebatur; ſequens verò, oſtiisque fluvii & mari vicinior, *inferior*. Partes iſtas *ſuperiores* & *mediterraneas* Graeci ſimiliter vocant τὰ ἄνω, *maritimas* verò τὰ κάτω. Verùm haec obiter. Redeamus ad Melam.

l. 65. *Extra autem Lycia & Pamphylia*] Codices aliquot (recentiores tamen) legunt *Lydia*. Fruſtra, *Lydos* enim jam ſuprà retulit. Verùm inverſum hîc esſe ordinem Geographicum notant Interpretes: Lycia enim ſequitur Pamphyliam. Attamen copula iſta conjunctiva his tantùm duobus interpoſita, oſtendit illum voluisſe has duas ſimul appellare gentes, uti & multi faciunt alii, Lyciamque tanquam potiorem priùs nominasſe. Imò verò ipſi errant qui Melam hîc reprehendunt: Pamphyliae enim ora litoralis olim Lyciae fuit adtributa. Hinc Stephanus aliam etiam Lyciam facit, quam diſtinguit ab altera, Ἔτι καὶ Λυκία ἡ πρὸς Κιλικίαν, ἧς ἦρχε Σαρπηδών. Errat tamen Stephanus; eadem enim erat, ut fuſiùs infrà docebimus, ubi de Lycia agemus.

## In Cap. III.

l. 4. *Ora ejus forma litorum à Tanai ad Helleſpontum*] Ita conſtanter omnes manu exarati libri. Tò *ora ejus*, gloſſema eſſe exiſtimabat Vir optimus Andreas Schottus. Sed multò acutius Pintianus, qui ſequentia duo vocabula gloſſam redolere exiſtimabat. Hujus opinioni & alii accedunt, praeſertim cùm in eadem periodo mox ſequatur, *contrariis littoribus*. Sed profectò non tam ſiccus eſt ubique Pomponius noſter, ut nullum in eo verbum redundet. Praeterea multis locis differentiam facit inter *oram* & *litus*. Vel ex ipſa Praefatione, cùm inquit ſe *oras* & *litora* deſcripturum, ſatis adparet *orae* vocabulum multò apud eum latius patere, quàm *litoris*. *Litus* namque propriè rectum aliquem videtur ſignificare tractum, & apud hunc & apud alios, *ora* verò tractum univerſum maritimum, qui ex variis conſtat litoribus. Graeci ſimiliter diſtinguunt inter ἀκτὴν & αἰγιαλόν. Quod autem mox *litoris* vocabulum in eadem occurrat periodo, non magis quenquam offendere debet, quam quòd Virgilius *litora litoribus contraria* dixerit. Idem enim ait hîc noſter. Totus itaque locus ex fide veterum exemplarium ita eſt emendandus: *Ora ejus forma litorum à Tanai ad Helleſpontum, quà ripa eſt dicti amnis, quà flexum paludis ad Pontum redigit, quà Propontidi & Helleſponto latere adjacet, contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modo, verùm etiam ſimilis eſt.* Quid manifeſtius, magisque perſpicuum hac lectione? Miror tamen omnes Interpretes locum hunc tam miſerè vexaſſe, tam multa vocabula auferendo, aliaquè viciſſim addendo, idque contra omnium veterum exemplarium fidem.

l. 11. *Totidemque ſe in altum magnis frontibus evehit*] In Vaticano erat *fluctibus*, uti quoque alii nonnulli veteres libri. Verùm illis omnibus inſignior eſt noſter codex, & hoc & aliis in locis, licet antiquitate neutiquam comparandus Vaticano. Ille, quam dedimus, lectionem exhibet.

l. 21. *A Tanai media ferme Pontici lateris*] Et hunc quoque locum non rectè tractarunt Viri eruditi. Vete-

ros libri *Ad Tanain* legunt. Scribe: *Gentium prima eſt Scythia, alia quàm dicta eſt, à Tanai in media ferme Pontici lateris. Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia. Huic Macedonia adjungitur.* In libris enim ſcriptis *pertinens* ſcribitur, non *continens*, ut vulgò.

l. 28. *Haec in occidentem, denique etiam ad ſeptentrionem*] Repoſuimus, *diuque etiam ad ſeptentrionem*, auctoritate omnium quos vidimus codicum, ipſaque id poſtulante ratione. Poſtrema quoque hujus capitis verba, *Haec de Europa*, delevimus, cùm abſint in omnibus melioribus libris.

## IN CAP. IV.

l. 3. *Quia nec usquam Aſiae, & non totius hujus litoribus obtenditur*] Atqui cùm ipſe inquiat Africam Nilo terminari ab Aſia, qui fieri poteſt, ut nusquam Aſiae obtendatur? Lepida ſanè ſunt quae hîc annotavit optimus Vir Andreas Schottus. Inquit enim, *Si lineam à Nilo in Septentrionem ducas, nusquam Aſiae litora attinges, Europae tamen quaedam.* Haec ſanè nemo intelligat. Nihil certius quàm locum hunc eſse corruptum. Manu exarati libri legunt, *quia nec usquam Aſia eſt.* Alii, *quia nec usquam eſt Aſia veluti.* Vaticanus, *quia nec usquam Aſiae eſt.* Haec omnia non ſunt nauci. Ita ſcripſit Mela, *quia nec usque Aſiae, & non totis hujus litoribus obtenditur. Usque* hîc eſt ſemper, uti ſaepe apud optimos Linguae Latinae Scriptores. Hoc vocabulum non intellectum tot gloſſematis viam ſtravit. Pro *totius* etiam repoſuimus *totis.* Ita libri veteres.

l. 5. *Et quà ad fluvium adtingit latisſima*] Legendum forſan, *quaad fluvium attingit. Quaad* Veteres dixere pro *quoad.* Adfirmat Victorius ſe in antiquisſimo Varronis codice pasſim ita ſcriptum reperisſe. Attamen hoc loco nihil mutandum videtur, nam rectum eſt *adtingere ad aliquid.* Paulò inferius libri plerique antiqui habent, *peragratisque omnibus quae in mare attingunt*: ſic *viſere ad aliquem, adire ad aliquem.* Plura alibi exempla congesſimus.

l. 8. *Faſtigatque ſe molliter*] Cùm omnes antiqui co-

dices legant, *faſtigatque ſe molliter*, idque jam alii monuerint, neſcio quid mentis fuerit poſtremis Melae Editoribus, ut hoc vocabulum mutarint. Nempe putarunt illi hoc verbum eſſe à nomine *faſtigium*, ac proinde dicendum *faſtigiare*. Verùm errant. Paſſim ubi iſtud verbum ſcriptum occurrit, ſi quis antiquiores conſulat codices, *faſtigare* ſcriptum inveniet. Nempe ut à *lite* eſt *litigo*, atque inde *litigium*; à *veſtigo veſtigium*; à *contagu contagium*, ita quoque à *faſtus*, *faſtigo*, atque inde *faſtigium*. Alterum verò non eſt Latinum. Atque haec ſemel dicta ſufficiant, quoniam vocabulum iſtud cum alibi, tum in hoc quoque Auctore ſaepe ab Interpretibus mutatum.

l. 12. *Arenis ſterilibus obducta*] Ita quoque poſtremo Operis ſui capite, ita etiam Cicero alicubi loquitur. Statim pòſt lege ex melioribus libris, *aut ob ſitim caeli terrarumque deſerta ſunt*. Non *ſitum*. Salluſtius: *Caelo terraque penuria aquarum*. Nempe aut nunquam aut rariſſimè pluit in Africa. Sic & Curtius de Libya prope Ammonis oraculum, *terra caeloque aquarum penuria eſt*. In hac Africae deſcriptione ſecutus eſt in multis Salluſtium Mela, uti infrà videbimus.

l. 17. *In ea parte quae Libyco adjacet*] Ita repoſuimus ex libris melioribus, cùm antea legeretur, *Ab ea parte*. Paulò pòſt legunt libri, *dein cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt*. Sequentia vero verba ita lege, *ſed Mauri & in Atlanticum pelagus expoſiti*.

l. 18. *Provincia*, *quam Cyrenas vocant*] Ita Plinius, ita Ptolemaeus, ita innumeri alii, non urbem tantum, ſed & totam provinciam *Cyrenas*, & *Cyrenen* vocant. Errat itaque Salmaſius cùm apud Stephanum legit, Ἄμπελος πόλις ἐν τῇ Κυρηναίᾳ, cùm proba ſit lectio vulgata, ἐν Κυρήνῃ. Ipſe etiam Stephanus alibi *Cyrenen* pro Cyrenaica accipit.

l. 27. *Libyes Aegypti ſunt*] Legendum, *Libyaegyptii ſunt*, *& Leucoaethiopes*, uti alii.

l. 28. *Et natio frequens multiplexque Gaetuli*] Nam non hic tantùm, ſed & in interiori Numidia, & alibi ad Atlanticum Oceanum deſcribuntur *Gaetuli*, quos etiam infrà recenſet Mela. Hinc Tertulliano *contra Judaeos* cap. 7. memorantur *Gaetulorum varietates*, *& Maurorum multi fines*, *Hiſpaniarum omnes termini*, &c. Inepte

ſe haec interpretatur Vir doctus de pulcherrima pelle, cui aſſimilatur Libya. Aequè ineptum quòd inculti legit, pro multi. *Maurorum multos fines* ideo dicit, quoniam ſaepe mutati ſunt Maurorum termini, uti infrà docebimus.

l. 31. *Poſt Augilas & Troglodytas*] Haec omnia ex Herodoto. Agemus verò de ſingulis his gentibus infra. Pro *Troglodytis* verò omnes libri veteres legunt *Trogodytae*. Ita quoque in ſuis Strabonis codicibus reperiſſe ſe teſtatur Pintianus. Utrumque rectum eſt, Τρωγοδύται & Τρωγλοδύται: nam Τρῶγας Heſychius interpretatur Τρώγλας. Errat verò Salmaſius cùm putat illos dixiſſe τρώγη, & τρώγλη: prius enim illud non eſt Graecum. Sed credidit Heſychii τρῶγας eſſe à recto caſu τρώγη, cùm ſit à τρὼξ, τρῶγος. Hinc ἀμφίτρωξ πέτρα Euripidi *Cyclope*:

> Ἄγω δ' ἐπ' ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλὸς,
> Δι' ἀμφιτρῶγος τῆσδε προσβαίνων ποδί.

Ita vetus codex Florentinus, non ut vulgò δι ἀμφιτρήτης, quod ferri hoc loco non poteſt. Attamen neque manuſcripti lectio ſatis hoc loco placet. Omnino exiſtimo ſcripſiſſe Euripidem δι ἀμφιτρήτος, non enim utrinque exeſam, ſed utrinque perforatam fuiſſe iſtam petram voluit dicere Euripides, neque enim aliàs pervia fuiſſet.

l. 32. *Intra, ſi credere libet*] Ita lege, non *ultra* cum Pintiano. Intra hic eſt interius, & remotius à litore, ut ſemper. Statim poſtea *Blemyes* reſcripſimus ex Vaticano & aliis veteribus. Nunquam niſi vitioſè *Blemmyae* vel *Blemyae* vocantur.

l. 43. *Peragratiſque omnibus quae in mare adtingunt.*] Ita omnes veteres libri, etiam Vaticanus. De hac loquendi formula nonnihil ſuperiùs diximus.

## IN CAP. V.

### DE MAURITANIA.

l. 4. *Primas partes, illae Europae, hae Africae*] Legendum eſt, *Primas partes, illa Europae, haec Africae*. Ita optimus noſter codex, aliique nonnulli.

l. 7. *Graeci Ampeluſiam, Afri aliter*] Valde errat Vir quidam doctus, qui *Soloënta* vel *Syloënta* ex Herodoto hîc locum habere putat. Abeſt illud hinc quàm longiſſimè. Sed quod *Ampeluſiam* Graeci vocavere, id Κώτης Afri appellarunt. Egimus verò de hoc promuntorio alibi. *Cota* eſt Plinio. Reddas quoque illi hoc vocabulum lib. XXXII. cap. 2. *Xiphiam roſtro mucronato eſſe: ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano, ad locum Mauritaniae qui Cota vocetur.* Notandum verò ita vocari, & promuntorium, & ipſum ſinum. Alibi Plinius libro nempe XIX. cap. 4. ſimpliciter *aeſtuarium* vocat, non addito nomine.

l. 11. *Parma elephantino tergore exſecta*] Et hic quoque locus mirificè Viros doctos exercuit. Salmaſius in *Plinianis* legit, *elephantino tergore texto.* Sed profectò quis unquam elephantorum tergora texi audivit? Aliter quoque tentat hunc locum corrigere, ita nempe, *elephantino tergore tecta,* Et hoc malè. Parma Antaei non erat elephantino tergore tecta, ſed ipſum tergus erat parma. Proba eſt itaque lectio meliorum hujus Auctoris codicum, *Parma elephantino tergore exſecta, ingens,* &c. Cui nota eſt duritia tergoris elephantini, & hoc quoque novit, illud non egere aut ligneo aut alio quopiam firmamento, cui inducatur. Verum id eſſe manifeſtè adparet ex Iſidoro, qui lib. XVIII. cap. 12. *Cetram* interpretatur, *ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri & Mauri.* Hodie etiamnum Mauri & Gineti Hiſpanici ſcuta ſibi ex bubulinis conficiunt pellibus absque ullo ligno, quae *adargas* vocant; Aethiopes ex hippopotamorum coriis. Etiam illa ictibus quibusvis reſiſtunt. Neutra tamen robore comparari poſſunt cum elephantinis tergoribus, quae quodcunque etiam tormentum minus poſſint eludere, utpote quae palmum minorem craſſitudine ſua ſaepe excedant. Rectè itaquae Plinius lib. XI. cap. 39. Elephantorum *quoque tergora impenetrabiles cetras habent:* ipſum enim tergus eſt cetra. Strabo de Maurorum peditibus, τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας προβάλλονται, Salmaſius tamen etiam hunc Plinii locum vitioſum putat. Verùm ita ut dixi interpretandus eſt: tergora enim elephantorum habent cetras, quia ex iis cetrae exſcinduntur. Nihil clarius.

l. 12.

l. 12. *Et ob magnitudinem nulli nunc uſuro*] Manu exarati libri aliquot legunt, *& ob magnitudinem nulli nunc habilis*. Paulò pòſt, *Ut inde eximie colunt*. Quomodo probatiſſimi quoque loquuntur Auctores. Mox verò, *addit fama nomini fabulam*. Alia exemplaria legunt *nominis*. Apta haec eſt materia, de qua inter ſe diſceptent magiſtelli.

l. 23. *Summotasque vaſtius terras*] Vaticanus codex legit hoc loco *latius*, non *vaſtius*, verùm illud ſuprà ſcriptum à ſciolo, ut opinor, quem offendebat alterius iſtius vocabuli repetitio.

l. 30. *Ob numerum ſeptem, ob ſimilitudinem fratres nuncupantur*] Ita repoſuimus auctoribus libris antiquis. Mirum autem alicui videri poſſit quare ἑπταδέλφους iſtos montes non ſimul nominet cum Abyla. Sanè nullum vaſtum ſpatium, quale hîc Mela deſcribit, intercedit inter iſta juga, ſed verò ſibi invicem junguntur. Plinius lib. v. cap. 2. de Tingitana: *Ipſa provincia ab oriente montoſa, fert elephantos in Abyla quoque monte, & quos ſeptem fratres à ſimili altitudine appellant: freto imminent hi, juncti Abylae*. Plana eſt haec lectio, & omnium vetuſtorum codicum auctoritate firmata. Ita praeterea legit Solinus cap. 25. cùm ait quòd provincia Tingitana *exſurgit montibus ſeptem, qui à ſimilitudine fratres adpellati, freto imminent. Hi montes elephantis frequentiſſimi*, &c. Aliter tamen, & multis verbis, lectionem hanc oppugnat Salmaſius, & Solinum more ſuo ineptire ait, quòd illam ſecutus ſit. Itaque hoc modo ex vitioſo codice locum illum refingit: *Ipſa provincia ab oriente montuoſa, fert elephantos in Abyla quoque: ex quo ſeptem fratres à ſimili altitudine freto imminent:* ſed *montuoſa* pro *montoſa*, non eſt Latinum. Quod autem iſta Plinii verba, *in Abyla quoque*, referat non ad elephantos, ſed ad praecedentia; & voluiſſe dicere Mauritaniam in Abyla monte eſſe montoſam, planè eſt alienum ab omni ratione. Quis Plinium ita loquentem ferat? Ineptùm denique eſt dicere montes iſtos procedere ex Abyla, & ſimul dicere junctos eſſe Abylae. Nempe elephantos ex his montibus in alios longiùs ſitos pellere voluit, in Phocram ſcilicet. Sed non tantùm in illo monte, verùm etiam per totam Tingitanam provinciam elephantorum greges diſperſi fuere. Ipſe Plinius,

ad

ad Salam oppidum & flumen, deſcribit ſolitudines elephantis refertiſſimas. Adſcribam autem & alterum locum Plinii, unde manifeſtum fiet nihil quidquam in ſuprà citato Plinii loco eſſe mutandum, oramque illam, ex qua elephantos ejicere conatus eſt Salmaſius, olim elephantos tuliſſe. Lib. VIII. cap. I. de elephantis: *Auctores ſunt, in Mauritaniae ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt Vala, niteſcente luna nova, greges eorum deſcendere: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi; atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti, vitulorum fatigatos prae ſe ferentes.* Nemo, ut opinor, hanc lectionem in dubium vocabit, quamvis *Anulo* amnis iſte vocetur in aliis Plinii codicibus. Optimus verò Sereniſſimae Reginae liber legit *Aulo*. Proculdubio ſcripſit Plinius *Valo* aut *Valon*. Amnis iſtius meminit Ptolemaeus, egrediturque ex ipſis Septem fratribus. Quin etiam unum ex iſtis Septem fratribus, illum nempe qui maximè freto imminet, ab elephantis nomen traxiſſe exiſtimo: Ἐλέφαντα enim illum vocat Strabo. Nullius autem ponderis eſt, ſi quis objiciat, hodie nullos illic vagari elephantos, cùm neque cetera Mauritania ullos hodie ferat. Sanè Strabo lib. III. montem Abylae πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον appellat. Crebros quoque olim hic fuiſſe leones prodit Flavius Philoſtratus lib. V. cap. I. Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἄκραι σταδίων ἑξήκοντα πορθμὸν ἀπείργουσαι, τὸν Ὠκεανὸν ἐς τὰ ἔσω πελάγη φέρουσι· καὶ τὴν μὲν τῆς Λιβύης ἄκραν, ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἄβιννα, λέοντες ὑπερνέμονται περὶ τὰς ὀφρῦς τῶν ὀρῶν, ἃ εἴσω ὑπερφαίνεται, ξυνάπτουσαι πρὸς Γαιτούλους καὶ Τίγγας. Montes iſti hoc tempore confertim ab hominibus inhabitantur, olim verò propter elephantorum, leonum, aliarumque ferarum copiam, credo factum eſſe, ut Graece *Abinnam* interpretati ſint Κυνηγετικήν. Aliud tamen ſignificat *Abinna* vel *Abila*, ut oſtenſum Bocharto, quem vide.

l. 92. *Tamuada*] Omnes libri veteres legunt, *Tumuada*. Sed vera lectio eſt *Tamuda*. Ita Plinius; Apud Ptolemaeum pro Θαλαῦδα legendum eſt Θαμοῦδα.

l. ead. *Ruſicada & Siga parvae urbes*] Vaticanus *Ruſica*. Neutrum bene. Verum hujus loci nomen eſt *Ruſadir*; Ptolemaeo Ῥυσσάδειρον. Et ita quoque Plinius in antiquis Sereniſſimae Reginae membranis. Reprehendit autem hoc loco ordinem Melae Pintianus, & putat Mu-

lucham

lucham flumen, ante Portum magnum, & Sigam, nominari debuiſſe. Sed valde errat: Mulucha enim, quem hîc noſter Mela aliique terminum faciunt regnorum Bocchi Jugurthaeque, non is eſt, quem Μολοχὰθ vocat Strabo & Ptolemaeus, ſed alter fluvius, quem Χυλημὰθ vocat Ptolemaeus corruptè, cùm ita apud illum legendum ſit, Πόρτος Μάγνος Μυλυχὰθ ποτ. ἐκβ. Κουΐζα Κολωνία. Verum id eſſe adparet ex Plinio, qui Mulucha flumen ſimiliter inter Portum magnum & Quizam oppidum collocat. Alter autem iſte Strabonis & Ptolemaei Μολοχὰθ longè hinc aberat. Totus fluebat in regno Bogudis. Reducenda eſt itaque apud Plinium vetus lectio, quam mirum in modum corrupit Pincianus: *Rhyſadir oppidum & portus, Malvae fluvius navigabilis, Siga oppidum ex adverſo Malacae in Hiſpania ſitae Syphacis Regia, alterius jam Mauritaniae. Namque diu Regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quae nunc Caeſarienſis. Ab ea Portus Magnus à ſpatio adpellatus, civium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha Bocchi Maſaeſylorumque finis.* Nihil hîc eſt quod quenquam morari vel offendere poſſit. A Siga inquit incipere Mauritaniam Caeſarienſem, eamque diu non alio cognitam fuiſſe nomine, quàm Regni Bocchi. Alteram autem Mauritaniam Tingitanam, dictam fuiſſe *Bogudianam*, quamdiu rerum in ea potiretur Bogud. Illo enim pulſo à Boccho, tum demum Tingitanae Provinciae nomen obtinuit. Verum quia video Viros magnos valde erraſſe in limitibus harum terrarum, nec ſciviſſe cujusnam regionis Reges fuerint Jugurtha & Bocchus, operae pretium eſt hoc paucis indicare. Numidia itaque quando Jugurthae parebat, non ad Ampſagam, uti poſtea, verum ad Mulucham amnem ad occaſum extendebatur. *Mulucha* autem hîc accipiendus non de Μολοχὰθ Strabonis & Ptolemaei, verùm de illo amne, quem perperam *Chylemath* vocant, ut jam oſtendimus. Quidquid ultra iſtud flumen ad Oceanum usque ſupererat, id Mauri & Maſaeſyli obtinebant. Mauri verò una gens, unusque illis rex praeerat Bocchus Jugurthae gener. Victo autem Jugurtha, Romani Mauris illam Numidiae partem addiderunt, quae eſt ab Ampſaga usque ad Mulucham; Mauritaniamque vocarunt quidquid eſt ab Ampſaga usque ad Malvam fluvium. Poſt Bocchum

in

in plura regna diviſa eſt Mauritania: Juba enim obtinuit totam, ut videtur, Mauretaniam Numidicam, ab Ampſaga ad Mulucham: Bocchus alter, Mauretaniam propriè dictam, à Mulucha usque Malvam fluvium: Bogud verò reliquam partem à Malva usque Oceanum. Verùm hic poſtremus poſtquam regno pulſus eſt à Boccho, tum demum regio illa deſiit *Bogudiana* appellari. Tandem verò Juba gratiâ Auguſti omnes nactus eſt Mauritanias, & illam Bocchi, & alteram Bogudis praeter iſtam, quam jam poſſidebat, Numidicam, quae poſtea *Sitifenſis* dicta eſt. Ac tum demum Mauritaniae Caeſarienſis ac Tingitanae audita ſunt nomina, ſub Cajo & Claudio Caeſaribus. Atque haec quidem non parum luminis hiſtoriae allatura, paucis monere operae pretium nobis viſum eſt.

l. 35. *Nunc gentium, olim regnorum quoque terminus*] Haec eſt omnium veterum codicum lectio, quam inepti quidam homines mutaverant. Mulucha flumen olim terminus erat Regum Bocchi Jugurthaeque; nunc verò gentium tantùm, Maurorum nempe & Numidarum: nam Pomponii aevo jam Juba obierat. Itaque per Equites Romanos utraque illa Provincia adminiſtrabatur.

## In Cap. VI.

## De Numidia.

l. 1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae*] Utramque ripam Ampſagae poſſidebant Numidae: nam Cirtam quoque Numidiae tribuit. Mirum alicui videri poſſit, quòd ubi Plinius Numidiae principium facit, ibi terminum ſtatuat Pomponius. Sed ejus rei ratio ex iis, quae diximus, ſatis eſt manifeſta. Nempe non meminit illius Numidiae, quam hic deſcribit Mela, quae eſt à Mulucha ad Ampſagam flumen; illam enim ſub Mauritaniae Caeſarienſis nomine comprehendit. Sed tantùm Numidiae novae facit mentionem, cujus viciſſim non meminit Mela: illam enim ſub Africae propriè dictae nomine comprehendit hic noſter Auctor. Praetermittendum verò hic non eſt, locum hunc Melae ſic concipi in nonnullis codicibus, *Ab eo Numidia à*

*Graecis*

*Graecis adpellata* Μεταγωνῖτις, *ad ripas expoſita fluminis Ampſagae*. Verùm ex Plinio haec ſunt addita, qui ait Numidiam à Graecis *Metagonitin* vocatam. Perperam tamen, cùm nemo Graecorum ita Numidiam vocarit. Sed quia Pomponius Metagonium promuntorium infrà recenſet in illa Africae parte ubi Numidia nova ſita eſt, & quòd Metagonitas gentem Numidicam esſe legisſet, Metagonitin verò eorum regionem; ideo, ut exiſtimo, putavit Metagonitin esſe Numidiam. Sed verò eum errasſe, ſtatim oſtendemus, cùm de Metagonio agemus promuntorio.

l. 4. *Cirta procul à mari, nunc Sittianorum Colonia*] Pintianus legit, *Cirta Colonia procul à mari, cognomine Sittianorum:* additque non deductam fuisſe à Sittianis, ſed ab illis cognomen accepisſe. Verùm errat. Deducti ſunt eò illi, qui cum P. Sittio in bello contra Jubam Caeſari adjumento fuerunt: meliorem enim portionem regni Maſinisſae dono à Caeſare accepit Sittius; is verò eam inter milites diviſit, ut conſtat ex Appiano lib. IV. *de Bell. Civ.* Vide quoque Dionem lib. XLIII.

l. 5. *Quondam regia domus Jubae & Syphacis, cùm foret opulentisſima*] Vaticanus aliique omnes notae melioris libri ita legunt, *Quondam regum domus, & cùm Syphacis foret opulentisſima.* Offendit nonnullos quòd cùm Cirtam regum vocarit domum, unum tantùm nominarit Syphacem, itaque etiam Jubae nomen hîc inſerendum esſe arbitrati ſunt. Quamvis non indoctus fuit iſtius glosſematis auctor, erravit tamen: ita enim ſcripſerat Mela, *Quondam Regum domus; ſed cùm Syphacis foret opulentisſima.* Urbs enim haec ſub Syphace maximè opulenta & illuſtris fuit: poſtea crebris bellis vaſtata multum de ſplendore ſuo amiſit. Non rectè verò locum hunc emendat Vir eximius Cl. Salmaſius in ſuis *ad Solinum Commentariis:* ſic enim legit, *Quondam Regum domus; Siga cùm Syphacis foret opulentisſima:* nam nec Jubae nec Syphacis unquam hîc inquit fuisſe regiam, ſed Maſinisſae & ſucceſſorum. Sed profectò quot hîc verba, totidem quoque hîc committit errores: Siga enim nullum hîc locum habere poteſt; illam enim jam ſuperiùs recenſuit in Mauritania, abeſtque à Cirta quàm longisſimè. Deinde quòd ait Cirtam non fuisſe Regiam Jubae, & in hoc quoque errat. Appianus lib. II. *Bellorum Civilium*, Κίρτα ἡ βασίλειον ἦν Ἰόβα. Nec tantum hujus Jubae, verùm etiam alterius hanc fuisſe Regiam teſtantur Hiſtorici. Fallitur etiam cùm negat eam Syphacis fuisſe Regiam. Livius lib. XXX. *Cirta*

*caput regni Syphacis erat.* Vel ſola Sophonisba vix patitur ut quisquam ignoret Regiam Syphacis Cirtae fuiſſe. Verùm exiſtimat Salmaſius, unam tantùm habuiſſe regiam urbem ſingulos Numidiae & Mauritaniae reges; cum itaque legiſſet Syphacis Regiam eſſe Sigam oppidum, fieri non poſſe credidit, ut & Cirta ejus esſet βασίλειον. Perperam tamen. Syphacis urbs regia in Mauritania, cujus erat rex, fuit Siga oppidum. In illa verò Numidiae parte, quam occuparat, aliud habebat βασίλειον, & quidem altero illo Sigenſi multo illuſtrius, nempe Cirtam: unumquodque enim regnum ſuam habet urbem regiam. Ita Juba tres memoratur habuiſſe urbes regias, Cirtam, Caeſaream & Sigam.

l. 7. *Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc quia Jubae Regia fuit*] A medio Numidiae litore incipit, attamen & hîc, & alibi, valde accuratè ordinem ſervat. Quamvis autem ignobile oppidum vocat Iol, antequam Jubae esſet Regia, non ideo tamen ignotum omnino fuit. Antiquiſſimum enim eſſe patet ex Scylace, qui ejus meminit. Procopius ſanè de hac inquit, κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος ἐκ παλαιοῦ οὖσα. Bocchi hîc fuiſſe Regiam inquit Solinus: *Caeſarienſi Colonia Caeſarea ineſt à D. Claudio deducta. Bocchi prius Regia, poſtmodum Jubae, indulgentia Populi Romani, dono data.* Multa hîc reprehendit Salmaſius. Sed nihil benè: nam quòd ait non Caeſaream dono datam eſſe Jubae, ſed totam Caeſareenſem, nonne hoc idem eſt? Si totam Caeſareenſem dedit Auguſtus, utique etiam Caeſaream ipſam. Verùm & quale eſt iſtud quod ſequitur, non dono datam fuiſſe à populo Romano, verùm ab Auguſto. Sed neque rectè negat Bocchi hîc fuiſſe Regiam: nam ſi haec non fuit Bocchi Regia, velim ſcire quaenam alia urbs eſſe potuerit. Siga quidem ſuperioris Bocchi & aliorum regum Mauritaniae fuit Regia, ſed illa nihil ad hunc Bocchum, qui in illa Numidia, quae inter Ampſagam & Mulucham amnes ſita eſt, quaeque poſtea Mauritaniae Caeſareenſi eſt attributa, regnum tenuit. Siga praeterea non in hujus Bocchi, ſed verò in Bogudis erat regno. Omnino itaque verum *Iol*, quae poſtea *Caeſarea* dicta eſt, ante Jubam, fuiſſe Bocchi Regiam. Nam & hoc quoque argumentum, quod poſtea addit, nullius eſt pretii, Melam non appellaturum fuiſſe hoc oppidum ignobile, ſi Bocchi exſtitiſſet Regia: Mela enim etiam Sigam, quae tot annis praecipua omnium Maurorum fuit Regia, vocat parvam urbem. Taedet me iſtis minutiis immorari.

l. 10.

l. 10. *Cartenna & Arſenaria ſunt oppida*] Codices veteres omnes quotquot vidi legunt, *Cartinna & Arſinna ſunt oppida.* Κάρτιννα quoque in antiquisſimo Ptolemaei codice urbs haec vocatur, eique adjacens flumen Κάρτιννος. Aliis tamen omnibus *Cartenna*; qui & Arſennam *Arſenariam* vocant. Hodie *Arcilla* aut *Acilla* ab Afris dicitur. Forſan nihil apud Pomponium mutandum.

l. 11. *Et Ampſa caſtellum*] Nusquam terrarum hoc nomen reperias. Vaticanus, aliique codices, legunt, *& Aviſa caſtellum.* Ordo ipſe docet legendum hîc esſe *Quiza*, ut repoſuimus. Κουίζα Κολωνία Ptolemaeo & aliis. *Laturi ſinus* nemo, quod ſciam, meminit. Vulgò vocatur *Golfo de Zereni.*

l. 12. *Sardabale fluvius*] *Sardabal* Plinio. Verum is amnem hunc jungit cum Ave & Nabare fluminibus, ad alteram Numidiae partem ſitis; unde apparet eum malè admodum accepisſe verba Melae. Auctor enim hic noſter auſpicatur Numidiae deſcriptionem à medio litore, ut diximus. Itaque primùm enumerat omnia ea loca, quae ſita ſunt ab Iol ſive Caeſarea usque ad Mulucham amnem: in his poſtremum obtinet locum Sardabal fluvius. Adparet itaque eum esſe proximum Muluchae. Deinceps loca & flumina aliquot recenſet, quae ſunt ultra Caeſaream, Ampſagam usque. In his ſunt Aves & Nabar amnes. Aliud itaque agens Plinius junxit haec flumina, quae quàm longisſimè à ſe invicem abſunt. Sed forſan ideo ea in finem capitis deſcriptionisque Mauritaniae conjecit, quod ignoraret ubinam collocanda esſent

l. ead *Ultra monumentum commune Regiae gentis. Deinde Icoſium*] Ita omnes codices. Vana eſt transpoſitio Pintiani & aliorum: nam quis unquam monumenta Regum Numidicorum Icoſii esſe prodidit? Si vulgata lectio vera eſt, multò commodiùs & veriſimiliùs haec aliquis interpretari posſit de Iol inſula, quae Orientem verſus adjacet Caeſareae. Ptolemaeus: Νῆσος δὲ παράκειται τῇ Ἰὼλ Καισαρείᾳ τῇ ἐπισήμῳ πόλει, ἥτις καὶ αὐτὴ καλεῖται Ἰὼλ Καισάρεια νῆσος, ἐν ᾗ πόλις ὁμώνυμος. Ita ſupplendus hic locus ex optimo & antiquisſimo codice Arundelliano. Hujus Inſulae meminit quoque Strabo. Notum verò Regum principumque ſepulchra ſaepe in inſulis esſe. Sic ipſe infrà *monumentum Caepionis* ait *esſe inſulam.* Attamen vix mihi posſum perſuadere locum hunc esſe ſanum. Ipſa veritas, ipſeque Geographiae ordo cogit, ut duo iſta vocabula, *ultra*, & *deinde*, trans-

 ponan-

tat. Sed ipſe errat. Hipponitis enim palus, quae urbi incumbit, cujusque Ptolemaeus & alii faciunt mentionem, freto exit in mare. Plinius *Epiſt.* lib. IX. *Eſt in Africa Hipponenſis colonia mari proxima: adjacet ei navigabile ſtagnum, ex quo in modum fluminis aeſtuarium emergit, quod vice alterna, prout aeſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno.* Rectè itaque Plinius, qui Διάῤῥυτον inquit vocari propter aquarum rigua. *Rigua* verò quaenam hic vocet, ſatis notum cùm ex aliis, tum ex ipſo Plinio, cujus unum tantùm inſignem de riguis locum adferemus, quoniam is valde torſit Salmaſium. Eſt autem is lib. V. cap. 18. *Jungitur ei latere Syriae Decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant: plurimi tamen Damaſcum & opoto riguis amne Chryſorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia.* Ita eſt in optimis codicibus, & ſic in ſuis etiam legit Salmaſius, niſi quòd una illic littera addita ſit, *& Opaton.* Rectè verò is obſervat nullum hujus nominis illic oppidum eſſe potuiſſe, verùm non rectè ad cap. Solini 36. ita hunc locum conatur emendare, *Damaſcum epoton riguis ex amne Chryſorrhoa fertilem, Philadelphiam*, &c. Nam quis credat Plinium famoſiſſimae Orientis totius civitati tam putidum addidiſſe epitheton? Quis praeterea Graecus ita unquam eſt locutus, Δαμασκὸν εὔποτον ταῖς ὀχετείαις τοῦ Χρυσοῤῥόα ποταμοῦ? Demus verò ita aliquem locutum, adeone linguae Graecae imperitus fuit Plinius, ut neſcivisſet quid ſit εὔποτος? Merae ſunt iſtae nugae. Ita ſcripſit Plinius, *plurimi tamen Damaſcum ex epoto riguis amne Chryſorrhoa fertilem:* urbs Damaſcus fertilis eſt, quia crebris ſuis riguis totum epotat Chryſorrhoam. Notum eſt univerſum amnem iſtum in crebros diſperſum rivos emori. Strabo de illo inquit, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται σχεδόν τι. Ut autem ad Hipponenſes redeamus, iſtis non opus erat ut aquas longè ducerent, quae ſua quoque ſponte illis copiosè fluebant. Verùm de aliis Hipponenſibus tuto hoc dici poſſit: valde enim ſiticuloſum eſt oppidum Hippo Regius. Nulli huic vicini fontes. Praeter pluviam, nulla illis alia erat aqua, niſi ſi quae forſan longè adducebatur.

l. 8. *Quod litori ejus appoſitum eſt*] *Qui litori ejus adpoſitus eſt*, ita nonnulla vetera exemplaria, quod melius vulgato. Mox legunt omnes antiqui libri, *Caſtra Delia*, non *Laelia*, quod eſt à Correctoribus. Puto Melam ſcripſiſſe, *Caſtra Dellia.* Ab aliquo Dellio procul dubio nomen acce-

pere

pere haec caſtra. Delliorum familia quia minus nota, ideo *Laelia* hîc ſuppoſuerunt. *Caſtra Cornelia* memorant plures. *Corneliana* ſunt Caeſari II. *de Bello Civili.* Vetus codex hoc loco legit, *Cornelia.* Sed utrumque rectum.

l. 15. *Etiam nunc tam priorum excidio rerum* ] Non rectè hunc locum emendarunt alii. Quid facilius quàm ita uti edidimus corrigere? Sic praeterea Vaticanus, & alii libri veteres.

l. 16. *Hadrumentum, Leptis, Clypea, Abrotonum* ] Refert hîc Mela ea oppida, quae vel ante, vel ad Syrtim minorem ſita ſunt. Sed quomodo hîc *Abrotonum* locum habere poſſit, non video: ſita enim eſt illa ultra Oeam, quam infrà ipſe hic Auctor noſter recenſet, & addit omnibus ſuperiùs memoratis eſſe ulteriorem. Verùm neque *Taphra* hîc locum habere poteſt. Utrumque ex Plinio ſubſtituit Hermolaus Barbarus, verùm infeliciter admodum. Nullum in tota Africa oppidum eſt quod *Taphra* vocatur: nam quo loco apud Plinium memorantur, *oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera*, &c. Illic omnino *Gaphara* legendum eſſe alibi oſtendimus. Aliud hîc latet ulcus. Vaticanus, omnium antiquiſſimus, ita legit, *Hadrumentum, Leptis, Clupea, Habromacte phyre Neapolis hinc ad Syrtim adjacent.* Alii antiqui codices, *Abromacte plure.* Ita ſcripſiſſe Melam exiſtimo, *Leptis, Clupea, Adrume, Taphrure, Neapolis hinc ad Syrtim adjacent. Adrume* eſt, quam alii *Adrumetum* vocant: Graecis enim oppidum hoc vocatur 'Αδρύμη, 'Αδρύμης, & 'Αδρύμητος. *Taphrure* verò, vel *Taphrura*, nota ex Ptolemaeo. Geographo Ravennate & aliis. Paſſim verò Graecos deſcripſit Pomponius: itaque non mirum, ſi, ut alia multa, ita haec quoque nomina Graeco more pronuntiarit. Imperitus aliquis ignorans *Adrumen* & *Hadrumentum* eſſe eandem, & hanc quoque addidit. Si cui tamen haec conjectura noſtra minus placeat, per me licet ut *Abrotonum* hîc locum habeat, dummodo non accipiatur de illa urbe, cujus Scylax, Strabo, & Stephanus meminere. Fieri enim poteſt ut & aliud hujus nominis fuerit oppidum: loca enim illa, quae Syrti majori & minori adjacent, ut plurimum nominibus conveniunt. Ita *Neapolis, Macomada, Aſpis, Leptis, Sabrate* & alia loca. Quid mirum itaque ſi & aliud quoque fuerit oppidum, quod *Abrotonum* diceretur, in iſto, quod hîc Mela deſcribit, litore? Alterutrum certè verum eſſe, auſim adfirmare.

l. 21. *Trecenta qua cingitur*] *Cingit* repoſuimus, uti omnes antiqui libri. Errant autem qui hîc legunt *ducenta*: nam & Polybius Syrti minori ambitum tribuit trecentorum millium; Strabo verò ducenta tantùm millia, ſive mille & ſexcenta ſtadia. Sed hos inter ſe conciliat Scylax, qui medium accuratè tenuit, ambitumque Syrtis hujus dicit bis mille ſtadiorum, id eſt, ducentorum & quinquaginta millium. Hujus differentiae ea eſt cauſa, quòd neque in hac Syrti, neque in illa majore, quae mox ſequitur, eadem dimenſionis principia ſtatuant. Quidam enim Syrtium terminos in ipſis collocant Syrtibus. Alii verò mirum quantum illos extendant.

l. 34 *Quâ dehiſcit quâque flexum agit amplior*] In hac Syrtium dimenſione Polybium ſecuti ſunt Mela & Plinius. Verùm apud Plinium corrupti ſunt numeri. Quo enim loco legitur, os majoris Syrtis patere millia CCCXIII. omnino reſcribendum CCXII.

l. 35. *Ejus promuntorium eſt Borion*] Ptolemaeus vocat Βόρειον ἄκρον. Strabo etiam μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον refert, oppoſitum Cephalis, Procopius Βορεῖον. Attamen nec hunc noſtrum Auctorem, nec Plinium ita ſcripſiſſe exiſtimo. Antiquisſimi codices legunt hîc *Botrion*. Apud Plinium verò ita ſcribitur in plerisque vetuſtis exemplaribus, *Promuntorium, quod Majorem* (Syrtim) *includit, Byrion vocatur*. Utrobique ſcribendum *Bryon*. Litus, quod à Berenice Syrtin verſus extenditur, Βρυῶν αἰγιαλὸς adpellatus à Ptolemaeo; in illo eſt Βόρειον ἄκρον. Idem ergo *Boreum*, & Βρυῶν, promuntorium. In vulgatis Ptolemaei libris malè ſcribitur Βρύων αἰγιαλὸς. Veteres Grammatici, qui de differentiis accentuum ſcripſere, hujus quoque litoris meminere: ajunt enim Βρυῶν Βρυῶνος cùm *pro litore Cyrenaico accipitur, anflecti*. Sed errant. Omnino exiſtimo, litus hoc à copia muſci marini Βρυῶν αἰγιαλὸν eſſe appellatum.

l. 37. *Usque ad Phycunta*] Et haec corruperunt Viri docti, cùm optima ſit omnium manu ſcriptorum lectio, quam denuo in texum recepi: nam quis unquam ita locutus eſt, *ora importuoſo litore pertinax*? Illa vulgata verò lectio, quam dedimus, plana eſt & facilis. Inquit à promuntorio Boreo, usque ad Phycuntem habitare Lotophagos. Atqui alii Lotophagorum ſedem collocant inter duas Syrtes, & ad Tritonem fluvium. Sed Mela ſecutus eſt Artemidorum, ut exiſtimo; is enim, ut eſt apud Strabonem, ait Lotophagos extendi μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων. Ceteri verò eo

quo

quo dixi loco eos ponunt. Qui autem quàm longiſſimè eos extendunt, illi non ultra Aras Philaenorum fines eorum ſtatuunt. Plinius lib. v. cap. 4. *In intimo ſinu fuit ora Lotophagón, quos quidam Alachroas dixere, ad Philaenorum Aras.* Viri docti legunt hoc loco *Alochroas*, & de glauci coloris hominibus interpretantur. Sed profectò perquam illi ſunt feſtivi. Scripſit Plinius, *quos quidam Machryas dixere.* Herodotus *Melpomene*: Λωτοφάγων δὲ τὸ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυες, λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεώμενοι, ἀτὰρ ἧσσόν γε τῶν πρότερον λεχθέντων. Ptolemaeus & alii Μάχρυας vocant; Stephano Μάκρυες & Μάκριες. Sed vitioſa ſecutus eſt exemplaria, ut ſaepe ſolet. Idem alibi Μάχμας adpellat. Sed hoc Librariorum, non ipſius Stephani, eſt peccatum. In Damaſceni *Excerptis de moribus gentium* perperam Ἰαλχλευεῖς. Vide quàm multis modis deformatum ſit idem vocabulum.

l. 39. *Qui contra Cyrenaïcos*] Perperam Pintianus & alii corrigunt *Cyrenáeos*. Nam à *Cyrene* oppido ἐθνικὸν eſt *Cyrenaeus*; at verò à *Cyrenaica* provincia, nullum aliud poteſt gentilitium formari, quàm *Cyrenaicus*.

l. 45. *Pacti de integro, ut quidquid citra eſſet*] Nihil deſiderari exiſtimo: nam quòd putant pactum ipſum deesſe, in eo falluntur; jam enim praeceſſit. Repetenda ſunt itaque illa verba, ut ubi Legati concurrerent certo tempore utrimque demiſſi, ibi termini ſtatuerentur; quicquid verò citra esſet, id popularibus cederet. Fuſiùs hanc hiſtoriam narrant Salluſtius & Valerius Maximus: ſed nulla eſt necesſitas, ut eodem illam modo explicarit Mela.

## IN CAP. VIII.

## DE CYRENAICA.

l. 1. *Inde ad Catabathmum Cyrenaïca provincia eſt*] Praeceſſit narratio de Philaenis fratribus, itaque videtur ab eorum aris Cyrenaïcae principium ſtatuere. Sed verò jam ſuperiùs *Phycunta* promuntorium recenſuit, tanquam ſi eò usque Africa propriè dicta extenderetur Et ſanè jam ſuperiùs oſtendimus ex Artemidoro, huc usque Lotophagos habitasſe. Sed & Solinus *Phycunta* Africae tribuit. Salmaſius tamen hoc loco eum nugari inquit; ſed errat. Quidquid enim inter Mauritaniam & Cyrenaïcam jacet, id

Africae propriè dictae tribuitur. Jam verò Cyrenaïcae non eosdem faciunt terminos Veteres. Alii enim Cyrenaïcae initium ſumunt ab Aris Philaenorum, alii à Βορεῖον promuntorio, ſive Boreo, uti Plinius, quidam ab Heſperidibus, aliqui etiam à Phycunte. Itaque ex eorum ſententia *Arae Philaenorum* non ſunt termini Africae propriè dictae, ſed ditionis Carthaginenſium. Quicquid verò Afrorum ultra iſtas habitat Aras, id ipſum quoque Africae propriè dictae tribuitur. Afri verò ſunt Lotophagi, qui usque ad Phycuntem pertingunt. Quemadmodum ergo *Graecia* vocatur, ubicunque Graeci habitant, ita quoque *Africa*, quacunque ſunt Afri. Sciendum verò *Africam* vel *Libyam* multis accipi modis, tribus tamen potiſſimùm. Vocabulum iſtud cùm latiſſimè patet, tum tertiam olim habitati orbis partem complectitur. Anguſtiſſimè verò patet, cùm pro Carthaginenſi ditione, aut pro illo ſaltem Africae tractu litorali accipitur, qui ab Ampſaga fluvio usque ad Phycuntem extenditur. Tertiò verò *Africa* aut *Libya* vocatur, quidquid Afri aut Libyes tenent. Itaque tum praeter Africam propriè dictam, totam quoque comprehendit Libyam interiorem usque ad Aethiopas & Aegyptios. Excipitur enim, ut plurimùm, Cyrenaïca Pentapolis, Numidia vetus, & Mauritania; nam & Numidae & Mauri pro adventitiis habebantur. Haec cum manifeſtè ex Romanis colligi poſſint hiſtoriis, miror τὸν πάνυ Salmaſium, tanta verborum mole in Solinum irruere, cùm nihil hoc loco dixerit Solinus, quod non etiam apud alios reperire ſit.

l. 2. *In eaque ſunt Ammonis Oraculum*] Mirum *Ammonis Oraculum* poni ab omnibus ferè Graecis Latinisque in Cyrenaïca, & vicinum ipſis Cyrenis, cùm tot interſint gentes, & quadringentis, ut ipſi fatentur, diſtet ab ea millibus. Sed variè accipitur *Cyrene* vel *Cyrenaica:* ſaepiſſime enim ponitur pro Pentapolitana provincia. Modò verò multò latiùs id vocabulum patet, accipiturque pro ea regione, quam ſub hoc nomine Ptolemaeus deſcribit. Cùm verò quàm latiſſimè ſumitur *Cyrenaïca*, tum comprehendit omne id quod à Syrti majore usque ad Aegyptum extenditur. Itaque ſub hoc nomine veniunt tota Marmarica, & Libya exterior. His contrarii ſunt illi, qui totum hunc tractum *Marmaricam* vocant, ipſamque etiam in ea collocant Cyrenaïcam. In ſitu *Ammoniaci templi* non minor eſt Auctorum diſcrepantia. Nonnulli enim proximum Syrtibus, quidam

in

in Garamantum regione, alii alibi eſſe inquiunt. Miru eſt Geographus Lucanus, qui modò in Marmarica, modò ad Syrtin majorem inter Leptin & Berenicen, modò verò apud Garamantas templum hoc collocat, uti lib. IX.

*Ventum erat ad Templum, Libycis quod gentibus unum*
*Inculti Garamantes habent: ſtat certior illic*
*Jupiter, ut memorant, ſed non aut fulmina vibrans,*
*Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.*

Ita emendavimus hos verſus Lucani ex antiquisſimis noſtris membranis. Vulgò *ſtat corniger illic*, quod ineptum hoc loco, cùm ſequatur ſtatim, *ſed tortis cornibus Ammon. Certior Jupiter* vocatur Ammon, quia, ut inquit Arrianus lib. III. *ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ* Ἄμμωνος. Plures verò, ut dixi, Oraculum iſtud in ipſa putarunt eſſe Cyrenaïca, cùm tamen neque imperium, neque nomen Cyrenenſium unquam eò pertigerit. Sed, niſi fallor, quia Cyrenenſes hunc praecipuè deum colerent, ac ſibi ſolis cultum ejus attribuerent, factum eſt, ut in Cyrenaïca templum ejus eſſe multi exiſtimarint. Pindari eruditus Scholiaſtes, idem ferè ſenſisſe videtur, ad Odam IV. *Pyth.* ubi Cyrene collocatur Διὸς ἐν Ἄμμωνος *θεμέτλοις*: haec enim annotavit ad iſtum locum; Πῶς *τὴν* Κυρήνην *τοῦ μαντείου πλησίον εἶναι φησιν, ἀπέχει γὰρ ἱκανοῖς σταδίοις; ἀλλὰ ῥητέον ὅτι πᾶσα ἡ χώρα ἀφιέρωται τῷ θεῷ.* Hinc eſt quòd in multis Cyrenaeorum nummis imago Ammonis compareat. Verùm id non de illo accipiendum eſt nummo, quem profert Salmaſius in *Exercitationibus ad Solinum*, quique pasſim eſt obvius: in eo enim non exprimitur facies Jovis Ammonis, ſed vel Alexandri, vel ſucceſsorum ejus. Ne alter quidem ille nummus, quem alibi producit, quique continet effigiem barbatam, accipiendus eſt de Jove Ammone: nam quòd Pſeudocalliſthenis auctoritate hoc conatur adſtruere, id neminem movere debet. Scriptum iſtud è Perſico vertit Simeo Sethus, ac inepta quaedam continet figmenta, deſtituta omni prorſus utilitate ac amoenitate. Nec tamen is dicit Ammonem barbatum eſſe, ſed *πολιὸν*, quod etiam imberbes eſſe posſunt. Non itaque nummus hic poteſt eſſe Jovis Ammonis, ſed potiùs regum alicujus, cui Cyrenae ſubditae fuerunt. Illos verò omnes *κερατοφόρους* fuisſe, nemini ignotum eſt. At verò Jovis Ammonis forma longè erat

alia.

alia. Talis nempe, qualem exhibet nummus hic argenteus, qui cùm alibi paſſim apud Antiquarios, tum etiam inter Se-




reniſſimae Reginae Suedicae exſtat numiſmata. Ita quoque Ammonem deſcribit Curtius lib. IV. *Id, quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt. Umbilico maximè ſimilis eſt habitus, ſmaragdis & gemmis coagmentatus. Hunc, cùm reſponſum petitur, navigio aurato geſtant ſacerdotes*, &c. Variè hunc Curtii locum emendare & explicare conati ſunt Viri eruditi. Sed profectò multum omnes à vero abberrarunt. Scribe, *Umbriculo maximè ſimilis eſt. Habitus ſmaragdis & gemmis coagmentatus.* Ab umber fit umbriculus, ut à venter ventriculus, &c. Quinam ſint *umbri*, docet Plinius, cùm ſcribit eos ex muſmone & ovibus naſci. Zona gemmis & ſmaragdis contexta, ſatis hîc manifeſtè comparet. Diodorus Siculus lib. XVII. de hoc ipſo Ammone, Τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ξόανον ἐκ σμαράγδων καί τινων ἄλλων περιέχεται. Errant autem, qui putant, Ammonem praeter cornua, nihil arietis habuiſſe, cùm ex hoc numiſmate contrarium colligi poſſit. Confirmat opinionem noſtram Athanaſius: Λίβυες πρόβατον, ὃ καλοῦσιν Ἄμμωνα, θεὸν ἔχουσι, καὶ τοῦτο πολλοῖς παῤ ἑτέρων εἰς θυσίαν σφάζεται. Aliter apud Arcadas formabatur Ammonis effigies, uti ex Pauſania colligere eſt, verùm hoc nihil ad Libyas. Graeci ὀβρίκαλα, ὀμβρίκια, & ὄβρια vocant iſtud Libycarum ovium genus, quamvis haec vocabula, ut plurimum, pro omni ſpurio & inſititio animalium genere accipiantur. Scaliger *ad Varronem de L. L.* ab hoc animali Ὀμβρικὰς δαῖτας dictas exiſtimabat apud Plutarchum *Sympoſiacôn* lib. II. cap. 10. Vide locum, & Ὁμηρικὰς veram eſſe lectionem fatebere. Rectè verò umbris iſtis Plinius pro lana villum tribuit caprinum: duo enim in Africa, ac ei ſubjecta Aethiopia, ſunt ovium genera, alterum lanigerum, alterum villoſum. Priores noſtratibus ſimiles, niſi quòd tam vaſtas trahant caudas, ut ipſae oves caudae ſuae appen-

dices

dices videri poſſint. Caudam arietinam, quae ad octoginta libras excreviſſet, vidit Leo Africanus; alii etiam librarum centum quinquaginta ſe vidiſſe prodiderunt. Alterum verò ovium genus ſimile eſt omnino imagini hujus numiſmatis. Pro lana villos habent caprinos. Cornua, quemadmodum hîc, in anticam partem flexa: ut plurimùm gemina, aliquando quaterna, nonnunquam etiam ſena. Pedes longi & graciles admodum. Caro eſui jucundiſſima, unde fit ut valde expetantur à Luſitanis & noſtratibus.

l. 6. *Harenasque quaſi maria agens, ſic ſaevit ut aequor fluctibus*] In libris manu exaratis legitur, *ſic ſaevit ut fluentibus*, in aliis verò, *ſic ſaevit fluctibus*. Lege, *ſiccis ſaevit fluctibus*.

l. 8. *Mox & paulatim tepeſcens*] In quibusdam codicibus legitur, *mox perpaulatim tepeſcens*. Verùm non probo adverbium illud. *Perpaulum* & *perparum* Latinum eſt, illud verò non item. Vulgata praeterea ſcriptura exſtat in Vaticano, aliisque veteribus codicibus, unde adducor, ut credam ita ſcripſiſſe Pomponium, *mox* (*ſed paulatim*) *tepeſcens*. In quibusdam codicibus deeſt particula conjunctiva. Ita ſanè Plinius de fonte Solis in Troglodytis, *mox paulatim tepeſcens*. Errat verò Plinius, quique illum ſequuntur, cùm fontem Solis à fonte Ammonis diverſum faciunt: idem namque eſt. Sed ut puto haec erroris fuit cauſa, quòd nonnulli perperam prodiderint, Ammonis oraculum vicinum eſſe Troglodytis.

l. 12. *Rurſus cùm eſt media perfervet.*] Non hoc tantùm dicit Plinius, ſed etiam addit noctu amarum eſſe, dulcem verò circa meridiem lib. II. cap. 103. *Jovis Ammonis ſtagnum interdiu frigidum, noctibus fervet. In Troglodytis fons Solis adpellatur dulcis, circa meridiem maximè frigidus; mox paulatim tepeſcens, ad noctis media fervore & amaritudine infeſtatur.* Ita legendus hic locus ex optimis ſchedis. Verùm non in eo tantùm à ceteris abit Plinius, quòd diſtinguat ſtagnum Ammonis à fonte Solis, ſed etiam in iſto, quòd amarum faciat hunc fontem. Refert Diodorus Siculus Alexandrum, antequam ad Ammonis templum perveniret, tranſiiſſe λίμνην τινὰ πικρὰν, ſed illa à ſeptentrione Oraculi erat ſita, nec quicquam commune habebat cum Troglodytis, quos ad meridiem Ammoni dat accolas Curtius lib. IV. *Accolae ſedis ſunt ab oriente proximi Aethiopum: in meridiem verſa, Arabes ſpectant; Troglodytis cognomen eſt; horum regio usque ad Rubrum mare excurrit. At quà vergit*

ad

*ad occidentem, alii Aethiopes colunt, quos Simos vocant.* Ita conſtituendus eſt hic locus. Valde autem varii ſunt Graeculi in miraculo hujus fontis deſcribendo. Duos quoque fontes ad Ammonem ex Ariſtotele ponit Caryſtius Antigonus cap. 159. Priorem qui meridie & nocte media ferveat, mane verò & veſperi in glaciem concreſcat: alterum verò qui oriente ſole fluat, occidente verò eo immobilis ſtet. Sed verba ejus, ut vulgò leguntur, nullum continent ſenſum, ſic vero ſunt concipienda, Ἡ δ' ἄλλη διότι ἀναβαίνοντος μὲν ἡλίου πηδύει· ἐπὶ δυσμὰς δ' ἰόντος ἵσταται. Sanè certum eſt integra flumina hujus naturae reperiri in Provincia Chilenſi: interdiu fluunt, noctu deficiunt. Verùm hujus rei manifeſta eſt cauſa, quia nempe ſole liquantur nives & torrentes efficiunt, noctu vero congelantur. Mela unum tantùm ſecutus eſt Herodotum hoc in loco. Πελαγίζει vero rectè vertit *perfervet*: maria enim *fervere* dicuntur, cùm aeſtibus attolluntur. Πελαγίζειν Graeci id vocant; Πελαγιζούσαις δὲ ταῖς ναυσὶ συνέβη τὰς πλείους καταδῦναι. Malè Suidas πελαγιζούσαις interpretatur ἐς πέλαγος πλεούσαις. Ita enim ut dixi accipiendus eſt iſte locus.

l. 15. *Urbes Heſperia, Apollonia*] In Vaticano & noſtro manu exarato libro *Heſperi* legitur, non *Heſperides*. Omnino ſcribendum eſt *Heſperis*: ita namque dicta fuit prius urbs, quam poſtea *Berenicen* dixere Graeci. Nullum dubium eſt quin locus hic propter fertilitatem & fructuum copiam *Heſperidum hortus* adpellatus ſit à Cyrenaeis. Antiquiſſimi enim Geographi, uti Scylax & alii, Ἑσπερίδων πόλιν, καὶ λιμένα, καὶ κῆπον hîc collocant. Errat verò Interpres Solini cùm dicit locum hunc ab opportuno ſitu ad heſperum, dictum eſſe Ἑσπερίαν & Ἑσπερίδας. Nemo enim Heſperiae alicujus in hoc tractu meminit. Hauſit id ex vitioſa Melae lectione. Omnino verum eſt, tractum hunc primò fuiſſe adpellatum Ἑσπερίδων κῆπον, vel etiam Ἑσπερίδας: utrumque enim rectum. Inde verò vagantibus Graeciae fabulis, ut inquit Plinius, cùm quidam alibi Heſperidum domum collocarent, hi quidem in Magneſia, iſti ad fretum Herculis, illi ad Atlantem, quidam in Oceano; factum eſſe exiſtimo, ut iſtae ad Syrtes *Heſperides* Εὐεσπερίδες adpellarentur, tanquam verae Heſperides, cùm tamen omnes aequè ſint fabuloſae, teſte Apollodoro apud Strabonem, aliiſque. Auctor tamen ille, qui de Diis ſcripſit, quique Apollodori nomen vulgò praefert, ad Atlantem in Hyperboreis *Heſperidas* collocat. Sed ſcriptum illud planè indig-

indignum eſt tanto Grammatico. Pleraque ea quae Veteres citant ex Apollodoro *de Diis*, aut non exſtant in hoc libro, aut ſaltem longè aliter concipiuntur. Unde liquet ſcriptum iſtud vel titulum mentiri, vel alterius esſe Apollodori. Ait autem ille hortos Heſperidum non fuisſe ὥς τινες εἶπον ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ Ἄτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις. Salmaſius adfert haec verba, ut oſtendat hortos illos fuisſe ad Oceanum Atlanticum. Sed quis, rogo, unquam Hyperboreos in Libya ſomniavit? Profectò Auctor ille non de monte Atlante loquitur, ſed de fluvio Atlante qui in Iſtrum influit, cujus meminit Herodotus lib. IV. ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου τῶν κορυφέων τρεῖς ἄλλοι μεγάλοι ῥέοντες πρὸς βορέην ἄνεμον ἐσβάλλουσι ἐς αὐτὸν, Ἄτλας, καὶ Αὔρας, καὶ Τίβισις. Malè itaque Salmaſius utitur teſtimonio Apollodori, ut oſtendat (ſi benè mentem ejus percepi, valde enim varius eſt hoc loco) veros Heſperidum hortos fuisſe ad fretum Herculeum. Et profectò velle oſtendere ſitum iſtius horti, hoc perinde fuerit, ac ſi quis indicare velit, ubinam olim Campi fuerint Elyſii, aut Inſulae beatorum, aut alia id genus fabuloſa. Nihil verò certius quàm hîc apud Melam legendum esſe *Heſperis*, non *Heſperia*. Stephanus, Ἑσπερίς, πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη· ὁ πολίτης, Ἑσπερίτης. *Heſperitas* quoque vocat Strabo Heſperidum incolas lib. XIV. cùm inquit Ληθαῖον flumen esſe etiam ἐν Ἑσπερίταις Λίβυσι. Valde ſe in hoc loco torquet Caſaubonus, ac modò legendum putat Ἑσπερίταις Ἴβηρσι, modò verò interpretatur de Afris Atlantici maris accolis. Sed omnino fallitur. Ἑσπερῖται Λίβυες hîc ſunt Heſperidum incolae. Ληθαῖος verò fluvius eſt, quem alii Λάθωνα vel Λήθωνα vocant, ita ab oblivione dictus. Lucanus lib. IX.

*Quam juxta Lethon tacitus praelabitur amnis,*
*Infernis, ut fama, trahens oblivia venis.*

Ita legendum apud Lucanum ex optimo noſtro codice: malè vulgò *Lethes*. Perperam verò Lucanus *Lethonem* ponit juxta Tritonem amnem, tranſit enim Ἑσπερίδων πόλιν.

l. 17. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum*] In veteri libro noſtro ſcribitur *Catabathmus vallis devexa in Africam, finis Aegypti.* Sed vulgata lectio verior eſt, eamque confirmant Vaticanus, & alii codices. Omnino enim exiſtimo pleraque nomina Graeca, quae in hoc Marmaricae litore accurrunt, à Cyrenenſibus esſe impoſita. Si verò in Africam

cam fuiſſet devexa haec vallis, jam non Καταβαθμὸν, ſed ἀναβαθμὸν, vel ἀναβασμὸν, vocaſſent Salluſtius vocat *declivem altitudinem*, verùm non addit, in quam partem vergat iſta declivitas. Inquit enim in *Jugurthino* Africam habere *ab ortu ſatis declivem altitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant*. Perperam vulgò ſcribitur *latitudinem*. Καταβασμὸν vocat Aeſchylus in *Prometheo*, ridiculè verò ponit ad fontes Nili. Sed ignoſcendum hoc Aeſchylo, qui non major inter Graecos fuit Geographus, quàm fuerunt apud Romanos vel Seneca, vel Lucanus. Non rectè verò Interpres Solini hunc Catabathmum, qui terminus fuit Cyrenaïcae, arenoſum fuiſſe colligit ex loco iſto Stephani: Καταβαθμὸς, τόπος ἐν Λιβύῃ, μεταξὺ τοῦ Ἄμμωνος καὶ τοῦ Παραιτονίου. Locum enim iſtum Stephani non poſſe accipi, niſi de Catabathmo parvo, nemo, ut opinor, negabit.

l. 22. *Proximis nullae quidem urbes ſtant*] Nemo eſt qui non adprobarit hactenus lectionem Pinciani, *Proximis nullae quidem urbes; ſtata tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur*. Ego tamen veram eſſe puto lectionem vulgatam. Ita quoque Virgilius & alii loquuntur. Rufo quidem Feſto ita haec locutio placuit, ut paſſim ea utatur,

*——— ——— ——— Stat Corycus alta,*
*Stat Perge propter, ſtant ardua tecta Phaſelis.*

Item,

*Adſtat Cyrene propter vetus.*

Sic etiam alibi. Nihil itaque invitis omnibus manu exaratis codicibus in Pomponio mutandum. Huc accedit quòd mapalia iſta non videntur ſtata & fixa fuiſſe. Plinius lib. v. cap. 3. *Numidae verò Nomades à permutandis pabulis mapalia ſua, hoc eſt, domos, plauſtris circumferentes.* Sed & Livius quoque lib. XXIX. id ipſum teſtatur, *Familiae aliquot cum mapalibus pecoribusque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt Regem.* Nec olim tantum ſic fuit, ſed etiam nunc ſic fit apud Mauros interiores, ac illos praecipuè, qui in Atlante vivunt. Habent caſas ſeu tuguria ex ſtoriis aut arborum ramis vieta. Haec palis, aut arundinibus potiùs, ſuffulciunt. Ubi itaque pabulum gregibus deficit, mapalia iſtaec plauſtris impoſita aliò transferunt, ac denuo ſtatuminant. Quòd ſi locus placuerit, ac per aliquot ibi dies morari

tari ſit animus, tegunt tuguria ſua aut terra aut alia materia, ac ſic & ſe, & greges ſuos, contra belluas & caeli injuriam muniunt. De *mapalibus* verò ſeu *magalibus*, nemo meliùs Bocharto, quem conſule.

l. 29. *Nam gregibus (quia id ſolùm opimum eſt) quoad poteſt parcitur*] Ita Vaticanus, aliique meliores libri, & ita ſcripſit Mela. Posſint haec accipi de regione σιλφιοφόρῳ: quia enim valde ſilphium appetunt greges, ideo eas arcent, vel omnino non alunt. Usque adeò enim oves amare ſilphium prodit Arrianus, ut ſi vel è longo admodum ſpatio ejus odorem perceperint, curſu eò convolent. Itaque Cyrenenſes quàm longisſimè arcere pecus ab iis locis in quibus ſilphium gignitur. Quin etiam addit illos περιφράσσειν τὸν χῶρον, τοῦ μηδ' εἰ πελάσαιεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν. Haec eſt cauſa quamobrem Mela videri posſit dixisſe Cyrenaïcos valde abſtinere ab alendis gregibus, quia longè illis majus lucrum è cultura ſilphii. Attamen malo haec verba de tractu vicino ipſis Cyrenis intelligere, qui omni frugum fructuúmque genere abundat, ut mox dicemus. Hactenus enim deſcribit ea quae propinqua ſunt Cyrenarum urbi. Σιλφιοφόρος verò regio eſt in interiori Cyrenaïca. Valde autem θηριώδη esſe totam Cyrenaïcam produnt Veteres, non hanc tantùm mari propiorem, de qua Mela hîc agit, ſed & interiorem σιλφιοφόρον, teſtantibus hoc Ptolemaeo aliisque. Solini tamen Interpres eos omnes errare putat; ait enim, falſos esſe illos qui putant σιλφιοφόρον Cyrenaïcae deſertam esſe & θηριώδη. Verùm nemo Veterum dixit esſe omnino deſertam, ſed tantùm feris refertam esſe inquiunt. Locum verò quem refert ex Arriano unde hoc efficiat, nihil quidquam facit ad ejus inſtitutum; ita enim ille: Ἀλλ' ἡ Κυρήνη τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ, καὶ εὔυδρος, καὶ ἀλσέων, καὶ λειμώνων, καὶ καρπῶν παντοίων, καὶ κτηνέων πάμφορος, ἐς τε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσεις. Ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα. At verò quia hîc aquarum copia, & crebri ſaltus, id ipſum oſtendit tractum hunc feris esſe habitabilem: neque enim illac in ſiccis posſunt vivere arenis, niſi forſan ferarum nomine aliquis hîc accipiat anguium aliquot genera, aut inſecta quaedam rore nocturno victitantia; quod valde ſit abſurdum. Talis tractus, qualem hîc deſcribit Arrianus, qui nullis habitatur aut vicis aut urbibus, ſed tantùm ſparſis nomadum mapalibus, illum ubique terrarum feris obnoxium esſe neceſſe eſt, nedum in Libya. Nemo autem Veterum τὴν ψαμμώδη Libyam ferarum

rum plenam eſſe dixit. Quotquot Africam deſcribunt, ita eam diſtinguunt, ut ea, quae mari proxima ſint, ab hominibus inhabitari inquiant. Quae ſequuntur loca feris plena eſſe ajunt. Deinceps verò tractum arenoſum collocant. Verùm & in hoc errat Salmaſius quòd Arrianum hîc loqui putat de regione σιλφιοφόρῳ. Itaque putat ſilphium in culto ſolo naſci. Sed utrumque falſum eſſe apparebit ex his Diodori Siculi verbis, quae ſubjiciam: Τῆς δὲ χώρας ἡ μὲν ὅμορος τῇ Κυρήνῃ, γεώδης ἐστὶ καὶ πολλοὺς φέρουσα καρπούς· οὐ μόνον γὰρ ὑπάρχει σιτοφόρος, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἄμπελον ἔτι δ' ἐλαίαν ἔχει, καὶ τὴν ἀγρίαν ὕλην, καὶ ποταμοὺς εὐχρηστίαν παρεχομένους. Ἡ δ' ὑπὲρ τὸ νότιον μέρος ὑπερτείνουσα, καθ' ἣν τὸν ὀπὸν φύεσθαι συμβέβηκεν, ἄσπορος οὖσα καὶ σπανίζουσα ναματιαίων ὑδάτων, τὴν πρόσοψιν ἔχει πελάγει παρεμφερῆ, οὐδεμίαν δὲ παρεχομένη ποικιλίαν ἐρήμῳ γῇ περιέχεται τῆς ὑπερκειμένης ἐρήμου δυσεξίτητον ἐχούσης τὸ πέρας. Vulgò in hoc loco legitur καθ' ἣν τὸ νότιον φύεσθαι συμβέβηκεν, quod Viros doctos valde exercuit. Sed, ut opinor, nemo niſi fungus de veritate emendationis noſtrae dubitabit. Ὀπὸς pro ipſo ſilphio paſſim accipitur. Manifeſtè verò ex hoc loco patet ſilphium non naſci in culto ſolo, quod proximum eſt Cyrenis, ſed verò in magis ſicco atque arido, & in tractu θηριώδει, qui inter cultam Cyrenaicam, & Libyam vaſtis obſitam arenis, eſt medius. Errat etiam Vir ſummus, cùm ſcribit in Cyrenaïca nullos eſſe montes. Ὀυέλπη ὄρη recenſet Ptolemaeus. Verùm & Barcaei montes in ea ſunt, ac praeterea illi, è quibus Lathon fluvius profluit. Sed & in ipſa Pentapoli complures ſunt montes. Et ſanè abſque his inhabitabilis eſſet Cyrenaica. In Africa enim ubi nulli montes, ibi etiam nullae aquae, uti infrà docebimus.

l. 32. *Ita ſe ac tuguria ſua promovent* ] Manifeſtè hinc patet mobilia fuiſſe Numidarum tuguria, non ſtata, ac proinde nihil mutandum in Pomponio fuiſſe, ut ſuperiùs monuimus.

l. 34. *Quamquam in familias paſſim, & ſine lege diſperſi nihil in commune conſultant* ] Vulgatam lectionem reddidimus, quam Pintianus mutarat legendo, *& ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen*, &c. Quod tantum abeſt ut verum ſit, ut vix ſit Latinum. Altera verò lectio optima, & in quo nihil ſit, quod quemquam offendere poſſit. Sic & Tacitus lib. xx. *per Gallias edixere, ut miſſis legatis, in commune conſultarent.* Sed adeò tralativa haec locutio, ut exemplis non ſit opus. Statim pòſt, auctoritate omnium veterum codicum, delevimus τὸ *degunt.* Et

ſanè

ſanè tutò abesſe poteſt. Minuta haec fateor, & quae magiſtellis relinqui poterant. Sed quandoquidem huic Auctori manum admovimus, etiam minimis quibusque ulceribus mederi propoſuimus. Eſto itaque ut magni nihil praeſtemus, in his obſervatiunculis, ſed neque aliquid quod tale ſit promittimus.

l. 39. *Solem exſecrantur & dum oritur & dum occidit*] Ita vertit verba Herodoti; οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται. Euſtathius, qui haec Herodoti verba citat, ad Dionyſium, legit ὑπερβαλλόντως. Verùm puto ita mutasſe, quia alterum non intelligeret. Ὑπερβάλλοντι interpretantur Grammatici ὑπερβαίνοντι. Hoc ſenſu imprecantur ſoli quàm diu ſupra ipſos eſt: vel, ut Mela vertit, dum oritur & occidit. Damaſcenus pro ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι hîc habet ἡλίῳ ἀνίσχοντι, uti quoque Diodorus Siculus haec accepisſe videtur. Attamen non probo hanc interpretationem, nec ſanè ita Veteres locuti ſunt. Omnino exiſtimo ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι apud Herodotum vertendum esſe, *ſole ſuperantisſimo*. Ita apud Lucretium *ſuperantior ignis*, pro vehementisſimo. Gellius lib. III. cap. 2. inquit *ſole magno*, quod idem eſt, *poſt mediam noctem auſpicantur, & poſt meridiem ſole magno*. *Atlantes* verò Herodoti esſe, quos alii vocant *Atarantas* vel *Apharantas* corruptè, obſervatum jam à multis. In Plinio nihil mutandum. Rectè enim ſeſe habent illa verba; *ſolem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agrisque*. *Contuentur*, id eſt, προσίδωσιν, ut habet Strabo loquens de eadem gente libro poſtremo. Nempe *Atarantes* iſti multa mala imprecabantur ſoli orienti & occidenti, cùm ſe adſpici patitur. Sole verò altiùs provecto, & ipſos agrosque eorum torrente, ad paludes confugiebant, ut inquit Strabo. Salmaſius hoc loco non rectè legit, *Solem orientem occidentemque dira imprecatione comitantur*. Haec lectio multò deterior eſt vulgata. Contueri proprium esſe mala imprecantium, nemo neſcit. Contueri verò ſolem habet ipſe Plinius lib. VII. de Gymnoſophiſtis, quos ait, *ab exortu ad occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis*.

l. 47. *Armenta habent, quae obliqua cervice paſcuntur*] Et hîc quoque reducenda fuit vetus lectio, quam temerè Pintianus profligarat: ejus enim ſi ſequamur conjecturam, non tamen omnia cum Herodoto convenient. Sed verò multis locis oſtendemus, Auctorem hunc non unum Herodotum, verùm multos quoque alios esſe ſecutum. Quod autem Pintianus Troglodyticis bubus tribuit, ut ſint ὀπισθονόμοι

νόμοι, id planè ratione caret: nam ſi Troglodytae nullarum ſint opum domini, ut inquit Mela, quomodo armenta poſſident? Id ſanè effecit Pintianus, dum Melam cum Herodoto & Plinio vult componere, ut neque cum hoc, neque cum illo, imo ne ſecum quidem conveniat Mela. At verò ſi illam, quam dedimus, quamque vetera exemplaria ſervant, lectionem ſequamur, plana erunt omnia. Verba autem illa, *Apud Garamantes etiam armenta ſunt*, ex optimis codicibus ita ſunt refingenda, *Apud Garamantes jam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur*, &c. Dixit prius Troglodytas nullarum esſe opum dominos. His ſubjungit Garamantas, apud quos jam armenta esſe inquit, ſed peculiari natura. Apud iſtos itaque ſolum κτηνοτρόφον esſe incipit, cùm quae ſuprà illos ſunt, arida & arenis obducta ſint. Diodorus Siculus lib. III. de Garamantum regione: Διόπερ οὐδ' ὄρνεον ἰδεῖν ἐστὶν, οὐ τετράπουν ἐν αὐτῇ ζῶον, πλὴν δορκάδος καὶ βοός. Haec veriora ſunt iis quae alii ad hunc locum annotarunt. Aelianus boves iſtos ὀπισθονόμους collocat, non in Garamantibus, ſed in Libya Indis vicina: Λιβύων δὲ ἄρα τῶν γειτνιώντων Ἰνδοῖς ὀπισθονόμων βοῶν ἀγέλας εἶναί τινας ἀκούω. Indos autem hìc vocat Aelianus iſtos Aethiopas, qui orientalem Nili tenent ripam. Nam quia ſecundum quosdam Nilus terminus eſt Aſiae & Libyae, ideo factum eſt, ut ſuperiores iſtae terrae, quae Nilo ab ortu adjacent, quasque Aſiae partem esſe putabant, Indis non Aethiopibus fuerint à nonnullis attributae. Itaque ad fontes Nili Aethiopiae finem ſtatuebant, atque illinc terras continuo ambitu uſque Indos pertinere exiſtimabant. Hinc eſt quod ἀνατολικοῦ κλίματος terminum Heliodorus ad fontes hujus fluminis ſtatuat. Atque ita quidem accipienda ſunt omnia illa Veterum loca, ubi Indi ad meridiem collocantur. Aliter tamen accipienda Virgilii verba, cùm Nili fontes in Indis ponit:

*Nam quae Pellaei gens fortunata Canopi*
*Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,*
*Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis:*
*Quaque pharetratae vicina Perſidis urget,*
*Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena,*
*Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,*
*Uſque coloratis amnis devexus ab Indis:*
*Omnes in hac certam regio jacit arte ſalutem.*

Locum integrum adſcripſimus, ut eum obiter illuſtremus.

Quae-

Quaerunt hîc Viri docti, quid Perſis commune cum Nilo, qui quàm longisſimè à Perſide abeſt. Indos autem hoc loco Scaliger interpretatur Aethiopas. Neutrum benè. Omnino hîc Virgilius ſecutus eorum opinionem, qui putarunt Nilum iisdem, quibus Indus & Aceſines, concipi fontibus, ac deinceps per multas vaſtasque fluere ſolitudines, donec Aethiopiam contingeret; atque illic demum Nilum vocari. Arrianus lib. VI. Καὶ ἀκούσας, ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἔδοξεν ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς ἀρχὰς, ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε πόθεν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα, καὶ δι' ἐρήμου πολλῆς γῆς ῥέοντα, καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα. Pauſanias ipſum Euphratem Nilum poſtea fieri contendit; ſcribit enim in *Corinthiacis*: Εὐφράτην ὄντα εἰς ἕλος ἀφανίζεσθαι, καὶ αὖθις ἀνιόντα ὑπὲρ Αἰθιοπίας, Νεῖλον γίνεσθαι. Nempe totum Erythraeum & Indicum mare lacum esſe crediderunt Veterum nonnulli, quae mira fuit imperitia. Sive autem Euphratem, ſive Indum accipias unde profluit Nilus, jam rectè Virgilius dixerit, eum vicinia Perſidis urgere. Et haec quidem eſt verisſima interpretatio loci iſtius Virgiliani. In hac opinione etiam fuisſe videntur plurimi Chriſtianorum, inter quos Philoſtorgius, lib. III. cap. 10. cùm ait, Nilum in arctois regionibus oriri, & iisdem ex partibus fluere unde Hyphaſis, Euphrates & Tigris. Sic quoque ſenſit Lucanus cùm de Nilo canit,

*Teque vident primi, quaerunt tamen hi quoque Seres.*

Ex horum quoque ſententia locutus eſt Solinus, cùm inquit cap. 37. Euphratis & Nili fontes ſub iisdem parallelis esſe, & ad modulum ejusdem perpendiculi conſtitutos. Non adſecutus eſt mentem Solini doctisſimus ejus Interpres, quamvis longam admodum hoc loco exercitationem inſtituerit: nihil enim certius hac noſtra interpretatione. Ipſe verò gravisſimè errat, cùm acriter adeò Scaligerum carpit, cujus tamen verbis nihil planius & verius reperiri posſit. Ait Scaliger ad Manilium, *Polos omnis horizontis esſe puncta orientis & occidentis: polos mundi esſe polos omnium meridianorum.* Haec alter ne in puero quidem primis elementis imbuto ferenda esſe exiſtimat. Sed profectò nimis liberaliter judicat Vir eximius de iis ſcientiis, quas modicè adeò deguſtavit. Non meum eſt dicere, quantus in matheſi fuerit Scaliger; magnus tamen fuit, ſi cum altero conferatur. Hac verò in parte melius ſenſit, quàm ceteri Mathematici: nam ſi meridianis & horizontibus ulli ſunt attribuendi poli aut ver-

 tices,

tices, non poſſunt alii excogitari, quàm quos Scaliger aſſignat. Non enim rectè ſphaerarum concinnatores Meridiani polos vocant, puncta ortus & occaſus aequinoctialis: polos verò horizontis vertici imminentia puncta. Non me fugit, polos circuli in ſphaera vocari, puncta illa in ſuperficie ſphaerae, à quibus omnes rectae lineae ad circuli circumferentiam ductae, ſunt aequales; verùm illud minimè hîc locum habere poteſt: neque enim horizon & meridianus in ſphaera materiali dicuntur esſe circuli in ſphaera, ſed extra ſphaeram. Abſurdum praeterea fuerit polum nominare ubi nulla eſt vertigo. Nulla autem vertigo niſi ad polos mundi. Iſtic itaque poli meridiani. Hoc manifeſtum, nec minus illud, *Puncta orientis & occidentis esſe polos Horizontis*; circa haec enim puncta, notata in horizonte ligneo, omnes volvuntur horizontes, non tantùm in ſphaera recta, verùm etiam obliqua; nec ullus dari poteſt horizon, (niſi in ſphaera quam vocant obliquisſima) qui non tranſeat per puncta ortus & occaſus aequinoctialis, haecque ſola duo puncta omnis horizon habet ſtabilia. Manifeſtus itaque error polos adpellare, ubi nulla eſt vertigo, nullus axis, nec rotatio ulla. Verùm ad Pomponium noſtrum revertamur, à quo nimis longè ſumus digresſi. Boum iſtorum ὀπισθονόμων, à quibus ſermo noſter hactenus deflexit, meminit Athenaeus, circa finem lib. v. verùm is fabuloſos esſe exiſtimat, & meritò.

l. 49. *Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt*] Duo priora vocabula addidit ex Herodoto Pintianus. Verùm non hoc ſolo Auctore uſus eſt Pomponius noſter. Ita eum ſcripſisſe adparet ex Plinio, cujus haec ſunt verba, *Garamantes matrimoniorum exſortes pasſim cum feminis degunt.*

l. 50. *Quos pro ſuis colant, formae ſimilitudine agnoſcunt*] Pintianus & alii legunt, *quos pro ſuis alant.* Malim ego *tolant* vel *tollant.* Nemini, ut puto, vel paulſulum eruditiori ignotum quid ſit *tollere infantem.* Statius Papinius *Epiced. in filium:*

*——— meus ille, meus. Tellure cadentem*
*Excepi, & vinctum genitali carmine fovi.*

Patrum fuisſe officium infantem, quem pro ſuo agnoſcebant, humo tollere, ſinuque condere, pasſim teſtantur Auctores. Cicero lib. 1. *de Divinat.*

*Ibi ex oraclo voce divina edidit*
*Apollo, puerum primus Priamo qui foret*
*Poſt illa natus, temperaret tollere,*
*Eum eſſe exitium Trojae, peſtem Pergamo.*

Sic refingendi verſus illi ex optimo noſtro codice. Ariſtoteli lib. VII. *Polit.* ἀποτίθεσθαι ſimiliter accipitur, pro tollere & ſinu recondere infantem, Ἐὰν μὴ ἡ τάξις τῶν ἐθῶν κωλύῃ, μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν γεννωμένων. Vulgò non rectè accipitur iſte Ariſtotelis locus. In Mela verò nihil mutandum videtur. *Colere liberos* rectum eſt; ſaepe enim *colere* pro excolere ponitur, & contrà. Ita quoque locutus eſt Hieronymus *Epiſt. ad Oceanum: Multos videmus ob nimiam paupertatem, virorum ſarcinam declinare, & ancillas ſuas habere pro uxoribus, ſuſceptosque ex his liberos colere ut proprios.* Huc accedit quòd Auſenſes illi apud Herodotum non recens natos infantes, ut fieri olim ſolebat, humo tollerent; ſed jam adultos, quos pro ſuis educarent, acciperent: Ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἁδρὸν γένεται, συμφοιτέουσι ἐς τ'ὠϋτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνὸς, καὶ τῷ ἂν οἴκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται. Ita hoc loco rectè legit Valla, ſed malè interpretatus eſt. Malè verò legit Pintianus τῷ ἂν ἥκῃ, ſed rectè interpretatus eſt, *cui ſimilis exſtiterit.* Οἴκῃ enim eſt ab εἴκω, pro ἐοίκῃ, uti ſolet Herodotus. Ab ἔοικα verò vel οἶκα, Interpres Solinianus verbum facit ἐοίκω & οἴκω, more Aeolum & Ionum, quibus πεπλήγω eſt à πέπληγα, ut inquit Euſtathius.• Sed verò ineptum eſt vocabula fingere, ubi nulla exigit neceſſitas; neque enim niſi paucis hoc contingit vocabulis. Quòd autem id Ionum proprium eſſe inquiat Euſtathius, de hoc quoque dubito. Alii Grammatici id Siculorum, Aeolum, & Rheginorum tantùm proprium eſſe affirmant, itaque illos à δέδοικα formare δεδοίκω, ab ὄλωλα ὀλώλω, à πεποίηκα πεποιήκω, & à λέλαθα λελάθω. Verùm de his ad Dionyſium Thracem uberiùs agemus. Locus autem hic Melae ita in optimo noſtro codice concipitur, *quos pro ſuis colant, formae ſimilitudine agnoſcitur.*

l. 52. *Augilae manes tantùm deos putant* ] Et hîc quoque lapſum putant Pomponium Viri eruditi, quòd Augilis attribuerit ea quae Herodotus Naſamonibus. Sed ipſi errant. *Augilae* ſunt Naſamones: *Augila* enim vel *Aegila* eſt oppidum Naſamonum. Satis hoc ex Herodoto ipſo colligitur. Jungit quoque eos Ptolemaeus, Ἐν τοῖς Αὐγίλαις καὶ Νασαμῶσι τὰ Αὔγιλα. Libri aliquot Ptolemaei legunt hoc loco Αὔγιλα, uti Herodotus. Ab Αὔγιλα verò ἐθνικὸν non tantum

Αὔγιλαι, ſed & Αὐγιλῖται, ſi Stephano credendum. Verùm ſaepe ex ingenio format ἐθνικὰ ſua iſte ἐθνικογράφος. Non autem in hoc tantùm, quòd Augilas cum Naſamonibus confundat, Viris doctis vapulat Mela, verùm etiam in illo, quòd inquiat Augilas manes deos putare, cùm fortium virorum & parentum tantùm animas coluerint. Nimis profectò hoc eſt argutum. Vapulat quoque illic Plinius, quique eum ſequuntur, cùm ait, *Augilae inferos tantùm colunt.* Perperam enim illum pro *manibus* ſubſtituiſſe *inferos*: neque enim quemquam Veterum *inferos* poſuiſſe pro animabus defunctorum, ſed *manes* accepiſſe pro loco inferorum, uti apud Virgilium, *manesque profundi.* Verùm etiam lapides antiqui contrarium docere poſſint, in quibus *dii manes*, & *dii inferi* pro iisdem ſemper & paſſim accipiuntur. Innumera praeterea Veterum exſtant loca, in quibus dii ſuperi & inferi opponuntur. Et ſanè quis poſſit dubitare quin per inferos non tantùm intelligatur locus ille qui continet manes; ſed ipſi etiam manes, cum hoc ipſum quoque teſtetur vocabulum. Uti enim à ſupra, ſuperi & ſuperni; ab extra, exteri & externi; ab intra, interi & interni: ita quoque ab infra, vel infera, ut Veteres ſcribebant, inferi & inferni. Sed Vir ille eruditus errorem ſuum alio loco cognoviſſe videtur. Et ſanè mirarer, ſi adeò ineptus, & Linguae Latinae imperitus fuiſſet Plinius, ut per deos manes intellexiſſet locum inferorum, non ipſos manes, vel ipſos deos inferos.

l. 65. *Aegipanum, quae celebratur, ea forma eſt*] Satyrorum Aegipanumque in Libya eodem modo, iisdemque penè verbis, meminere Plinius, Solinus, & Martianus Capella; nemo tamen addit, qualis fuerit forma Aegipanum. Poſteriores duos ignoraſſe facilè crediderim: an verò etiam Plinius ignorarit, non attinet quaerere. Sanè neque in forma hujus monſtri conveniunt, ſi tamen monſtris accenſenda ſunt ea, quae ſunt mera Graeculorum commenta. Salmaſius in *Notis ad Solinum* ex *Parallelis minoribus* Plutarchi adſtruere conatur Aegipana illum eſſe, quem Romani Silvanum vocant. Sed verò valde infirmo nititur tibicine; neque enim quidquam certius, quàm libellum iſtum eſſe prorſus indignum Plutarcho, cùm nugaciſſimus ſit, ac ejusdem planè Auctoris, atque ſit ille *de Fluminibus*, qui & ipſe nomen Plutarchi oſtentat. Vir doctus, qui in iſtud ſcriptum Notas concinnavit, ut oſtendat tractatum *de Fluminibus* eſſe Plutarchi, multas, niſi me fallit memoria, locutionum colligit formulas, omnes ex illis *minoribus Parallelis* depromtas;

tas; unde contrarium planè adparet, quàm quod ipſe voluit adſtruere, nempe utrumque iſtud ſcriptum esſe quidem ejusdem Auctoris, ſed verò neutrum Plutarchi, aut ſaltem alterius Plutarchi, multò recentioris. Nec juvat quòd in catalogo Lampriae mentio fiat hujus ſcripti; vitio enim hoc factum esſe, vel coecus posſit conſpicere. Nam quo loco legitur, Διηγήσεις παράλληλοι Ἑλληνικαὶ καὶ Ῥωμαϊκαὶ. Ἐπικουρείων, ἐναντιωμάτων, legendum esſe, Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων, ceteris extritis, docet numerorum ratio. Reliqua verba adjecta ſunt ab aliquo qui putabat & hunc libellum esſe Plutarchi. Sed ſi ea admittamus, tota numerorum ſeries perturbabitur. Non eſt itaque, quod quis Plutarchi auctoritate *Aegipana* atque *Silvanum* eundem esſe exiſtimet. Et profectò tantùm inter ſeſe differunt *Silvani* & *Aegipanes*, ut difficiliùs aliquid reperias in quo conveniunt, quàm in quo diſcrepant. *Aegipanes* enim non ut *Silvani* cum facie humana pingebantur, verùm caprina prorſus: imò αὐτοχρῆμα capri erant ſupernè. Pingebantur praeterea cum cauda piſcis. Cauſa nominis haec eſt. Aegipan Jovis filius ex capra Boeotia esſe fingitur, quam etiam Oleniam vocavere. Alii Jovis collacteum faciunt, natumque ex Aega Panis conjuge. Hinc *Aegipana* dictum ajunt. Juvisſe hic dicitur Jovem in bello contra Typhonem. Quia autem primus invenit concham marinam, qua inflata terrorem Panicum injecit, ideo caudam piſcis huic adfingi. Hujus imaginem in caelo ajunt esſe Capricornum. Theon *ad Aratum:* Ὁ δὲ Αἰγόκερως ὅμοιός ἐστι τῷ αἰγίπανι, κατεστηρίσθη δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Πανός· εἰς γὰρ τοῦτον μετεβλήθη διωκόμενος μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν. Scholiaſtes Germanici: *Capricornus ſanè ſimilitudinem habet Aegipanos: habet enim poſteriorem partem piſcis, priorem capri.* Ita quoque Hyginus, & alii, licet in ceteris hujus fabellae partibus non conveniant. Cauſam verò, quamobrem cum cauda pingitur, hanc reddit idem Theo: Εὗρε δὲ οὗτος τὸν κόχλακα ἐν τῇ θαλάσσῃ, διὸ παράσημον οὐρὰν ἰχθύος ἔχει. Aliam cauſam reddit Hyginus, & Germanici Scholiaſtes, verùm de eo nos ad ipſum Aratum. *Aegipanum* verò crebrae effigies occurrunt in antiquis Aegyptiorum monumentis, nempe Satyri αἰγοπρόσωποι οὐρὰν ἰχθύων ἔχοντες. Videamus nunc quaenam fuerit Silvanorum forma. Uti Panum & Satyrorum variae ſunt ſpecies, ita quoque Silvanorum. Sciendum verò illos aliquando à Satyris ſeparari, aliquando verò confundi. Similiter Silvanus pater aliquando idem eſt atque Pan, aliquando verò longè diverſo fingitur habitu. Nam

& Silvano in veteribus monumentis ſaepe tribuitur fiſtula, & ſyrinx, & corona pinea. Semper tamen humeris fert cupreſſum. Itaque Panibus accenſendi ſunt Silvani, quando cum tali habitu pinguntur aut finguntur. Cùm autem non ſunt αἰγοσκελεῖς Silvani, uti in multis antiquis marmoribus videre eſt, jam non Panibus, ſed Silenis ſunt annumerandi. Sciendum verò uti Silvanorum, ita quoque Silenorum duo eſſe genera, & quidquid ferè de his dicitur, de illis quoque aut dici, aut dici poſſe. Silenos enim eosdem eſſe atque ſunt Panes, nempe ſeniores Satyros, locuples teſtis eſt Pauſanias in *Atticis*, Τοὺς γὰρ ἡλικίᾳ τῶν Σατύρων προήκοντας ὀνομάζουσι Σειληνούς. Rectè itaque in optimis Gloſſis Silvanus utroque modo accipitur, *Silvanus*, Πὰν, Σιληνός. Et ſanè ſi verum ſit, Silenum dictum quaſi Σιλλοηνὸν, non dubitandum quin hinc Silvani nomen ſit. Aeoles vocare videntur Σιλλαινόν. Heſychius: Σιλγῖνοι, οἱ Σάτυροι. Nemini enim ut puto ignotum, Heſychium paſſim digamma Aeolicum mutaſſe in Gamma. Alii Silenos planè diverſos faciunt à Satyris. Plato ſanè non permittit, ut iis annumerentur. Innumeri etiam hoc tempore Sileni marmorei repeiriuntur, cetera ſimiles hominibus, niſi quòd cornua & acutas habeant aures quemadmodum aſelli. Junioribus tamen Silenis abſunt cornua, quemadmodum etiam junioribus Satyris. Mirum eſt id quod Pauſanias prodit, ut oſtendat Silenos aliquando fuiſſe homines, inquit, Silenorum ſepulchra apud Hebraeos reperiri. Sed credo hanc fabellam exinde ortam eſſe, quia Moſes cum cornibus pingebatur. Quid mirum autem ſi homini cornuto, etiam auriculae acutae ab aliis fuerint additae, quo planè eſſet Silenus? Verùm non hîc ſubſtitit Graeculorum impudentia, in ipſos etiam Chriſtianos derivata eſt haec calumnia, quorum Deum, non tantum Sileni, uti Moſem, ſed Satyri inſtar finxerunt, uti videre eſt apud Tertullianum, cum hac inſcriptione, DEUS CHRISTIANORUM ONOCHOIRITES. Ita enim legendus locus ille, qui omnes hactenus exercuit Eruditos: Ὀνοχοιρίτης enim fingebatur tanquam ex aſino & porco compoſitum monſtrum. Epiphanius de Gnoſticis, Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Hinc *Aſinarii* dicti Chriſtiani. Martialis locus de Theodoro Judaeo non minus eſt corruptus,

*Ecce negas juraſque mihi per templa tonantis,*
*Non credo; jura Verpe per Anchialum.*

Sal-

Salmaſius in libro *de Lingua Helleniſtica* legit, חוּלעלם & interpretatur, *per eum qui vivit in aeternum*. Verùm illud non eſt Hebraeum: prima enim littera redundat, duoque inſuper voces ſunt חי־עלם / uti eſt apud Danielem cap. 11. Et ſic jam olim Scaliger legebat hunc Martialis locum. Sed profectò nihil minus quàm Hebraïcè doctus fuit Martialis. Optimus codex Thuanaeus jam ante octingentos annos exaratus, qui excerpta continet Martialis epigrammata, legit hoc loco *anchalium*. Omnino legendum eſt,

*Non credo; jura Verpe per ancharium.*

*Ancharius* vel *ancarius* eſt aſinus. Ἀχθοφόρον Graeci interpretantur Ἀγγάριον, recipiuntque iſtud vocabulum aequè de jumento atque homine ἀχθοφόρῳ. Similiter *ſagmarius* vel *ſaumarius* de utroque accipitur. Utitur hac voce Lucilius,

*Haec inquam rudet è roſtris atque ejulitabit,*
*Concurſans, veluti ancarius, claréque quiritans.*

Hinc *Ancharia familia*, quemadmodum *Aſellia*. Unicè verò confirmat hanc conjecturam verſiculus ille Petronii, ex quo liquet, Judaeos olim malè audiiſſe, quòd crederentur per aſinum jurare,

*Judaeus licet & porcinum numen adoret,*
*Et cilli ſummas advocet auriculas.*

Inepti ſunt qui de veritate hujus lectionis dubitant. *Cillus* eſt aſinus, hinc *hemicillus* ἡμίονος, & *cillanus* agaſo Ciceroni. Julius Pollux vocat κιλλακτῆρα: ſic namque apud illum legendum lib. VII. cap. poſtremo: Σοφοκλῆς δ' ἔφη, ποππύζεται ζευγηλατρίς. Ἀστραβηλάται καὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι ὀνοκινδιοι καὶ κιλλακτῆρες. Ita ex optimo noſtro codice locum hunc Pollucis emendavimus, qui vulgò eſt inquinatiſſimus. Verùm revertamur ad Melam, à quo nimium quantum ſumus digreſſi.

In

## In Cap. IX.

## DE AEGYPTO.

l. 4. *Terra expers imbrium*] Seculi noſtri admiratores, & hoc quoque Antiquorum ſimplicitati adſcribunt. Una omnes voce contendunt, imbres in Aegypto non minus esſe frequentes, atque alibi locorum: Alexandriae enim, & in itinere Memphin verſus, pluvias ſe expertos esſe continentes, oculati & complures affirmant teſtes. Sed deſinant, rogo, boni viri non Veteribus, ſed ſibi illudere. In inferiore Aegypto, quae mari vicina eſt, nonnunquam pluvias deſcendere non illos fugit; Proclus *in Timaeum* lib. I. *εἰ καὶ γίγνοιτό ποτε ὄμβρος περὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλ' οὐ περὶ πᾶσαν, ἀλλὰ περὶ τὴν κάτω γίγνεσθαι εἰώθασιν.* Inferiorem verò Aegyptum, ne Aegypti quidem nomine, aut vix certè, dignati ſunt *Graeci* vetuſtiores. Sed in Superiore Aegypto nullae cadunt pluviae, in tractu nimirum qui eſt à Thebis Syenen usque. Hoc eſt illud quod Veteres unanimiter adfirmant, Ariſtoteles, inquam, Strabo, Plutarchus, aliique. Quaerit verò cauſam Ariſtobulus apud Strabonem lib. XV. quare cùm in Syene imbres cadant, intermedia tantùm loca pluvia omnino careant. Quaeſtio haec ibi proponitur, ſed non ſolvitur. Ratio tamen eſt manifeſta, quia nempe illa Aegypti pars, ubi nullae cadunt pluviae, plana, humilis, ſicca, arenoſa ac calida eſt admodum, utpote torridae zonae vicina. Vapores itaque, qui è terra arida egrediuntur, cùm rari admodum & tenues ſint, aut noctu decidunt in rorem mutati, aut toti ab aeſtu conſumuntur priusquam in pluviam abeant. At verò tractus Syeniticus, quia excelſus ac montoſus eſt, neceſſariò pluviis abundat: ubi enim montes, ibi nivium & aquarum lapſus perpetui. Si plana esſet univerſa Africa, esſet inhabitabilis. In zona torrida enim ſi montes abesſent, jam nulla quoque esſent flumina, nec ulli imbres ad terram pervenirent. Verum hoc esſe, experimento ſatis intelligunt, omnes torridae zonae incolae, ac ii praecipuè, qui Peruvianam habitant provinciam. Cùm enim latera montium perpetuis illic humectentur & defluant pluviis, pluvias tamen ignorant plerique qui in planis vivunt. Ne litorum quidem accolae pluviam unquam viderunt. Rorem tantùm norunt, eumque tenuiſſimum, ac vix compeſcendo pulveri aptum.

l. 9. *Et cùm diu ſimplex ſaevusque deſcendit*] Salmaſius legit, *et cùm diu ſimplex ſuusque deſcendit*. At verò nihil hîc mutandum niſi quòd pro *&* reponendum ſit *ſed*, uti edi curavimus. Nulla autem ratio poſſit comminiſci, quamobrem hîc pro *ſaevus* reponamus *ſuus*, praeſertim cùm praecedat *ſimplex*, quod dixisſe ſufficit. Saevus verò eſt Nilus ubi ſimplex, fontibusque ſuis vicinus eſt. Deinde verò diviſus & diffuſus, ſit lenis & navigabilis. Hoc ipſe Mela, hoc Plinius, hoc omnes teſtantur, ipſaque hoc exigit ratio.

l. 10. *Circa Meroen, latè patentem inſulam, in Aethiopiam diffunditur*] Salmaſius legit, *circa Meroen, latè patentem inſulam in Aethiopia diffinditur*. Sed vulgata lectio, quam omnia ſervant manu exarata exemplaria, multò verior meliorque eſt. Perquam fuerit ineptum velle eam aliquo interpretamento juvare.

l. 12. *Altera Aſtapes dictus*] Ita legunt Vaticanus & Florentinus codices. In aliis *Aſtape*. 'Αστάπης eſt Pomponio qui 'Αστυσάπης aliis. Ab hoc *Aſtape* dicti posſint videri 'Ασταπαῖοι Λιβύης ἔθνος. Sed inſigniter errat Stephanus, quòd *Aſtapaeos* Libyae gentem faciat, cùm ſint in Hiſpania. Meminit in *Ibericis* ſuis Appianus *Aſtapae* urbis & *Aſtapaeorum*, aitque eos Carthaginenſibus paruisſe. Hinc error Stephani.

l. 15. *In immanem lacum devenit*] Fruſtra hîc aliquis lacum quaerat, nedum immanem. Scribe, *in immanem locum devenit*. Immanem locum vocat Catadupa ſeu Cataractas Nili. Nihil clarius.

l. 17. *Usque ad Elephantidem urbem Aegyptiam*] Ita libri, ita quoque Hermolaus ſcribendum esſe monuerat. Verùm Pintianus hîc illi adverſatur & *Elephantinen* reponit, negans alterum uſpiam reperiri, non contentus Vitruvii, aliorumque Latinorum auctoritate. Verùm adſcribam locum Stephani Byzantii, unde apparebit veram esſe hanc lectionem: 'Ελεφαντίνη πόλις Αἰγύπτου. Παρθένιος δὲ 'Ελεφαντίδα αὐτήν φησιν· τὸ ἐθνικὸν τῆς μὲν προτέρας 'Ελεφαντῖνος, τῆς δὲ 'Ελεφαντίδος 'Ελεφαντίτης. Ita concipienda ſunt haec verba, & ſeparanda ab iis quae praecedunt, nam 'Ελεύτιοι nihil ad Elephantinen.

l. 21. *Deinde iterum iterumque diviſus ad Delta & admelin*] Haec eſt Vaticani & omnium codicum, quos vidi, conſtans lectio. Variae admodum ſunt Virorum eruditorum ad hunc locum conjecturae. Sed omnino quae facillima, illa quoque verisſima eſt procul dubio. Legendum itaque, *ad Deltae acumen*. Τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα habet Herodotus. Salmaſius ita in ſuis codicibus ſe ſcriptum reperisſe in-

inquit, *ad Deltam & à melim per omnem Aegyptum.* Inde ipſe hanc excudere lectionem conatur, *A Deltae meta it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus.* Sed in nullo manu exarato codice ita hunc locum concipi puto, quaemadmodum ipſe inquit. Imò certus ſum ita eum haec verba citaſſe, quo magis veriſimilem ſuam efficeret conjecturam. Probum tamen non eſt *meta* pro ſolo acumine metae. Totum ſemper ſignificat conum, aut quidquid cono eſt ſimile. Ita *meta lactis* pro tota maſſa, & *metas imitata cypreſſus* apud Ovidium, pro tota cypreſſi parte quae κωνοειδὴς eſt. Et apud Martialem:

*Praependet meta nec tibi barba minor.*

Pro tota barba. Sic lege, non *mento*, ut vulgò. Quòd ſi *metam Deltae* hîc acceperit ut *flumen Rheni*, pro tota Delta; ne hoc quidem rectum videtur: nam quomodo Nilus à Delta it per omnem Aegyptum, cùm poſt Delta nulla jam prorſus ſit Aegyptus: excipit enim mare? Sed, ut opinor, pluribus non opus eſt, ad adſtruendum eam quam dedimus lectionem. Certè τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα non poſſit meliùs reddi, quàm *acumen Deltae.*

l. 34. *Sed tum primum accipientia ſpiritum*] Quidam libri veteres *ſpeciem* legunt hoc loco, minùs tamen rectè. Porro quod hîc de muribus dicit, id ipſum quoque multi è Veteribus prodidere, & omnino veriſſimum eſt. Hodieque tale murium repetitur genus, cùm alibi, tum in ſeptentrionalibus praecipuè regionibus. Communi verò vocabulo *Leem-mus* vel *Leemmer* dicuntur, quia in limo naſcuntur; *Leem* enim limum denotat. Scripſit nuper de his diatribam Olaus Wormius, qua oſtendere conatur mures hos in nubibus generari quandoque, & cum pluvia in terram deſcendere. Sed verò ex iis quae adducit argumentis neſcio an iſtud effici poſſit: nam ſi mulier parieti adſidens ſinu unum ex illis muribus exceperit, aut cymbae non procul à litore inciderint, non inde ſtatim ſequitur, è nubibus cecidiſſe. Ex ipſo enim decidit pariete, aut ex impendente tecto terreo, uti moris eſt in Norvagia. In cymbam verò delati ſunt forſan procella aliqua ab imminentibus ſcopulis. Ullum in nubibus generari animal, neque compertum hactenus, neque veriſimile. Si quis vel è modicè edito loco murem in praeceps agat, protinus animam cum ſanguine exſpuet. Sed verò ratio quamobrem animalia iſta caelo cadere vulgo exiſtiment, haec eſt, quod cùm antea non compare-

pareant, poſt pluviam illico è cavernulis ſuis prodeant; vel quòd illae aqua implentur, ut exiſtimat Theophraſtus, vel quòd genus hoc animalium pluvia maximè vegetetur. Eadem ratione ſaepe producuntur cochleae, aliaque animalia & praecipuè ranarum quoddam genus, diverſum ab eo quod in ſtagnis & paludibus vivit, quodque & ipſum è nubibus deferri exiſtimant: Γυρίνους & γερίνους vocarunt Graeci, vel etiam γέρινα & γύρινα. Paſſim terrarum, praeſertim, in locis uliginoſis, ceſſante pluvia, repentè in lucem prodeunt ἀδιάπλαστα γεννήματα iſta, ut loquitur Theon. Novam & inuſitatam ſobolem civium Rom. ita appellat Cicero *ad Atticum* lib. IV. epiſt. XVII. ſimilitudine ſumta ab his ranunculis, *Quin tu huc advolas & inviſis illius noſtrae Reip. γέρινα?* *Gerina* enim in optimo codice, unde innumera loca feliciter emendavit Simeo Boſius, ſcriptum fuit; verùm ipſe non rectè *germina* repoſuit. Hinc adagium in ſtolidos apud Platonem *Theaeteto*, εἰς Φρόνησιν οὐδὲν βέλτιον βατράχου γυρίνου. Ipſe Cicero I. *de Divinat.* *Sed ineſt gerinis & ranunculis quaedam natura ſignificans aliquid.* Sic ferè meliores codices. Verùm ut ad propoſitum redeamus, ſcire velim, quomodo cùm tot locis ranis pluiſſe ſcribant Viri eruditi, nemo tamen unquam fuerit, qui eas labentes conſpexerit, ſed demum lapſas. Nec multorum valet auctoritas, quando deeſt experientia, & adverſatur ratio, quae fieri non poſſe docet, ut animal ullum altè adeò decidat, & non protinus exanimetur. Locuſtas autem cum pluvia deſcendere certum eſt, ſed illae nihil huc faciunt. Cum enim non admodum altè ſupra terram ferantur, incidente imbre terrae alliduntur, quod & aliis nonnullis contingit inſectis. De lumbricis, erucis, araneis, ſimilibusque aliis, uti verum eſt terras nonnunquam his operiri, ita ineptum eſt credere eas de nubibus cadere. Alibi de hac re agimus. Ut autem ad mures iſtos, qui ex limo Nili oriuntur, revertamur, ſciendum illos diverſos eſſe à muribus Aegyptiis, quos δίποδας vocant: quamvis enim etiam hi in Aegypto generarentur, ex Libya tamen adveniſſe credebantur.

l. 38. *Ex immanibus Aethiopiae jugis*] Ex Democriti ſententia, qui montes omnium, quotquot in orbe ſunt, maximos eſſe inquiebat illos unde Nilus oritur, ut eſt apud Diodorum; nempe quia Nilus omnium fluviorum eſt maximus. Is tamen nullas in his montibus nives ſtatuebat, ſed nives Septentrionis aeſtate ſolvi, atque inde nubes oriri arbitrabatur: illas verò ab Eteſiis in Aethiopiam deferri atque inde imbres exiſtere. Anaxagorae, Euripidis, & Aeſchyli

haec

haec fuit opinio, qui ex liquefactis in Aethiopia nivibus Nilum incrementa accipere putabant. Verſus, quibus id ſignificat Euripides, exſtant apud Diodorum Siculum, & auctiores aliquanto apud Anonymum *de origine Nili.* Verùm poſtremi verſus ita legendi ſunt,

*Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς*
*Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν,*
*Τεθριππεύοντος ἡλίου κατὰ χθόνα.*

Non rectè Henricus Stephanus, qui primus hoc fragmentum edidit, eo in loco repoſuit *κατ' αἰθέρα*, cùm in illo apographo quo uſus eſt, quod penes me ſervo, ſcriptum ſit *κατὰ χθόνα*, ſubintelligitur enim *Αἰθιοπίδα*. Verum & Aeſchyli verſus de eadem re emendatos hîc adſcribam·

*Γένος μὲν αἰνεῖν καὶ παθῶν ἐπίσταμαι*
*Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἑπτάρους*
*Γαῖαν κυλίνδει ῥευμάτων ἐπομβρίαις.*
*Ἐν ᾗ πυρωπὸς ἥλιος ἐκλάμψας φλογὶ*
*Τήκει πετραίαν χιόνα· πᾶσα δ' εὐθαλὴς*
*Αἴγυπτος ἁγνοῦ νάματος πληρουμένη*
*Φερέσβιον Δήμητρος ἀντέλλει στάχυν.*

Elegantisſimos hos Aeſchyli verſus non admodum eleganter emendare conatus eſt in *Solinianis* ſuis doctisſimus Salmaſius: nam quòd illic *πυρωτὸν σμῆνος ἐκλάμψαν φλογός*, iſtud tantùm abeſt ut elegans ſit, ut ne ſit Graecum quidem.

l. 40. *Sol hyeme terris propior* ] De Eccentrico ſolis circulo Viri quidam docti intelligendum putant hunc Pomponii locum, nempe quia bruma ſol terris eſt propior, quàm ſolſtitio. Sed ex Herodoto haec accepit, cujus tempore necdum comperta erat eccentricitatis ratio. Sol hyeme terris propior, quia minor esſe videtur altitudo ejus ſupra horizontem. Totus verò locus ita legendus eſt: *Sive quòd ſol hyeme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, tunc altius abit, ſinitque integrum & ut eſt plenisſimus ſurgere.* Ita Vaticanus, & alii libri antiqui.

l. 45. *Venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt* ] Vaticanus legit, *Venienti obviae adverſo impetu.* Sed legendum esſe *obvii* obſervatum multis. *Oἱ Ἐτησίαι* enim à Graecis venti iſti vocantur. Loquitur autem hîc Mela ex Thaletis opinione, qui cauſam Nili *ἐπιῤῥοῆς* flatibus adverſis Eteſiarum tribuebat. Anonymus *περὶ τῆς Νείλου ἀναβά-*

ἀναβάσεως: Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, φησὶ διὰ τοὺς Ἐτησίας γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν· πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἐναντίους τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κεῖσθαι κατὰ τὴν πνοὴν αὐτῶν· τὸν μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἐναντίας πνέοντα κωλύειν τὴν ἐκροὴν αὐτῶν· τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον ἀντίον τοῖς στόμασι, καὶ οὔριον ὂν ἀνακόπτειν τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναπλήρωσιν οὕτω γίνεσθαι τοῦ Νείλου. Ita legenda ſunt haec verba, ex veteribus libris, non ut vulgò concipiuntur. Locus verò Plinii de hac ipſa re, ita emendandus eſt: *Cauſas hujus incrementi varias prodidere, ſed maximè probabiles, Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium repercusſum intro in ora acto mari, aut imbres Aethiopiae aeſtivos* &c.

l. 48. *Fitque major, vel quòd nihil ex ſemet amittit*] Haec omnia verba delenda exiſtimat Pintianus, ſed valde errat. Ita omnes libri veteres, & ſanè non video quid in illis verbis abſonum ſit aut inconcinnum. Pro *Antichthones* verò quidam codices legunt *antipodes*. Malè. Superiùs oſtendimus *antichthones* esſe qui auſtralem terram inhabitant. Antipodibus verò nullus hîc locus eſt, utpote qui penitus ſub terram merſi κατὰ διάμετρον nobis opponuntur.

l. 53. *In illis terris ortum amnem*] Abeſt in veteribus libris τὸ *terris*. Rectè, niſi fallor, *in illis*, nempe Ἀντίχθοσι.

l. 57. *In quodam lacu Chemnis inſula*] *Chemmis* legendum, uti eſt in omnibus quotquot vidi libris antiquis. Ita quoque Herodotus inſulam hanc adpellat. Hecataeus eam *Chembin* vocat, in loco Stephani ita legendo: Ἐν Βουτοῖ περὶ τὸ ἱερὸν τῆς Λητοῦς ἐστι νῆσος Χέμβις ὄνομα ἱρὴ τοῦ Ἀπόλλωνος· ἔστι δ' ἡ νῆσος μεταρσίη καὶ περιπλεῖ ἐπὶ τοῦ ὕδατος καὶ κινέεται. Ὁ νησιώτης Χεμμίτης καὶ Χέμμιος. Alia eſt *Chemmis*, quae in Nomo Thebaïco ſita erat, quamque Πανὸς πόλιν interpretatur Diodorus Siculus. Meminerunt hujus cùm alii, tum ipſe quoque Herodotus. Plutarchus in libello *de Iſide & Oſiride* perperam Χέννιν vocat. Stephanus ex auctoritate Herodoti, & hanc quoque inſulam esſe inquit: Ἔστι καὶ Χέμμις πόλις μεγάλη νόμου τοῦ Θηβαϊκοῦ, ἐγγὺς τῆς Νέας πόλιος. Φησὶ δ' ὁ αὐτὸς καὶ νῆσον εἶναι Χέμμιν ἐν αὐτῇ. Sed nusquam hoc Herodotus prodit. Itaque apud Stephanum legendum ἐν Βουτοῖ, non ἐν αὐτῇ.

l. 62. *Quatuor ferè ſoli jugera ſua ſede occupat*] In hoc loco interpretando & corrigendo multum ſudant Pintianus & alii Interpretes, & quidem infeliciter admodum. Vaticanus legit, *Quatuor ferè ſoli jugera quae ſede occupat*. Noſter unus, *quae cede occupat*. Alter verò optimus & antiquisſimus, qui olim fuit Latini Latinii, *quo cedat occupat*. Scripſit, ut puto, Mela, *Quatuor ferè ſoli jugera quoque latere*

*occupat.* Hoc pacto rectè ſeſe habebit totus locus. Sciendum verò Melam hîc non ſecutum eſſe Herodotum, qui ad octo plethra, quae quatuor faciunt jugera, unumquodque hujus Pyramidis latus extendi ſcribit, ſed illos Graecos, qui ſeptem tantùm plethra unicuique lateri tribuunt, inter quos etiam eſt Diodorus Siculus. Itaque rectè hîc noſter Auctor addidit *ferè.* Plinius ſeptem jugera ſoli huic Pyramidi tribuit: ita enim legendus ex optimis membranis locus ille, *Ampliſſima ſeptem jugera obtinet ſoli.* Verùm hoc de laterum ſingulorum ſpatio, non verò de totius Pyramidis baſe eſt accipiendum: illa enim juxta Herodoti calculum eſt jugerorum XXXII. juxta Diodorum verò & Melam, XXIV. ½ Notandum verò Plinium ſemper πλέθρον Graecorum *jugerum* vertiſſe, cùm tamen *jugerum* ſit δίπλεθρον. Ejus rei rationem alibi reddimus.

l. 65. *Viginti millia paſſuum in circuitu patens*] Herodotus & Diodorus Siculus ambitum Moeridis vel Myridis paludis faciunt ſtadiorum CIↃ CIↃ CIC IↃC. Itaque Pintianus hunc locum ſic refingebat, *quadringenta quinquaginta millia paſſuum.* Sed verò ita omnino ſcripſerat Mela, *quingenta millia paſſuum in circuitu patens.* Non octo ſed ſeptem ſtadia cum ſemiſſe etiam alibi cum mille paſſibus componit hic Auctor noſter; ergo ter mille & ſexcenta ſtadia conficiunt quadringenta & octoginta millia. Mela verò numero, ut dicitur, rotundo quingenta tribuit. Atque hic quidem eſt ambitus Moeridis paludis, ſi Herodotum ſequamur, & illos qui Herodotum ſunt ſecuti. Sed profectò, quis non rideat potiùs, quàm miretur, tantam magnitudinem, majorem Sicilia, & vix univerſa Peloponneſo minorem? Profectò verum eſt, id quod multis aliis exemplis poſſimus oſtendere, Herodotum omnia Aegyptiaca longè feciſſe ampliora, quàm revera eſſent. Ita Aegypti longitudinem latitudinemque altero tanto majorem fecit, quàm ſit. Si quis igitur verum hujus paludis ambitum cognoſcere velit, is dimidium hujus menſurae auferat, ſic quarta tantum prioris magnitudinis pars ſupererit, quod facilè poſſint computare illi, qui κυκλικοῦ λόγου non ſunt prorſus imperiti. Tamen & ſic quoque miranda erit res & incredibilis penè, tam vaſtum terrarum tractum humano labore unquam effodi & excavari potuiſſe.

l. 67. *Labyrinthus domos mille*] Legendum, *domos* III. *mille*, ut rectè monuit Pintianus. Ter enim mille domos continebat Labyrinthus juxta Herodotum, quarum dimidia pars ſupra terram, reliquae ſub terra erant. Multi quidem

de

de hoc Aegyptio Labyrintho agunt, nemo tamen diligentiùs Plinio, qui illum *portentoſiſſimum humani impendii opus* appellat. Sed adeò apud illum pleraque depravata ſunt, ut ne ſenſum quidem ullum admittant. Poſtquam ceteros Labyrinthos recenſuit, addit: *Aegyptius* (*quod miror equidem*) *introitu columnisque reliquis è molibus compoſitis, quas diſſolvere ne ſecula quidem posſint.* Quis non videt, ineptum esſe & frigidum quod miratur Plinius? Lege ex veſtigiis optimorum codicum: *Aegyptius* (*quod miror equidem*) *introitu lapidis è Paro columnis, reliquo Syenitae molibus compoſitus, quas diſſolvere ne ſecula quidem posſint, adjuvantibus Heracleopolitis, qui id opus inviſum mirè infeſtavere.* Hoc profectò mirandum, introitum Labyrinthi columnas habuisſe è lapide Pario, cùm ipſa Aegyptus tot indigenis, & quidem praeſtantisſimis, abundet marmoribus.

l. 76. *Magno & inexplicabili tamen errore perplexus eſt*]. Scio quidem Virgilium Labyrintho tribuere *inextricabilem errorem*, & Catullum, *errorum inobſervabilem*, ſed hoc Poëtis licet, Melam verò non ita ſcripſisſe certum eſt, aut certè non addidisſet adverbium *tamen.* Reddenda itaque vetus lectio, quam & Vaticanus & noſter codices ſervant, atque ita ſcribendus eſt totus hic locus: *Quibus alium ſuper alios orbem agentibus, & ſubinde tantùm redeunte flexu, quantum procesſerat, magno & explicabili tamen errore perplexus eſt.*

l. 78. *Mortuos fimo obliti plangunt*] Veteris libri *fumo*, ſed vera lectio eſt *limo* ex Herodoto.

l. 95. *Nec coitu pecoris*] Placebit nonnullis magis lectio quorumdam codicum, in quibus exaratum reperitur, *nec coitu pecudis.* Sed verò cum in optimo noſtro libro à prima manu ſcriptum fuerit *pecoris*, omnino retinendam exiſtimo vulgatam lectionem. Boves & equos pasſim *pecora* vocant cùm alii, tum praecipuè Columella.

l. 98. *Trecentos & triginta reges ante Amaſin*] Excidisſe videtur denarius numerus: *Trecentos & quadraginta reges ante Amaſin, & ſupra undecim millium annorum aetates certis annalibus referunt.* Attamen cùm Herodotus alibi, ubi de primo Aegyptiorum rege Mene agit, inducat ſacerdotes oſtendentes trecentos & triginta reges ex ſuis libris, fieri poteſt ut ad hunc Herodoti locum reſpexerit Mela. Imò hoc verisſimum esſe exiſtimo. Undecim enim illi reges, qui ſimul cum Pſammeticho aliquamdiu regnarunt, auferendos esſe arbitror, aliàs non video quomodo posſit Mela cum Herodoto, vel Herodotus ſecum componi, utpote cùm

hoc loco trecentos & triginta, alio verò loco trecentos & quadraginta unum reges numeret. Sive autem reges iſtos annumeremus, ſive non, idem annorum manet numerus, nempe undecim millium exactè: tot enim annos numerabant Aegyptii ab exceſſu Ori, usque ad obitum Anyſis. Rectè verò Mela addidit *ſupra undecim millia*, quia Amaſis plus integro ſeculo poſt Anyſim regnare coepit. Herodotus tamen numerum iſtum extendit, & undecim iſtorum regum annos addit, tanquam ſi non ſimul, ſed ſucceſſivè regnasſent. Praedictae quippe ſummae adjicit undecim γενεὰς, ſive annos trecentos ſexaginta ſex & menſes octo. Sed profectò valde eſt ineptus modus computandi annos, quem hîc Aegyptiis tribuit Herodotus; non alienus tamen ab eorum moribus: nam ſi quae unquam gens parvam, vel potiùs nullam, temporum habuerit cognitionem, certè illos Aegyptios fuisſe exiſtimem. Ex ſingulis regulis, qui uno eodemque tempore in diverſis fuere Aegypti Nomis, unam faciunt ſeriem, & unicuique regulo ſeparatim aliquot tribuunt annos, & hoc pacto ἀπεράντους iſtas γενεαλογίας & ſucceſſiones confinxerunt. Idem cùm alibi, tum etiam in primorum Paparum ſucceſſione contigisſe jam olim oſtendimus. Sederunt illi primùm quatuor ſimul, deinde tres, mox bini; ab Euariſto demum ſimplex esſe incoepit ordo Epiſcoporum Romanae Eccleſiae. Primus ex iis qui ſuperſunt Scriptoribus, Irenaeus ex omnibus iſtis Epiſcopis longam fecit ſeriem; annos verò ſingulis primus adtribuit Euſebius, verùm admodum infeliciter. Sed verò longè abſurdior eſt Aegyptiorum Chronologia: non enim tantum ſibi ipſi contraria, verùm omnino monſtroſa eſt. Omnes Graeci non tantùm, verùm & ipſi Aegyptii, cùm de annis ſuis loquuntur, abeunt quàm longisſimè à ſe invicem. Et tamen miror etiam hoc tempore non deesſe quosdam, qui iſtas Aegyptiacas antiquitates prae Moſaïcis extollunt. Nempe nihil tam ſtultum eſt quod non libenter velint defendere quidam, dummodo Principum auribus blandiantur.

l. 102. *Quater curſus ſuos vertisſe ſidera*] Atqui juxta opinionem Platonis & ipſorum etiam Aegyptiorum, ſidera non redeunt ad eundem ſitum, niſi quadraginta novem annorum millibus exactis. Neceſſe itaque fuisſet ut jam tum temporis effluxisſent centum & nonaginta ſex annorum millia, hoc enim eſt ſpatium quatuor annorum Platonicorum. Multo itaque majorem ſibi antiquitatem arrogare debuisſent Aegyptii, vel ſaltem de tot annorum magnorum converſionibus tacere debuisſent. Sed illam, quam mox dedimus, veriſſi-

veriſſimam eſſe cauſam quòd tantam ſibi attribuerint vetuſtatem Aegyptii, fuſius in ipſo Aegyptiorum Regum catalogo oſtendemus, quem aliquando, ut ſpero, multo emendatiorem auctioremque in lucem dabo. Vel ex illo ipſo adparebit, quidquid Aegyptii eorumque admiratores jactent & contradicant, verùm eſſe id quod Varro jam olim dixit; ab Iſide usque ad ſua tempora, non niſi duo annorum millia effluxiſſe.

l. 107. *Et Thebae, uti quae (ut Homero dictum eſt) centum portas* ] Ita emendavimus. Thebas Aegyptias dicit eſſe clariſſimas, uti quae teſte Homero, *&c.* Nihil clarius.

l. 112. *Dena armatorum millia effundere* ] Primus Pintianus hunc locum ita conatus eſt corrigere, *ducentos armatos milites effundere*, eamque emendationem valde probant Viri eruditi. Nempe non rectè intellexerunt verſus iſtos Homeri *Iliad.* IX.

——— ——— ——— ——— ——— *οὐδ' ὅσα Θήβας*
*Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,*
*Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην*
*Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.*

Loquitur hîc non de univerſa Thebanorum militia Homerus, ſed de ſolis aurigantibus & *ἁρματοτρόφοις*: viginti enim curruum millia ex hac urbe ad bellum ſolita fuiſſe prodire affirmat Diodorus Siculus. Sed verò numerus militum is omnem videtur fidem ſuperare: nam ſi ex una quaque porta dena armatorum millia ad bellum proficiſcerentur, jam oportet, ut numerus militum fuerit decies centenûm millium. Rectè tamen ſeſe habere locum hunc Melae, adparebit ex illuſtri loco vetuſtiſſimi cujusdam Auctoris, cujus verba nobis ſervavit Scholiaſtes quidam ad nonum Homeri librum, ante aliquot annos in Germania editus. Is itaque hoc pacto de Thebis loquitur: *Ἐν ταύτῃ δὲ ἦν πρότερον τὰ βασίλεια τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἃ πολλοὺς ἔφερον φόρους Λίβυες, Αἰγύπτιοι, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διόσπολις ὀνομάζεται· Εἶχε δὲ κώμας μὲν τρισμυρίας τρισχιλίας τριάκοντα. Τὸ δὲ ἄστυ εἶχεν ἀρούρας ϛψ' καὶ πύλας ἑκατὸν, ἀνδρῶν δὲ μυριάδας ψ'. Ταύτην ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς Ὄσιρις. Ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐστράτευον ὁπλῖται μὲν μύριοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι, ἁρματηλάται δὲ διακόσιοι.* Haec verba unicè confirmant hanc quam reddidimus Melae lectionem. Sed quis non obſtupeſcat tam portentoſo numero, aut credat in una urbe vel mille millia armatorum, vel ſeptuagies centena hominum millia claudi potuiſſe & comprehendi? Docet

tamen id ipſum etiam Strabo, qui eos centum myriadum exercitus habuiſſe ſcribit. Aliquanto pauciores refert Tacitus, is namque lib. II. Thebas olim habitaſſe inquit ſeptingenta millia aetatis militaris. Nonnulli Viri eruditi & hanc ſummam nimiam eſſe exiſtimant, ideoque *ſeptuaginta millia* pro *ſeptingentis* reponunt. Verùm illos errare, ſatis indicat is quem adduximus locus. Sunt tamen & in hoc nonnulla, de quibus aliquis meritò poſſit inquirere. Quî enim fieri potuit, ut hîc centum equitum millia alerentur, cùm tantùm centum illic numerarit equilia Diodorus Siculus, quorum unumquodque ducentos caperet equos? Poſſit tamen hoc ita excuſari, ut nempe centum iſta equilia dicantur deſtinata fuiſſe equis tantùm curulibus. Strabo ſuo tempore, cùm minimae eſſent Thebae, in longitudine occupaſſe inquit octoginta ſtadia. Sed verò antequam Cambyſes urbem eam vaſtaret, tum longè maximam fuiſſe certum eſt. Euſtathius *ad Dionyſium* inquit eam tum extenſam fuiſſe ad quadringenta & viginti ſtadia. Porphyrius in optimis *Scholiis ad Iliada Homeri*, aliquando à nobis in lucem edendis, nec non Stephanus Grammaticus ſimilia ſuprà memoratis ex Catone citant, ac quadringentorum ſtadiorum faciunt longitudinem. Sed quomodo tanta potuit eſſe longitudo Thebarum, ſi mille tantùm & ſeptingentas ἀρούρας comprehenderit? iſte enim ἀρουρῶν numerus commodè contineri poteſt ambitu ducentorum & ſexaginta quatuor ſtadiorum. Videtur autem haec urbs in longum fuiſſe porrecta ad ripas Nili, ac non multum poſſediſſe latitudinis. Sed verò omnia prius credam quàm tantam incolarum copiam in ullà unquam fuiſſe urbe. Unum adferam unde quàm maximè abſurdum id eſſe adparebit. Tradunt Diodorus Siculus & alii, Aegyptum cùm maximè populo abundaret, habuiſſe in univerſum ſeptuagies centena hominum millia. Atqui ſi totidem quoque Thebis fuiſſent, jam oporteret ceteras Aegypti urbes vacuas fuiſſe habitatoribus. Hinc adparet quaecunque de Thebanis Aegyptiis eorumque potentia dicuntur, accipienda eſſe de tota Aegypto. Verum id eſſe, & univerſam Aegyptum *Thebas* olim fuiſſe vocatam luculentiſſimus teſtis eſt Herodotus, cujus verba ſunt lib. II. ubi de Delta agit, πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο. Sed & Ariſtoteles *Meteorolog.* I. Τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι καλούμεναι.

l. 114. *Ipſas oras ſecat*] Sic reſcripſerunt, cùm prius legeretur *ſecant*. Sed non intellexerunt mentem Pomponii. Ut itaque omnia plana fiant, reddenda eſt vetus lectio, *In litore Alexandria, Africae contermina, Peluſium Arabiae,*

*ipſas*

*ipſas oras ſecant.* Oras Africae & Aſiae ſecant Alexandria & Peluſium. Nihil clarius. Paſſim ſic loquitur, cùm totas continentes oras vocat. Ut autem alibi ferè ſemper, ita etiam hîc Herodotum ſequitur, cùm Delta neque Aſiae, neque Africae partem eſſe ait, ſed aliquid intermedium: quatuor enim mundi partes Herodotus conſtituit, Europam, Aſiam, Africam, & Delta.

l. 115. *Mendeſium, Pathmiticum, Taniticum*] Et hîc quoque peccarunt in ordine, contra fidem veterum librorum, in quibus *Pathmeticum* rectè praecedit. Verùm pro *Tanitico* vel *Tanico* aliud ſubſtituendum videtur. Vaticanus & alii legunt *Cuptatiſcum*: optimus verò noſter codex habet *Caplatiſtum.* An κατάπλευστον ſcripſit Mela? A facili appulſu poſſit videri dictum hoc oſtium. Interim nullum relinquitur dubium, quin idem fuerit atque *Taniticum*, quamvis non ignorem etiam alia fuiſſe Nili oſtia, praeter illa, quae vulgò à Geographis referuntur. Duo aut tria aliis ignota oſtendimus in *Notis ad Ptolemaeum*; verùm, neque illae nunc ſunt ad manum, neque iſta unde tunc ea depromſimus. Salmaſius *ad Solinum*, ubi de Nilo agit, aliquod etiam recenſet Nili oſtium, quod μεγάλου ποταμῶν ipſe vocat. Quin etiam Ptolemaeum hujus nominis auctorem citat. Ego tamen neque in Ptolemaeo, neque in ulla Grammatica reperiri puto hoc vocabulum. Μεγάλου ποταμοῦ & μεγάλων ποταμῶν meminit Ptolemaeus. Sed verò alterum iſtud ignotum & inauditum & Ptolemaeo & omnibus qui Graecè norunt. Et tamen ſaepius illic occurit ποταμὸς iſte Μεγάλος, ne quis Typographorum vitio factum eſſe exiſtimet. Paulò pòſt de iiſdem loquens Nili oſtiis, ut oſtendat quare & illa, & aliorum fluminum oſtia, *crines* ab Aethico vocentur, ait, *crines* non ſignificare capillos propriè, ſed capillorum nodos, quas *treſſas* vel *treccias* vulgò vocant. Itaque apud Feſtum legi, *matronas ſex crinibus ornari ſolitas*, quod ipſe interpretatur, *de ſex crinium plectis.* Sed valde fallitur. Apud Feſtum legitur *ſenis crinibus.* Jam verò quis dubitare poſſit, quin ita ſcribendus ſit locus ille, *Sine crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit. Quidam quòd ita Veſtales virgines ornentur.* Quod de Veſtalibus addit, id ipſum oſtendit locum non poſſe aliter concipi: nam quis neſcit Veſtales tonderi ſolitas, aut cui ignota lotos capillata, ad quam earum capilli deferebantur, cum à Pontifice conſecrarentur, uti eſt apud Plinium lib. XVI. cap. 44. Jam verò etiam alias virgines pridie quàm nuberent, capillos ſuos conſecraſſe, licet obvia paſſim ſint exempla, ſuffi-

ciet vel hic ſolus Heſychii locus: Γάμων ἔθη, τὰ προτέλεια, καὶ ἀπαρχαὶ, καὶ τριχῶν ἀφαιρέσεις τῇ θεῷ πρὸ μιᾶς τῶν γάμων τῆς παρθένου. Verum & aliunde interpretationem iſtam adſtruere conatur, nempe iſto Martialis verſiculo ex lib XII. epigr. 32.

*Portabat uxor rufa crinibus ſeptem.*

Sed verò ſi quis totum iſtud legat epigramma, fatebitur nihil poſſe magis alienum à mente Martialis excogitari. Deſcribit in hoc loco Vacerrae mendici familiam, aitque ſe viſa conjuge, matre, & ſorore illius, furias eſſe putaſſe, *nocte Ditis emerſas*. Aliquisne hîc ornatui locus eſſe poſſit? Sed ſanè quid verbis opus, nihil certius quàm ſimpliciter eſſe accipienda haec Martialis verba. Ipſe ſimiliter alio loco de Vetuſtina:

*Cùm tibi trecenti conſules Vetuſtina,*
*Et tres capilli, quatuorque ſint dentes.*

Verùm haec obiter. Redeamus ad Melam, & relicta Aegypto, videamus ecquid obſervatione dignum in ſequentibus occurrat.

## In Cap. X.

## DE ARABIA.

l. 3. *Niſi quà Caſio monte attollitur plana & ſterilis*] Nihil in his verbis, quod malè ſeſe habeat, aut quod obſcurum ſit. Arabia Felix, quae ad mare Rubrum pertinet, thure & odoribus abundat; haec verò Petraea, quae pertinet ad mare internum, ſterilis & plana utpote arenis obducta, praecipuè ubi Aegyptum contingit, & ſolo monte Caſio attollitur. Verùm iſtud potisſimum doctis Viris diſplicuit, quòd Aegyptio Caſio vel Arabico tribuerit id, quod alii tribuunt Antiocheno. Itaque Pintianus verba ſequentia ad cap. 12. rejicienda eſſe cenſebat. Verùm non rectè, cùm alios Auctores ſecutus ſit Pomponius, qui hoc idem de iſto prodiderint Caſio. Sanè Lucanus de Aegyptio loquitur, cùm ait lib. x.

Lud-

*Lucifer à Caſia proſpexit rupe, diemque*
*Miſit in Aegyptum primo quoque ſole calentem.*

Idem tamen Lucanus lib. VIII. miraculum hoc Antiocheno videtur tribuere Caſio:

*Nec tenuit Caſium nocturno lumine montem.*

Multi è Veteribus videntur duos hos montes confudisſe: utrumque templo Jovis illuſtrem fuisſe ſcribunt. Verùm is, de quo nunc agimus, non admodum ſublimis fuisſe videtur: Strabo vocat λόφον θινώδη. Nolim tamen exinde argumentum duci, cùm maximos etiam montes λόφους aliquando vocent Graeci. Illuſtrationem verò ſolis à quarta vigilia aliis quoque montibus in hac ipſa Arabia tribuunt nonnulli. Vide quae inferiùs hac de re dicemus.

l. 4. *Portum admittit Azotum*] Ordo litorum requirebat ut Gaza & Aſcalon praecederent. Verùm quia *Azotus* aliquamdiu Arabum fuit emporium, ideo eam hîc nominat.

## In Cap. XI.

## DE SYRIA.

l. 5. *Babylonia, & Judaea, & Sophene*] Omnes veteres libri legunt *Colophone*, non *Sophene*. *Cholobetene* locum hîc videtur habere non posſe; nam & Plinius, qui Melam ſecutus eſt, inter provincias Syriae *Sophenen* quoque recenſet. Manuſcripti tamen Pliniani legunt illic *Sophoene*; ut exiſtimem & apud hunc noſtrum, & apud Plinium reponendum esſe *Sophonene*. Σωφήνη, & Σωφανηνὴ, & Σωφονηνὴ eadem eſt, docente id Stephano Grammatico, & Procopio multis locis.

l. 6. *Tum Phoenice, & ubi ſe Ciliciae committit Antiochia*] *Syria Antiochia* rectè dicitur pro *Antiochena*. In ſequenti capite denuo hujus meminit, ubi eam extendit usque ad Ciliciam, uti quoque facit Strabo, qui *Pagras* Antiochenae ſive τῆς Ἀντιοχίδος oppidum esſe ſcribit. Locum verò iſtum, & Strabo, & Ptolemaeus ad portas Amanidas collocant. Plinio verò in vulgatis libris haec Syria non Antiochia, ſed Antiochena nominatur. Verùm aliter libri veteres, in quibus paſſim *Antiochia Syria* appellatur, etiam libro

bro primo. Haec cùm ita ſint, tamen doctiſſimus Salmaſius in *Commentariis ſuis ad Solinum*, in quibus ſaepe locum hunc retractat, tandem concludit immenſum hunc eſſe Melae errorem, quòd cùm legiſſet 'Αντιόχειαν Συρίαν, quae Antiochia eſt cognomento Syria, ille contrà putarit Syriae partem quandam cognominatam fuiſſe Antiochiam. Sed profectò ipſe graviſſimè errat, non Mela, vel Plinius: quàm enim abſurdum fuerit, ut ab illis quatuor urbibus, quas in hac Syria condidit Seleucus Nicanor, dictae ſint regiones, Apamena, Seleucis, & Laodicena, ſola verò Antiochia, quae erat metropolis omnium, nullam ſibi habuerit ſubditam regionem. Argumenta verò, quae adfert Salmaſius ut hoc evincat, planè contra ipſum faciunt: nam quod inquit hanc Antiochiam Syriam eſſe cognominatam ad diſtinctionem aliarum, id planè ab omni ratione eſt alienum, cum in Syria plures ſint Antiochiae. Jam verò quare utitur exemplo Καισαρείας Καππαδοκίας, quando pro urbe accipitur, & non potius Μαυριτανίας Καισαρείας quando pro regione accipitur? Imò vel ipſa Καππαδοκία Καισάρεια aliquando accipitur pro altera Cappodociae parte. Sed profectò quid verbis opus eſt, cùm Strabo 'Αντιοχίδος regionis non ſemel meminerit, urbesque in eas ſitas commemoret.

l. 18. *Eſt Iope ante diluvium, ut ferunt, condita*] Ita libri veteres: utrumque enim rectum 'Ιόπη & 'Ιόππη. Hinc *toparchia Iopica* apud Plinium. Putabant quippe Graeci nomen accepiſſe id oppidum ab Iope Aeoli filia. Quod autem hîc inquit Mela oſtentari in ea oſſa marinae belluae, cui objecta fuit Andromeda, in eo ſecutus eſt Graecos, qui id ipſum ſcripſerant, antequam ea Romam transferrentur à M. Scauro. Ita paſſim ſolet Mela, dum Auctores ſuos nimium diligenter ſequitur, ſaepe de rebus quae olim fuere, tanquam etiamnum praeſentibus loquitur. De veteribus autem aris nemo quod ſciam alius, tantùm vinculorum Andromedae veſtigia reperiri ait Plinius, *Inſidet collem praejacente ſaxo, in quo vinculorum Andromedae veſtigia oſtendit.* Attamen idem Plinius eodem libro cap. 31. Andromedam objectam inquit fuiſſe huic belluae in inſula Paria, quae ante Ioppen ſita ſit. Sed verò Joſephus affirmat in ipſo litore ſigna catenarum Andromedae oſtendi, non in oppoſita inſula. Vide quae infrà de Paria ſumus dicturi. Ab hoc autem ceto *Dea Ceto* Plinio, quae eadem eſt atque ἡ Σιτὼ Philonis Herennii. Dagon nempe Syrorum numen & à piſce, & à frumento nomen traxiſſe poſſit videri. Eadem eſt ergo ἡ Κητὼ & ἡ Σιτώ. Attamen exiſtimo Byblienſem

hunc

hunc Grammaticum non rectè vertiſſe locum iſtum Sanchuniathonis, cùm prior interpretatio longè ſit verior, utpote quam alii etiam confirment Auctores.

## In Cap. XII.

## DE PHOENICIA.

l. 3. *Literas & literarum operas* ] Et hunc quoque locum mutare conatus eſt Pintianus, ſed profectò errat. *Literas* enim hic vocat Arithmeticam, & ſcientias mathematicas, quae numerorum beneficio indigent. Sic quoque Cicero lib. II. *de Divinatione*, *eadem in literis ratio eſt*, *reliquisque rebus*, *quarum eſt diſciplina.* Manifeſtè hîc *literae* ponuntur pro numeris. Sic etiam hoc vocabulum accipiendum apud Terentium *Eunucho*, *Fac periculum in literis*, *fac in palaeſtra*, *in muſicis.* Sed & Capitolinus de Pertinace, *Puer literis elementariis & calculo imbutus.* Malè haec interpretantur Viri docti de Grammatiſtica, nam quid opus fuiſſet monere Pertinacem didiciſſe legere. Per *literas* omnino intellige hoc loco elementa Matheſeos, quae στοιχεῖα vocant Graeci. Epigramma vetus:

*Indoctus teneram ſuſcepit calculo pubem,*
*Quam cogat primus diſcere literulas.*

Manifeſtè *literae* hîc pro numeris accipiuntur, quemadmodum ſaepe quoque aliàs: notum enim apud omnes gentes antequam cifrae quas vocamus eſſent repertae, *literas* pro numeris in uſu fuiſſe. Nec tamen adeò recens eſt cifrarum uſus, atque plerique exiſtimant. Illae ipſae notae, quibus nunc utimur, exſtant quoque in Notis Senecae & Tyronis, multo verò clarius apud Boëthium in *Elementis Geometricis*, ubi Pythagoricis inventionem earum tribuit. Verùm ut id non ſit, neutiquam tamen dubitandum, quin antiquiſſimis etiam Graecis & Romanis cognitae fuerint, ac ab iis praecipuè uſurpatae, qui compendiarium ſcribendi genus ſectabantur. Hinc adparet toto caelo errare illos, qui ab Indis aut Arabibus notulas has fluxiſſe exiſtimant. Nullum Arabum monumentum literarum exſtat, quod vel Boëthii aetatem aequet, ne dicam Senecae & Tyronis. Manifeſtum eſt itaque Arabes ſigna iſta numeralia à Graecis hauſiſſe, Indos verò ab Arabibus. Huc accedit quòd forma cifrarum

in

in libris Arabum & Indorum planè conveniat cum illa, quae in antiquisſimis Graecorum Latinorumque monumentis comparet. Verùm haec obiter, plura dicturi in *Diſſertatione de litteris & vera pronuntiatione Linguae Graecae.* Ut verò ad Melam redeamus, rectè illorum commentum esſe dicit literas ſive numeros: Phoenicum enim inventum esſe Arithmeticam & Aſtronomiam teſtantur cùm innumeri alii, tum praecipuè Strabo, & hanc quidem ex Logiſtica, alteram verò ἐκ τῆς νυκτιπλοΐας initium ſuum habuisſe ait: vide illum lib. XVI. Statim poſtea idem Pintianus delenda cenſet iſta verba, *regnum proeliumque commenti.* Absque iis tamen manca eſt oratio. Sanè minus laborandum eſt in emendando hoc auctore, abſtergendisque iis maculis, quas veteres induxere Librarii, quàm in indicandis & expurgandis pravis lectionibus, quas Eruditi hujus ſeculi obtrudere voluerunt.

l. 7. *Tyros aliquando inſula*] In antiquisſimo codice ita hic locus concipitur, *Tyros aliquando inſula, nunc annexa terris deficit. Quondam ab impugnante quondam Alexandro jacta opera.* Si repetitum iſtud auferas adverbium, habebis veram lectionem. Rectè verò addit *deficit*, quia poſtquam ab Alexandro haec urbs continenti juncta fuit, prorſus fatiſcere & deficere coepit, & ſola tantùm floruit purpurae tinctura. Itaque Plinius de hac ait, *nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat.* Mirum tamen quod Strabo dicit libro poſtremo, urbem hanc, licet tam graviter ab Alexandro afflicta fuerit, tamen ſeſe recollegisſe, melioremque factam esſe hac calamitate. Idem quoque videtur innuere Seneca *Natural. Quaeſtionum* VI. *Tyros aliquando infamis ruinis fuit.* Aliter itaque accipiendus eſt forſan hic locus Pomponii, *nunc annexa terris deficit.* Sic nempe, ut ſubintelligatur, *deficit esſe inſula.* Priorem tamen interpretationem veriorem esſe exiſtimo.

l. 9. *Vici tenent ulteriora, & adhuc opulenta Sidon*] Tyros deficit; ſed adhuc opulenta eſt, inquit, Sidon. *Vici* verò & oppidula multa interjecta ſunt inter Tyron & Sidonem, quae recenſent Scylax Caryandenſis & Plinius. Malè itaque haec verba delenda esſe cenſet Pintianus.

l. 12. *Ab ea ad promuntorium Euproſopon*] Ita forſan vocavit Mela promuntorium, quod Scylax, Strabo & Ptolemaeus Θεοῦ πρόσωπον appellant. Εὐπρόσωπον ſanè eſt in omnibus veteribus libris quos vidi. Videtur autem à forma ei id nominis fuisſe impoſitum. Offendit haec appellatio aures Chriſtianorum ſequioris aevi, itaque non Θεοπρόσωπον ſed

Λιθο-

Λιθοπρόσωπον illud appellant. Arabes vocant *Anſ-alhagiar*, quod *naſum lapideum* interpretantur. Sed Arabes omnia promuntoria vocant *naſos*. Anno XXIV. Juſtiniani imperatoris promuntorium hoc terrae motu avulſum in mare decidit. Caſus tamen hic profuit Botryenis. Quippe mons is adeò feliciter cecidit, ut portum illis lapſu ſuo formarit, quo antea carebant. Narrant id cùm alii, tum Theophanes, in *Chronico* ad praedictum Juſtiniani annum, quamvis apud illum *Botryn* ineptè in *Boſtram* mutarint.

l. 17. *Sed adverſa adjacens à terra grandem ſinum*, &c.] Quicunque fuit architectus hujus lectionis, peſſimè ille de Pomponio meritus eſt. Omnes libri legunt, *ſed adverſa adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit*. Nihil verius & manifeſtius hac lectione.

l. 26. *Berytus*, *Laodicea*, *Arados*] Jam ſuprà ante *Byblum* & *Botryn* recenſere *Beryton* debuerat. Scio quidem Pomponium non ordinem ſemper ſitus obſervare, ſed opulentiores urbes ſaepe ſolere praemittere, verùm id hîc locum non habet: ſi enim Syriae Antiochenae initium ſtatuamus Paltum oppidum, uti Pomponius, ſive Eleutherum amnem, uti alii, jam Berytus non poteſt accenſeri urbibus Antiochenae Syriae. Tamen vix mihi perſuadere poſſum errasſe hîc Melam, aut ſaltem errasſe ſine Auctore. Non Librariorum vitio vocabulum id additum eſſe ex eo adparet, quòd Lycum quoque amnem huic Syriae tribuat, qui à Beryto non longè admodum abeſt. Quapropter arbitror Berytum Antiochidi fuisſe attributam, licet extra Antiochidem eſſet ſita. Neque id magis mirum videri debet, quàm quòd Ptolemaeus Seleuciam collocet extra Seleucidem.

l. ead. *Arados*] Fruſtra hîc *Arados* recenſetur, cùm eam infrà deſcribat, & inter inſulas maris Mediterranei nominet. Libri veteres legunt, *Laodicea*, *Aroſos*. Omnino ſcribendum eſt *Rhoſos*.

l. 27. *Lycos & Labotas & Orontes*] Ita Pintianus repoſuit, cùm priùs legeretur *Hypotas*. Meminit quidem Strabo libro poſtremo Arceuthi & Labotae amnium, qui fluunt ſupra Antiochiam, ſed non videntur iſti amnes in hunc Iſſicum ſinum exire, ſed vel in ipſum fluere Orontem, vel, quod magis arbitror, in Euphratem. Aliud itaque quaerendum. Veteres libri legunt, *Hipatos*. Verùm & paulò ſuperiùs ubi *Paltos* legitur, *Hipatos* ſimiliter habent omnes manu exarati codices. Dico utrobique legendum eſſe *Paltos*, & fuiſſe fluvium urbi cognominem. Meminit hujus flumi-

fluminis Simonides apud Strabonem lib. xv. in loco ita legendo: Ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτον τῆς Συρίας παρὰ Βάλδαν ποταμὸν, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυράμβῳ τῶν Δαλιακῶν. Non audiendi ſunt qui locum hunc Strabonis corrigere conantur. Πάλτος & Βάλδος utrumque rectum eſt. Neque id tantùm habet locum in fluminis, verùm etiam in ipſius urbis appellatione. Stephanus, Βάλδος πόλις Φοινίκης· ὁ πολίτης Βαλδαῖος.

## In Cap. XIII.

## DE CILICIA.

l. 4. *Nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris*] Πολίχνιον vocat Strabo. Exſtitiſſe quoque Ciceronis ſeculo apparet ex ejus *Epiſtolis*; ait enim in illis alicubi, *Imperator vocatus ſum apud Iſſum*. Legunt itaque Viri docti, *nunc minima quidem*, &c. Sed hoc pacto ſermo erit vitioſus. Vera eſt lectio veterum exemplarium, *Nunc ne minimè quidem, tunc ingenti urbe celebris. Iſſo fuit.*

l. 6. *Procul inde Amanoïdes promuntorium*] Haec eſt Hermolai Barbari conjectura, cùm priùs. legeretur *Aminodes*. Multis tamen de cauſis non poſſum hanc lectionem probare, cùm nulla prorſus ratio fingi poſſit, quamobrem promuntorium aliquod Amano magis ſimile eſſe dicatur, quàm alteri monti. Praeterea mons iſte non eſt Amano ſimilis, ſed Amanus ipſe: Amanus enim vocatur ea etiam Tauri pars, quae Ciliciam a Cataonia dirimit. Duobus verò diverſis jugis in mare excurrit, totumque ſinum Iſſicum amplectitur, ut inquit Strabo. Altero quidem jugo Syrias & Amanidas portas efficit, alio verò Cilicias portas, & hoc, cujus hîc Mela meminit, promuntorium. Sed uſus obtinuit ut ſolae illae portae, quae Syriis portis vicinae ſunt & Iſſo urbi, dicantur Amanides, cùm tamen quatuor Amani portas Veteres recenſeant. Itaque non *Amanoides*, ſed vel *Amani*. vel *Amanidum* iſtud *promuntorium* appellaſſet Mela. Sed profectò, id quod ſemper ferè, id ipſum quoque hîc locum habere puto, ut lectio veterum librorum, aut ſaltem quae ei proxima eſt, eadem quoque ſit veriſſima. Legendum enim *Ammodes*: Ἄκρον Ἀμμῶδες Graeci vocarunt, cujus nominis promuntoria etiam alibi terrarum occurrunt.

l. 8. *Pyramus Iſſo propior Mallon praeterfluit*] Ita quidem

dem Pintianus & alii, cùm vulgò *prior* legeretur, non *propior*; nihil tamen mutandum erat. Iſſo enim euntibus Pyramus fluvius prior occurrit, deinceps Cydnus. *Prior* verò pro propiore, & *primus* pro proximo, ſaepe apud praecipuos etiam Linguae Latinae Auctores. Exempla multa congesſere Eruditi.

l. 10. *Olim à Rhodiis Argivisque*] Putant Viri eruditi *Achivisque* legendum esſe, non *Argivisque*. Ita enim Strabo: μετὰ δὲ Λάτμον Σόλοι πόλις ἀξιόλογος τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν Ἰσσὸν, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου. Stephanus quoque *Cilices* priùs *Achaeos* dictos fuisſe ait ex Herodoto; verùm aliter ipſe Herodotus, cujus verba haec ſunt lib. VII. Οὗτοι μὲν τὸ παλαιὸν Ὑπαχαιοὶ ἐκαλέοντο· ἐπὶ δὲ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος ἀνδρὸς Φοίνικος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Stephanus non rectè Ὑπαχαιοὺς in Ἀχαιοὺς mutavit. Quo enim modo Ὑποχαλκίς & Ὑποθῆβαι, eodem etiam Ὑπαχαιοὶ vocantur. Sed verò in Mela nihil mutandum esſe, vel unus hic teſtabitur Livii locus lib. XXXVII. *Pro his cùm gratias egisſent Rhodii, de Solis urbe, quae in Cilicia eſt, egerunt. Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos esſe: ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis caritatem esſe.* Nec tamen diverſa eſt horum inter ſeſe opinio, nam & Argivi aliquando Ἀχαιοὶ vocantur. Hinc Homero Ἄργος Ἀχαιϊκόν.

l. ead. *Poſt piratis Pompejo adſignante posſesſae*] Ita alii repoſuerunt, cùm tamen in omnibus, quae comparent, exemplaribus antiquis ſcriptum ſit, *pro piratis*. Videtur legendum, *porro piratis Pompejo adſignante posſesſae*. *Porrò* hîc eſt adverbium temporis, uti ſaepe aliàs.

l. 13. *Arati Poëtae monumentum*] Hoc miraculum nemo quod ſciam alius prodidit. In *Vita* tamen *Arati* inedita Solis ſepultus esſe traditur. Hinc forſan factum, ut Solenſis creditus ſit, niſi potiùs hoc contigit quia Solis habitarit. Aſclepiades ſanè Myrleanus, in *Vita Arati*, negat illum fuisſe Solenſem, ſed Tarſenſem fuisſe dicit. Solenſes certè videntur ipſum ſibi vindicasſe. Quippe qui apud Goltzium exſtant Pompejopolitarum nummi, illi de Solenſibus ſunt accipiendi, & proculdubio eſt Arati hujus effigies, quae in illis comparet, niſi potius Chryſippi Philoſophi esſe exiſtimemus. Callimachus quoque ipſum Solenſem vocat in epigrammate, quod hîc emendatum adſcribam:

Ἡσιόδου τὸ δ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος οὗτος ἀοιδοῦ
 Ἔσχατος, ἀλλ' ὄχα. σοὶ μὴ τὸ μελιχρότατον.

Τῶν

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
῾Ρήσιες ᾿Αρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Carmen illud ſcriptum eſt non in Aratum, ſed in Heſiodum, cujus ἀστρικὴ βίβλος hîc laudatur. Dicit verò Callimachus, difficilia illa, miniméque florida, quae Heſiodus omiſisſet, Aratum perfeciſſe, ideoque jubet valere tetricas iſtas & injucundas vigilias. Proximè vero accedit haec noſtra correctio ad vulgatam lectionem, verisſimumque & elegantisſimum exhibet ſenſum. Sed verò illa Salmaſii, in *Commentariis ad Solinum*, neque elegans eſt, neque intellectu facilis. Graecum praeterea non eſt μελιηρότατον. Errat etiam cùm ᾿Αῤῥήτου ſcribendum eſſe dicit verſus gratia, non ᾿Αρήτου. Leonidas Tarentinus in *epigrammate* & ipſe quoque ſyllabam iſtam producit, Γράμμα τὸ δ᾽ ᾿Αρήτοιο δαήμονος.

l. 17. *Suprà ſpecus eſt nomine Corycius*] *Suprà* quomodo pasſim à Mela & aliis Geographis accipiatur, jam alibi oſtendimus. Pulchra verò & facilis ac luce meridiana clarior eſt haec Corycii antri deſcriptio; meram tamen huic noctem ſuffundere conatus eſt Vir doctus prolixa admodum digresſione *ad Solinum*. Nam dum efficere cupit, ut Strabo & Mela idem dixerint, id facit, ut quàm longisſimè à ſe invicem recedant. Ait Melam ex Strabone vertiſſe hanc deſcriptionem. Sed verò ſi non aliunde quàm ex Strabone eam hauſerit Mela, magnum eum impoſtorem fuiſſe oportet, cùm tot de ſuo adtexuerit. Abſit ut ita de diligentisſimo Auctore ſentiamus, quo nemo Latinorum accuratiùs de geographia ſcripſit. Strabonis libros eum non legiſſe, & forſan ne vidiſſe quidem, multis ſatis conjecturis oſtendi poſſe arbitror. Jam quod ait, Melam confundere ſpecum Corycium cum monte Coryco, quis hoc credat? Si ſpecus iſte non ſit in ipſo Coryco, in quo ergo eſt monte? Quod autem Strabo inquit antrum illud abeſſe à mari viginti ſtadiis, id tantùm abeſt ut contrarium ſit Melae, ut potius mirificè ſententiam ejus confirmet. Ait namque Mela montem illum habere ad mare clivum decem ſtadiorum ſatis arduum. Ab altero verò latere, quâ terras ſpectat, deſcenſum mille & quingentorum pasſuum. Habes hîc viginti duo ſtadia ad mediam vallem. Quomodo igitur fieri poteſt quod doctisſimus Solini Interpres pasſim repetit, ſpecum iſtum longè ultra montem & magis in mediterraneis ſitum fuiſſe? Altera ratio, quam mox ſubdit, multo etiamnum eſt infirmior:

nam quid clarius ſequentibus illis Melae verbis, cùm dicit, in ſecundo ſpecu amnem oriri, qui tantummodo ſe oſtendit, & ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demerſum abſcondi. Ipſum nempe montem ſubit amnis hic occulto cuniculo, ut inquit Strabo, & hoc pacto in mare egeritur. Ad haec autem alter: *Hoc non poſſe fieri è monte in mare prominente. Nam Corycum montem eſſe, ἄκραν eſſe, promuntorium ſcilicet vel prominentiam mari incumbentem.* Verùm & ex hoc, & ex innumeris aliis locis ſatis aliquis poſſit colligere, non rectè eum accipere vocem *promuntorii*. Putat quippe omnia *promuntoria* eſſe montes mari incumbentes. Atqui hoc longè aliter ſeſe habet. Multa enim paſſim ſunt promuntoria, ubi tamen nulli ſunt montes, nedum qui mari incumbant: multi verò montes mari incumbunt, ubi tamen nulla ſunt promuntoria Litorum enim, non montium prominentiae efficiunt promuntoria, Verùm & ſequens illum fallit ratio, cùm putat ὀφρῦν πετρώδη ἱκανῶς ὑψηλὴν, ut eſt apud Strabonem, ita reddidiſſe Melam, *decem ſtadiorum clivo ſatis arduum*. Mela enim loquitur de clivo montis adſito mari: Strabo verò de ipſius antri lateribus, quibus in oppoſita montis parte ſpecus ille utrinque praecingitur. Sed & illud quis mihi expedire poſſit, hunc montem Corycum juxta calculum Melae, qui ei decem ſtadiorum clivum ab una parte, & ab altera duodecim ſtadiorum deſcenſum tribuit, altiorem eſſe monte Pelio, cui tantùm mille ducentorum & quinquaginta paſſuum ſive decem ſtadiorum perpendiculum tribuit Dicaearchus? Juxta hunc doctiſſimi Salmaſii calculum perpendiculum quarundam Alpium erit quinquaginta ferè millium paſſuum, quia tanto ſpatio clivi earum adſurgunt. Non video etiam quid ſibi velit, cùm inquit, *Clivum cùm in rectum ſurgit, parum abeſſe à ratione perpendiculi*. An *clivus* poteſt vocari aliquid quod in rectum ſurgit? Sed & hoc miror, quod dicit, maximos eſſe montes qui clivum bis mille & quingentorum habent paſſuum. Inter majores certè Alpes (ut de aliis taceam) nullae ſunt quae non decies, imò vicies aliquando, menſuram hanc impleant. Et ſanè nullus poteſt clivus dari qui adſcenſum patiatur, quin plus quàm duplam habeat perpendiculi menſuram. Minus ſi obtineat, jam non recto tramite, ſed per ambages & anfractus ſuperatur, nec tamen ideo brevior eſt clivi adſcenſus. In loco quoque Dioſcoridis emendando graviter impingit. Sed hunc errorem ipſe poſtmodum agnoſcit. Verùm utinam totam hanc retracta-

per exercitationem Vir doctiſſimus; neque enim aliquid in ea eſt, quod commodam admittat interpretationem.

l. 18. *Ac ſupra quam ut deſcribi facile poſſit eximius*] Meliores libri ita legunt. *Ac ſuprà quam deſcribi facile ſit eximius*; atque ita procul dubio ſcripſerat Mela.

l. 20. *Et decem ſtadiorum clivo ſatis arduum*] Salmaſius putat veriſimile eſſe Melam ita ſcripſiſſe, *& viginti ſtadiorum clivo ſatis arduum*. Sed veriſſimam eſſe vulgatam lectionem, ſatis jam, ut opinor, ſuperiùs oſtendimus.

l. 23. *Virent lucis pubentibus undique*] Meliores omnes codices legunt, *pendentibus*, non *pubentibus*. Sic quoque Solinus, & omnino ea eſt vera lectio.

l. 27. *Ubi contemplati duravere, non ſatiet*] Haec eſt lectio vulgata, quam confirmant Vaticanus, aliique optimi codices. Salmaſius hoc loco ſcribendum eſſe exiſtimat, *ubi contemplari duravere*, non *contemplati*. Addit etiam hanc Latinam & probam eſſe phraſin. Verùm iſtud ego ne jurante quidem Priſciano crediderim. Illa verò quam reddidimus lectio Latina & proba. *Contemplati* enim pro contemplantes, ut infrà *venerati* pro venerantes. Paſſim apud optimos Auctores ſimiles occurrunt locutiones, quas colligere taedioſum.

l. 29. *Quingentorum & mille paſſuum*] Solinus hoc loco legit, *quingentorum & bis mille paſſuum*; niſi forſan de ſuo addiderit mille iſtos paſſus, quo molliorem faceret deſcenſum.

l. 30. *Et opaca ſylvae quiddam agreſte reſonantis*] Haec ex illis Strabonis verſa eſſe putat Salmaſius, Μεστὸν δὲ τῆς θαμνώδους ὕλης, ἀειθαλοῦς τε καὶ ἡμέρου. Melam verò hîc legiſſe ait, *καὶ ἀνημέρου*, quia vertit, *agreſte quiddam reſonantis*. Sed quid fructibus commune cum ſono? Strabo ait ſpecum Corycium plantis perpetuò virentibus, & mitibus refertum eſſe fructibus: Mela verò dicit, ſylvas aſperum & agreſtem edere ſonum; utpote quae auris aquarum allabentium ſemper adflentur & horreſcant. Nulla ergo comparatio poteſt inſtitui vel hîc, vel in ſequentibus verborum Strabonis & Melae, cùm diverſa de hoc ſpecu prodiderit uterque, non tamen contraria. Omnia ferè quae de ſpecu hoc narrat Strabo, habet etiam Mela; hic autem multa habet, quae non leguntur apud Strabonem.

l. 36. *Ducit auſos penitus*] Minuti quidam Critici legunt hic *penitius*, quaſi verò & alterum non ſit rectum. Paulò poſt, legunt omnes antiquiores libri, *Ibi ingens amnis ingenti*

*ti fronte ſe extollens.* Quod non mutandum videtur. *Ingenti fronte*, id eſt, lato ore, lata facie. Paſſim ſic loquitur Auctor noſter.

## IN CAP. XIV.

## DE PAMPHYLIA.

l. 5. *Ex edito admodum colle proſpectat Aſpendos*] Ita quoque Arrianus lib. 1. qui ait ἐν ὀχυρῷ καὶ ἀποτόμῳ ἄκρᾳ ſitam eſſe Aſpendum. Mirè autem confuſa eſt apud Ptolemaeum deſcriptio Pamphyliae; is quippe Aſpendum collocat ad Cataracten fluvium & plus quadringentis à mari remotam ſtadiis, cum tamen ad Eurymedontem ſita fuerit, ad ſexageſimum à mari ſtadium. Sed locus iſte Ptolemaei valde luxatus eſt, quippe non hoc tantùm oppidum, ſed & Eurymedon fluvius, & Ceſtros, & Cataractes; multa inſuper oppida à vero ſuo ſitu deturbata ſunt. Nos omnia ea integritati ſuae reſtituimus ope veterum codicum, uti fuſè ad ipſum oſtendemus Ptolemaeum. Fallitur Cl. Salmaſius, quum exiſtimat, Rufum Feſtum Avienum in verſione Dionyſii omiſiſſe *Aſpendum* & ſubſtituiſſe *Sidam*, quia hanc ad Eurymedontem collocat Ptolemaeus, alteram verò ad Cataracten flumen; nam neque verum eſt, ut diximus, Ptolemaeum collocaſſe *Aſpendum* ad Cataracten, vel *Siden* ad Eurymedontem. Sed neque iſtud verum, Rufum Feſtum meminiſſe Sides; ita enim ſupplendus & legendus eſt ejus locus ex veteri libro;

*——— prope celſam ſurgit in arcem*
*Piſcoſi Aſpendum flumen ſecus Eurymedontis.*
*Sus ubi deformis calidis adoletur in aris*
*Saepe Dioneae Veneri.*

Ex duobus interjacentibus verſibus Librarii unum fecerant hoc modo,

*Priſcas idas fomes calidis adoletur in aris.*

l. 8. *Duo validisſimi fluvii, Ceſtros & Cataractes*] Ceſtrum dictum eſſe putant quia ſe praecipitat. Movit hoc non nullos ut hic *Oeſtrum* pro *Ceſtro* reponerent, prorſus ineptè. Κέστρον plerique hunc amnem vocant. Fugit verò illos, hoc

vocabulum etiam ſagittam & jaculum ſignificare; potuiſſent hoc illos docere Grammatici, qui Κέστρον interpretantur, ἀκόντισμα. Hinc κεστροσφενδόνη apud Livium & Tacticos, & ξύλον κεστρωτὸν, pro ſude praeuſta, quam πυρίκαυστον aliter appellant. Heſychius: Κεστρωτὸν ξύλον, βαρὺ ἔχον τὸ κέντρον, οὐκ ἔχει δὲ σίδηρον οὐδὲ ἀκμήν. Εἰώθασι δὲ οἱ βοτῆρες πυροῦν τὰ ἄκρα τῶν αὑτῶν ξύλων. ἕνεκα τοῦ πεπυρῶσθαι, πυρίκαυστον. Ita legendus iſte locus. Perperam illum emendare conatur Vir magnus in *Solinianis*. At verò longè aliter accipiendus hic Pomponii locus: cùm enim dicit, *hic quia ſe praecipitat, ita dictus*, id non de Ceſtro, ſed de Cataracte intelligi debet. Quid ſit καταράσσειν notum eſt. Non ad aquarum tantùm lapſum tranſlatum hoc vocabulum, verùm etiam ad lari quoddam genus, quem itidem *catarracten* appellant. Cauſam nominis reddit Dionyſius Characenus in *Ixeuticis*, aliquando à nobis in lucem producendis. Is itaque ſic de hac ave: Πρὸς ὕψος ἑαυτὸν αἴρει, καὶ τὰ πτερὰ πάντα συστείλας εἰς τὸν πόντον οἷα πίπτων οἴσεται, διατεμὼν τὸν ἀέρα παντὸς ἂν εἴποις βέλους ὀξύτερον, καὶ καταδύεται μέχρι ὀργυιᾶς ἢ καὶ πλέον, ἔσθ' ὅτε συλλαβὼν τὸν ἰχθὺν ἀνασπᾷ, καὶ ἀνιπτάμενος ἔτι πάλλοντα κατεσθίει.

l. 11. *Et Dianae, quam ab oppido Pergaeam vocant, templum*] In optimis libris ſcriptum reperi *Pergaſeam*, non *Pergaeam*; quamvis & hanc lectionem nonnulli exhibeant libri. Verùm quo minus alteram abjiciendam eſſe exiſtimem facit Stephani locus, Πέργη πόλις Παμφυλίας· τὸ ἐθνικὸν Περγαῖος, τὸ θηλυκὸν Περγαία, καὶ Περγασία Ἄρτεμις. A *Perga* tamen vix poteſt deduci Περγασία, aut Περγησία. Latinorum is potiùs typus eſt, quàm Graecorum. Deorum tamen dearumque cognomina, quae ab urbibus locisque imponuntur, aliter ſaepe inflectuntur, quàm hominum. A *Perga* itaque non tantum eſt γύνη Περγαία, ſed & Περγάς. Inde Περγασία & Περγασαία. Rectè itaque apud Melam *Pergaſaea Diana*, quae eadem eſt atque *Pergaea*.

l. 13. *Mons Sardemiſos*] Ita quoque Plinius. Oppidum hic recenſet Stephanus Σάρδησσον, in quo Sardesſius Jupiter colebatur. Proculdubio ejusdem id oppidum nominis fuit atque mons. Sed ſaepius iſtiusmodi vocabula contrahuntur. Ita ex *Paropamiſo* fecere *Parniſum*. Σαρδησσίων quoque mentio eſt in nummis Veſpaſiani.

l. ead. *Phaſelis à Mopſo condita finis Pamphyliae*] *Phaſelin* alii Pamphyliae, alii Lyciae, alii Cilicum urbem eſſe dixerunt. Hoc mirantur Viri eruditi, neque minus iſtud, quòd cùm Strabo hanc vocet πόλιν ἀξιόλογον, tribusque in-

ſtructam

ſtructam portibus: Lucanus tanquam oppidulum deſcribat: ait namque lib. VIII.

> ——— —— *te primum parva Phaſeli*
> *Magnus adit: nam te metui vetat incola rarus.*
> *Exhauſtaeque domus populis, majorque carinae*
> *Quàm tua turba fuit*

Verùm ita ſeſe res habet. *Phaſelis* à Lyciis olim fuit habitata, Lyciaeque attributa fuit primitus. Pamphyliis verò latè oram maritimam tenentibus, Pamphyliae annumerata fuit urbibus, licet incolae esſent Lycii. Poſtmodum opportunitate ſitus allecti, & invitati à Cilicibus, ipſi quoque piraticae ſe applicuerunt, aut ſaltem piratis receptaculo fuere, deſerta communi Lyciorum ſocietate vel ſua ſponte, vel ejecti ab illis. Tum Cilicum dicta fuit urbs *Phaſelis*. Deinceps Publius Servilius eam evertit. Propter incolarum itaque paucitatem *parvam* eam vocat Lucanus: nam ſi aliter intellexerit, & exiguum oppidulum fuisſe exiſtimarit Phaſelida, valde erravit. Aſconius Pedianus, Corycum, Olympum & Phaſelida tres magnas Cilicum appellat urbes.

## In Cap. XV.

## DE LYCIA.

l. 3. *Side portu & Tauri promuntorio grandem ſinum claudit*] Quaerunt hic Viri docti, quomodo Lycia ſinum claudat promuntorio Tauri & Side oppido, cùm *Siden* jam ſuperiùs retulerit in ea Pamphyliae parte quae Ciliciae eſt proxima? Pintianus hac de cauſa locum corruptum esſe arbitrabatur, & legendum esſe *Lyde*, non *Side*. Sed decepit eum vitioſa Ptolemaei lectio. Χύδαι enim apud illum, non Λύδη ſcribendum. Plinius & ipſe quoque mentionem facit hujus ſinus, ſed unius tantùm termini, Tauri nempe, meminit. Verba ejus ſunt: *Junctum ei mare Lycium eſt, gens Lycia, unde vaſtus ſinus; Taurus mons ab Eois veniens litoribus Chelidonio promuntorio diſterminat.* Locum hunc Plinii valde vexat magnus Solini Interpres; vaſtam enim admodum de hoc exercitationem contexuit. Ac primò quidem videtur exiſtimare pro *diſterminat*, reponendum esſe *ciſterminat*. Verùm hoc vocabulum ne ipſe quidem intellexisſet Plinius.

Quod autem pro Chelidonio promuntorio reponit *Chelidonión*, & in hoc quoque fallitur. Ipſae enim inſulae Chelidoniae vocantur *Tauri promuntorium*, ut mox oſtendemus Nihil itaque mutandum in verbis Plinii, quae plana ſunt & facilia. Ait namque, Phaſelidi junctum eſſe mare Lycium, gentem Lyciam, & ſinum vaſtum ab ea denominatum. Omnia autem haec à Pamphylia, & mari Pamphylico, disterminare Chelidonium promuntorium. Idem de hoc promuntorio inquit Lucianus in *Navigio*: Μετ' ἐκεῖνο γὰρ δὴ συμβαίνει μερίζεσθαι τὸ Παμφύλιον ἀπὸ τῆς Λυκιακῆς θαλάσσης. Juxta Salmaſii emendationem ſequeretur ſinum hunc ſitum eſſe in Caria, quod quàm à mente Plinii ſit alienum, quivis facilè videre poteſt. Ut autem ad Melam redeamus, & ſignificemus, quare Sidam oppidum, quam mox Pamphyliae tribuit, & quidem illi quae à Lycia eſt remotiſſima, nunc adſcribat Lyciae; id maximè hac de cauſa factum eſſe exiſtimo. Pamphylii olim non ad mare habitabant, verùm prorſus erant mediterranei. Sive autem à Troja, ſive aliunde venerint, conſtat illos incoluiſſe longum terrarum tractum à Phoenice Lyciam uſque. Verùm illic Cilicibus permixta agebant; Pamphyliam verò obtinebant integram, excepto tantùm litorali tractu, quem tenebant Lycii, aliique Graeci qui Lyciorum communitati nomen dederant. Lycia itaque primò Ciliciae fuit contigua. Hac de cauſa ſtatim poſt Ciliciam Lyciam nominat Auctor noſter ſuperiùs cap. 2. deinceps verò Pamphyliam. Eadem eſt ratio quòd Stephanus Lyciam conterminam faciat Ciliciae, ut jam ſuperiùs oſtendimus. Rectè itaque Mela ad Lyciam ponit vaſtum illum ſinum, quem Side oppidum, & Tauri promuntorium claudit. Poſtquam verò hanc Cumaeorum coloniam, Sidam nempe, tenuerunt Pamphylii, piraticaeque unà cum Cilicibus incumbere coeperunt, multae quoque aliae Lyciorum urbes ſe illis adjunxerunt. Aevo tamen Scylacis Caryandenſis non admodum magnus fuit Pamphyliorum ad mare tractus: Lyciae quippe tribuit pleraſque ferè eas urbes, quae poſteà Pamphyliae ſunt adtributae. Atque haec equidem veteribus hiſtoriis, & veritati ipſi conſentanea eſſe exiſtimo. Quod autem modò dixi, ipſas inſulas Chelidonias vocari *promuntorium Tauri*, id veriſſimum eſt: Taurus enim mons exit in mare jugo admodum celſo ac aeternis tecto nivibus; vocabatur illud olim Ἱερὰ ἄκρα. Ad pedem hujus tres, vel juxta alios, quinque ſunt Chelidoniae inſulae, vel ſcopuli potiùs, ſex tantum ſtadiorum freto diviſi, qui eminus è mari proſpicientibus, tanquam ſimbria pedem

iſtius montis praecingere videntur. Quamvis itaque Ἱερὰ ἄκρα Tauri montis promuntorium vocetur, attamen quia ulterius in mare prominent inſulae iſtae Chelidoniae, ideo in illis promuntorium Tauri ſtatuerunt nonnulli; nam, ut jam alibi diximus, non montium, ſed litorum prominentiae efficiunt promuntoria. Jam verò, inſulas continenti vicinas, & extra reliquum litus in mare procurrentes, vocari promuntoria, neminem, ut puto, paulò eruditiorem latere poteſt. Atque haec quidem ad interpretationem loci Pomponiani & Pliniani dicta ſufficiant. Multus autem eſt Vir magnus in explicatione horum locorum, verùm nihil omnino iſtic adfert, quod non ipſe mox deſtruat, aut quod ſua ſponte non corruat.

l. 9. *Ubi terras dirimit, exit in pelagus*] *Diremit* legunt libri aliquot manu exarati, & editio Vineti; ſic quoque Salmaſius: verùm non rectè aut emendat, aut interpretatur totum hunc Pomponii locum de Tauro. Reducenda eſt vetus lectio, quam omnia conſtanter exhibent vetera exemplaria, quaeque melior, planior, & veritati convenientior eſt omnibus omnium conjecturis: *Idem autem & totus, ut dictus eſt, dicitur, etiam quà ſpectat orientem. Deinde Emodes, & Caucaſus, & Paropaniſus.* Taurum montem, inquit, continuo jugo totam dirimere Aſiam, & incipere quidem ab Eois litoribus, deſinere verò in Lycia. Quamvis autem in diverſis gentibus, diverſa quoque habeat nomina, tamen totum ſub uno Tauri venire nomine, etiam quà ſpectat orientem, nempe ad Tabin, nam & illic Taurum appellari. Deinceps verò alia aliaque ſibi adſciſcere nomina, ac primo quidem Emodem, deinceps Caucaſum, poſtea Paropaniſum dici, ac tandem iterum Taurum. Quaerit Salmaſius, *quomodo Taurus iterum Taurus vocari potuerit, ubi maria Romana contingit, cùm tamen antea non meminerit ita dici.* Sed errat. Meminit lib. III. cap. 6. cùm Taurum ait attolli longè à Tabi promuntorio. Sed & ex hoc loco ſatis id ipſum adparet, ait enim Mela, *Taurus iterum.*

l. 17. *Praeter Patara non illuſtria*] Alio ordine Plinius haec oppida recenſet atque Mela; ille quippe priùs Xanthum, deinceps Patara nominat. Rectè tamen uterque; Limyra enim proficiſcentibus Xanthos oppidum vicinius erit Pataris. Verùm Xanthi oſtia remotiora & ultra Patara erant ſita. *Xanthos* enim mediterranea urbs eſt, *Patara* verò ſita erant ad ipſum mare. Nam quod Scylax ait, ad Patara adverſo amne Xantho navigari, id falſum eſt, & omnino ve-

rum eſt vel erraſſe Scylacem, vel ita ſcripſiſſe, Ξάνθος δι' οὗ ἀνάπλους εἰς πόλιν. Πάταρα πόλις, ἣ καὶ λιμένα ἔχει. Valde autem errat Salmaſius, quum exiſtimat hanc eſſe urbem, quam Dionyſius Alexandrinus vocat Παταρηΐδα ἄκραν. Verſus illius aliter quàm ipſe facit ſunt corrigendi, hoc nempe modo:

—— τὼς κεῖνος ἑλίσσεται εἰν ἁλὶ κόλπος
Νήχυτος ἔνθα καὶ ἔνθα βαρυνόμενος προβολῇσι.
Τοῦ μὲν ἐπὶ προχοῇ Παμφύλιοι ἀμφινέμονται,
Ὅσσον ἐπιπροβέβηκε Χελιδονίων ἐπὶ μυχόν.
Σῆμα δ' ἔχει ζεφύρου Παταρηΐδα τηλόθεν ἄκρην.

Patara urbs nullum efficit promuntorium, portu enim praecingitur. Licet verò exigua aliqua litoris hîc eſſet prominentia, quae tamen nulla eſt, non tamen μεγάλην ἄκρην appellaſſet, ut alibi facit:

Τὴν δὲ μετ' ἀντολίην Χελιδόνιαι γεγάασι
Τρεῖς νῆσοι μεγάλης Παταρηΐδος ἔνδοθεν ἄκρης.

Illud verò planè à ratione alienum, quod oſtendere conatur idem Vir doctiſſimus, Dionyſium hîc per magnum Patareidis promuntorium intelligere portum Patarenſem: nam quis unquam portus & promuntoria confudit? Inſulae litoribus vicinae & peninſulae exſtantes ſaepe promuntoria vocantur, ejus enim rei naturalis eſt ratio; ſed verò ut portus promuntoria appellentur, & exſtare dicantur litora cùm recedunt, id neque ratione, neque ullo exemplo poteſt firmari. Quamvis multa abſurda hanc interpretationem conſequantur, tum illud praecipuè, quòd juxta hunc calculum Chelidoniae Petrae ſitae erunt in intimo Patararum portu. Aliud agebat Vir inſignis cùm haec ſcriberet; & tamen vaſto verborum tractu hoc adſtruere conatur. Sed longè diverſa profectò fuit mens Dionyſio. Παταρηΐδα ἄκρην vocavit ille totum Lyciae promuntorium ſive peninſulam; ſciendum enim Lyciae oram, quae à Chelidoniis uſque ad Telmeſſum extenditur, valde in mare prominere, & peninſulam efficere. Ideo alio loco inquit Dionyſius:

Πρὸς δ' ἅλα κεκλιμένην Λύκιοι χθόνα ναιετάουσι.

At verò in tabulis Ptolemaïcis tantum abeſt ut Lycia in mare

re excurrat, ut potiùs immenſum quantum intus recedat. Verùm id non tam errore factum eſt Ptolemaei, quàm Librariorum eorum qui tabulas confecerunt, ut ad Ptolemaeum ipſum oſtendemus. Taurus quippe mons, à Piſidicis deſcendens jugis, multis in hoc mare exit promuntoriis. Ab alia parte mons Cragus & ipſe quoque ſatis longè in mare evehitur. Hi duo montes efficiunt magnum iſtud Lyciae promuntorium, quod, ut mox dixi, multa alia continet promuntoria, multos quoque portus, & non paucas urbes. A Pataris verò, praecipua hujus promuntorii ſeu peninſulae urbe, *Παταρηΐδα ἄκραν* vocat Dionyſius. Meminit & Heſychius, ſed ex Dionyſio, ut arbitror, *Παταρηΐς, πόλις καὶ ὄρος Λυκίας*. Pindarus *Olympiorum* Ode VII. *ἔμβολον* vocat hanc litorum prominentiam:

*Ἀσίας εὐρυχώρου*
*Τρίπολιν νᾶσον πέλας*
*Ἐμβόλῳ ναίοντας.*

Notat ad hunc locum Scholiaſtes: *ἔμβολος δὲ Ἀσίας ἡ Λυκία· διὰ τὸ οὕτω παρατετᾶσθαι τὴν γῆν ὡσεὶ πόλεως ἔμβολον ἢ τριήρους.* Cauſam nominis hanc poſtea reddit: *Ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστι πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη, ἡ πλησίον ἱερόν τι χωρίον, ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν τοῦ χωρίου, ἐκ γὰρ πολλῶν καὶ πλατέων τῶν παρακειμένων πετρῶν εἰς ὀξὺ λήγει μέρος ἡ χώρα. Νῦν δὲ προσονομάζεται Τριήρης, ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἐπεὶ πλοίῳ προσέοικεν ἡ θέσις τοῦ χωρίου.* Hinc puto eſt, quòd in nummis Chelidoniatarum Ἔμβολος ſive roſtrum navis adpareat, cum hac inſcriptione ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ. Stephanus *Λυκίων χεῤῥόνησον* vocat, quod non de Patarenſi portu, ſed de tota peninſula accipiendum eſt. Addit idem nominis originem, nempe dictam eſſe *ἀπὸ πατάρας*, quod *κίστην* & *κιβωτὸν* interpretatur: *Ἀλέξανδρος Σαλακίαν κόρην φησὶ φέρειν ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν πατάρᾳ· ἔστι δὲ ταῦτα πέμματα λύραι τε καὶ τόξα καὶ βέλη, οἷς παίζειν νηπίους ὄντας.* Salmaſius in *Solinianis* inquit legendum eſſe *παίγματα*: ita enim Aeoles & Lycios dixiſſe, non *παίγματα*. Detur Aeoles ita dixiſſe, quod tamen figmentum eſt, verùm unde cognoſcere potuit Lycios ita locutos? Euſtathium autem, qui & ipſe habet *πέμματά τινα ἐν σχήματι λύρας καὶ τόξου καὶ βελῶν*, ait nugari, & forſan Stephanum ipſum. Sed profectò neuter nugatur, ſed ipſe Salmaſius. Sacrificia enim illa, quae olim Apollini offerebant pueri & puellae, appendentes ea aut lauri aut

 olivae

olivae ramo, quam εἰρεσιώνην vocabant, revera erant πέμματα, placentulae quippe erant in formam arcus, lyrae, aliasque figuras confictae. Πλακουντικὰς κολύρας vocat Ariſtophanis Scholiaſtes, qui ſuo etiamnum ſeculo morem iſtum obtinuisſe ſcribit. Πέμματα quoque ea vocat Heſychius, cum διακόνιον interpretatur πέμματα ἐξαπτόμενα τῆς εἰρεσιώνης. Sed & Suidas: Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες λύραν τε, καὶ κοτύλην, καὶ κλῆμα, καὶ ἄλλα τὰ κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνιον. Et poſtea: Ἀμερίας διακόνια τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πλασσόμενα πέμματα. Sed & ipſi verſus, quos accinebant pueri, hoc teſtantur. Exſtant illi apud Plutarchum in *Theſeo*, Clementem Alexandrinum, Scholiaſten Ariſtophanis, & Auctorem Etymologici, ſed ubique corruptè: ita enim ſunt emendandi:

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἄμ' ὀψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃ.

Quod autem haec παίγματα *jocula* à Cicerone vocari inquiat, in eo quoque inſigniter errat. Locus Ciceronis exſtat in *Paradoxis Stoicorum* cap. 5. *Nonne igitur ſunt illa feſtiva? Sunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obſecro te, ita venuſta habeantur iſta, ut non vincla virorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum.* Ita habet vulgata lectio, ita omnes libri antiqui. Et ſanè quid clarius & manifeſtius excogitari posſit his verbis? Jubet ut tabulae & ſigna artificum ſint oblectamenta noſtra, non verò vincula, quae totos nos teneant ac posſideant. *Vincla* tamen hîc non patitur Salmaſius, & *jocula* reponit. Quòd tantùm abeſt ut ſit elegans, aut ſenſui Ciceronis conveniens, ut ne Latinum quidem ſit. Adeò tamen placuit ipſi hoc vocabulum, ut & Vitruvio inſerere non dubitarit. Verùm in loco Vitruvii nihil eſt mutandum. Quotaquaeque enim eſt puella, quae non poculis & vaſculis delectetur? Monilia verò ac annulos quis credat à nutrice in aperto & ſub dio collocata fuisſe unicâ tantùm tecta tegulâ? Vide hiſtoriam, & fateberis nihil magis alienum à mente Vitruvii posſe excogitari. Sed profectò nimis longè excurrimus, dum vagi Philologi legimus veſtigia: illum namque ſi ſequeremur, adeunda nobis esſet Arabia: nam & hanc quoque locupletare conatus eſt tam inſigni vocabulo. *Aljohar* enim, quomodo *margaritam* vocant Hiſpa-

Hiſpani, dicit eſſe ab eadem origine; ſed decepit eum pronunciatio Hiſpanica. Arabes dicunt جَوْهَر Sic Perſae, ſic totus Oriens, à praeſtantia nitoris eum adpellant, à radice جَهَر. Sed redeamus ad Auctorem noſtrum.

l. 20. *Ultrà Xanthus flumen, & Xanthus oppidum*] Non emendant, ſed corrumpunt Melam, qui legunt, *Xanthus flumen & oppidum*. Scio quidem rectum eſſe & iſtud, ſed tamen qui diſtinctiùs loquuntur, addere ſolent, *& ejusdem nominis*. Nihil itaque expungendum in verbis Melae. Sic ipſe infrà, *Minturnus amnis*, *Minturnum oppidum*. Quae locutio licet ſimplex, non ideo tamen eſt inelegans.

l. 21. *Mons Cragus, & quae Lyciam finit, urbs Telmeſſos*] Omnes quoque alii *Cragum* nominant, inter Xanthum oppidum & Telmeſſum: uno namque & altero jugo in mare exit. Salmaſius putat Strabonem & Ptolemaeum Cragum montem totum in mediterraneis Lyciae collocare, cùm tamen contrarium dicant. Sed decepere illum vulgares Ptolemaei tabulae, in quibus medium Cragi punctum tantùm exprimitur, cùm tamen Ptolemaeus ipſe enumeret novem urbes ſupra Cragum ſitas. Verùm ut haec paulo accuratiùs tradamus, ſciendum eſt Lyciam univerſam eſſe montoſam, celſiſque admodum jugis ubique adſurgere. Maſicytus mons ab ortu, ab occaſu Cragus: horum montium juga ſeparat Xanthus fluvius. Quaecumque verò oppida ſunt ultra Xanthum, ea in Maſicyto ſita ſunt: reliqua verò Lyciae oppida ſunt ſupra Cragum. Mons verò Cragus ex octo aliis conſtat montibus: iſtis octo montibus adſitae ſunt juxta Ptolemaeum civitates novem mediterraneae. Duobus autem jugis in mare excurrit, Daedalis nempe & Telmeſſo. Hic mons Telmeſſus eſt is, quem alii promuntorium Cragi vocant, alii ἄκραν Τελμεσσίδα vel Τελμεσσιάδα, ab urbe Telmeſſo ſita ad radicem montis. Surgere autem incipit ab urbe Xanthiorum, & in mare deſcendit ad Telmeſſum urbem. Supra hunc montem alius eſt, Chimaera nempe: in medio horum eſt ignivomus terrae hiatus & convallis Chimaerae, quae usque ad mare pertingit. Atque haec nunc breviter dicta ſufficiant, ut videant & cognoſcant rerum geographicarum curioſi, quàm confuſa & inepta Eruditi quidam de hac ipſa re ſcripſerint. Plura de his aliàs dicemus.

# In Cap. XVI.

## DE CARIA.

l. 1. *Habitant incertae origines*] Haec eſt Vaticani & optimorum codicum lectio. Rara admodum locutio *incertae origines*, pro hominibus incertae originis. Quia tamen libri nonnulli legunt, *habitatur incertae originis*, verior forſan eſt lectio, quam dedimus.

l. 6. *Pedalion & Crya*] Pintianus *Cryasſum* hîc reponit, quòd *Crya* in Lycia ſit juxta Ptolemaeum & Stephanum. Sed hoc locum habere non poteſt in Mela, qui Cariam à Telmeſſo auſpicatur, uti quoque faciunt Graeci plerique antiquiores, quos ferè ſolos ſequitur Mela. *Crya* itaque eſt in Caria, nam tota Rhodiorum continens in Caria eſt ſita. Sed verò Ptolemaeus partem Rhodiae continentis Lyciae attribuit.

l. 7. *Secundum Calbin amnem Cau s oppidum*.] Libri veteres vocant *Galbiam*, non *Calbin*. Graecis eſt Κάλβις, & Κάλβιος, ac forſan etiam Καλβίας. Stephanus & Καλαινὸν fuiſſe dictum prodit, Κάλβιος κρήνη Λυκίας, ἣν καὶ Καλαινόν φασι. Nihil in his verbis eſt mutandum, nam Καλαινὼ mater erat Tragaſiae, ex qua natus Caunus & Byblis. Colligere id eſt ex verſibus iſtis, qui apud Parthenium exſtant, quos emendatos adſcribam:

Αὐτὰρ ὅγε προτέρωσε κιὼν Οἰκούσιον ἄστυ
Κτίσσατο· Τραγασίῃ δὲ Καλαινοῦς εἴχετο παιδὶ,
Ἥ οἱ Καῦνον ἔτικτεν ἀεὶ φιλέοντα θέμιστας.
Γείνατο δὲ ῥαδαλῇσ' ἐναλίγκιον ἀρκεύθοισι
Βυβλίδα, τῆς ἤτοι ἀέκων ἠράσσατο Καῦνος.
Βῆ δ' ἐπ' ἔραν Δίας φεύγων ὀφιώδεα Κύπρον,
Καὶ Κράγος ὑλιγενὲς, καὶ Κάρια ἱρὰ λοετρά·
Ἔνθ' ἤτοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.

*Diae* hujus, quae ad Miletum ſita eſt, meminit Stephanus. Ut autem ad Calbin fluvium revertamur, is & aliud habet cognomen. Indum quippe vocat Plinius, additque eum ortum in Cyburatis, ſexaginta alios recipere fluvios, & plus quàm centum torrentes. Nomen huic amni dedit Indus quidam ab elephanto excuſſus, ut ex Livio conſtat. Verùm & alio olim nomine notum fuiſſe fluvium hunc exiſtimo,

mo, Mauſoli nempe. Hoc non aliunde conjicio quàm ex nugatore illo, qui ſub nomine Plutarchi *libellum de Fluminibus* compoſuit, qui Indum fluvium, illum nempe qui eſt in India, prius Mauſolum dictum fuiſſe tradit. Legerat proculdubio iſtud de hoc Cariae Indo. Nulli autem mirum videri debet Mauſolum flumen eſſe in Caria, cùm etiam univerſi olim Cares *Mauſoli* dicti fuerint.

l. 10. *Gelos*] Puto ſcribendum *Helos*, vel *Helùs*. Ita quoque apud Plinium legendum, non *Eleus*, quod nonnulli in *Elaeam*, alii in *Eleuſin* deformarunt. Graecis Ἑλοῦς & Ἑλόεις locus hic dicebatur. Inſula, huic oppido adſita, Ἑλόεσσα dicitur Straboni, vel Ἑλοῦσα. Ita namque apud illum reſcribendum, non Ἐλεοῦσα ut vulgò, quod perperam in Ἐλαιοῦσαν mutant Viri docti. Apud Plinium *Lepſia* vocatur haec inſula; ſed legunt illic codices manu exarati *Leoſia*, manifeſto errore, pro *Heloſia*.

l. 11. *Thyſſamiſa cognomen eſt*] *Tiſſamiſa* vel *Tiſſanuſa* legunt meliores libri. *Tiſanuſa* quoque vocatur in ſcriptis Plinii exemplaribus. Pintianus putat eſſe Τυμνισσὸν Stephani, & ita reponi jubet. Sed falli eum exiſtimo. Verum multo plùs fallitur, cùm ſtatim poſtea pro *Larumna* legit *Hylarymna*, ex Stephano: ex ipſo enim Stephano liquet *Hylarimam* eſſe mediterraneam civitatem ſupra Stratoniceam: ita enim legenda ejus verba: Ὑλλάριμα πολίχνιον Καρίας, ὕπερθε Στρατονικίας, ὅθεν ἦν Ἱεροκλῆς ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. Quidam errorem Stephani eſſe putant, & Ὑλλάριμα legiſſe pro ἡ Λάρυμνα. Sed ipſi errant. Mentio hujus urbis exſtat etiam in *notitia Epiſcopatuum Cariae*, ubi Ὑλάρημα vocatur. Car itaque fuit Hierocles Philoſophus, non Alexandrinus, verùm propter ſtudium ita dictus, quemadmodum multi etiam alii. Nihil autem in Pomponio mutandum. *Larymnam* enim hoc loco agnoſcit etiam Plinius, & à Lorymis diſtinguit.

l. 13. *Pandion collis in mare emiſſus*] Ita omnes codices. Videtur Plinio eſſe *Paridon*, licet non addat eſſe collem. *Tiſanuſa*, *Paridon*, *Larimna*. Ita habent libri manu exarati. Neſcio an Plinius ex Mela, an verò hic ex illo ſit emendandus.

l. 15. *Bubeſius*] Ita libri, & rectè: oppidum enim, unde hic Sinus dictus eſt, Βυβησσὸν Iones vocabant, non Βυβασσόν. Herodotus tamen Doricè id vocabulum extulit lib. 1. Ἀργμένης δ' ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης πλὴν ὀλίγης περιῤῥόου. Ita legendum, non Βυβλεσίης: neque enim ulla uſquam eſt *Bybleſia Cherſoneſus*. Sed Βυ-

βασσίη

βυβασίη χεῤῥόνησος eſt illa, quam Plinius vocat *Bubaſſum regionem*. Urbs enim eſt, & regio, & ſinus, & peninſula. Non rectè quoque hîc *Aphrodiſias* repoſita, cùm priùs legeretur *Aphrodiſium*: utroque enim modo Graeci, Ἀφροδίσιον ἄκρον, & Ἀφροδισιὰς ἄκρα.

l. 16. *Scoenus ambit Hylam*] Qui *Hydrelam* hîc legunt, valde errant. Hydrelitanum enim agrum ad Phrygium tendere teſtatur Livius. Sed neque Lyda mons locum habet, cùm ſit extra Cnidiam hanc peninſulam. Vulgata lectio proba eſt, nam quo loco apud Plinium *Hyda* ſcribitur, ita legendum eſt ex veteribus libris, *Promunturium Aphrodiſias, oppidum Hylas, ſinus Schoenus.*

l. ead. *Bubesſus Cynotum*] Haec corruptiſſima ſunt. Libri veteres legunt, *Bubeſius Crinonton*, alii *Cirritotum*. Viri docti levicula aliqua litterarum ſimilitudine adducti ignotae poſitionis oppida ex Stephano & aliis hîc ſubſtituerunt. Sed verò ex Plinio, qui locum hunc Melae deſcripſit, ipſo ſole manifeſtius eſt, legendum hîc eſſe, *Bubeſius Acanthon.* Bubeſius ſinus ambit Acanthum oppidum. Ergo *Acanthus* eſt peninſula, & eadem, ut omnino exiſtimo, atque Bubeſſia cherſoneſus, cujus paulò ſuperiùs ex Herodoto meminimus. Praeter verò Plinium etiam Stephanus meminit Acanthi, qui eam collocat ἐν χεῤῥονήσῳ παρὰ τὴν Κνιδίαν. Idem Stephanus Bubaſſi urbis quoque meminit. Ejusdem itaque oppidi nomina ſunt, Bubaſſus, Acanthus, & Dulopolis.

l. 24. *Urbes Myndus, Arianda, Neapolis*] Eodem, quo Mela, ordine, & ceteri ferè Geographi haec oppida recenſent. Solus Scylax Caryandenſis patriae ſuae ſitum non rectè deſcribit, cùm eam collocat in ipſa peninſula. Sed fieri poteſt, ut pro Κρυίνδα apud illum legendum ſit, non Καρυάνδα, ſed Καλύνδα. Et ſanè ſi ita ſcripſit, non erravit. Sed verò jam mirum erit, non meminiſſe Scylacem urbis, in qua natus fuit. Verùm certisſimis argumentis evinci poteſt Periplum iſtum, qui Scylacis Caryandenſis nomen prae ſe fert, quemque adoleſcens admodum recudendum curavi, cujusvis eſſe potiùs quàm Scylacis. In omnibus ferè abit à Scylace quàm longisſimè, ut in *ſecundis curis* clarius docebimus. Sic nempe ſolebant Graeculi ſequioris aevi, ut anonymis ſcriptis notos ſaepe adfingerent Auctores, quo merces ſuas vendibiliores facerent. Verùm ut ad Melam noſtrum redeamus, reddidimus illi veram lectionem, reſcripſimusque *Caryanda*, non *Aryanda*; licet ſic quoque in quibusdam Plinii exemplaribus exaratum ſit. Paſſim videre

eſt

eſt Librarios & Eruditulos quosdam Melam ex Plinio emendasſe, & contrà. Sed nulla usquam terrarum eſt *Aryanda*. Viri tamen docti non pauci tuentur hanc lectionem, quia apud Pollucem mentio fit ἀργυρίου Ἀρυανδικοῦ. Sed inſigniter hallucinantur: *argentum* enim *Aryandicum* non dicitur ab *Aryanda*, quae nusquam fuit, nec ab ulla alia urbe, ſed ab *Aryande*, Aegypti praefecto, illic à Cambyſe conſtituto, qui primus *Aryandicos* ex argento puriſſimo percusſit, uti notum eſt ex Herodoto.

## IN CAP. XVII.

## DE IONIA.

l. 7. *Dictum olim Branchidae, nunc Didymi*] Ita quoque veteres aliquot libri Pliniani, non *Didymaei*. Sed verò optimus Sereniſſimae Reginae codex legit hoc loco *Didymei*, atque ſic omnino legendum eſt. Apollo enim iſte à *Didymis*, non Διδυμαῖος tantùm, ſed & Διδυμεὺς vocabatur. Auctor *Peripli* in praefatione ad Nicomedem:

——— τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω
Τὸν καὶ θεμιστεύοντα καὶ μουσηγέτην.

Ita ſcripſit Auctor hic; Διδυμῆα enim per apocopen Διδυμῆ, uti ſaepe Poëtae. Ineptae ſunt aliorum conjecturae. *Branchidae* verò rectum hſc eſt. A *Brancho* enim Ἀπόλλων Βραγχίδης. & Βραγχιάδης. Errant itaque qui hſc Pomponium corrigunt.

l. 8. *Merito inclytam, utcunque Ioniam vocant*] Pintianus mirificè haec deformat, adeò ut nullam ferè litteram integram relinquat. Sed reducenda eſt vetus lectio, *ubicumque*, non *utcumque*. Ita omnes ferè codices. Dicit, ubicunque, Ionum nomen & fama exſtat, illic quoque notos esſe Mileſios.

l. 9. *Urbem Hippin*] Lege *Hippum*, uti eſt in manu exaratis codicibus. Aliquot autem hujus nominis loca ſunt in hac ipſa ora Aſiatica, quae Ἵπποι vel Ἵπποι vocantur. Stephanus, Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας. Sic ſcribendum. Strabo quatuor inſulas Erythris vicinas Ἵππους ait vocari. Sed illae nihil huc faciunt, uti neque Hipponeſus Cariae urbs. Videri posſit *Hippum* Pomponii eundem esſe locum, quem Valerius Maximus *Equi luxum* adpellat, unde Daphitas Gram-

Grammaticus deturbatus fuit. Strabo montem, ubi hoc contigit, *Thoracem* vocat. Sed cum Valerio faciunt Suidas & Heſychius Illuſtrius. Et fortè pars aliqua *Thoracis* montis fuit iſtud *Equi ſaxum*, cui & oppidum Ἵππος adſitum fuit. Sed tamen *Thoracem* Epheſo vicinum fuisſe teſtatur Strabo; haec verò inter Miletum & Maeandri oſtia erat ſita. Omnino verum eſt *Hippum* Pomponii esſe oppidum illud, quod vulgò appellatur *Gippo*, imminens Maeandri oſtio, quem hodie *Madrum* appellant. Situs certè ita accuratè convenit, ut meliùs non posſit. *Hipponeſus* Stephani locum hîc habere posſet, namque haec Ioniae pars Cariae quoque attribuitur, ſed niſi me fallit memoria, alibi legi eam fuisſe inſulam in ſinu Ceramico ſitam: de hoc ipſo ſaxo accipi debent verba iſta, Λευκὰν ἀφ' Ἵππον εἰς θάλασσαν ἅλατο, quae ſibi invicem accinebant puellae in ludo χελιχελώνης: Mileſiorum enim erat ludus.

l. 13. *Et Gesſi fluminis oſtium*] Repoſuimus *Gaeſi*. Sic quoque apud Plinium legendum, qui flumen hoc ex *Mela* ſumſit. Graeci tamen Herodotus & Athenaeus Γαίσωνα appellant. Hinc Γαισωνὶς lacus vocatur, quem efficit antequam in mare effluit. Verùm & ipſum lacum Γαίσωνα vocat Archeſtratus apud Athenaeum. Accuratè verò, ut alibi ferè ſemper, ita quoque hîc ordinem ſitumque locorum obſervavit Mela. Quod eo magis dico, quia ſi quis haec cum ordine Ptolemaei componere velit, is fruſtra erit: magnum enim hoc loco errorem commiſit Ptolemaeus, quum Maeandri oſtium collocavit non inter Heracleam & Prienen, ſed verò inter Epheſum & Pyrrham, unde quàm longisſimè abeſt. Aliquot quoque urbes loco ſuo movit. Multi Viri docti, imprudenter Ptolemaeum ſecuti, & ipſi inſigniter errarunt, ut alio dicemus loco.

l. 19. *Quòd Amazones Aſia potitae conſecrasſe traduntur*] Ita pleraque alia exemplaria. Meus tamen optimae notae codex legit, *Aſia potenſe orasſe traduntur*. Exiſtimo ita prius fuisſe, *Quod Amazones Aſia potentes ſacrasſe traduntur*. Quod autem dicit non ipſam Epheſum, ſed ſaltem templum exſtruxisſe Amazones, in eo non abit ab aliis. Ita quoque Dionyſius:

> Παρβαλίην Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
> Ἔνθα θεῇ ποτὲ βωμὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο
> Πρέμνῳ ἔνι πτελέης, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα.

Calli-

Callimachus Amazones ſtatuam hîc Dianae conſecraſſe dicit; verùm ſub fago, non ſub ulmo eam erectam fuiſſe canit:

> Ἔν κοτε παῤῥαλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο
> Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ.

Porrò non rectè hunc Dionyſii locum interpretatur & emendat Scaliger in *Notis ad Euſebium*. Βωμὸν enim habent pleraque exemplaria, non νηὸν, uti ipſe citat. Rectè verò hîc Mela Epheſo ſubjungit Cayſtrum fluvium: is enim Epheſo eſt vicinus, non Maeander, cujus oſtium quàm longiſſimè hinc abeſt, ut paulò ſuperiùs monuimus. Hinc *Ortygium* vocat *Cayſtrum* Propertius:

> *Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri:*

Ita legendus ille verſus; qui ſummos hactenus Viros exercuit. *Ortygius* enim vocatur, quia Epheſus *Ortygia* fuit dicta:

l. 28. *Inde latius abit*] Manifeſto errore in omnibus veteribus ſcribitur, *in latius abit*. In ceteris ſecuti ſumus omnium, quotquot vidimus, veterum exemplarium auctoritatem. Non rectè hunc locum emendat Salmaſius: namque quo loco inquit Pomponius, Teon & Clazomenas diverſis frontibus diverſa maria proſpectare, ille legendum putat; *adverſis frontibus diverſa maria proſpectant*. Sed verò inſigniter errat: nam ſi adverſas haberent frontes urbes iſtae, jam non mare, ſed ſe mutuo adſpicerent. Manifeſtè hîc *tergum* pro fronte, & *frontem* pro tergo accepit Vir doctiſſimus. Sed & in hoc errat, cùm legit, *confinio adnexae maris*: ubi enim terga agunt, ibi nullum eſt mare, ſed à fronte tantùm. Libri ſcripti legunt, *Quâ terga agunt confinio adnexae mari*. Quis non videat legendum hîc eſſe *muri*, non *mari*? Teos & Clazomenae ſitae ſunt in iſthmo peninſulae, ſed verò urbes illas, quâ terga agunt, jungit murus, qui anguſtias peninſulae claudit & à reliqua dirimit continente. Inepti verò ſunt qui hîc legunt, *terga jungunt*: rectum enim eſt & Latinum, *tergum agere*, *dorſum agere*, & ita paſſim loquitur Mela. Neminem verò movere debet, quòd Ptolemaeus ad anguſtias Ionicae hujus peninſulae collocet Smyrnam & Lebedum, non Teon & Clazomenas, uti Mela; iſtius enim erroris cauſam dedimus in *Commentario* noſtro.

l. 32. *In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnaeo eſt Hermus amnis*] Ita plerique manu exarati codices, & omnibus haec eſt vera lectio. Pro *Coryna* Pintianum malè ſub-

ſtituiſſe *Smyrnam*, monuit jam Andreas Schottus, quem rectè ſecutus eſt doctiſſimus Salmaſius. Verum in eo non rectè ſecutus eſt Schottum, quòd putet legendum eſſe apud Melam, *In ſinu Smyrne & Hermus amnis*. Nempe offendit illos nullam hîc *Smyrnae* fieri mentionem, cùm tamen *ſinus Smyrnaei* meminerit. Sed verò Mela recenſet quoque, *Ceramicum*, *Jasſium*, *Olbianum*, *Thermaicum*, *Bubesſium*, *Cyparisſium*, & alios ſinus, nulla tamen urbium, unde dicti ſunt, facta mentione. Quod autem addunt, non veriſimile eſſe praetermisſam fuiſſe à Mela notam adeò & celebrem urbem, hoc eos non juvat: meminit namque Mela *Antiochenae* & *Damaſcenae*, nusquam tamen apud illum vel *Damascus*, vel *Antiochia* exſtat. Praeterea verum eſt id, quod aliquoties monui, Melam antiquiores tantùm ſequi Graecos. *Smyrna* verò poſtquam à Lydis fuit everſa, ignobilis admodum fuit locus, & tantùm κωμηδὸν habitatus, idque per annos quadringentos, ut teſtatur Strabo, donec ab Antigono inſtauraretur.

l. 33. *Hermus amnis & urbs Leuca*] Priùs recenſere debuerat *Leucam*: *Hermus* enim ad Phocaeam in mare exit. Smyrnam verò alluit Meles fluviolus. Sed tamen etiam *Hermus* Smyrnenſium pasſim amnis vocatur, quoniam in Smyrnaeorum ditione fluit. Strabo: Αὐταὶ κατὰ τὴν ὀρεινὴν ὑπερκειμένην τῆς τε Κυμαίας καὶ τῆς Φωκαίων καὶ Σμυρναίων γῆς, παρ' ἣν Ἕρμος ῥεῖ. *Hermus*, antequam in mare exeat, rigat iſtos Cumanos, Phocaïcos, & Smyrnenſium agros. Atqui hi ſunt propriè campi qui *Hermei* vocabantur, qui jam ab ipſa incipiebant Smyrna. Hinc Plinius, *A Smyrna Hermus campos facit, & nomini ſuo adaptat*. Non rectè Salmaſius in *Solinianis* verba haec Strabonis interpretatur, ita enim, ut diximus, ſunt intelligenda. Malè quoque *Hermeum campum* de uno aliquo agello Cumis vicino accipit. Pesſimè verò locum Plinii emendat, quia nempe in vitioſo aliquo Plinii codice ſcriptum reperit, *A Syrne Hermus campos facit*. Sed verò *Syrne*, teſte ipſo Stephano, ſita eſt in cherſoneſo Carica, quae ducentis ferè ab Hermo diſtat millibus.

# IN CAP. XVIII.

## DE AEOLIDE.

l. 1. *Ex quo ab Aeoliis incoli coepit, Aeolis facta*] Ita veteres libri, & recte. *Aeoles* paſſim à Latinis *Aeolii* vocantur. *Aeolis facta*, & hoc rectum. Sic ipſe Mela infrà de Danubio, *Deinde aliter adpellantibus accolis, fit Iſter.* Paulò pòſt ex iisdem veteribus libris legendum, *Primam urbium à Myrino conditore Myrinam vocant.*

l. 12. *Sinus excipit non parvus, ſed longè ac molliter flexus*] Inepta lectio. In veteribus libris eſt *parvos*, non *parvus*. In uno tantùm codice, verùm illo optimo, licet non admodum antiquo, veram inveni lectionem, quae haec eſt, *Sinus excipit non pronus ac longè, ſed molliter flexus.* Hoc vocabulum illo loco non intellectum, cauſam mutandi dedit Librariis. Dicit, praetervectos Canas promuntorium, excipere ſinum, qui non prono & praecipiti inflexu terras cavat, ſed verò molli flexu litora abigit. *Proni* vocabulum ita accipi etiam apud principes Linguae Latinae Auctores, norunt quotquot non nimium in illis ſunt hoſpites.

l. 15. *Is mox parvis urbibus adſperſus eſt*] In quibusdam libris legebatur *Iſthmos*, unde Pintianus faciebat *Is mons*. Malè, neque enim in monte Ida urbes iſtae ſunt, ſed in priore ſinus hujus latere, quod usque ad ima montis Idae extendi ait. Vera eſt itaque veterum codicum lectio, *Is primo parvis urbibus adſperſus eſt.*

l. 17. *Campus Thebe nomine*] Xenophonti, Polybio in *Excerptis*, Livio, & aliis, eſt *campus Thebes*, & ſic Viri docti legendum hìc eſſe exiſtimant. Verùm errare eos docet Strabo lib. XVIII. cum ſcribit Θήβης πεδίον vocari etiam *Theben*, quemadmodum *Adraſtea* & *Mygdonia* dicuntur quoque *Adraſteus campus* & *Mygdonius campus*. Addit Livius lib. XXXVII. campum hunc carmine Homeri nobilitatum, ac ob id ipſum reprehenditur, quia, inquiunt, nusquam Homerus campi hujus mentionem fecit. Verùm nec hoc benè: cùm enim Homerus *Iliad.* Z. Eëtionem habitaſſe dicit in ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ, quis non videt celebrari ab eo campum Thebes?

l. 23. *Alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat*] Plinius, *In litore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris.* Verùm ſi ab Andriis condita & dicta ſit Antandrus, quomodo prius Cimmeris,

& Edonis potuit adpellari? Omnino & hîc, & alibi *condere* Melae eſt coloniam deducere. Sic ſaepe alii Auctores Latini utuntur iſto vocabulo. Verùm & κτίζειν & οἰκίζειν paſſim pro eodem uſurpant Graeci. Porrò quòd hoc oppidum Edonis & Cimmeris priùs dictum fuerit, auctor eſt Ariſtoteles apud Stephanum: Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, καὶ Κιμμερίδα Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. Τὰ ἐθνικὰ τῆς μὲν Ἠδωνίδος, Ἠδωνοί· τῆς δὲ Κιμμερίδος, Κιμμέριοι. Ita ſupplendus & refingendus eſt iſte Stephani locus ex codicibus ſcriptis.

l. 24. *Hi Antandrum quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro*] Ἄντανδρος propriè is, quem Latini *ſuccedaneum* vocant. Utitur hoc vocabulo in illa ſignificatione alicubi Plutarchus. Varias verò de Antandri origine opiniones vide apud Servium.

l. 26. *Sequens tractus tangit Gargara*] In quibusdam libris *cingit*, non *tangit*. Pro *Aeolum* verò plerique codices habent *Aetolorum*. Scribendum, *Sequens tractus cingit Gargara & Aſſon Aeoliorum colonias*. Sequens litoris tractus cingit iſta duo oppida, quia in promuntorio erant ſita. *Gargara* oppidum ignobile, Aſſiorum colonia. *Aſſos* verò ſatis nota vel ſolo Aſſio lapide, qui aliter *Sarcophagus* appellabatur. Plinius, *in Aſſo Troadis Sarcophagus lapis fiſſili vena gignitur*. Sic vetuſtiſſimi Plinii codices. *Aſſia* Salmaſii ineptum eſt. Verùm is neque Dioſcoridis locum rectè emendavit, lib. v. cap. 142. Καὶ σοροὶ σαρκοφάγοι γίνονται, ἰσχναίνουσαι τὰ πολύσαρκα καὶ παχέα σώματα καταπασσόμεναι ἀντὶ νίτρου ἐν βαλανείῳ. Mirificè hunc locum vexat, cum tamen facilè reſtitui poſſit, absque ulla violenta medicina. Legendum enim, σκῦροι σαρκοφάγοι, non σοροί. Σκῦρος vel σκίρος idem eſt, variéque à Graecis accipitur, tum pro pulvere illo, quem marmora & lapides, cùm ſecantur, efficiunt, tum etiam pro retrimento & flore non metallorum tantum, ſed & lapidum, omniumque aliarum rerum, idemque prorſus quod λατύπη, uti rectè vocabulum id exponit Heſychius & ante illum Pollux lib. IX. cap. 7. ubi genus illud ludi, quod Graeci ἐπίσκυρον, Florentini vulgò *gioco di calcio* appellant, deſcribit: Παίζεται δὲ κατὰ πλῆθος διαστάντων ἴσων πρὸς ἴσους, ἤτοι μέσην γραμμὴν λατύπῃ ἑλκυσάντων, ἣν σκῦρον καλοῦσιν. Ineptè vulgo legitur, γραμμὴν ἄτρυπον ἐκλυσάντων. Locum hunc Dioscoridis vertit Marcellus Empiricus, ac conjecturam noſtram confirmat. Porrò pulvis iſte σαρκοφάγος ſimilis erat pollini, qui parietibus piſtrinorum adhaerebat. Aëtius: ἐπιτρέφεται δέ τι αὐτῷ παραπλήσιον ἀλεύρῳ λεπτοτάτῳ προσι-

ζάν-


ζάνοντι τοῖς τοίχοις τῶν μύλωσι διαττομένων ἀλεύρων. Quamvis verò & ipſe lapis vim habeat carnivoram, multò tamen efficacior eſt pulvis iſte, ut teſtantur Galenus, Aëtius, Actuarius, aliique. Mirum eſt id, quod dicit Auctor *de ſimplicibus medicamentis*, qui Galeno accedit, Aſſium lapidem in ſola reperiri Alexandria. Sed, ut opinor, id intellexit de Alexandria Troadis; aliter enim ſi fecit, valde erravit. Videntur verò lapides iſti Aſſii dicti, non tantùm in ipſa Aſſo, ſed etiam in vicinis litoribus & urbibus proſtitiſſe, Cyali nempe, & in illa quam diximus Alexandria, & alibi. De Cyalo teſtis eſt Theophraſtus libello *de Igne*, licet vulgò *Aſſus* ibi legatur, cùm vetus noſter codex habeat κύκλῳ, unde non dubitavimus facere Κυάλῳ. Verùm praeſtat integrum Theophraſti locum adſcribere, vulgò inſigniter corruptum: Καὶ πάλιν διὰ τί τῶν μὲν ἐν πυρὶ κατακαιομένων νεκρῶν ξηρὸν γίνεται τὸ λείψανον, ὁ δὲ ἐν Κυάλῳ λίθος, ἐξ οὗ τὰς σοροὺς ποιοῦσι, καὶ ὅτι ἄλλοθι τοιοῦτος, ἀφανίζει πάντα, καὶ ἔνια αὐτῶν τέφραν ποιεῖ· διαφθείρει καὶ ἐνταῦθα ἡ θερμότης. *Cyalus* eſt Lydiae urbs maritima, quae & Κύβαλος ab Aeolibus, & poſtea Κυβέλλια dicta eſt, ut alibi oſtendimus. Erant verò admodum ſibi invicem vicinae, Alexandria, Aſſus, & Cyalus, unde adparet toto hoc litore petras Aſſias & pulverem iſtum ſarcophagum proveniſſe. In litore Veraguae ſimilem vim ineſſe arenis obſervarunt Hiſpani, ut teſtatur Herrera lib. VIII. decadis I. Nam octavo die invenerunt cadavera ſuorum in hoc litore ſepulta ita conſumta, ac ſi à quinquaginta annis terrae commiſſa fuiſſent. Verùm & ipſis terris, licet procul à mari ſitis, vim talem ineſſe, ut intra paucos dies carnes comedant, ſatis, ut puto, docent buſta pauperum Lutetiae, Romae, aliiſque in locis. Sed licet & arenis multis & lapidibus ſimilis vis conſumendi corpora inſit, attamen lapis iſte Aſſius non videtur in aliis proveniſſe urbibus, atque tribus iſtis ſupradictis, ſibique invicem valde vicinis, Aſſo, Alexandria, & Cyalo. Cùm verò Plinius ait, *ejus generis & in Lycia ſaxa ſunt, & in Oriente, quae viventibus quoque adalligata, erodunt corpora*, puto ſcribendum, *Lydia*. Verùm non rectè illum diſtinguit ab Aſſio, cùm idem prorſus ſit; Troas enim, urbeſque memoratae, Lydiae olim pars erant.

l. 37. *Penè à media nocte ſparſi ignes paſſim micare*] Alii libri aliter habent. Sed vera eſt optimi codicis lectio, *Penè à media nocte ſpargi ignes, paſſimque micare*. Totum autem hunc locum de Idae ignibus nocturnis ad verbum penè deſcripſit ex Diodori Siculi lib. XVII. aut ſaltem ex eodem

Auctore, unde ille habet. In hoc tamen diſcrepant, quòd Diodorus ignes iſtos non à media nocte, ſed verò ἔτι τῆς νυκτὸς, hoc eſt, antequam nox praeteriit, videri ſcribat. Perperam verò iſtud miraculum Idae Cretenſi tribuit Solinus, ait enim, *Praeter ceteros Ida eſt, qui ante ſolis ortum ſolem videt.* Stultè quoque Idae ſoli adſcribit id, quod in omnibus ferè excelſis contingit montibus, ut ſolem orientem priùs videant. Quod autem Diodorus prodit necdum peracta nocte flammas iſtas comparere, in eo nullum eſt miraculum, cùm ex editioribus jugis ignes aurorae conſpiciantur, tribus ferè antequam ſol oriatur horis. Rectiùs itaque Mela, cùm dicit à media penè nocte ignes iſtos ſpargi. Quod ſi verum ſit, uti omnino exiſtimo, jam meritò miraculis accenſendum eſt id, quod hîc prodit Auctor noſter: nam ſi ordinarium ſequamur computandi modum, nullae nubes lumine ſolari perfuſae conſpici poſſunt ex monte Ida (licet celſitudo ejus multo major ſtatuatur, quàm revera ſit) ante horam ſecundam nocturnam, horis nempe duabus cum dimidia, antequam ſol oriatur. Sed verò multo majus eſt miraculum, quod ſuperiùs Mela de Caſio Aegyptio, alii verò de Antiocheno ſcribunt, illum à quarta vigilia ſolem oſtendere. Sed omnino fieri hoc non poſſe videtur. Licet enim detur verum eſſe id quod Plinius affirmat, montem illum Antiochenum habere per directum altitudinem quatuor millium, non tamen haec altitudo poſſit efficere, ut ſol vel unius horae ſextante citiùs ſurgere videatur. Et profectò nullus usquam terrarum adeò editus eſt vertex, ut ex illo ſol conſpici poſſit, ſi plus quatuor gradibus horizonte inferior ſit. Hoc ita colligi poteſt. Ex nullo monte, qui quidem hactenus notus ſit, longiùs patet proſpectus quàm ad leucas Germanicas ſexaginta. Jam verò illi, qui quatuor gradibus, ſive ſexaginta Germ. leucis abſunt, idem omnino adſpicient caeli punctum, quod iſti, qui in cacumine montis conſiſtunt. Eadem namque linea ſummitatem montis, & praedictum terrae caelique punctum ferit. Itaque manifeſtum eſt, ex ſummo totius orbis monte, ſolem non eſſe conſpicuum, ſi plus quatuor gradibus depreſſus ſit infra horizontem illum, quem qui in plano ſtant, adſpiciunt. Verùm in ſphaera admodum obliqua vel è modicis montibus ſolem videri etiam multis antequam oriatur horis, vel pueri colligere poſſint. Verùm quid faciamus illis, qui tot horis antequam oriretur ſolem conſpectum fuiſſe produnt ex Caſio, ex Ida, ex Caucaſo & aliis montibus? Mentitusne praeterea fuit Srtabo, ſi credendum

dum ejus Epitomatori, cum ſolem tribus horis priùs oriri dixit illis qui in ſummo agunt Atho? Quid denique de Ariſtotele ſentiendum, cùm ait Caucaſi verticem illuſtrari mane & veſpere, usque ad tertiam noctis partem? Verba ejus *Meteorolog.* 1. haec ſunt: Ἡλιοῦται τῆς νυκτὸς αὐτοῦ τὰ ἄκρα μέχρι τοῦ τρίτου μέρους ἀπό τε τῆς ἕω, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας. Non benè quidam haec Ariſtotelis verba ita accipiunt, ac ſi de tertia parte montis loqueretur. Rectè ad hunc locum Aphrodiſienſis ait, utra harum interpretationum ſit vera, ex hiſtoria judicandum esſe. Sed verò hiſtoriis & experimentis certis conſtat, nullius montis verticem, in tali inclinatione ſphaerae, media nocte illuſtrari, quod tamen ſequeretur. E pluribus autem montibus ſolem conſpici etiam ubi tertia pars noctis praeteriit, conſtat. Vera eſt igitur prior interpretatio. Valeant ergo longae & ineptae aliorum ad hunc locum commentationes. Verùm quia non deſunt hoc ſeculo quamplurimi, qui Recentiorum auctoritate magis delectantur, quàm Veterum, unum etiamnum alterumque ſubjiciam exemplum, quo etiam his, ſi posſim, ſatisfaciam. In Provincia Tazatay montem esſe teſtatur Vincentius Albus Masſilienſis in nupero *Itinerario*, è cujus vertice Indi omnes adfirmabant ſolem conſpici posſe duabus, vel etiam tribus horis, antequam oriatur. Ipſe ad hoc miraculum examinandum profectus, ſtulta ſocii ſui ἀπιστίᾳ revocatus fuit, licet maxima jam intineris parte confecta. In Provincia Xantung mons eſt altisſimus Tai dictus à Seribus. Affirmant illi, teſte Martinio Jeſuita, viro certisſimae fidei, ex ejus vertice ſolem videri posſe ad primum galli cantum. Sed profectò nimii erimus, ſi plura congeramus exempla rei notisſimae Alpinis & montanis gentibus, iis nempe qui ſummitates Alpium incolunt in Rhaetia & alibi. Solſtitiali tempore eſt illic aurora perpetua, vixque tunc ad breve tempus ſol occidit. Haec nec intelligunt, nec credunt, qui in planis vivunt, ac regulis geometriae adverſari exiſtimant. Verùm quàm illi fallantur, operae pretium hîc fuerit oſtendere, praeſertim cùm res conſideratione dignisſima non ſit extra propoſitum noſtrum. Si itaque aliquanto diutius immorati fuerimus, non tamen, ut ſpero, erimus faſtidio. Quo autem haec faciliùs accipiantur, examinabimus priùs crepuſculorum cauſam & menſuram. Eadem quippe eſt ratio, & aurorae, & tam matutinae adparitionis ſolis in montibus, cùm eadem ſit altitudo nubium, quae aurorae lumine illuſtrantur; ac ſit montium, è quibus ſol etiam noctu videri posſit. Qui geometricè tantùm haec conſiderarunt, nulla Phy-

ſicae habita ratione, aëris iſtius illuſtrati altitudinem, ac item montium excelſitatem ad immenſum penè extulerunt ſpatium. Quantum verò in hoc poſtremo decepti ſint, inferiùs oſtendemus, ubi de montium agemus altitudine. Nunc aëris, quem haurimus, profunditatem dicamus. Modus, quem in eo menſurando vulgo tenent, hic eſt. Sit A B horizon. Vapor vel nubes illae, quae à ſole C illuſtrantur





ſint in B, & videantur ab oculo in D. Ponatur ſol eſſe 19. gr. ſub horizonte. Sit itaque angulus D E F graduum 19. & dimidium ejus D F B gr. $9\frac{1}{2}$ Si ſemidiameter D F ſtatuatur leucarum Germanicarum 854. jam hypotenuſa B F erit leucarum $865\frac{87914}{100000}$. Hinc demas ſemidiametrum & ſupererit G B vaporum altitudo leucarum Germ. $11\frac{87914}{100000}$. Quòd ſi ponatur ſol 20. gr. ſub horizonte eſſe depreſſus, tum aëris profunditas in G B ultra 13. Germanicas leucas habere invenietur. Juxta hunc igitur calculum vapor & aër ille, qui à ſole illuſtratur, aberit ab oculis noſtris 150. leucis Germanicis, tanta ſiquidem eſt diſtantia à D ad B. Atque hic quidem eſt modus, quem in crepuſculis inquirendis inſtituere Alhazen, Nonius, aliique innumeri, & è Veteribus Poſidonius, cùm ſtatuit ſupremos è terra vapores ad quadringenta ſupra nos exire ſtadia: & profectò niſi oculi fallerent, eſſet omnino certiſſimus. At verò aërem iſtum, qui à ſole illuſtratur, quemque in B collocant, nec tam altum

eſſe

eſſe quàm exiſtimant, ſed inferiorem nubibus, ac proinde etiam quâ remotisſimus eſt, non tamen ultra 25. leucas Germanicas ab oculis noſtris abesſe (tantùm ſiquidem à nobis in plano ſtantibus diſtare puto nubes viſum terminantes) ex iis, quae ſumus dicturi, ſatis manifeſtè patebit. Verùm in hoc errasſe Viros etiam maximos minùs mirum, cùm de nulla re difficiliùs judicent oculi quàm de intervallis; illud mirari ſatis nequeo, tantam vel nubibus vel vaporibus terreſtribus altitudinem tribuisſe, cùm quotidianis exemplis & experimentis contrarium cognoſcere potuerint. Tot montium juga etiam in hoc noſtro orbe ſupra nubes exſtantia, docere eos debuerant obſervationem hanc esſe vitioſam, & ne vel nebulas quidem comparere ullas in verticibus ad quindecim ſtadia editis. Sanè in tractu illo montoſo, qui Peruvianam & Chilenſem provincias ab ortu praecingit, juga quaedam vel integri diei itinere ſupra nubes exſtare certum eſt. Hiſpani aliique, qui montes illos tranſierunt, unanimiter affirmant, ne tenuisſimas quidem nubeculas ſeſe unquam illic deprehendisſe, ſed aërem purum & ſerenum, adeò verò ſubtilem, ut plurimi vel frigore, vel reſpirationis inopia, vitam iſtic cum morte repentè permutarint, tanquam piſces in aliud tranſlati elementum. Nec tamen negaverim, vapores ultra nubium ſyſtema ſubvehi, cùm id ipſum manifeſtum ſit ex nivibus, quibus conteguntur pasſim montium ſupra nubes exſtantium vertices. Verùm ut hujus rei cauſam paucis abſolvamus, ſic arbitramur. Nives grandinesque non in nubibus generari, utpote in quibus ſemper aliquid ſit teporis, ſed verò ſupra earum ſtationem, in aëre illo frigidisſimo, qui neque opacus eſt veluti nubes, neque ita crasſus & denſus veluti hic noſter. Hic eſt illi aër, qui obſtat ne nubes in immenſum creſcant, perpetuisque hanc terram involvant tenebris: quotquot enim vapores ſol radiis & calore ſuo ſuſcitat, dilatat, ac ſurſum evehit; totidem ille ſemper disſolvit, conſtringit & deorſum remittit; cogens illos frigore ſuo vel in aquas & imbres, vel in nives & grandines. Humiliores quidem vapores, qui non ultra nubium convexitatem attolluntur, in pluvias abeunt: at verò ſubtiliores, qui ſublimius ſurgunt, & ad frigidisſimum illum evehuntur aëris tractum, qui & homines & jumenta frigore ſuo conficit, in nivem grandinesque conſtringuntur. Hinc fit ut in altisſimis montium jugis etiam in Zona torrida ſaepisſime ningat, nunquam verò pluat, idque aeſtate aequè atque hyeme; imò verò magis quoniam tunc major eſt at-


fractio ſolis, ut vel in grandinibus adparet, quae ſemper cadunt ſole ardentiſsimo, hyeme verò ac noctu rariſsimè, idque fortuito. Nives, ne & ipſae aeſtate ad terram ferantur obſtat partium, è quibus conſtant, exilitas, itaque facilè ante lapſum diſſolvuntur. Atque haec quidem hac de re dicta ſunto, ne quis exiſtimet, nives aut iſtas, aut ullas alias naſci in nubibus, quas ego omnino ſteriles eſſe exiſtimo, & ad nihil aliud natas, quàm ut ſint vehicula humorum. Prorſus verò ſunt ridiculae nubes iſtae Carteſii, in quibus nix, grando, lapides, animalia, moles denique vaſtiſsimae è ſolida conflatae glacie, eaeque pendulae, nec unquam deorſum labentes, proveniunt. Profectò Vir iſte, quantumvis plurimos hoc ſeculo admiratores invenerit, indoctos praeſertim, multùm tamen à verò aberravit in natura meteororum explicanda. Propriis deſtitutus experimentis, aliena non conſuluit, aut ſaltem iis non fidit. Verùm haec ſunt alſus loci & temporis. Nunc dixiſſe ſufficiat, nubium ſupremam convexitatem, illam tamen valde inaequalem, rarò aequare mille paſſus. Si qui vapores aut nubeculae magis dilatentur, hoc eſt, rareſiant, ac proinde altiùs ſubire conentur, illi protinus conſtringuntur ac in nivem abeunt, eóque, unde venêre, redeunt. Nec tamen in ſublimibus nimium collocandae ſunt nivium ac grandinum origines, certum quippe eſt nuda eſſe montium excelſiora juga, cujusmodi ſunt Caucaſi, Tenariffae, Andium Peruvianorum, aliorumque, quorum tamen latera perpetuis veſtiuntur nivibus. Jam verò cùm nullus toto orbe hactenus repertus ſit mons, qui ad tria paſſuum millia in directum adſurgat, ſummi verò è terra vapores hanc menſuram non ſuperent, imò ne exaequent quidem, vide quantum peccarint illi, qui tam vaſtum illis attribuerunt ſpatium, & ad XLVIII. vel etiam LII. paſſuum millia ſupra terram elevarunt. Quo magis autem cognoſcatur hujus opinionis abſurditas, ponantur vapores aliqui ad iſtam altitudinem evehi, nemo, ut puto, poterit negare illos eſſe tenuiſsimos & ſubtiliſsimos. Quod ſi ſit, quomodo poſſunt iis inhaerere radii ſolares, ut eorum lumen ad oculos noſtros perveniat, cùm ab aëre puro & ſimplici nulla fiat reflexio? Satis, ut exiſtimo, aliorum confutavimus opiniones, nunc ad refractionem, hoc eſt, veram ejus Phaenomeni cauſam, accedamus. Non defuere etiam alii, qui illam hîc ad partes ſuas vocarint, ſed dum iteratas in corpore ὁμογενεῖ, in aëre nempe, refractiones ſtatuunt, nec modum crepuſculorum, nec refractionum naturam ſatis intellexiſſe videntur. Sciendum itaque pro ratione depreſſio-

preſſionis vel elevationis oculorum ſive loci, variare quoque refractionum momenta. Qui è plano ſolem orientem aut occidentem obſervant, illis ad 34. ſcrup. refringitur, juxta Tychonem. Alii ad duos etiam gradus ſolem circa horizontem refractum deprehendisſe ſe affirmant. Sanè menſura iſta Tychoniana juſto minor eſt, cùm certum ſit lunam deliquium eſſe paſſam, ſole & luna ſupra horizontem adparente. Nautae Batavi ad tres gradus, & aliquanto etiam amplius, ſolem in ſeptentrione refractum viderunt. Longe verò diverſum contingit iis, qui ex loco aliquo edito auroram contemplantur. Si quis è malo navis aut ex turri excelſa in illam oculos intenderit, huic integro gradu & quandoque à majori intervallo priùs ſol orietur, atque iis qui è plano illum intuentur. At verò montium longè diſpar eſt ratio; ex iis quippe ſi excelſi ſint admodum, duabus vel tribus quoque horis, ut diximus, ſol priùs adparet, quàm illis qui ad pedem ejus habitant. Exemplis id jam ſatis probavimus, nunc modum doceamus. Sit recta linea A C,




tangens verticem montis ad A, & terram in puncto B. Sol itaque oriens in C eodem tempore videri debebat iis qui ſunt in plano B, & ab illis qui ſunt in vertice montis A. Dico tamen hoc falſum eſſe, & ſolem immenſo ſpatio priùs videri

videri ab iis, qui ſunt in ſummitate montis, atque ab illis qui habitant in plano B. Admiratione dignum multis videbitur, ut in recta linea A C illi qui remotiores ſunt aliquid videant, quod non videant ii, qui ſunt propiores, verum tamen esſe id quod hic adſerimus, ex ſupradictis ſatis liquet. Nempe illi qui degunt in plana terrae ſuperficie ad B, non priùs ſolem videbunt, quàm quum radiis ſuis illuſtrarit punctum D, unde refringetur in C, quae differentia non eſt admodum magna, uti jam indicavimus. Verùm illi, qui in cacumine montis A verſantur, ſolem refractum videbunt




ex E in C, à triginta nempe gradibus in directum infra horizontem, aliquando etiam à longiori ſpatio. Nec verò ſol tantùm, ſed etiam tota aëris portio, in qua fit refractio, ſupra horizontem refringetur. Itaque aër ille, qui eſt ad D, quique iis, qui in B verſantur, horizontem tangit, aliis iſtis, qui in vertice A ſunt, longè ſupra horizontem erit elevatus. Aër verò qui ad E eſt, quique in B non videtur, videbitur ab iſtis, qui in ſummitate A ſunt, refractus ad punctum C. Vides quàm in immenſum ſol refringatur iis, qui ex valde editis montibus eum orientem aut occidentem contemplantur. Attamen ne in infinitum haec progrediatur refractio hoc obſtat, quòd quanto magis & è longiori tractu ſol refringatur, eo major ſit ac proin debilior. Cùm verò ad

ad longè maximam evaſerit magnitudinem, non quidem illam rotundam, ſed oblongam admodum & ἐλλειπτικωτάτην, praebeatque ſe aliquot ſtadiorum diametro videndum; tum demum figura ejus diſſipatur, locoque ejus ignes adparent circa horizontem latè ſparſi. Atque haec quidem hac de re breviter dicta ſufficiant, ut oſtenderemus lumen illud, quod tempore crepuſculi in ſummitate aëris adparet tanto ſpatio ante ortum, atque iterum tamdiu poſt occaſum ſolis, nec tam altè à nobis abeſſe, nec radiorum ſolarium iteratis repercuſſionibus tribui debere, ſed verò ſoli ipſi, usque ſupra verticem noſtrum in ſummitate aëris refracto. Verùm antequam deſinamus, indicandus eſt error eorum, qui putant, refractionem non fieri niſi in recta linea, ad ſuperficiem refracta; cùm verò hic nulla ſit ſuperficies plana, qua radius refractionis ad oculos perveniat, fieri non poſſe exiſtimant, ut ſolis lumen & ſol ipſe tam longè propagetur. Sed contrarium evincit refractionum natura. Si quis enim vel tubum vel ſiphonem è quacunque materia eatenus incurvarit, donec viſu non ſit pervius, is denuo oculis pervius fiet, ſi ita aquae immergatur, ut pars ejus convexa ſit ſuperior.. Quòd ſi tubus ſit rectus, & extra aquam perſpicuus, idem in aquam demiſſus, non erit perſpicuus. Ipſum hoc in aëre contingit: ſi enim ejus ſupra terram tractus rectus eſſet, quod neceſſarium foret ſi terra eſſet plana, minùs longè pateret proſpectùs, ac nunc ſit, uti alibi docebimus.

l. 43. *Et fit ingens globus*] Τρίπλεθρον διάστημα habere inquit Diodorus cùm ſurgit. Plinius verò multo majus ei tribuit ſpatium, dicit quippe lib. II. cap. 11. *Et quòd montem Idam exoriens latitudine exſuperet, dextra laevaque large amplectens.* Unde ipſe argumentum magnitudinis diſci ſolaris ſumit. Sed in Plinio nulla graviora ſunt παροράματα, quàm quae contra matheſin committit. Fabuloſum verò eſſe exiſtimant Viri eruditi id quod hic ſcribunt Diodorus & Mela de apparente magnitudine ſolis: nam inquiunt cur id iſtic tantùm, & non alibi quoque terrarum contingit? Sed verò ipſi falluntur. Artemidorus centuplo majorem, quàm ſit aliàs, ſolem occidere adfirmat in Sacro Hiſpaniae promuntorio. Ego ſanè id ipſum ſaepiſſime evenire arbitror in quibuscumque excelſis montibus, dummodo nulli alii montes viſui obſtent. Cauſa, quàm ibidem addidit Strabo, vera eſt, ſed non niſi de ordinaria magnitudine orientis & occidentis ſolis eſt accipienda: Τὴν δὲ τοῦ μεγέθους φαντασίαν αὔξεσθαι μὲν ὁμοίως κατὰ τε τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι,

γέσι, διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι: Διὰ δὲ τούτων ὡς δι' αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας. Sed quid quaeſo tibiae aut fiſtulae apud Veteres praeſticere ad dilatandum viſum? Lege itaque ὑαλῶν, non αὐλῶν quod ineptum. Cryſtallo & vitro hanc potisſimum vim ineſſe nemo eſt qui neſciat. Vera autem ratio quamobrem ſol tam vaſto orbe quandoque oriri videatur & in monte Ida, & in aliis excelſis montibus, haec eſt. Qui è plano ſolem orientem contuentur, eum per modicam tantùm aëris portionem videre poſſunt. Illi verò qui hunc contemplantur ex iis montibus, quorum vertices ſunt in nubibus, vel etiam ſupra illas, hi profundisſimum aëris tractum oculis ſuis colluſtrant & peragrant, ac proinde longè iis major ſol oriens occidensque adparebit, quàm iſtis qui per breve aëris ſpatium ipſum adſpiciunt. Quanto enim plus aëris intercedit inter oculos & rem viſam, tanto res viſae adparent majores. Major itaque ſol videtur cùm oritur & occidit, quia per obliquum aërem illum ſpectamus, quàm cùm vertici imminet, tunc quippe per breviſſimum aëris refractionibus obnoxii ſpatium viſus transmittitur. In excelſioribus itaque montibus utrumque illud contingit, ut ſol illic & minimus, & omnium maximus adpareat. Maximus quidem, ut diximus, adparet, cùm oritur occiditve, tunc quippe ad oculos noſtros penetrat per aërem trecentis & amplius milliaribus Germanicis à nobis diſſitum, ut ſuperiùs oſtendimus. Minimus verò, quòd in montium celſisſimis jugis aër tenuisſimus eſt, luxque non diſſipatur nec refringitur, ac proinde ſimulac ſol è profundo iſto aëre ac nebula emergit, centuplo repentè fit minor.

l. 48. *Ajacis tamen ſepulchro maxima illuſtria*] Ita omnes alii qui Ajacis ſepulcrum collocant in Rhoeteo litore. Antipater in *epigrammate*:

Σῆμα παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτήϊσιν ἀκταῖς.

Ita quoque Calaber, Strabo, & ceteri. Solus tamen Plinius *Ajacis ſepulchrum* in Sigeo ponit litore, *Achillis* verò in Rhoeteo. Sed certum eſt errasſe Plinium; omnes enim Αἰάντειον collocant in Rhoeteo litore, Ἀχίλλειον verò in Sigeo. Strabo: Εἶτα Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη, καὶ τῷ Ῥοιτείῳ συνεχὴς ἠϊὼν ἀλιτενὴς Αἰάντειον, ἐφ' ᾗ μνῆμα, καὶ ἱερὸν Αἴαντος, καὶ ἀνδριάς. Gemino modo locum hunc corrigere conatur Salmaſius, neutro tamen benè. Nihil mutandum; ipſum enim illud promuntorium, quod ἠϊόνα ἀλιτενῆ dicit

eſſe

eſſe Strabo, eſt quod *Αἰάντειον* vocatur, quia nempe in illo ſepulchrum, templum, & ſignum Ajacis. Zoſimus lib. II. *Αἰάντιον* appellat λιμένα. Hodieque ad id promuntorium commoda ſatis navibus eſt ſtatio, quamvis non tam promuntorii, quàm pulvini marini faciem prae ſe ferat.

l. 51. *Littus obvium findit*] Abeſt in antiquis manuſcriptis *littus.* Omnino ita legendum & diſtinguendum eſſe exiſtimo hunc locum: *Ab his fit arctius mare, nec jam adluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto Helleſponti freto obvium findit.* Obvium nempe mare. Quòd ſi *littus* retinendum ſit, tamen ea, quam dedimus, vera manet diſtinctio. De hac autem locutione infrà agemus.

l. 52. *Facitque ut iterum terrae, quà fluit, latera ſint*] Et haec quoque Pintianus & alii mutant, cùm tamen melior ſit haec lectio, atque iſta, quam ipſi ſubſtituunt. Rectè hîc dicit terras denuo fieri latera: quamvis enim omnibus ferè corporibus & figuris latera aliquando tribuantur, attamen qui magis propriè loquuntur, à ſimilitudine corporis humani, eas tantùm formas dicunt latera habere, quae utrimque oppoſita crura paria habent & aequalia. Itaque non tantum fluminibus, quorum litora ſimilia ſibi invicem & prorſus parallela ſunt, verùm etiam ὡοειδέσι, uti navibus & ſimilibus latera tribuunt, quae quamvis non ſint parallela, ſunt tamen ſimilia. Talem eſſe Propontidis figuram nemo eſt qui ignorat. Ipſe Mela ſuperiùs: *Quà Propontidi & Helleſponto latere adjacet, contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modo, verùm etiam ſimilis eſt.*

## IN CAP. XIX.

## DE BITHYNIA, PAPHLAGONIA, ALIISQUE PONTICIS ET MAEOTICIS GENTIBUS IN ORA ASIATICA.

l. 2. *Lampſacum & Parion*] Ita omnes veteres libri, uti quoque mox infrà *Cyzicum,* non *Cyzicus.* Saepiſſime enim Romanis nomina urbium, quae in *os* deſinunt, neutrius fiunt terminationis. Ita quoque Cicero *in Verr. Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum,* &c. Quod autem mox ſequitur, *ubi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſere,* id quomodo accipiendum ſit manifeſtè docet Auctor *Etymologici magni,* qui eſt Nicas Grammaticus: Τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη, ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. Ἀστραπῆς οὖν γενομένης, εἶδον

τὴν

*τὸν τόπον, καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν, Λάμψακον ταύτην προσαγορεύσαντες.* Nempe uti *λάμπειν*, ita quoque *fulgere*, ambigua vox eſt, & non tantùm de ſplendore ſolis, verùm etiam de fulgetro accipitur. Malè verò Etymologus iſte Lampſacenis iſtud oraculum redditum fuiſſe inquit, quomodo enim *Lampſaceni*, ſi necdum *Lampſacus*? Porrò Plutarchus *de virtutibus feminarum*, & Polyaenus lib. VIII. à *Lampſace* puella dictum eſſe volunt *Lampſacum*. Grammaticus verò quidam anonymus penes me ita habet, *Λάμψακος ὑπὸ Λαμψάκου τοῦ Φωκέως συνῳκίσθη.*

l. 10. *Pugna, quae primùm inter Perſas*] Optimi codices ita legunt, *Quâ primùm inter Perſas & Alexandrum pugna fuit nobilis.* Quam locutionem probam eſſe, norunt qui Latinè ſciunt.

l. 17. *Olympus (ut incolae vocant) Myſius*] In nonnullis exemplaribus vetuſtis *Myſus* eſt, non *Myſius*. Utrumque benè, nam & Μύσιοι & Μυσοὶ vocantur. Hinc Callimachus *Hymno in Dianam*, Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ. Non verò rectè haec mutant Viri docti; neque enim video quid obſtat, quominus *Myſii* hunc ſuum montem *Olympum Myſium* ab excelſitate appellare potuerint, quàm quòd Aegyptii praecipuum, quem ad mare poſſident, montem, *Caſium Aegyptium* dixerint, ad ſimilitudinem Antiocheni.

l. 24. *Trans Rhyndacum eſt Daſcylos*] Ita omnes libri veteres; ita quoque Plinius. Alii tamen plerique *Δασκύλιον* urbem hanc vocant, ita etiam exigente analogiae ratione. Nam à *δασκὸς*, quod idem eſt ac *δασὺς*, fit appellativum *Δάσκυλος*, quomodo cùm alii, tum etiam Gygis pater vocabatur. Inde *Δασκύλιον*. Vulgatam tamen lectionem retineo, nam, ut alibi oſtendimus, innumerae urbes utramque habent terminationem. *Δασκύλου* quoque *κώμη* erat in oppoſita continente prope Cardiam, cujus meminit Pauſanias & Athenaeus. Verùm illa nihil ad hanc.

l. 26. *Alter ſine nomine Cion amplectitur*] Mirum poſſit videri, cur ſine nomine dixerit, cùm tamen alii omnes *Cianum* vocent hunc ſinum, ita dictum à *Cio*, uti ſequens *Olbianus* ab *Olbia* oppido. Verùm *ſine nomine* hîc accipiendum eſt pro *ignobili*.

l. 31. *Deinde priores terrae iterum jacent*] Et haec quoque perperam mutant Viri docti. *Jacent* hîc, ut ſaepe alibi, pro *adjacent*. Primò Europa Aſiae adjacet ad fretum Helleſponti, ut jam ſuperiùs monuit. Hîc jam dicit priores illas terras, nempe Europam, iterum adjacere.

l. 37. *Templi numen Jupiter, conditore Jaſone*] Omnes

veteres

veteres libri legunt, *Jaſo*. Omnino ſcribendum erat, *conditor Jaſo*. *Jaſo* pro *Jaſon*, ut ſuprà *Aſcalo* pro *Aſcalon*, *Tarraco* pro *Tarracon*, & ſexcenta hujusmodi. Quod autem Jaſonem templi hujus conditorem faciat, in eo alios ſecutus eſt Auctores, quàm quos hodie habemus. Plures Phryxum aut Phryxi poſteros, templi hujus conditores faciunt. Apollonius Argonautas quidem aram hîc aedificaſſe ait, verùm non Jovi, ſed duodecim diis:

> Ἐκ δὲ τόθεν μακάρεσσι δυώδεκα δωμήσαντες
> Βωμὸν ἀλὸς ῥηγμῖνι πέρην.

Timoſthenes Argonautas ſoli Neptuno aram collocaſſe ait. Sanè praeter illud templum, in quo duodecim dii σύμβωμοι colebantur, etiam alia illic fana exſtructa olim fuere, Jovi nempe, & Neptuno, & Dianae, niſi potiùs exiſtimandum ſit, idem illud Jovis Οὐρίου fanum diverſis temporibus diverſis quoque fuiſſe appellatum nominibus. Ptolemaeus ἱερὸν Ἀρτέμιδος hîc nominat. Diſplicet hoc Salmaſio in *Solinianis*, ideoque legendum eſſe dicit, ἱερὸν Διὸς Οὐρίου. Quantumvis gravibus Auctorum ulceribus facilè aliquis hoc pacto poſſit mederi. Sed profectò nullum hîc ulcus latet; nam, ut diximus, non in re, ſed ſaltem in nomine diſcrepant inter ſe Auctores, & alii quidem duodecim deorum templum, alii Jovis Urii tantùm, Plinius & Ariſtides Neptuni hîc fanum collocant, Ptolemaeus Dianae. Miror quòd non & Neptunum & ceteros deos deasque ejecerit ex hoc templo, & ſolum tantùm ſtare juſſerit Jovem Οὔριον. Quod autem putat Marcianum Heracleotam, qui pleraque ex Ptolemaeo deſumſit, hanc ſuam conjecturam confirmare, cùm ait, ἀπὸ Διὸς Οὐρίου εἰς Ῥήβαν ποταμὸν στάδια ή, & tum quoque peccat. Falſum namque haec verba Marcianum Heracleotam ex Ptolemaeo hauſiſſe, aut illo hîc uſum fuiſſe duce. Ipſe in *Praefationibus* fatetur ſe nihil Ptolemaeo debere in deſcriptione maris interni, ſed in pleriſque ſecutum ſe eſſe Artemidorum. In duobus prioribus libris, quibus Oceani orientalis & occidentalis περίπλουν abſolvit, ubique non ſequitur tantùm, ſed penè deſcripſit Ptolemaeum. Tertius Marciani liber, quem tamen ſeorſim edidit, continebat deſcriptionem maris interni, in illo unum ferè ſecutus eſt Artemidorum Epheſium, ut ipſe fatetur. Iſtius libri exiguum tantùm ſupereſt fragmentum, quod ſi quis conferat cum Ptolemaeo, tantam inveniet differentiam, ut major eſſe non poſſit.

*l.* 36. *Niſi quâ promuntoria ſunt, longo rectoque limite extentus*] In quibusdam libris ſcriptum reperitur, *tramite*. Qui ſequitur locus, is valde exercuit Eruditos. Ita concipitur in omnibus antiquis libris, *Sed quia contra minus, quâ ad laevam & dextram abſcesſit.* Una tantùm redundat littera; ſcribendum enim, *Sed quâ contra, minus*. Perpetuus is eſt Librariorum in hoc Auctore error, ut *quia* ſcripſerint pro *qua*. Dicit verò Mela, Pontum quâ contra abscedit, hoc eſt, ad Κριοῦ μέτωπον, minùs ſinuari, quàm ad dextram & ad laevam, illic enim in anguſtos deſinere angulos. Attamen ſi alios audiamus, nullos acutos facit angulos mare iſtud, & ſi verum ſit Scythicos arcus στρογγύλους fuisſe, & penè in circulum curvatos, jam nullus talibus angulis locus ſupereſt. Sed videamus quaenam Scythicorum & Parthicorum arcuum forma fuerit: eandem enim illis tribuit Ammianus Marcellinus. Agatho Tragicus in *Telepho* apud Athenaeum, cùm ruſticum literarum imperitum introducit, qui Theſei nomen deſcribit, ita id facit:

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος
Ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο.
Σκυθικῷ δὲ τόξῳ τρίτον ἦν προσεμφερές.

Ita legendi hi verſus. Exiſtimant autem Viri docti tertiam hanc literam in nomine Theſei, quae eſt σῖγμα, ita pinxisſe vetuſtiores Graecos, quemadmodum C Latinum. Verùm omnino eos errare exiſtimo. Quamvis enim non ignorem ita hanc literam expresſam fuisſe olim, in antiquioribus tamen monumentis aliter pingitur, hoc nempe modo ≶. Haec figura convenit ἑλικτῷ βοστρύχῳ, cui literam iſtam comparat alter Poëta apud eundem Athenaeum. Planè quoque exprimit arcum Scythicum demto nervo. Huic quoque ſimile faciunt Ponti Euxini latus boreale, quod à Boſporo usque Dioſcuriada extendit Strabo. Sed rectiùs Mela, qui nervum arcus à Boſporo non multùm ultra Trapezuntem ait extendi. Reliquum itaque latus efficit arcus cornua, quae διττὴν ἐπιστροφὴν habere dicit Strabo, τὴν μὲν ἄνω περιφερεστέραν, τὴν δὲ κάτω εὐθυτέραν, quod falſum esſet ſi lunae corniculatae inſtar pingamus τὸ σῖγμα. Ammianus Marcellinus aliam Scythicis arcubus tribuit figuram: *Cùm arcus omnium gentium flexis curventur haſtilibus, Scythici ſoli vel Parthici circumductis utrimque introrſus pandis & patulis cornibus, effigiem lunae decreſcentis oſtendunt, medietatem recta aut rotunda regula dividente.* Ita concipiendus locus

iſte, nam regula illa, quae medietatem arcuum diſtinguebat, non poterat ſimul esſe & recta & rotunda, ſed in Scythicis arcubus erat rotunda, in Parthicis verò recta, uti nummi & marmora antiqua oſtendunt. Sed planè inhabilis ſit futurus talis, qualem hîc nobis depingit arcum Ammianus, cujus extima cornua ita contrahuntur, ut iterum penè coëant: nervi enim initium conſtituit Halyos fluminis oſtium, quod ſi faciamus, jam nulla nervi ad arcum fuerit proportio. Sed ſi cum Mela nervi initium ſtatuamus ad Trapezuntem, jam veram arcus Scythici formam habebimus.

l. 44. *Brevis, atrox, nebuloſus*] Pintianus & alii hîc legendum cenſent, *brevibus atrox;* verùm & hîc eum ſua fefellit ratio: *brevis* enim hîc vocatur *Pontus* non ob ſpatium, ſed ob frequentia brevia. Ita Tacitus lib. XIV. *breve litus* dixit, ubi de Paulino Suetonio agit. Similiter Graeci non tantùm τὰ βραχέα vocant *marium brevia*, ſed & ipſum *mare* vocant breve βραχεῖαν θάλασσαν. Stephanus Grammaticus: Βραχεῖα, οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται. Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλεῖστα. Verùm non Arabicum tantùm, ſed & Aethiopicum mare βραχεῖαν θάλασσαν dixere. Inepti homines apud Ptolemaeum Τραχεῖαν ſubſtituerunt θάλασσαν, ubi ſcribit mare, quod ad Raptum eſt promuntorium, vocari Τραχεῖαν θάλασσαν, διὰ τὰ βράχη. Sed rectè apud Marcianum lib. I. qui totus, uti & ſecundus, ex Ptolemaeo deſumtus eſt, Βραχεῖα θάλασσα vocatur. Verum id esſe vel unus hic teſtabitur locus anonymi Auctoris, cujus, quia ineditus eſt, adſcribam verba: Μετὰ δὲ τὴν πρασώδη ὡς πρὸς ἄρκτους ἡ βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἡ οὐ διὰ βραχύτητα τοῦ μεγέθους, ἔστι γὰρ μεγίστη, τούτου τετύχηκε ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ βράχη. Τὰς γὰρ ἀμπώτεις γίνεσθαι κἀκεῖ μεγίστας, καὶ μὴ αὐθημερινὸν μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖστον ἀναχωρεῖν χρόνον τὸ ὕδωρ, καὶ τὰς ῥαχίας μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἀναξηραίνεσθαι, ὥστε τοὺς πλέοντας εἰ περιπέσοιεν ποτὲ τούτῳ τῷ πάθει, ὑποστηρίξαντας τὸ πλοῖον ἀναβαίνειν καθάπερ εἰς ἤπειρον.

l. 61. *Et à Cytiſoro Phryxi filio*] Ita veteres libri, ita quoque Herodotus, Apollonius, & alii quidam, quapropter nihil mutandum. Mox legendum, *Tum Cinolis, Anticinolis & quae Paphlagoniam finit Armene.* Ita ferè meliores libri, & ſic legendum esſe rectè vidit Pintianus. Inepta ſunt aliorum commenta. Sequentia etiam ex fide meliorum librorum correximus, quae perperam ab aliis fuerant immutata.

l. 66. *Urbs eſt Lycaſto*] Cùm ita ſit in omnibus libris, retinendam exiſtimo hanc lectionem, quamvis aliis *Lycaſtus*

vocetur hoc oppidum. Sed utrumque rectum Λύκαστος & Λυκαστὼ, ut Βοῦτος & Βουτὼ, & ſimilia. Non *oppidi* tantùm, ſed & *fluminis Lycaſti* meminit Marcianus Heracleota lib. III. qui totus ex Artemidoro Epheſio deſumtus eſt. Sed perperam illic Ἄκαστος vocatur. Mox in veteribus libris legitur *à Thermodonta*. Unde fecimus, *ad Thermodonta.*

l. 67. *Themiſcyrum oppidum*] Legendum, *Themiſcyrium oppidum.* Regio ſive campus *Themiſcyra* vocatur. Hinc Θεμισκύρεια πόλις Stephano, & Θεμισκύρειον ἄκρον Apollonio, & aliis. Tralativè tamen ipſum oppidum *Themiſcyra* nominatur.

l. 68. *Fuere & Amazonum caſtra: ideo Amazonum vocant*] Inepta lectio. Vera eſt ſcriptorum codicum lectio, *& ideo Amazonium vocant.* Ita Plinius, & alii. Sed & ipſa ratio ita legendum eſſe monet.

l. 70. *Ultra Tibarenos* Μοσύνοικοι *turres ligneas ſubeunt*] Et haec quoque depravata ſunt ab indoctis. In quibusdam libris legitur, *Ultra Tibarenos Masſyni*: in pluribus verò, *ultra Carambin Masſyni.* Neutrum benè. Carambin promuntorium jam ſuperiùs memoravit, abeſtque quàm longisſimè à Moſynoecis. Scripſit Mela, *Ultra Moſyni turres ligneas ſubeunt.* Pasſim in Pomponio, ubi *ſupra*, *ultra*, ſimiliaque occurrunt vocabula adverbialiter poſita, in praepoſitiones mutata ſunt ab ineptis hominibus, addito aliquo accuſativo, aut mutato ſequenti nomine. Malè quoque hîc *Moſynoecos* reponunt pro *Moſynis*; utrumque enim rectum. Sic Scylax, Nicolaus Damaſcenus, Plinius, & alii.

l. 75. *Atque ubi culpam pravè imperando meruere*] Addenda eſt vocula, *pravè quid imperando*, quam omnes libri veteres agnoſcunt. Ita etiam Apollonius:

> Σχέτλιος ἦν γάρ που τι θεμιστεύων ἀλίτηται,
> Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσι.

Etiam ob minima delicta unius diei fame regulos ſuos excruciabant Moſynoeci: ſed verò ſi gravius peccasſent, omnino eos fame enecabant. Atque hic quidem videtur ſenſus eſſe verborum Apollonii, quae rectè interpretatus eſt Mela, licet contrarium exiſtiment Pintianus, aliique Viri magni, qui gravisſimè eum errasſe putant, ac λιμῷ ἔχουσι κεῖν' ἦμαρ ita reddendum eſſe cenſent, *fami eum enecandum tradunt illo die.* Sed verò interpretatio Melae, ut facilior, ita quoque verior. Porrò locus hic diſtinctione egebat, quae & huic & ſequentibus locis, non parum adtulit luminis.

l. 79. *Bechiri*, *Buzeri*] Haec lectio proximè accedit ad veterum codicum ſcripturam. Utrumque verò rectum eſt, *Bechires* & *Bechiri*, *Buzeres* & *Buzeri*, uti quoque Plinius. Sanè Grammatici notant utrumque rectum eſſe Βέχειρ & Βέχειρος. Sic Zenobius in *Paroemiis*: Βέχειροι ἐὰν ἀπὸ νόσου σωθῶσι, κυσὶν ἑαυτοὺς παραβάλλουσιν. Malè vulgò Βακχείριοι. Uſitatius tamen Βέχειρ & Βέχειρες. Perperam apud Stephanum vocantur Βέρεξ pro Βέχειρες. Βέρεξ ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός. India enim & Aethiopia regiunculae etiam ad Pontum Euxinum circa hunc tractum erant ſitae, uti nos alibi docuimus.

l. 82. *Atque inde ſe in ſinum adverſi litoris flexus attollens*] Ita reſcripſimus auctoribus libris. Iidem quoque legunt, *Ceraſunta* pro *Ceraſuntum*. Utrumque enim rectum eſt *Ceraſus* & *Ceraſuntum*, *Trapezus* & *Trapezuntum*.

l. 102. *Meandea*, *Terreſtrea*, *Sexeli*, *Cecoraxi*] Haec eſt meliorum codicum ſcriptura, alii paulò aliter. Nos illam, quam repoſuimus, lectionem veram eſſe arbitramur. Ipſas autem hîc provincias nominat pro incolis. De iisdem ſimiliter Scylax: Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κωλικὴ ἔθνος. *Colices* tamen regionis incolae *Coli* dicuntur, & ſic ipſe Mela inferiùs. Ἐκρηκτικὴ verò à Graecis videtur appellatus fuiſſe tractùs ille Colchidis inacceſſus, & praeruptis undique montibus cinctus, ut vel nomen ipſum oſtendit. Meminit hujus regionis Ptolemaeus & Plinius.

l. 110. *Quae duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocondamam penè inſulam reddit*] Mirum in modum locum hunc depravare conatus eſt Pintianus, cùm tamen nihil admodum hîc ſit quod offendere poſſit: revera enim hîc inſula eſt, non peninſula, ut putat Mela. Tractum enim hunc à continente reliqua ſeparant Corocondamites lacus, & exiens ex eo alveus in Pontum, & praeterea Anticites flumen per hunc ipſum lacum altero oſtio exiens in Maeotin. Hoc tamen non credit magnus Strabonis Interpres, & Strabonem errare putat; nam ſic neceſſe eſſet, inquit, Anticitem ſubterlabi illa flumina, quae Ptolemaeus collocat inter hunc lacum, & Anticitem. Sed eſt error ipſius Ptolemaei, qui Atticitem vel Anticitem multo facit ſeptentrionaliorem quàm debuerat, uti nos ad Ptolemaeum demonſtravimus. Porrò ἀποῤῥὼξ illa Anticitae vocatur quoque *Hypanis*, ut non tantùm ex Strabone, verùm etiam ex Stephano ſatis colligere eſt: affirmat enim auctoritate Alexandri Polyhiſtoris Hypanim duobus alveis & in Pontum, & in Maeotim effluere. Rectè itaque νῆσον ἀπειρεσίην Dionyſius vocat hanc

Sindicae partem, cùm undique aut flumine, aut lacu, aut mari ambiatur. Ineptè verò Euſtathius haec Dionyſii verba de Taurica Cherſoneſo interpretatur. Sequitur enim apud Dionyſium:

Ἧς ἔπι Φαναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα.

Hae enim urbes non in Taurica peninſula, ſed verò in Sindorum ſitae erant inſula. Rectè itaque Auctor ille, quem pueri olim cum Scylace edidimus, *Sindicam* vocat *inſulam*. Qui verò *peninſulam* vocant tractum hunc Boſporanum, illi aliter accipiunt. Intelligunt nempe totam illam oram, quae inter Pontum & Maeotim ad Boſporum usque excurrit, quae non Sindicam modò, ſed & multas alias gentes complectitur. Errat verò Ammianus Marcellinus lib. XXII. tum quòd *peninſulam* vocet hanc Sindorum inſulam, tum verò gravius in hoc, quòd eam in Europa collocet, & Dromo Achillis vicinam faciat.

l. 117. *Quaſi margine obductus*] Haec nihil ſignificant, & omnino abſurda ſunt. Legendum, *aequali margine obductus*. Dicit enim latus Maeotidis ſuperius, & à Ponto Euxino remotius, incurvum eſſe: rectum verò & aequale eſſe litus inferius, quod Ponto vicinius eſt, cui ſimilem facit hanc paludem, quoad formam. Refert itaque arcum Scythicum, de quo jam ſuperiùs ſatis diximus.

l. 124. *Viri pedibus merent*] Ita Vaticanus & alii libri veteres. Vulgo ineptè, *inhaerent*. *Pedibus merere* probum eſt & Latinum, ſic Livius lib. XXIV. aliique Auctores loquuntur. Porrò quod hîc *feminis Examatarum* (ſic namque optimi libri, & ſic alibi etiam appellantur) tribuit Mela, id *Sagartiis viris* tribuit Herodotus; Valerius Flaccus verò *Auchatis* lib. VI.

*Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro*
*Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.*

Non rectè vulgò *Anchates*. De Auchatis infrà dicemus.

l. 130. *Tanais ex Riphaeo monte dejectus*] E lacu, quem vaſta undique cingit planities, oritur Tanais. Montes iſti Riphaei aeque ſunt fabuloſi, ac Hyperborei. Obſervatione dignum, in toto ſeptentrione non eſſe montes, qui inſignem habeant excelſitatem: nam quae de monte Sloto qui ſit ſub ipſo polo, aut aliis in ſeptentrione excelſis narrantur montibus, merae ſunt fabellae, quibus miror Scaligerum, ac alios

ſeculi

ſeculi noſtri Philoſophos, aurem commodavisſe. Norwagici montes omnium qui ſunt in ſeptentrione altisſimi esſe creduntur, attamen illorum nullus eſt, qui ad duorum ſtadiorum perpendiculum asſurgat. In reliquo ſeptentrione rarò vel unicum aequant ſtadium, quantoque polo viciniores fiunt, tanto magis decreſcunt. Contrà verò torridae Zonae montes, ac huic vicini, omnium ſunt celſisſimi. Hujus rei cauſa haec eſt. In regionibus Zonae fervidae ſubjectis, ubi nulli ſunt montes excelſi qui nubibus caput inſerant, ibi etiam nullae pluviae usque ad terram perdurant. Sic itaque diſpoſuit naturae Auctor, ut plurimi in calentibus & ſiccis regionibus montes ſint, in quorum ſinubus aqua collecta ad terram perveniat, quae absque illa mortua & inhabitabilis ſit futura, ut jam ſuperiùs monuimus. At verò in frigidis regionibus, ubi non eſt tantus aeſtus, ut pluviae, antequam in terram decidant, conſumantur, aut lapſae deficiant; ideo opus non fuit tam vaſtas erigere moles, ad aquam tam altè excipiendam, quae etiam absque illis ſatis copioſè, & quandoque nimium deſcendit. Hinc fit, ut in ſeptentrione flumina non è montibus, ſed è lacubus & aquis in plano ſtagnantibus plerumque profluant, quod in regionibus fervidis aut nunquam, aut quàm rarisſimè, contingit.

l 134. *Idem ſemper & ſublimis incitatusque decurrat*] Libri manu exarati legunt *ſublimilis*. Scripſit Mela *ſui ſimilis*, uti repoſuimus.

l. 137, *Primi Maeotici* γυναικοκρατούμενοι] *Maeotidae* reſcripſimus, ſecuti & in hoc veteres pleroſque codices. *Maeotides* ſunt Amazones, uti omnes norunt; *Maeotidae* verò ſunt Maeotarum & Amazonum ſoboles. Μαιωτίδαι γυναικοκρατούμενοι itaque rectè dicuntur gentes illae quibuscum Amazones ſolebant. Plinius vocat hos *Amazonum connubia*, lib. vi. cap. 7. *Primò Sauromatae gynaecocratumeni Amazonum connubia*. Ita libri veteres. Malè mutarunt, qui non intellexerunt.

---

FINIS OBSERVATIONUM AD LIBRUM PRIMUM.

# AD LIBRUM SECUNDUM OBSERVATIONES,

## In Cap. I.

l. 8. *Ut ultra ne viſum quidem intendentium admittant*] In quibusdam libris veteribus *incedentium* legitur. Sed ne ſic quidem locus hic ſatis expurgatus fuerit. Quapropter ſic legendus & diſtinguendus, *Proxima cadentes aſſiduè nives adeo invia efficiunt, ut ultra ne niſum quidem incedentium admittant.* De Pterophoro regione loquitur, quam inquit ne pedum quidem niſum admittere. Herodotus lib. iv. nec inceſſum, nec viſum ad hanc patere ſcribit; ſed alterum tantùm expreſſiſſe Mela videtur.

l. 18. *Quia pro ſedibus plauſtra habent, dicti Amaxobitae*] In optimis noſtris libris *Amaxobioe* legitur, omnino rectè pro *Amaxobii.* Ἁμαξοβίτας, quod ſciam, nemo iſtos populos vocavit. Sed vel Ἁμαξοβίους, vel Ἁμαξίτας, vel Ἁμαξοφορήτους appellant; alterum verò non videtur ſatis eſſe Graecum. Porrò quòd hic pro *ſedibus* Viri docti reſcribant *aedibus*, in eo quoque illos fugit ratio, cum & iſtud rectum ſit. Sic etiam locutus Salluſtius apud Porphyrionem & Acronem Horatii Interpretes de iiſdem populis, *Scythae Nomades tenent, quibus plauſtra ſedes ſunt.*

l 29. *Oppidum adjacet Cherroneſus*] In antiquis plerisque quos vidi codicibus *Cherrone* vel *Cherſone* legitur. Notum eſt hanc Tauricae civitatem Χερσῶνα dictam fuiſſe à poſterioris aevi Graeculis, antiquiores tamen tam Graeci, quàm Latini, conſtanter *Cherſoneſum* vocant. In *Actis* S. Clementis Papae, *Cherſon* ſimiliter vocatur urbs iſta. Verùm, ut detur, Acta iſta eſſe vetuſtiſſima, non tamen priora ſunt aevo Diocletiani: meras enim continent fabellas. Nam quòd illic dicitur S. Clemens in exſilium eſſe miſſus à Trajano Imperatore, id falſiſſimum eſt, cùm primo Titi Imperatoris anno illuc relegatus ſit, ut nos alibi oſtendimus.

l. 30. *Et Nymphaeo ſpecu, quod in arce ei ſacratum eſt*] Ita emendavimus; in veteribus enim libris legebatur *eis nymphis*; in quibusdam verò etiam planè aberat τὸ *nymphis.*

l. 35. *Quae Satarchae & Taurici tenent*] In omnibus antiquis

tiquis codicibus, quibus uſus ſum, ita legitur, *quod Satarchae & Taurici;* unde fecimus, *quoad Satarchae & Taurici.*

l. 38. *Quam duo flumina Gerros & Hypacyris*] Rectè in veteribus *Hypacaris* vocatur. Sic quoque Herodotus flumen hoc appellat lib. IV. quamvis & apud illum ſemel Ὑπάκυρις perperam appelletur, cùm alibi Ὑπάκαρις rectè dictum ſit. Itaque non ex Plinio Mela, ſed verò è Mela emendandus eſt Plinius, apud quem *Pacyris* perperam legitur. Gerrum verò ſimul cum hoc flumine mare intrare ſcribit quoque Herodotus, & qui eum ſequuntur. Tamen Ptolemaeus Gerri oſtia ad Maeotin collocat. Verùm errat, ut exiſtimo, licet & ipſe ſuos proculdubio habuerit Auctores. Mela verò, ut alibi, ita quoque hîc ſecutus eſt Herodotum. Sed merito hîc Lectorem offendere poſſit, quòd cùm dicat haec flumina diverſis fontibus, & aliunde delabi, ſtatim ſubdat, *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvitur.* Quid enim opus eſt dicere ubi Gerros evolvatur, cùm jam antea monuerit Gerrum eodem atque Hypacaris oſtio exire? Fontes horum fluminum, non oſtia oſtendere debuerat. Rectiùs itaque hîc legetur *devolvitur*, non *evolvitur;* montibus enim fontibusque devolvuntur fluvii, evolvuntur verò cùm in mare exeunt. Sed hoc leve, illud verò majoris momenti, quòd cùm duorum fluminum fontes promittat, unum tantùm reddat. Vidit hoc etiam magni Vir judicii Ferdinandus Pintianus: viderunt etiam illi, qui ante aliquot ſecula Melam transſcripſerunt. Quapropter extrito proximè ſequentis fluminis *Panticapes* nomine, *Hypacarin* repoſuere, totumque locum ita digesſerunt: *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvitur, & Hypacaris Nomadas Georgosque diſterminat. Silvae deinde ſunt, quas maximas hae terrae ferunt. Terra tum longè diſtenta excedens, tenui radice litori adnectitur.* Sed praeter ordinem Geographicum, qui totus hic turbatus eſt, quem non offendat intempeſtiva illa repetitio vocabuli *terrae?* Omnino aliter ſcripſit Mela. Sic itaque exiſtimo. Quae omnium ferè hiatuum in antiquis Scriptoribus cauſa eſt, eandem quoque hîc fuiſſe, occurſum nempe duarum vocum ſimilium. Cùm itaque *Nomadas* bis hîc nominaret, factum eſt ut & hoc vocabulum, & praeterea nomen amnis hîc exciderit, ita enim priùs legebatur, *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas, Hypacaris per Nomadas devolvitur.* Quam lectionem ut veram non dubitavi textui inſerere. Adeò autem vetuſtum in Mela eſt iſtud mendum, ut jam ſeculo Plinii obtinuiſſe putem; quum

enim alterius fluminis nomen hoc loco deeſſe videret, *Hypanim* ſubſtituit, inſigni errore, cùm Hypanis non illo quo Gerrus, ſed verò iſto quo Boryſthenes oſtio in Pontum effluat. Qui verò in Plinio hoc loco *Hypacarin* pro *Hypani* ſubſtituunt, etiam illi errant; hujus enim jam mentionem fecit, cùm *Pacyrin* nominat, quem in *Hypacarin* mutandum eſſe ſuprà docuimus.

l. 43 *Et Panticapes, qui Nomadas Georgosque diſterminat*] *Diſterminant* in veteribus quibusdam reperi, abeſtque praepoſitio. Facile itaque fuit veram lectionem reddere Pomponio: nam vulgata hactenus non ſatis cohaerebat.

l. 48. *Facie poſiti enſis allecta eſt*] Quidam hîc legunt *porrecti*, non *poſiti*. Nempe quia Plinius hanc peninſulam dicit *ad formam gladii in transverſum porrectam*. Scio quidem quoad ſitum differre enſem poſitum à porrecto, ſed nonne eadem manet forma & figura? Porrò de ſitu hujus inſulae plura alibi diximus, quae nunc non eſt animus repetere. Vide tamen quae infrà de Leuce dicemus, quam multi cum hac peninſula confundunt.

l. 65. *Ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen eſt*] Ita repoſuimus, conſentientibus libris. In quibusdam codicibus, legitur, *ex puro fonte*. Sed alteram lectionem confirmat Herodotus & Jornandes, qui hunc Melae locum deſcripſit cap. 5. Sed malè apud illum legitur, *cui ex Ampheo cognomen eſt* pro *Exampeo*: verum enim hujus fontis nomen eſt Ἐξάμπεος. Quemadmodum utrobique apud Herodotum reſcribendum. Meminit hujus quoque Licentius in carmine ad Auguſtinum:

*Exampeosque lacus fugiens Hypaneïus amnis*
*Callipidum Scythicas reſonat ſpumoſus ad undas.*

l. 83. *Capita ubi fabrè expolivere, auro vincta pro poculis gerunt*] Ita omnes quotquot vidi meliores codices, & ita omnino ſcripſit Mela. Malè haec reformat Pintianus: neque enim unum ſecutus eſt Herodotum Auctor noſter; habet enim multa ab Ephoro, multa quoque ex Hecataeo & Hellanico. Utut verò detur haec illum ex Herodoto transtuliſſe, non tamen ideo exiſtimandum Melam hîc abire à mente Herodoti. Verba ejus haec ſunt: Τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες ἀποχρυσοῦσι, καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέονται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες. Ἀγάλματα verò Graeci vocarunt non ſimulacra tantùm & icones, verùm etiam pocula & vaſa rariora, & veſtes, & quaecunque alias

alias res. Grammaticus anonymus, qui penes me exſtat, vocabulum iſtud interpretatur, πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεται καὶ χαίρει, κἄντε ἱμάτιον ᾖ, κἄντε εἰκών. Licet verò ita accipi poſsint verba Herodoti, aliter tamen arbitror eſse capienda; nempe Esſedones capita parentum ſuorum deaurata in ſacello aut larario collocasſe, iisque tanquam ſimulacris honores annuos exhibuisſe. Hoc ipſum Panebis Libyae populo tribuit Damaſcenus: Πάνηβοι Λιβύης, ὅταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύττουσι, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες, καὶ χρυσώσαντες ἀνατιθέασιν ἐν ἱερῷ.

l. 87. *Ut quisque majoribus praeſtat, ita magis vel minus*] Malè hunc locum vexavit Salmaſius, quia non intellexit: ita enim accepit, ac ſi *majoribus* conſtruendum esſet cum *notis*. Sed verò *majoribus praeſtare*, hîc eſt, *genere praeſtare*: quis enim neſcit, *majores* pasſim accipi pro parentibus? Vide tamen & mirere, quàm magni ſaepe Viri in levisſimis haereant rebus. Idem porrò, quod hîc Mela, tradit etiam Solinus & ex eo Ammianus Marcellinus. Sed quem Interpres ejus Salmaſius, eundem quoque errorem commiſit Solinus, cùm ita malè verba Melae accepit, ut putarit Agathyrſos artus pingere iisdem omnes notis, ſed majoribus, ut quique praeſtant. Sed ſi majoribus, quomodo iisdem? Manifeſtè ex Mela colligi poteſt nullam fuisſe differentiam inter notas plebeas & nobilium quoad magnitudinem. Sed verò differentia in eo erat, quod vulgus raras, generoſiores verò crebras ac magis fucatas notas haberent. Adſcribam Dionis Chryſoſtomi locum, qui unicè id, quod dixi, adfirmat: Τί δὲ ἐν Θράκῃ γέγονας; ἔγωγε. Ἑώρακας οὖν ἐκεῖ τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας στιγμάτων μεστὰς καὶ τοσούτῳ πλείονα ἔχοντας στίγματα καὶ ποικιλώτερα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων δοκοῦσι; Ex quo loco adpareret etiam hoc, morem illum latiùs patuisſe; cùm non tantùm apud Agathyrſos Scythas, verùm etiam apud Threſſas obtinuerit. Ipſum hoc etiam docent Herodotus, Plutarchus, Athenaeus, alii.

l. 101. *Atque ut illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt*] In quibusdam vetuſtis libris *pecori*, in aliis aliter legitur. Sed manifeſtum glosſema eſt imperiti Librarii, qui repetendam eam vocem exiſtimabat.

l. 112. *Exemtumque ſanguinem ubi permiſcuere deguſtant*] Minuti quidam Critici legunt hîc, *ubi vino permiſcuere*. Nempe quia ita Herodotus, quaſi verò non & multa alia illic habeat Herodotus, quae non habet Pomponius. Nihil hîc mutandum, Scythae iſti, de quibus hîc agit Auctor noſter

noſter, mutuum ſanguinem exemtum è vulneribus permiſcebant, atque eum invicem ſorbebant, cùm ſocietatem inirent. Mos autem iſte non apud varios tantùm Scythiae populos, verùm etiam apud Lydos, Medos, Armenios & Iberos obtinuit. De prioribus illis Herodotus ait, libro primo: ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροίην τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Inepti ſunt qui αἱμοῤῥοίαν hîc reponunt. Interpretatione, non verò emendatione, locus hic indiget. Joſephus Scaliger in *commentariolo ad Hippocratem de vulneribus capitis* ὁμοχροίην interpretatur interiorem curvaturam brachii, qua contingunt ſe partes duae interiores brachii, cùm angulum faciunt. Itaque ſic vertendum esſe exiſtimat, *Inciſis ad interiorem curvaturam brachiis, alter alterius ſanguinem delingit.* Sed non exinde, verùm è digitis ſanguinem eliciebant gentes iſtae. Tacitus *Ann.* XII. *Mos eſt regibus quoties in ſocietatem coëant, implicare dexteras, pollicesque inter ſe vincire, nodoque perſtringere. Mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt; id foedus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Valerius Maximus lib. IX. *Sariaſter adverſus patrem ſuum Tigranem Armeniae regem ita cum amicis conſenſit, ut omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum invicem ſorberent.* Sed & Lucianus in *Toxari*: ἐντεμόντες τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα. Rectiùs itaque hoc loco ὁμοχροίην interpretaberis *mutuum cutis contactum*, nempe locum qua ſe contingebant dextrae invicem implexae & colligatae. Porrò hic Melae locus non expresſus eſt ex illo, quem adtulimus, Herodoti, verùm ex altero qui exſtat *Melpomene*, quem & ipſum perperam corrigunt: Ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος. Ὑπέατι quid ſit neſciunt Viri eruditi, ideoque σπάθῃ reponunt. Sed omnino ὀπέατι legendum eſt. Ὄπεας eſt ſubula, idem nempe quod Ὀπήτιον. Exſtat hoc vocabulum etiam apud Pollucem lib. X. ubi cùm σκυτοτόμων inſtrumenta recenſet, ait, καὶ ὄπεας καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησί. Malè enim hoc loco ὀπέας legunt, tanquam ſi esſet ab ὀπεύς, quod Graecum non eſt: ſingulare enim eſt ὄπεας, ὀπέατος.

l. 116. *Biniſque poculis qui plurimos retulere perpotatis interlocantur*] Locus inquinatisſimus, & qui mirificè Viros doctos exercuit. Veterum codicum meliorum haec eſt ſcriptura, *inter locantes honos praecipuus eſt.* Salmaſius duas proponit conjecturas, quarum neutra placet. Sed & ipſe

priorem

priorem repudiat, & alteram probat, quae talis eſt: *biniſque poculis qui plurimos retulere, perpotatis interjugatim, honos praecipuus eſt.* Verùm haec lectio neque Latina eſt, neque cohaeret, neque cum verbis Herodoti convenit. Omnino verum eſt, quod paſſim oſtendimus, Melam non unum ſecutum eſſe Herodotum. Uti multa omiſit, ita quoque non pauca habet quae fruſtra apud alterum quaeras. Si ad hoc adtendisſent Viri eruditi, longè faciliùs veram eruisſent lectionem, quae haec eſt; *biniſque poculis, qui plurimos retulere, perpotant. Is inter Auchetas honor praecipuus eſt.* Rectè verò *Auchetas* ſive *Auchatas* conjungit Mela cum Androphagis, & Gelonis: namque hae gentes vicinae ſibi invicem erant ad Hypanim, qui apud Auchetas oriebatur, teſte Plinio & Solino. Conjungit quoque illos Herodotus. Hujus gentis meminit etiam Valerius Flaccus, uti ſuprà monuimus.

l. 120. *Apud Anthropophagos*] Ita libri veteres. In uno tantùm codice reperi *Androphagos*. Quod verum puto, & ſic hoc ipſo loco Herodotus. Sed alterum quia uſitatius, repoſuiſſe videntur Librarii. Iidem ſtatim pòſt *Melanophoros* in *Melanchlaenos* reformarunt, neſcientes hos populos rectè quoque Μελανοφάρους poſſe nominari. In quibusdam exemplaribus diſertè ita ſcribitur. Herodotus tamen, & alii, *Melanchlaenos* vocant, excepto Ammiano Marcellino lib. XXXI. qui *Melanchitonas* eos appellasſe videtur, non *Melanchlaenos*, ut vulgò: vetus quippe lectio eſt *Melanchinas*. Niſi eum *Melanchimos* potiùs ſcripſiſſe exiſtimemus.

l. 124. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt*]. Non omnibus Neuris idem eſt tempus quo ſeſe in lupos transforment, ſed unicuique ſtatum eſt tempus μεταμορφώσεως ſuae. Verùm ſi Herodotum ſequamur, legendum erit, *ſingulis annis*. Nihil tamen hîc mutandum eſſe exiſtimo; nam, ut ſaepius diximus, non unum ſequitur Herodotum. Porrò de Neuris omnes conveniunt praeter Valerium Flaccum, qui Neuris tribuit id, quod alii aliis Scytharum populis, cùm & illos & Jazyges ſcribit parentes ſuos devorare lib. VI.

*——— ——— ——— Et raptor avorum*
*Neurus, & expertes canentes Jazyges aevi.*

Non rectè vulgò legitur, *& raptor amorum Neurus*, nec meliora ſunt illa quae Viri eruditi ſubſtituunt. Pluribus verò gentibus mos iſte adſcribitur, non tantùm diverſis Scytharum populis, verùm etiam Indis & Sardis, teſte Aeliano.

Verùm

Verùm hi poſteriores rapiebant tantùm & occidebant parentes ſenio confectos, non verò comedebant. Sed utrumque fecere Indi illi, qui in regno Siam ac adjacentibus quibusdam inſulis habitant. Apud hos enim arbori imponebantur parentes ac propinqui aegri aut aetate provecti, quam deinceps circumſiſtentes juniores totis viribus concutiebant. Quòd ſi qui firmiter ramis inhaererent, ii necdum maturi cenſebantur ad moriendum. In labentes verò tanquam in poma decidua certatim dentibus involabant. Verùm de Indis vel ex hoc ipſo Mela ſatis id conſtat. De Scythis verò adfirmat Sextus Empiricus lib. III. quòd parentes ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γενομένους ἀποσφάττουσι. Omnino itaque verum eſt, ita, ut diximus, ſcripſiſſe Valerium Flaccum. Ipſe id in ſequentibus confirmat, cùm eundem morem Jazygibus, quibuscum illos conjungit, adſcribit.

l. 127. *Ei pro ſimulacris enſes & cinctoria dedicant* ] Ita habent multi libri veteres, & ita omnino reſcribendum fuit, ut obſervatum jam Salmaſio, & ante illum Ciacconio. In aliis *tinctoria*, quòd licet in quibusdam exſtet Gloſſariis, ineptum tamen erit vocabulum ſi pro acinace accipiatur. Rectiùs aliae Gloſſae *tinctoria* βάμματα interpretantur: *cinctorium* verò παραζώνιον. Apud Plinium lib. VII. cap. 7. ita lege ex omnibus libris veteribus, *Tu cujus ſemper cinctoria eſt mens. Mens cinctoria*, idem quod apud Terentium *gladiatorius animus*. Quae verò *cinctoria* vocat Mela, ea ἀκινάκας vocat Herodotus. Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *gladium* ſimpliciter nominat: *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum quas circumcircant praeſulem, verecundius colunt.* Sic lege ex codice Vaticano. Porrò non tantùm arma, quibus accingimur, verùm etiam pars illa corporis, qua cingimur, Marti olim dedicabatur. Nempe ut caput Jovi, pectus Neptuno, aliis verò diis aliae corporis partes fuere conſecratae, ſic Marti ζώνη, pars illa qua cingimur. Noti ſunt verſus Homeri de Agamemnone:

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

l. 128. *Ut qui habitant lignorum egentes, ignes oſſibus alant* ] Nihil mutandum. Per *ignes* hîc intellige ignes ſacros. Idem prodit Herodotus, & Aelianus *de Animalibus* lib. XII. cap. 24.

# IN CAP. II.

## DE THRACIA.

l. 7. *Vitem frequentius tolerat, ſed nec ejus quidem fructus maturat*] Atqui ab aliis celebratur Thracia propter vini praeſtantiam. Athenaeus lib. 1. Ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θράκη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδύοινος. Sed rectè addidit Mela, infecundam eſſe Thraciam, niſi quâ mari vicina eſt. Univerſum enim hujus regionis litus Graecis erat refertum coloniis; vinaque hîc naſcebantur generoſisſima, Maroneum, Biblinum, aliaque, vixque in ulla regione major erat cultus Bacchi, quàm in litoralibus illis Thraciae oppidis, adeò illa pasſim erant πολύοινα. At verò interior tractus, qui propriè Thracia erat, altior & frigidior ora illa quam Graeci inhabitabant, vel nullum omnino, vel malignum ſatis producebat vinum. Neque id tam regionis, quàm incolentium vitio imputandum eſſe cenſeo; Barbari enim & bellatores erant plerique Thraces, agriculturae ignari lacte tantùm & pecoribus viventes aut raptu vicinorum. Vitam illorum breviter ſic deſcripſit Herodotus: Ἀγρὸν εἶναι κάλλιστον· γῆς δὲ ἐργάτην, ἀτιμότατον· τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ ληϊστύος, κάλλιστον. Verùm non Thracum tantùm, ſed & omnium ferè regum principumque circa hoc potisſimum verſantur ſtudia, ut id populis ſuis perſuadeant. Felices ſunt qui tantum in Philoſophia profecerunt, ut cognoſcant, τοὺς στρατηλάτας εἶναι ὀνηλάτας.


l. 20. *Euxinum & Hadriam è ſummo vertice oſtendat*] Quae hîc dicit Mela, ea pro fabuloſis habentur, non tantùm à vulgo Litteratorum, verùm etiam à ſummis Mathematicis ac Geographis, ac inter alios ab ipſo Strabone, qui fieri poſſe negat, ut ex monte Haemo maria iſta cernantur, tum ob immenſum ſpatium, tum quoque quòd multi, iique altisſimi, intercedant montes, qui non permittant, ut acies oculorum eò usque pertingere posſit. Livius cùm Philippum montem illum conſcendisſe memorat, ut inde Adriaticum mare & Alpes luſtraret, videtur conſentire cum Strabone, dubitat enim de hujus hiſtoriae veritate. Verùm utroque major Polybius, tamquam rem veram prodidit. Itaque non hîc moror Strabonis auctoritatem, qui nunquam magis fallitur, quàm cùm Polybium carpit. Montes non hîc obſtare, quominus maria illa adpareant, poſtea videbimus.

Primùm

Primùm moneamus per Geometriae leges non poſſe fieri, ut tam vaſtum terrarum ſpatium oculus contempletur, cùm terrae tumor obſtet, & viſum intercipiat. Diſtat Pontus Euxinus à mari Adriatico, ducta linea per ſummum Haemi jugum, centum plus minus & quadraginta Germanicis leucis. Si itaque oculus in medio ſtatuatur, ſpatium viſus ultra ſeptuaginta leucas extendetur. Quod ſi ſit, jam juxta rationes geometricas oportebit, ut Haemi montis perpendiculum trium minimum ſit leucarum Germanicarum. Atqui certum eſt, nullum montem in toto terrarum orbe, nedum in Europa, vel ad unius leucae Germanicae perpendiculum in altum exſurgere. Non me fugit Plinium & ex illo Marcianum Capellam, Haemo ſex paſſuum millium, id eſt, ſesquileucae Germanicae, altitudinem tribuere. Quod licet verum eſſet, parum ultra quinquaginta leucas Germanicas, ſive ducenta paſſuum millia viſus humanus horizontem ſtringit. Sed nullus, ut diximus, vertex uſquam terrarum tam altè extollitur. Neceſſariò hîc refractio ad partes vocanda eſt, quod ut manifeſtiùs cognoſcatur, operae pretium eſt paucis examinare, quid de montium altitudine ſentiendum ſit, idque eo magis, quoniam video nuperos quosdam homines Caucaſo, & aliis quibusdam montibus, aliquot centenum millium altitudinem tribuiſſe, quod quàm abſurdum ſit, nemo eſt qui non videat. Quamvis autem multi de montium dimenſione multa ſcripſerunt, neſcio tamen, an aliquis hactenus certum oſtenderit modum. Si liber Dicaearchi de hoc ipſo argumento exſtaret, multum ex eo proficeret vita: menſurae enim, quas Graeciae montibus tribuit, veritati admodum ſunt conſentaneae. At verò Recentiores mirum in modum nugantur, cùm Atho & alios Graeciae montes decies imò vicies majores faciunt, quàm ipſi fecere Graeci. Nulla refractionum habita ratione, ex ſola triangulorum doctrina putant ſe omnium eminentiarum poſſe colligere quantitatem. Verùm quàm eos ratio ſua decipiat facile eſt oſtendere. Nam quod putant, cognito angulo qui eſt ad oculum, & diſtantia ad perpendiculum montis, conſtare quoque perpendiculi quantitatem, in eo multis modis falluntur. In triangulo enim A B C angulus ad B ſemper recto major eſt. Itaque perpendicularis C B non rectè inſiſtit plano viſus A B, nec tota comparet, cùm B D ſit infra planum viſus. Hoc parvi momenti in turribus & vicinis culminibus, cùm inſenſibilis ſit terrae tumor in brevi ſpatio: ſed in magnis montibus, quorum ſemidiameter ad triginta

vel

vel etiam quadraginta paſſuum millia extenditur, multum hinc aufertur ab excelſitate. Itaque quanto mons vel turris




longiùs ab oculo diſtat, tantùm rei viſae perpendicularis ad planum horizontis eſt obliquior. Verùm huic paralogo non difficulter posſint occurrere ii, qui non ſunt omnino Geometriae ignari, niſi refractio obſtaret, quae totam dimenſionum rationem turbat. Haec planè contrarium efficit, cùm enim priùs omnia declinarent, illa cuncta denuo facit adſcendere, & jam horizonte merſa, ad planum viſus & etiam altiùs provehit. Spectantibus itaque ex A vertex montis non in C, ſed refractus adparebit in E. Ut itaque antea juſto humilior, ſic hac ratione altior, quàm revera ſit, adparebit mons iſte iis, qui altitudinem ejus è loco plano metiuntur. At verò qui è vertice C in ſubjectam ſpectant vallem, & illic quoque erit refractio. Haec cùm omnia extollat, etiam totam elevabit vallem ex A in F. Quamobrem uti è valle aut plano menſuram montis colligentibus, nimia erit excelſitas, ſic vicisſim è vertice deorſum ſpectantibus, juſto minor montis adparebit menſura. Quòd ſi qui his non adquiescant, & refractionem inane quid ac imaginarium exiſtiment, reddant velim rationem, quare in triangulo A B C cùm angulus ad B major recto ſit, minor verò recto eſſe non poſſit; tamen reliqui duo anguli A C B, C A B,

C A B, juncti, recto ſint majores. Perpetuò tamen hoc contingit, non in montium tantùm, verùm etiam in remotarum turrium dimenſione, ſemperque tres anguli duos rectos magnitudine excedunt. Verùm etiam qui in montibus peregrinantur ſimile ſemper experiuntur: ſi namque duo ſint vertices ejusdem excelſitatis, & priori inſtiterint, ille ſemper ſequenti minùs celſus videbitur. At verò ſi ex illo in alterius cacumen evaſerint, tum denuo prior altero editior adparebit. Hinc manifeſtum eſt quantùm fallantur menſores illi, qui quadrante aut alio inſtrumento, quaecunque horizontalia plana ſe cognoſcere poſſe exiſtimant. Quamvis autem hoc plurimùm illos fallat in terrenis intervallis, multo tamen magis falluntur in marinis ſpatiis aut elevationibus colligendis. Tanto nempe magis in mari omnia refringuntur. Operae pretium eſt uno alteroque illuſtri exemplo iſtud confirmare. Narrat Adamus Olearius in *Itinerario Perſico* ſe, cùm excelſum aliquod Caucaſi jugum imminens mari Caspio adſcendisſet, proſpexisſe inde mare iſtud per dioptram, & comperisſe aliquantulum exſtare ſupra horizontem. Inde concludit maris Caspii media ſublimiora esſe atque ſint ejus orae & in excelſum concreſcere montem. Sed profectò mera eſt refractio, quae iſtam altitudinem efficit. Non è Caucaſo tantùm, verùm è quibuscumque etiam aliis excelſis montibus, unde in vaſtum mare patet proſpectus, videntur aquae clivi inſtar verſus horizontem adſurgere. Ipſum hoc faciunt quoque terrae, ſed multo minùs quàm maria, è quibus denſiores adſcendunt vapores, ac proinde refractioni magis obnoxii. Pharus quoque Alexandrina certisſimum hujus rei praebet argumentum. Exſtat illa ſupra ſuperficiem maris trecentis cubitis, ſive pedibus quadringentis & quinquaginta, ut infrà docebimus. Ignes verò collocati in ejus vertice adparent navigantibus ad centum usque pasſuum millia, teſtantibus id Graecis, Arabibus, & quotidiana nautarum experientia. Atqui tamen Geometriae ratio hoc non permittit. Nam ſi recta ſit linea, quae à vertice Phari procedens terram tangat in centeſimo demum milliari, jam oporteret Phari altitudinem ſeptem millium ducentorum & ſeptuaginta octo esſe pedum. Poſita itaque vera Phari altitudine, fieri non posſe videtur, ut faces tam vaſto ſpatio adpareant. Quadringenti enim & quinquaginta pedes altitudinis, dabunt lineam viſus pedum $124347\frac{2619}{1}$ quae menſura non tota viginti quinque pasſuum millia conficit. Vides itaque ut à quadruplo majori ſpatio faces Phariae adpareant, quàm ratio geometrica permittere videatur.

Quod

Quod ſi qui aliter quàm per refractionem fieri poſſe putent, oſtendant & viri ſunto. Ex ſupradictis ſatis apparet quantùm errarint inſignes multi hujus ſeculi Mathematici, qui tam portentoſam montibus quibusdam altitudinem adſcribunt, ut Caucaſo ſeptingentorum, Athoni verò quinquaginta millium pasſuum tribuant perpendiculum. Sed quem non talium ineptiarum pudeat? Caucaſus etiam quâ altisſimus eſt, minus triduo adſcenditur. Si itaque montis hujus perpendiculum foret ſeptingentorum milium pasſuum, oporteret ut homo ſingulis diebus enitendo ſurſum tantum percurreret ſpatium, quantum pernicisſimus equus ne in plano quidem triduo aut quatriduo posſit pervolare. Sed & illa quae Athoni tribuitur altitudo, licet moderatior multo ſit iſta altera, ridicula tamen eſt & abſurda, cùm ex adſcenſu adpareat illum ne viceſimam quidem hujus menſurae partem aequare. Quod ſi cognovisſent Athonem montem, non in Lemnum tantùm inſulam umbram ſuam porrigere, verùm videri ex ipſa quoque Aſiae continente, longè etiamnum excelſiorem proculdubio finxisſent. Clarè enim conſpicitur Athos, cùm coelum eſt ſerenum, ex Helleſponto & Aſiatico litore, multo autem clariùs ex Ida monte. Quòd ſi fabuloſae ſint faces iſtae Agamemnoniae, quas Aeſchylus memorat Clytaemneſtrae fuisſe nuntias Trojae captae, à Troja Mycenas usque; ſaltem certum eſt veras esſe potuisſe; cùm faces in Ida accenſae facilè posſint videri ab iis, qui in ſummo Athone verſantur, ac quivis nuntius ſimiliter per faces traduces ex uno monte in alium ad remotisſima etiam loca momento penè posſit propagari. Hinc apparet quàm miſerè ſit hallucinatus Solini Exercitator, cum fieri posſe negat, ut Athos Lemnum usque umbram projiciat; quia intervallum iſtud nimis ſit vaſtum, ac proinde ſenarium iſtum Sophoclis,

Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοὸς,

corrigit, ac pro βοὸς ex vitioſa ſcriptura Scholiaſtae Theocriti, reponit ἀλὸς, cùm tamen ceterorum Grammaticorum auctoritas, & ipſius hiſtorae veritas doceant, Athonis umbram usque ad buculam, quae in foro Myrinae urbis erat collocata, pertigisſe. Sed profectò Vir iſte in tenebris micat, quandocumque mathematica tractat. Verùm quo certius & manifeſtius & Athonis & ceterorum montium cognoſcatur excelſitas, inquiramus primùm quaenam altitudo tribuenda ſit unius diei adſcenſui. Polybius affirmat

nullum eſſe in Graecia montem, qui non uno die poſſit conſcendi. Altiſſimos verò Graeciae montes nominat Taygetum, Lycaeum, Parnaſſum, Pelion, Oſſam & Olympum. Ex his Pelion altiſſimus continet decem ſtadiorum perpendiculum, cùm Olympus ad octo tantùm adſurgat ſtadia. Mirum tamen hic omitti Cyllenen, quem Geminus triente facit altiorem. Ad decem itaque ſtadia perpendiculi ſurſum tendentibus iter unius diei videtur extendiſſe Polybius. Libens conceſſerim tam vaſtum ſpatium, tam brevi tempore confici poſſe à monticolis, aſſuetis perreptare loca ardua, quorum crura ſurſum tantum ac deorſum moventur, ideoque in plano ſalire potiùs quàm currere videntur; verùm qui in aequalibus nati ſunt locis, licet optimi ſint curſores, vix tamen altè adeo eniti poſſint. Pyramides Aegyptias, quae non toto adſurgunt ſtadio, vix aliquis duabus horis absque ſudore poſſit conſcendere. Qui ſexies majorem altitudinem uno ſuperaverit die, non parum praeſtiterit. Si enim ſex ſtadia ſive pedes 3750. in gradus ſive ſcalas redigamus, & duobus pedibus ternos adſignemus gradus, jam fient 5625. Credo tale culmen uno die poſſe conſcendi, verùm qui hoc ſpatium emenſus ſit, non libenter, ut puto, poſtera & tertia denuo luce ſimilem ſuſcipiet laborem. In montibus verò, licet clivo aequabili adſurgant, tamen adſcenſus eſt difficilior & laborioſior atque in ſcalis, defluente ſaepe veſtigio: adeò ut quandoque vix unum palmum in ſingulis paſſibus viatores conficiant. Quia tamen diximus, etiam decem ſtadia ſemel confici poſſe uno die à ſtrenuo aliquo ambulatore in montibus nato & educato, demus octo ſtadia diurno adſcenſui. Cum verò altiſſimorum in orbe montium culmina triduo ferè adeantur, celſitudo horum, juxta hunc calculum, non ſuperabit ſtadia viginti quatuor. Quod autem Polybius inquit apud Strabonem, Alpium quarumdam juga vix quinto die adiri, in eo nimium dixit, niſi forſan intellexerit, non alicujus jugi adſcenſum, ſed ſpatium quod ab exordio Alpium usque ad ſuprema earum juga extenditur. Plinius ad XXXII. P. M. Alpium quarumdam adſcenſum eſſe tradit. Sed verò paſſuum in montibus longè alia eſt ratio, atque in plano. Ubi clivi ſunt molliter editi, ibi in pluribus ſaepe paſſibus vix unum altitudinis pedem emetiuntur. Paſſus verò curſorum, ſive geometricus, quinque eſt pedum, at verò illorum, qui ſurſum tendunt, paſſus, gradus dicendi ſunt potiùs, quorum non majus eſt ſpatium, quàm quantum homo ſtans alteram plantam ſupra alteram perpendiculariter poteſt attollere. Quia verò inceſ-

ſus iſte ſive motus obliquus, mixtus eſt ex perpendiculari, & ex horizontali plano, ideo determinari non poteſt quanta ſit juxta Plinium Alpium excelſitas, niſi priùs cognoverimus angulum obliquitatis, & praeterea pasſuum ſive graduum menſuram. Eadem eſt ratio montium Peruvianorum, quos ad quatridui iter in altum ſurgere ajunt, & quibuscum comparatas Alpes, humiles esſe caſas affirmant Sed profectò nimium magnificè de ſuis rebus loquuntur Hiſpani. Cùm quatridui adſcenſum iis tribuunt, unius diei itinere Alpibus ſublimiores faciunt. Interim Zonae torridae montes altiores esſe iis, qui in regionibus temperatis, & hos viciſſim illis qui in frigidis ſunt Zonis, ſuperiùs monuimus. Quidquid ſit, perſuaſisſimum habeo nullum in toto terrarum orbe esſe montem, qui altior ſit viginti quatuor ſtadiis, aut una leuca horaria in perpendiculo. Ipſe ille Picus in Tenariffa, qui montium altisſimus creditur, triduo tamen adſcenditur. Valeant itaque inſana illa juga, quae ad viciniam lunaris usque circuli, ſi dis placet, producunt. Ut ad Haemum, unde digresſi ſumus, revertamur, non puto ſummum ejus jugum ultra octodecim ſtadia attolli, quamvis Plinius & ex eo Marcianus ſex millium pasſuum altitudinem ei adſignent. Hoc ſi verum esſet, jam oporteret Philippum Regem, qui illum triduo conſcendit, ſingulis diebus emenſum fuisſe in linea perpendiculari duo pasſuum millia, quod quàm abſurdum ſit ex ſupradictis ſatis eſt manifeſtum. Verùm haec de ſuprema montium altitudine, breviter nunc dicta ſufficiant, accuratiùs aliquando de hac ſcripturi in *Meteorologicis* noſtris. Nunc ad alteram quaeſtionis partem veniamus, & examinemus, quantum ſit ſpatium iſtud maximum, quod in ſuperficie terreſtri oculi humani beneficio refractionis posſunt percurrere. Picum in Tenariffa conſpicuum esſe à ſexaginta leucis Germanicis ſive pasſuum millibus ccxxxx. omnibus conſtat. A pari quoque intervallo Mons Leonem, *Sierra Liona* nautis dictus, & complures praealti in orbe montes cernuntur. Nos quoque ipſi verum esſe comperimus id, quod Franciscus Patricius narrat de montibus Corſicae inſulae, adparuisſe illos à millibus pasſuum trecentis juxta computum nautarum. Verùm ab hac menſura auferenda eſt pars quinta, quoniam hodie tam nautae, quàm alii Itali minoribus utuntur milliaribus atque Veteres, ita ut quatuor millia pasſuum componi debeant cum quinque hodiernis. Supererunt itaque ab hac ſumma millia ducenta & quadraginta, ſive leucae Germanicae ſexaginta. Nimium ab hac ſumma aufert Snellius in

*Eratoſthene* ſuo, cùm ejus tantum ſpatii menſuram colligit, quod à proximo inſulae promuntorio usque ad portum Maſſilienſem extenditur. Non ſiquidem unum aliquod inſulae promuntorium, ſed totum latus occidentale conſpicitur, licet non multùm extra portum provectis. E montibus verò, quibus totum iſtud litus praecingitur Hetruriam usque, ubique conſpicua eſt non Corſica tantum, ſed etiam Sardinia, niſi iſtic ſolum, ubi in directa linea Sardiniae objecta Corſica viſum impedit. Ut verò tam remota videamus, duo praecipuè captanda ſunt tempora, matutinum antequam ſol oriatur, & ſerotinum poſtquam occidit. Orto enim ſole aër iſte roſcidus ſimul ac pellucidus tepefactus paullatim in fumum abit, adeò ut mera ſit nebula, quae claro ſaepe meridie telluri ac praecipuè mari incumbit, & vix ad mediocriter remota proſpectum admittit. Illud verò admiratione dignum, à tam vaſto intervallo ſpectantibus non vertices tantùm montium, ſed radices quoque ac ipſa penè inſulae litora ſimul ſeſe viſenda offerre. Ut verò ſimul adparent, ita quoque diſparent ſimul. Hinc patet, quàm fallaci nitantur fundamento illi, qui ex adparente iſta montium circa horizontem proportione & diſtantia, vel ipſorum montium altitudinem, vel refractionum momenta inquirere conantur, cùm proportio haec pro denſitate & raritate aëris creſcat & decreſcat, haud aliter atque nummus ſive annulus in urnam conjectus attollitur vel deprimitur, prout plus minusve aquae adfundatur. Jam verò cùm nulla ſit proportio montium Corſicae ad Haemum, nemini puto mirum videbitur, ab Haemo longiùs patere proſpectum. Nec obſtat id quod Strabo objicit, montes vaſtos intercedere qui viſui officiant: cùm enim terreſtres refractiones multo ſemper ſint minores maritimis, manifeſtum eſt, maria ſupra ipſos quoque refringi montes. Sed omnia portenta ſuperat id, quod Ariſtoteles in *Mirabilibus* memorat de monte Delphio in Liburnia, videri ex illo Helleſpontum, Pontum Euxinum, ac intrantia illum navigia. Ipſum hoc retulit quoque Theopompus, ut videtur innuere Strabo libro VII. Ex hoc errore alter natus fuiſſe videtur, nempe Pontum Euxinum eſſe vicinum Ionio ſive Adriatico mari. Sic inter alios credidit Auctor anonymus, qui *περιήγησιν* ſuam Nicomedi Regi inſcripſit:

*Ἀὴρ διαλλάσσων δὲ πρὸς τὸν Ποντικὸν*
*Ἐστὶν ὑπὲρ αὐτοὺς καίπερ ὄντας πλησίον.*

Verùm

Verùm in hoc unico exemplo hactenus haereo, nec quicquam adfirmare auſim. Interim quàm vaſtae & mirandae ſaepe ſint refractiones, altero quoque operae pretium eſt oſtendere exemplo. Scribit Martinius Jeſuita in *Atlante Sinenſi*, in Provincia Chekiang ad urbem Ningpo, promuntorium esſe, è cujus vertice montes adpareant Japonenſes. Ipſe tamen propter rationem geometricam, fieri hoc posſe negat, quantumvis id affirment Sinae. Sed profectò nihil certius hac Sinenſium adſertione. Intervallum inter hoc Sinae promuntorium & montes Japonenſes eſt fermè quingentorum millium pasſuum, ſeu potius 120. leucarum Germanicarum. Oſtendimus jam montes è plano videri à ſexaginta leucis Germanicis, & etiam longius. Sequitur itaque altero tanto majus ſpatium videri ab iis, qui ab excelſo vertice in aliud editum cacumen oculos intendunt. Sed profectò non ab hoc tantùm ſpatio, verùm etiam à longe majori, & à centenis & amplius leucis, conſpicua esſent montium juga, ſi flammantis forent naturae, ac lumen à ſe ſpargerent. Mons Peruvianus, quem vocant *Vulcanum Quitenſem*, à centum & ampliùs leucis Hiſpanicis cernitur, cùm flammas eructat, adfirmantibus id Hiſpanis, qui id miraculum viderunt. Efficiunt verò centum leucae Hiſpanicae quadringenta milliaria Italica hodierna, antiqua verò trecenta & viginti. Ad octoginta itaque leucas Germanicas montis hujus flammae cernuntur. Altitudo verò, juxta leges Geometriae, tres integras leucas Germanicas in directum multùm excedet; cùm tamen nullus in toto orbe mons ſit, qui unam in perpendiculo habeat leucam Germanicam. Quòd ſi ſolis inſtar fulgerent montes, à trecentis & quadringentis leucis esſent conſpicui. Hoc ſatis ex iis, quae ſuperiùs de matutino ſolis ortu monuimus, poteſt colligi. Verùm tempus jam diu monet, ut relicto Haemo, aliisque excelſis montibus, ad plana redeamus. Nec tamen extra inſtitutum, nec inutilis, ut ſpero, futura eſt haec digresſiuncula, maximè cùm videam multos tam praeteriti quàm praeſentis ſeculi Mathematicos, prolixè quaeſtionem hanc ventilasſe. Verum quo ſuccesſu, documento ſint Nonius Luſitanus, Blancanus, Claramontius, alii, quorum nonnulli aliquot centenum paſſ. mill. perpendiculum Caucaſo tribuerunt. Ultimus qui montium menſuram examinavit, eſt Joannes Baptiſta Ricciolus, in magna ſua *Syntaxi Aſtronomica*. Quamvis is diligentiùs quàm ceteri materiam hanc pertractarit, refractionisque etiam rationem habuerit, Caucaſo tamen tribuit quinquaginta & unum paſſ. millia, Atho

verò monti millia viginti & octo. Atqui Athos ſummus uno die adſcenditur, Caucaſi verò ſupremi vertices minus triduo adiri posſunt, ac niſi nivium copia ac adſcenſus aſperitas obſtarent, etiam biduo. Inde colligo, nec hunc duobus pasſuum millibus, nec Athonem decem vel undecim ſtadiis esſe excelſiorem.

l. 35. *Apud judicaturos magno certamine affectant*] Alii libri *judices*. Porrò illud quod ſequitur; *moribus datur*, rectum eſt & probum. Judices decus iſtud, ut mulieres unà cum viris ſuis ſepeliantur, tribuunt non formae vel gratiae, verùm moribus, nempe prout quaeque erga maritum ſeſe gesſerit & morata fuerit.

l. 41. *Paratique, ut dictitant, cum fato jacentis*] Id eſt, cum genio vel umbra Thracis iſtius mortui, uti Euthymus apud Pauſaniam in *Eliacis poſterioribus*. Apud Herodotum haec non habentur, unde adparet reliqua iſta ex alio hauſisſe Melam.

l. 44. *Manentque dominas proci*] Frigida eſt conjectura Pintiani, *monent moerendo minus profici*. Alii tamen ſibi attribuere emendatiunculam hanc tanquam bellam conati ſunt. Sed ſanè non illi in Pintianum fuere injurii. Uti paulò ſuprà copula iſta finalis redundat, ubi legitur *paratique* pro *parati*, ſic & hîc eadem eſt abjicienda, & legendum, *manent dominas proci*. Sic quoque nonnulli codices. Thresſae iſtae multò erant feliciores Indicis: has ſiquidem, ſi non unà cum maritis ſuis cremarentur, perpetua manebat viduitas, ut Diodorus & alii teſtantur. Sed verò Thresſis inter tot procos connubia deesſe non poterant.

l. ead. *Nupturae virgines non à parentibus viris traduntur*] In optimo codice legitur *nuptui traduntur*. Sanè alterutrum irrepſit, vel quod magis exiſtimo, utrumque. Proculdubio ita ſcripſerat Mela, uti edendum curavimus.

l. 52. *Similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit*] Repoſuimus, *ſimul ebrietati hilaritas*, &c. Secuti & in hoc optimum codicem. Ceterùm quod hîc de ſeminibus ebrietatem inducentibus prodit, id ipſum quoque habet Herodotus lib. I. Verùm is non Thracibus hunc potum adtribuit, ſed Scythis illis qui ad Araxem habitabant. Nugator, qui ſub Plutarchi nomine *libellum de Fluminibus* compoſuit, eandem rem narrat, ac addit herbam iſtam ſimilem esſe origano. Verùm cùm neque ille, neque hic noſter herbam nominarit, difficile fuerit divinare, quaenam fuerit. Multis quidem herbis & plantis vis inebriandi ineſt, uti hederae, arbuto, cyclamino, aliisque; verùm neque iſtae ſimiles origano, nec tam efficaces, ut puto, ut vel

ſolo

ſolo nidore mentem turbare poſſint. Praeter Nicotianam, nullam aliam tali facultate praeditam novi.

l. 53. *Iſtro proxima eſt Iſtropolis* ] Plures *Iſtron* appellant, & ſic quoque veteres nummi apud Goltzium & alibi, in quibus manifeſtè ſcriptum ΙΣΤΡΙΗΩΝ Ionicè pro ΙΣΤΡΙΕΩΝ Ab adverſa parte duo capita adparent ſibi invicem juncta, altero tamen inverſo. Quaerunt multi quid ſibi velint adverſa iſta capita. Ego Iſtri fluminis imaginem eſſe puto: nam cùm alia flumina in idem exeant mare, ſolus ferè Danubius vel Iſter in diverſa maria diverſis & contrariis exire capitibus credebatur, nempe in Pontum Euxinum, & in mare Adriaticum. Oſtia verò fluminum, paſſim *capita* appellari à Latinis & Graecis, licet minùs propriè, cùm potiùs fontes ita appellari debeant, notiſſimum eſt.

l. 54. *Deinde à Mileſiis deducta Calatis* ] Alii *Calatin* Heracleotarum faciunt coloniam. Ovidius in *Triſtibus*, cùm illos ab Alcathoi moenibus ortos dicit, Megarenſium facit coloniam. Sed non dubito, ex hoc loco, quin etiam aliquando Mileſiorum fuerit. Urbes iſtae Ponticae ſaepe mutarunt colonos ſuos, & modò ab illis captae & deductae fuerunt. Quum Mileſii illam tenerent, aliud videtur habuiſſe nomen. Plinius: *Namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, tres pulcherrimas in ea parte urbes habet, Iſtropolin Mileſiorum, Tomos, Calatinque, quae antea Ceraſtis vocabatur.* Ita conſtituendus totus ille locus, qui vulgò inquinatiſſimus eſt. *Acervetis* vocabulum nihili eſt. Libri veteres ſcribunt *ceruetis*, quod corruptum ex Κεραῖτις. Sic nempe vocabatur *Calatis* cùm eâ Mileſii potirentur. Cauſa nominis exinde, ut arbitror, quoniam Mileti locus erat ſacer Κεραιστὴς vel Κεραατὶς dictus, à fixis illic ab Apolline arietum cornibus, ut *Etymologici magni* Auctor, & alii teſtantur. Ab hoc autem loco coloniae ſuae nomen primùm indidere Mileſii. *Calatidis* nomen recentius & ab Heracleotis ortum, poſtquam illi eò miſêre colonos regnante apud Macedones Amynta, ut teſtatur Anonymus *de Ponto Euxino*, quem pueri olim in lucem dedimus. Orus Grammaticus apud *Etymologici magni Auctorem* ab adſita palude ſic dictam tradit. Si Stephani Byzantii Epitomatori credendum, nomen accepit à calatho illic reperto, ἐν ᾧ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς θεσμοφοριακοῖς. Sic ferè libri veteres: Graeci enim in cerealibus feſtis primitias frugum, quas deae offerebant, in faſciculum colligatas, reponebant in calathis, de quo more fuſiùs ad Callimachum agemus. In nummo Calatianorum, qui apud

 Golt-

Goltzium exſtat, tales comparent primitiae, ſpicarum nempe faſciculus, cum hac inſcriptione, ΚΑΛΑΤΙΑΣ. Ineptè verò Nonius, in *Commentario ad Goltzium*, nummos iſtos Calatianos tribuit Galatis Aſiaticis.

l. ead. *Tritonice*] Monſtroſum vocabulum. Lege *tum Tomoe*. Sic optimi codices. Non potuit tam notam praetermittere urbem, quae ſemper cum *Iſtropoli*, & *Calati* conjungitur. Tria haec oppida pulcherrima vocat Plinius, ut jam oſtendimus. Verùm hîc animadvertendum, Melam pervertiſſe ordinem Geographiae, cùm priùs *Tomos*, tum *Calatim* nominare debuiſſet: haec enim remotior ab Iſtro, atque Tomi. Eundem errorem incurrit Ammianus Marcellinus lib. XXVII. *Juxtaque Scythia, in qua celebria ſunt aliis oppida, Dionyſopolis, & Tomi, & Calatis in Europa omnium ultima.* Haec eſt lectio antiqua, quam perperam mutarunt. *Celebria aliis*, pro *magis celebria aliis*, tralatitium eſt. Manifeſtè hic *Calatin* Iſtro facit propiorem atque *Tomos*, in quo aequè atque Mela erravit. Quòd autem Calatin ultimam Europae urbem vocavit, id eo factum eſt, quia aliqui Danubium terminum fecerunt Europae, confundentes illum cum Tanai, ut Seneca in *Naturalibus Quaeſtionibus*, & iterum initio *Troadum*. Iſtros verò urbs, ſive Iſtropolis, cùm iſta Ammianus ſcriberet, everſa penitus erat à Scythis. *Calatis* itaque & *Tomi*, ultimae erant in Europa urbes.

l. 55. *Portus Caria*] Portus ipſe Καρῶν λιμὴν vocabatur, ſed verò regio circumſita *Caria*. Teſtantur hoc Arrianus, & Anonymus *de Ponto Euxino*; quamvis apud poſteriorem perperam legitur κατακλύζεται pro Καρία κλήζεται. Notum enim, Pontum Euxinum non eſſe obnoxium reciprocationi alicui ſenſibili. Scio quidem aquas & hîc quoque multùm intumeſcere, adeoque attolli, ut totum hunc tractum ad quatuor usque milliaria operuerit quandoque, urbes verò Odesſum & Dionyſopolin totas penè abſorpſerit, prodentibus illud Cedreno aliisque; verùm particularia iſta diluvia locum hîc habere non posſunt, cùm toto ſaepe ſeculo vix ſemel contingant. Sed verò quod Arriani lectionem maximè confirmat, Cariamque regionem hîc fuiſſe evincat, id eſt, quod praeter hunc Portum Carum, ſitum hîc fuit & aliud oppidulum Κέραμος dictum, cujus meminit Pauſanias *Eliacis poſterioribus*: Ὁ πολίτης δ' ἦν οὗτος ἐκ Κεράμου τῆς ἐν τῇ Θρακίᾳ Καρίᾳ. Perperam Viri docti id accipiunt de Ceramo in Caria Aſiatica, tanquam ſi & illic aliqua fuiſſet Thracia. Rectè verò Suidas in voce Ἱππόδαμος, locum illum Pau-

ſaniae

ſaniae reſpiciens, Θρᾳκίαν Καρίαν interpretatur, τὴν ἐν Θρᾴκῃ Καρίαν.

l. ead. *Tiriſtris promuntorium*] Libri ferè omnes *Priſtis*. Vera lectio eſt *Tiriſtis*, non *Tiriſtris*. Sic quoque legunt vetuſti codices Ptolemaei Τίριστις, uti iſtic docuimus.

l 58. *Fuit hic Bizone*] Diſtinctione tantùm laborabat locus. Mox nihil mutandum, cùm Crunon à Dionyſopoli diſtinguit: *Portus* enim *Dionyſopolitarum* Κρουνοὶ propriè vocabatur, aberatque aliquantum ab urbe.

l. 70. *Perinthus, Bathynis*] *Bathynis* hîc urbs eſt, cùm aliis ſit flumen. Pintianus ut loco huic medicinam adferret, verba tranſpoſuit: quod ego corrigendi genus omnium minimè ſemper probavi. Veteres plerique libri legunt *Bithynis*, quod probum eſſe exiſtimo. *Bithynis* is eſt, quem Appianus in *Mithridaticis* vocat *Bithyam*, aitque Bebryces fluminis hujus accolas, Bithynos ſemet appellaſſe ab hoc fluvio poſtquam trajeciſſent in Aſiam. *Bithynis* porrò & urbs, & flumen dicitur; quemadmodum etiam illud quod ſequitur flumen, *Athyras*. Nam & huic cognomine adjacet oppidum. Erginum verò Plinius aliquanto facit viciniorem Helleſponto, alii ad Pontum Euxinum collocant. Qui error unde natus ſit, alibi oſtendimus.

l. 75. *Et in radice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia*] Fruſtra eſt Pintianus, qui *cervicem* hîc pro *radice* reponit, quaſi non & hoc rectum ſit. Iſthmo enim, tamquam radici, terrae continenti adhaerent peninſulae. Graeci ſimiliter de iis loquentes, ſaepe utuntur vocabulo ἐῤῥιζῶσθαι. Quia & ipſe Mela ſuperiùs ſic locutus eſt de Achillis inſula, *tenui radice terrae adnectitur*. Sed & quid ſibi voluerit neſcio, cùm ſtatim poſtea, *frontem ejus Maſtuſiam*, mutat in *promuntorium*. *Frontes* paſſim vocat Mela partes illas continentis, quae maximè in mare excurrunt & prominent: Graeci μέτωπον dicunt. Porrò cùm hîc Auctor noſter Cherſoneſum iſtam Thraciae nuſquam latam eſſe dicit, in eo non errat; mendoſiſſimi enim hoc loco ſunt numeri Ptolemaïci, cùm juxta illos multo latior ſit haec peninſula quàm longior. Neque tantùm in forma & ſitu litorum, verùm etiam in diſtantia urbium promuntoriorumque peccatum eſt graviſſimè. *Pactya* & *Cardia* urbes ſitae in Iſthmo, longè extra illum adparent, & cùm non niſi quadraginta ſtadiis, vel potiùs triginta ſeptem, à ſe invicem diſtent, longè pluribus paſſuum millibus juxta illius calculum diſtare inveniantur, ut jam alibi fuſiùs oſtendimus.

l. 84. *Diviſas ſpatio pelagoque terras*] De hac ſermonis redun-

redundantia jam ſuperiùs egimus, quae non opus eſt hîc repetere. Tantùm hoc monebimus, ſic quoque locutum esſe Tacitum in *Vita Agricolae*, cùm de Britannia ait: *Spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hiſpaniae obtenditur*. Malè haec Lipſius corrigit. Sed neque in ſequentibus quidquam mutandum. *Non navigata maria transgresſus eſt*, ſimile eſt atque illud Lucani, *duri populus non cultor Amani*. Pasſim tales occurrunt locutiones.

l. 88. *Sunt Proteſilai osſa conſecrata delubro*] Mirum quòd Proteſilai ſepulcrum & templum tam longè ſejungat ab Eleunte, quo tamen in oppido omnes alii illud collocarunt. Calaber lib. VII.

> ——————— Τένεδος δ' ἀπελίπετ' ὀπίσσω,
> Φαίνετο δ' εὖτ' Ἐλεοῦντος ἔδος θ' ἵνα Πρωτεσιλάου
> Σῆμα πέλει πτελέῃσι κατάσκιον αἰπεινῇσιν.

Vulgò Πτελεοῦντος, quod tamen forſan verum eſt, ut & ſic dictum fuerit oppidum ab ulmis iſtis, quas hic memorat. Verùm ſequentia procul dubio ita ſunt refingenda:

> Αἳ δ' ὁπότ' ἀθρήσωσιν ἀνερχόμεναι δαπέδοιο
> Ἴλιον, αὐτίκα τῇσι θόως ἀπαναίνεται ἄκρα.

Arbores iſtae non deficiebant viſo ſole, ſed viſo Ilio. Ἀπαναίνεται rectum eſt, ſic quoque Philippus in epigrammate de iisdem ulmis:

> Ἴλιον ἢν ἐσίδῃ γὰρ ἀπ' ἀκρεμόνων κορυφαίων,
> Καρφοῦται πετάλων κόσμον ἀναινόμενα.

Plinius hoc miraculum prodit his verbis: *Sunt hodie ex adverſo Ilienſium urbis juxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arbores, quae omnibus ex eo aevis cùm in tantum accrevere ut Ilium adſpiciant, inareſcunt, rurſusque adoleſcunt*. Rectè ſic Salmaſius, & ſic disertè codex noſter. Quod, autem Plinii verba ita interpretatur, tamquam ſi arbores illae centeſimo quoque anno areſcerent funditus, in eo errat. *Omnibus aevis*, manifeſtè hîc dicitur pro omni tempore, & pro toto illo ſpatio quod à Proteſilao usque ad ſuum ſeculum effluxit. Neque totae interibant arbores, ſed ſaltem folia. Antiphilus Byzantius lib. III. *Antholog.*

Δένδρεα

Δένδρεα δυσμήνιτα καὶ ἦν ποτε τεῖχος Ἴλιοι
Τρώϊον, ἀυαλέαν φυλλοχοεῦντι κόμην.

Neque folia tantùm, ſed & rami ſuperiores areſcebant, iisque maturè & citò alii ſuccreſcebant, inferiore interim arborum parte integra & illaeſa. Clarisſimè de his ulmis Philoſtratus in *Heroicis* de Proteſilao agens: Τοὺς πρὸς τὸ Ἴλιον τετραμμένους τῶν ὄζων, ἀνθεῖν μὲν πρωὶ, φυλλοῤῥοεῖν δὲ αὐτίκα, καὶ προαπόλλυσθαι τῆς ὥρας. Male hoc loco Interpres τὸ πρωὶ vertit *mane*.

l. 89. *Portus Coelos*] Κοῖλος λιμὴν, ſic quoque Plinius. Alii πληθυντικῶς dicunt τὰ Κοῖλα, uti quoque eſt in libris manu exaratis Ptolemaei, non Κύλλα. Pro *Macido*, *Madytum* repoſuimus, ex omnibus.

l. 91. *Cynosſema tumulus Hecubae*] Atqui Suidas & Cedrenus Hecubae ſepulcrum Maroneae collocant, illamque Κυνόσσημα vocari ajunt. Sic & Ovidius ſenſisſe videtur cùm in Sithonibus iſtud deſcribit. Hinc ſine dubio natus error Stephani, qui Maroneam ponit in Cherſoneſo Thracia. Atqui ut ut verum ſit Maroneam à quibusdam *Cynosſema* dictam, non inde ſequitur Helleſpontiacum iſtud *Cynosſema* appellatum unquam fuisſe Maroneam. Porrò veriſimile eſt ſepulcrum iſtud non esſe Hecubae, ſed potiùs canis alicujus illuſtris, ut inquit Pollux. Pasſim exſtant loca ita dicta, & à canum famoſis ſepulcris ita denominata, uti apud Calydonios à cane Atalantae, & apud Salaminios à Xanthippi cane, utrumque ſimiliter dictum Κυνόσσημα. Duorum triumve clarorum epitaphia adfert ibidem Pollux. Adſcribam & ipſe unum, quod mihi communicavit juvenis doctisſimus Lucas Langermannus. Ita verò in marmore concipitur:

ΤΗΗΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ
ΑΛΙΙΤΩΣ ΤΟΔΕΣΗΝΑΝΟΗΣΗΣ
ΜΗΔΕΟ ΜΑΙΓΕΛΑΣΗΣΕΙ
ΑΤΝΟΣΕΣΤΙΤΑΟΟΣ
ΕΤΑΑΝΣΟΗΝΧΕΙΡΣΣΑΕ
ΚΟΝΙΝΣΤΝΖΟΗΤΑΝΑΚΤΟΣ
ΟΣΜΟΤΚΑΚΙΗΛΗΤΟΝΑΣ
ΕΧΑΡΑΖΕΝΟΓΟΝ

Oſcam esſe putabat hanc inſcriptionem eruditus quidam Danus, cui eam acceptam referebat Langermannus, cùm Florentiae verſaretur. Sed profectò ſunt puri Graeci verſus; itaque ſic illos digesſi:

τὴν

Τὴν τρίβον εἰ παράγεις ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσῃς
Μὴ δέομαι γελάσῃς εἰ κυνός ἐστι τάφος,
Ἐκλαύσθην· χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος,
Ὅς μου καὶ στήλῃ τὸν δ' ἐχάραξε λόγον.

l. 95. *Eleus*] Hinc adparet Proteſilai fanum & ſepulcrum non in ipſa Eleunte fuisſe, uti alii videntur innuere, ſed verò non paucis millibus inde remotum; cùm & Κοῖλον λιμένα, & Κυνόσσημα, & Madyton intermedias faciat. Sed Coela & Cynosſema ditionis Eleuntiorum fuisſe puto. Madytos aliquanto magis mediterranea erat. Itaque totus ille tractus, qui à Seſto usque ad Maſtuſium promuntorium extenditur, Eleuntiorum fuit. Verum id esſe adparet, cùm ex iis quae diximus, tum quoque è Tzetze *in Lycophronem*, qui Μαστουσίαν è doctiorum ſententia interpretatur ἀκρωτήριον Ἐλεοῦντος. Ipſe enim aliam, ſed ineptam hujus vocabuli adfert rationem. Idem quoque colligi facilè poteſt ex Hygini *Poëtico Aſtronomico*, ubi de Hydra agit; quo loco manifeſtè Eleuntiorum in ditione & promuntorium Mastuſium, & portum Cratera, collocat. Iſte autem Crater non poteſt alius esſe à Coelis. Maſtuſium autem mare, quod Maſtuſiam alluit. Sed malè apud ipſum *Phlaguſa* legitur. In veteribus libris ſcriptum erat *Flacuſa*, pro *Elaeuſa*. Ἐλαιοῦντα & Ἐλαιούσσαν etiam alii Veterum oppidum iſtud adpellarunt. Perperam tamen, cum Ἐλεοῦς verum fuerit nomen.

l. 102. *Jugo facie vallis includitur*] Mirificè hic locus vexatus eſt à multis. Nos veterem lectionem reduximus. Sic ſuperiori quoque capite locutus eſt de Achillis inſula, *facie poſiti enſis allecta eſt*. Sed & infrà de ſinu Codano, *facie amnium ſpargitur*. *Jugum* verò vocat litus iſtud excelſum, quo Melas ſinus utrimque praecingitur. Etiam alibi ſic porrecta litora aliisque oppoſita, ſub *jugi* nomine deſcribit; de Cypro quidem inſula quod *recto jugo inter Ciliciam Syriasque porrigitur*. Junonis verò promuntorium inquit, *obliquo jugo excurrere*, adverſum Ampeluſiae. Atque haec quidem eſt vera hujus loci interpretatio. Pintiani verò conjectura, *jugo Pallenes includitur*, ne excuſari quidem poteſt. Nempe & ipſe & multi alii Eruditi ita malè mentem Dionyſii Halicarnasſenſis perceperunt, ut quae hic de Pallene Macedonica dixit, illi de hac Thraciae Cherſoneſo ſint interpretati. Licet verò ipſi hoc nomine reprehendendi ſint, non tamen ab omni culpa immunis eſt Halicarnasſenſis, quòd errori huic tam opportunam cauſam

prae-

praeſtiterit. Quamvis enim è toto loco manifeſtè adpareat, illum de Pallene Macedonica agere, ita tamen de ea loquitur, ut nemo non primo adſpectu illum de hac Thracum Cherſoneſo ſermonem facere exiſtimet. Ait enim de Aenea: Ἐπειδὰν παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης χεῤῥονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Navigantibus enim in Helleſponto, ecquid ulla Cherſoneſus erat propior, quàm haec Thraciae? Quorſum ergo Pallenen proximam facit, quae aliquot dierum navigatione hinc aberat? Fatendum eſt igitur, vel errasſe Dionyſium & confudisſe utramque hanc Cherſoneſum, vel impegisſe in artem ſuam, & non ſatis diſtinctè esſe locutum. Ratio, quamobrem multi has Cherſoneſos confuderint, ea eſt, quòd utraque dicatur Thraciae. Itaque Stephanus & alii Παλλήνην vocant πόλιν Θράκης. Nempe quia Thraces aliquando eam tenuere. Sciendum enim, uti olim Graecia dicebatur, ubicumque esſent Graeci, ita quoque Thraciae nomine venisſe omnia ea, quae aliquando Thraces inhabitavere. Hinc fit, ut non tantùm pleraque Macedoniae loca, ſed & Theſſaliae & Atticae, quaecumque Eumolpus Thrax tenuit, Thracia ſaepe nominentur. Atque haec quidem hactenus, unde innumera Veterum loca, Poëtarum praeſertim, illuſtrari posſunt. Ceterùm & hoc quoque monendum, in verbis Dionyſii, aliud quoque esſe mendum, ſcribendumque, τῆς Εὐρωπίης, non Εὐρώπης, quod ineptum hoc loco. *Europia* eſt regio Macedoniae, ſic dicta ab Europo urbe. Huic regioni objacet Pallene.

l. 106. *Eximia eſt Aenos*] In quibusdam libris deeſt vox prior. Forſan ſcriptum fuit, *Exin eſt Aenos*. Paulò pòſt vide num ſincerior ſit lectio quorumdam codicum ita legentium, *ubi Xerxem copias ſuas, quia numerare non poterat, menſum ferunt*. Porrò locum hunc aliter diſtinguit Salmaſius. Sed vulgata diſtinctio, quam reddidimus, longè eſt melior, eamque confirmat Plinius.

l. 109. *Deinde promuntorium Serrium*] Omnes libri legunt *Seriphion*, unde vulgatam lectionem excuderunt. Sed arbitror Melam ſcripſisſe *Zerynthium*. Promuntorium hoc dictum ab antro Zerynthio ſito in eodem monte. Mons ille conſitus eſt nemoribus iſtis, quae Orpheus illuc cantu ſuo tranſtulit. Ὀρφέως δρύες illic memorantur, ſub quibus antrum Zerynthium viſebatur, teſte Nicandri Scholiaſte. Sed & urbem Zerynthum illic memorat Stephanus, & templum Apollinis Livius & alii. Huic verò monti viciniſſimam

fuisſe

fuiſſe Zonam teſtantur omnes. Non poteſt itaque veritas hujus lectionis in dubium vocari. Solinus *Sperchium* vocavit hoc promuntorium, vocabulo corrupto ex *Seriphion* Melae, unde adparet quàm vetuſtum ſit iſtud mendum. Nempe ignotum erat Librariis *promuntorium Zerynthiam*, & forſan aliquid legerant, vel apud Tacitum, vel alios, de ſaxo Seriphio, ideoque illud tanquam notius ſubſtituerunt. Idem vero eſt & *Serrium*, & *Zerynthium promuntorium*.

l. 112. *Tum Schoenos fluvius*] Codices manu exarati habent *Stenos*; alii verò, *Stonos*. Videtur ita olim ſcriptum fuiſſe, *Tum Viſtonos fluvius*, pro *Biſtonos*. Nempe in Biſtonibus populis erant, Βίστονος flumen, & Πιστονὶς lacus, per quem tranſit fluvius ille. Valde tamen mihi ſit veriſimile pro *Stenos* reponendum eſſe *Neſtos*: ita enim videtur fuiſſe dictus fluviolus, qui è Biſtonide palude mare influebat prope Maroneam, alius nempe ab eo flumine quod ſtatim ſequitur. Sanè Auctor ille anonymus, qui περιήγησιν ſuam Nicomedi inſcripſit, videtur quoque hîc alium *Neſtum* collocaſſe, quem propinquum facit Biſtonidi paludi, cùm tamen alii *Neſtum* multo faciant occidentaliorem. Alterum verò *Neſtum*, qui mox ſequitur, nonnulli *Neſum* vel *Neſſum* appellarunt, credo ut ab hoc diſtinguerent. Verùm de hoc alibi egimus.

l. ead. *Et ripis ejus adjacens Maronea*] Illuſtrior eſt haec urbs quàm ut de ea quidquam dicamus. Illud interim admonere operae pretium eſt, mirari me, quòd cùm illam conditam eſſe ſcribant à Marone Bacchi vel Oſiridis comite, tamen prius aliud nomen habuiſſe putent. Et quidem Homeri aetate *Iſmaron* fuiſſe appellatam. Aliquando etiam *Orthagoriam*, & Κυνόσσημα. De poſtremo jam ſuperiùs diximus. Prius verò quis non videt eſſe abſurdum, cùm Maro tot ſeculis Homero ſit antiquior. Unà illum cum Oſiride in Thraciam veniſſe, urbemque iſtam condidiſſe ſcribit Diodorus. Sed & Ennius apud Varronem lib. IV. *de L. L.*

*O terra Threca ubi Liberi fanum inclutum*
*Maro locavi.*

Ita conſtituendus eſt locus iſte, vulgò corruptiſſimus: librorum enim veterum, teſte Turnebo, haec eſt lectio, O *terra treta ubi Liberi fanum in civium muro locavi.* Quae Scaliger ad hunc locum annotavit, nihil habent veriſimile. *Terra Threca*, pro Threſſa ſive Thracia, ut ſaepiſſime. Alterum hujus

hujus oppidi nomen quod attinet, cujus apud Plinium fit mentio, nempe *Orthagoriae*, & ejus quoque reddamus rationem. Sic itaque exiſtimo, dictam esſe ab *Orthagòra* aliquo. *Orthagorae* verò meminit Strabò, meminit Aelianus & Philoſtratus Lemnius, qui Indicam ejus hiſtoriam laudant. Unde adparet valde errasſe Salmaſium, cùm in *Solinianis* ſcribit, nullum unquam Scriptorem exſtitisſe, qui dictus ſit *Orthagoras*. Verùm non ab hoc *Orthagora* nomen *Orthagoriae* eſt arcesſendum, ſed verò à numine ſalacisſimo, ut exiſtimo. Nullus dubito quin Bacchus ipſe aliquando dictus ſit *Orthagoras*. Antequam enim ille hortorum cuſtos Lampſaci naſceretur, notum eſt Bacchum comitesque ejus curam locorum muliebrium habuisſe. Hinc fit, ut non tantùm ἰθύφαλλον ipſum vocarint, verùm etiam idem ſignificantibus vocabulis, ὄρθον, ὀρθανὴν, & ὀρθάγοραν. Sanè apud Ariſtophanem Ἐκκλησιαζούσαις, cùm juvencula hortatur anum prurientem, ut vocet *Orthagoram*, id non niſi de hoc daemone peculiato videtur intelligendum, uti ad illum locum fuſiùs oſtendemus. Nunc haec obiter, ut & hujus nominis rationem redderemus.

l. 116. *Turris, quam Diomedis vocant*] Hunc locum deſcripſit Solinus, cujus verba prout habentur in optimo noſtro codice adſcribam: *Dein ſtagnum Biſtonium; nec longè regio in qua Tirida oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum, ſed cesſit aevo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.* Deeſt hîc rectè τὸ *Maronea*, quod poſtea additum, cùm nec Mela, unde deſumſit, nomen regionis addiderit. Hoc ideo credo factum, quòd tam diverſa prodant Auctores de appellatione hujus regionis, cùm alii *Cicenas*, alii *Biſtones*, alii verò *Odruſas* hîc collocent. Rectè verò *Tirim* vocat id oppidum, nam & ſic habent omnes veteres libri Plinii, & Martiani Capellae. Salmaſius tamen ubique reponit *Tinda*. Nempe ex illo Stephani loco, ἔστι καὶ Τίνδη Θράκης Χαλκιδικὴ πόλις. Hoc ita interpretatur tamquam ſi diceret Stephanus *Tindam* esſe Chalcidenſium coloniam. Sed inſigniter errat: *Chalcidice* enim hîc eſt Macedoniae regio, quae Thraciae tribuebatur, antequam eam invaderet Philippus. Multo verò erat major *Chalcidice*, quàm illam fecit Ptolemaeus, nam & totam Pallenes Cherſoneſum comprehendebat. Itaque triginta duas urbes in hac fuisſe memorant: ex minus notis erat *Milcorus*, cujus idem meminit Stephanus: Μίλκωρος Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θράκῃ. Paulò antè Μιάκωρον nominat, vitioſos, ut puto, ſecutus codices. Sed verò praecipua, unde etiam toti regioni nomen, fuit ipſa

Chalcis, proxima Olyntho, ut patet ex Ariſtotelis *Mirabilibus*: malè enim Stephanus eam collocat in monte Atho, auctoritate Eudoxi, cujus locum malè intellexit. Nullum itaque dubium eſt, quin *Tirida* verum ſit nomen loci, ubi Diomedes equas ſuas pavit, cùm Tirida quàm longisſimè hinc abfuerit, nec quidquam cum Diomede vel ejus equabus habuerit commune. Attamen hoc vocabulum etiam alibi infercire conatus eſt Salmaſius: nam quo loco apud Silium Italicum legitur lib. XVI. de Campaſo equo:

*Campaſus antiquo fidebat Atlante magiſtro*
*Ipſum Aetola vago Diomedi condita Tyde*
*Miſerat.*

Ipſe ait nullum esſe oppidum *Tyde* dictum, itaque legendum esſe:

*Ipſumque Aetola Diomedi condita Tinda*
*Miſerat.*

Sed profectò non potuisſet magis in Geographiam impingere: cui enim ignota esſe posſit *Tude* vel *Tyde* in Hiſpania ad Minium ſita, cùm ejus oppidi tot meminerint Auctores, ut ſupervacuum ſit eos enumerare. Sed & ipſe Silius lib. III.

*Et quos nunc Gravios violato nomine Grajûm*
*Oeneae miſere domus, Aetolaque Tyde.*

Ita infrà legendum esſe docebimus. Haec nunc breviter dixisſe ſufficiat, ut palam fieret Silium non confudisſe utrumque Diomedem, nec *Tindam* Macedoniae urbem quidquam commune habuisſe cum *Tyde* Hiſpanica, vel cum *Tirida* Thraciae. Attamen quod magis mirari in tanto Viro eſt, quod aliquanto pòſt etiam annum addat, quo à Chalcidenſibus deducta ſit *Tinda*.

l. 117. *Urbs, quam ſoror ejus ſuo nomine appellavit Abdera*] De hac Diomedis ſorore ſatis jam alii. De tempore verò, quo colonia facta eſt Clazomeniorum & Teiorum, illud operae pretium eſt monere, Euſebium, & ex illo Solinum, rectè ejus κτίσιν conjeciſſe in annum ſecundum Olympiadis trigeſimae primae. Nempe tum Clazomenii rebus florentibus primos huc miſere colonos. Secunda verò huc misſa fuit colonia à Teiis centum & duodecim annis poſt Clazomeniorum κτίσιν. Tum quippe Perſae ingresſi ſunt

ſunt primùm Ioniam. Salmaſius putat Abderam à Teiis conditam eſſe eodem tempore quo Maſſilia à Phocaeenſibus, nempe Olympiade quadrageſima quinta, juxta Euſebium. Sed manifeſtè hîc confundit primam & ſecundam Maſſiliae κτίσιν. Vide quàm incogitanter illum incurrat errorem, quem tam ſedulò effugere conatur, cùm ne quidem illo tempore ulli in hoc tractu fuerint Perſae, quos vel Phocaeenſes, vel Teii fugere potuerint. Harpagus enim ingreſſus eſt Ioniam Olympiadis quinquageſimae nonae anno ſecundo. Porrò quod proverbium iſtud adtinet,

*Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία.*

Id inde ortum eſſe exiſtimo. Teii cognita ubertate & amoenitate ſoli Abderitici, hanc ſuam coloniam pulcram appellarunt, ideoque omnes illuc migrarunt. Sed verò poſtea cognoverunt eam ſoli aërisque in hoc tractu eſſe naturam, ut non tantùm equi & jumenta in vicinis paſcuis degentes, aut bibentes ex Coſſinito flumine in rabiem agerentur, verùm etiam ipſos homines ſaepe corripi inſania, plurimosque ibi naſci deliros. Hinc ironicè dictum, *Abdera pulcra Teiorum colonia*. Errant enim qui putant Abderam in loco arido aſperoque ſitam fuiſſe. Ager ipſorum totus aut paſcuus aut cerealis. Hinc Triballi apud Diodorum Siculum fame compulſi Abderiticos agros, tamquam omnium fertiliſſimos, invadunt. Sed & ipſorum nummi, qui exſtant apud Goltzium & alios, hoc teſtantur: nam eorum nonnulli Cererem oſtendunt, alii verò in Jovis frumentarii honorem ſunt cuſi; ita enim interpretor inſcriptionem illam ΕΠΙ ΔΙΟΣ ΛΑΙΟΥ. A λήϊον ſive λάϊον nomen habet Ζεὺς λάϊος, idemque eſt planè, atque *ἐπικάρπιος Ζεύς*.

l. 119. *Quòd Democritum Phyſicum tulit, quàm quòd ita condita eſt*] Non Democritum tantùm urbs haec dedit, verùm & Protagoram & Anaxarchum Philoſophos, praeterea Hecataeum Hiſtoricum, & Nicaenetum, plurimosque alios inſignes viros, ut meritò dixerit Stephanus: Πλεῖσται Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται, cùm in omnibus illuſtrium virorum catalogis crebri paſſim eſſent Abderitae. Neſcio itaque quare Juvenalis hanc *vervecum* vocet *patriam*: nam quòd multi apud Abderitas inſani naſcerentur aut fierent, quis hoc ſtupori tribuat; cùm inſania non hebetes & ſtupidos, qui nihil habent quod perdant, ſed maxima plerumque invadat ingenia? Quamvis autem Hippocrates lib. III. *de morbis vulgaribus* complurium Abderitarum meminerit,

minerit, quorum febres conjunctae fuerint cum delirio; non tamen ex tam inamoeno morbo natum eſſe puto proverbium illud de malo Abderitico; ſed potiùs ex affectu jucundiſſimo, qui ipſorum febribus ſuccedere ſolebat, ut teſtatur Lucianus, *ſcripto de conſcribenda Hiſtoria*: omnes namque Muſicae & Poëticae ſtudebant, carmina Poëtarum recitantes ſibi invicem, & paſſim in plateis hiſtrioniam agentes. Tam elegans inſania non cadit in craſſos & pituitoſos, ne dum in vervecea capita, quae, ſi verum eſt paradoxum Stoicum, ſemper delirant. Porrò verba illa, *quàm quòd ita condita eſt*, meliùs abeſſent. Sed jam aliquoties monuimus Melam in tanta brevitate quandoque eſſe nimium, & idem ſaepe bis dicere.

l. 122. *Inter Strymona & Athon Turris Calamaea*] Ita omnes libri veteres. Sed rectè Hermolaus *Calarnaea*. Stephanus: Κάλαρνα, πόλις Μακεδονίας, ὡς Λούκιος ὁ Ταῤῥαῖος· τὸ ἐθνικὸν Καλαρναῖος. Lectio Pintiani nullam veri ſpeciem habet. Vetuſtiores Graeci, quos plerumque ſequitur Mela, & ipſi quoque omittunt Stagiram tamquam ignobilem locum.

l. 123. *Et portus Caprullon*] Monſtroſa lectio. Libri meliores habent, *& portus Caprolimen*. Quis non videt veram eſſe lectionem, *Et* Κάπρου λιμήν?

l. 124. *Urbs Acanthos & Echymnia*,] Sic ferè omnes veteres libri, in quibusdam *Echymna*. Quod alii in *Oeſyma*, alii aliter mutarunt, ſed omnes inepte. Vera eſt lectio quam dedimus. Meminit hujus oppidi Heraclides in *Politiis*, qui dicit ejus incolas adeò à muribus infeſtatos fuiſſe, ut relicto loco Cleonas vicinum oppidum exſtruxerint & inhabitarint. Verùm neque apud illum rectè id vocabulum ſcribitur; 'Ελύμνιον enim vulgò legitur, pro 'Εχύμνιον. De diverſa autem hac terminatione jam alibi diximus.

l. 129. *Athos mons eſt adeò elatus*] Veteres nonnulli libri ita legunt, *Athos adeò mons altus*. De altitudine Athos montis ſuperiùs egimus, ubi oſtendimus ineptire illos, qui tam immenſam huic altitudinem attribuunt.

l. 132. *Quia de aris, quas in vertice ſuſtinet*] Haec quae Mela de Atho, Solinus de Olympo narrat. An alios ſecutus ſit Auctores neſcio, illud certò ſcio, non Olympo tantùm & Atho haec convenire, ſed omnibus montibus, quorum vertices ſunt vel ſupra nubes, vel ſaltem in ſummitate earum: nulli enim aut venti aut imbres illic poſſunt oriri, niſi caſu ac inſolito ferè modo, ut alibi oſtendimus. Haec omnia verò quae & Mela, & Solinus de Athone & Olympo,

po, eadem Geminus de Cyllene prodit. Vide illum in *Elementis Aſtronomiae* cap. 14. ex iis videbis, quàm nihil contra Solinum diſputans dixerit Salmaſius, quod non melius fuisſet tacuisſe. Porrò quod hîc de aris in ſummitate Athus dicit, id de aris Jovi conſecratis eſt intelligendum. Heſychius: Ἀθῷος. ὁ ἐπὶ Ἄθω τοῦ ὄρους ἱδρυμένος ἀνδριὰς, ὁ Ζεύς. Omnes ferè altiores montes, ut Pelion, Olympus, Ida, Caſius, Atabyrius Rhodi, aliique quàm plurimi, Jovi praecipuè dedicabantur, ejusque in verticibus ſuis fana & altaria ferebant. Ζεὺς itaque Ἀθῷος, qui in Atho monte colebatur. De hoc Jove nonnulli interpretantur imaginem, quae in Athoitarum nummis comparet. Sed ea potiùs de Atho gigante eſt accipienda, cujus meminit Nicander apud Stephanum hic verbis:

Καί τις Ἄθω τόσον ὕψας ἰδὼν Θρήϊκος ὑπ' ἄστροις
Ἔκλυεν, οὐ δὴ θέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ
Ὃς ἀνασπῶν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκε βέλεμνα
Ἠλιβάτου προθέλυμνα Κανάστραιης πάρος ἀκτῆς.

In toto Stephano vix alter eſt iſto corruptior locus. Nec quidquam hîc juvant veteres libri. Miror Eruditos, qui hunc locum citant, ita illum tranſilire, tanquam ſi plana esſent omnia, cùm tamen nullus hîc ſit ſenſus. Proculdubio ita ſcripſerat Nicander:

Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος ἰδὼν Θρηϊκος ἀπ' ἀγρεῦ
Ἔκλυσεν, οὐδηθέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ἧς ἀνασπῶν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκ' ἐπὶ Λήμνῳ
Ἠλιβάτου προθέλυμνα Κανάστραιης πάρος ἄκρης.

Ait Athon quendam giganta, bello contra deos, cùm tam vaſtam molem videret in ſolo Thracio, inde ſolvisſe eam, fundatam priùs ſub immenſa palude. Unde avellens radicitus, ambabus manibus montem illum jactavit prope Lemnum inſulam, ad pedem promuntorii Canaſtraei.

l. 134. *Verùm totus eſt, totoque longè dorſo procedit in pelagus*] Reſcripſi *totus exſtat*. Mons Athos non promuntorio tantùm aliquo exit in pelagus, ſed totus exſtat, cùm ſit peninſula, vel etiam inſula, quamdiu Xerxi placuit.

l. 138. *Et factus freto navigabili pervius*] Pro *factus* libri quidam veteres legunt *Athos*. Forſan margini aliquis adſcripſerat, *Athos freto navigabili pervius*, quod poſtea in contextum irrepſit. Attamen cùm jam ſaepe monuerim,

 quàm

quàm ubique idem bis dicere amet Pomponius noſter, nolim hîc exturbare vulgatam lectionem, quae non recedit à melioribus codicibus, niſi quòd in illis, pro *transnavigatusque & factus*, ſcriptum ſit, *transjugatus eſt, factus*. Legendum, *A Xerxe in Grajos tendente perfoſſus transjugatusque eſt, factus freto navigabili pervius*. *Transjugare* eſt jugum montis ſuperare. Hanc Xerxis foſſam, quae erat mille quingentorum paſſuum ſive duodecim ſtadiorum, *fretum* ſimiliter vocat Plinius: Catullus vero *mare* in *Coma Beronices*:

*Cùm Medi peperere novum mare, cúmque juventus*
*Per medium claſſi barbara navit Atho.*

Sic locum illum reſtituimus ope libri vetuſti. Meliores Auctores paſſim *Atho* dicunt, τὸν Ἄθω, non *Athon*. Sed & *Athonem* qui vocant rectè faciunt, ſic Cicero & alii. Corruptiſſimus eſt Ammiani Marcellini locus lib. XXXI. de hac ipſa Athonis foſſa, quem ab aliis jam depoſitum, emendatum adſcribemus: *Reſipiſcant tandem memoriae veteres Medicas acies ductantes ad Graeciam: quae ductum Helleſponti occupantes, & diſcidio quodam fabrili, mare ſub imo Athonis pede quaeſitum, exponunt, & turmatim apud Doriſcum exercitus recenſitos, concordante omni poſteritate, ut fabuloſae ſunt lectae*. Bellonius, qui anguſtias peninſulae, quam efficit Athos, luſtravit, & ipſe quoque hanc Xerxis foſſam fabuloſam eſſe exiſtimabat. Nempe quia nulla inciſionum veſtigia invenit. Sed qui fieri potuiſſet, ut per tot ſecula ductus aquae, ad pedem tam vaſti montis ſitus, ſervari potuiſſet? Hoc illud ipſum eſt, quamobrem Graeci laborem illum Xerxis ſtultum & inſanum appellarunt, gnari foſſam iſtam à defluviis & impendentibus ruinis ſtatim eſſe obruendam. Aeliani tamen ſeculo, veſtigia hujus perfoſſionis exſtitiſſe videntur. Clarè hoc colligitur ex lib. XIII. cap. 20. ubi agit de cetis & rotis piſcibus circumcirca hunc montem natantibus. Adſcribam verba ipſa, quia inſigniter vulgò corrupta ſunt, ac ne ſenſum quidem contineant propter crebra menda. Sic itaque illa ſunt refingenda: Καὶ νεῖ μὲν κατ' ἀγέλας ταῦτα, μάλιστα δὲ ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἄθω τοῦ Θρακίου, ἐν γε τοῖς κόλποις τῷ ἀπὸ Σίγγου πλέοντι ἐντυχεῖν ἐστὶν αὐτοῖς κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον, παρά τε τὸν Ἀρταχαίου καλούμενον τάφον, καὶ τὸν Ἀκάνθιον ἰσθμὸν. ἔνθα τοι καὶ ἡ τοῦ Ἀρταίου φαίνεται διατομὴ, ἣ διασπᾷ μέσον τὸν Ἄθω. Lapſus autem videtur memoriae Aeliani, quod *Artaeum* pro *Artachaeo* poſuerit. Verùm operae pretium eſt in locum

cum illius foſſae, & quemadmodum ducta ſit, aliquanto accuratiùs inquirere, quoniam ea, quae alii de hac perfoſſione retulerunt, planè ἀσύστατα & inepta ſunt. Herodotus lib. VII. dicit foſſam illam ab Acantho urbe Sanen usque pertigiſſe. Acanthum verò urbem ponit ad ſinum Singiticum: Sanen vero oppidulum, in Pallenaea Cherſoneſo. Hoc ſi ita ſit, quo modo concipi poteſt, ut foſſa illa duodecim tantùm fuerit ſtadiorum, ut ait Herodotus? Praeterea hinc ſequeretur, ut non ipſe Athos, ſed peninſula illa, quam Singiticus & Toronaïcus ſinus efficiunt, fuerit à Xerxe perfoſſa. Atqui Herodotus & omnes in eo conſentiunt ipſum Athonem fuiſſe in inſulam redactum. Profectò ſi quis deſcriptionem Ptolemaïcam, vel illorum omnium qui hactenus Graeciae tabulas dederunt, ſequatur, nunquam ſe ex hac difficultate expedire poterit, ac omnino neceſſe erit ut Herodotum, Thucydidem, omneſque adeò antiquos, mendacii inſimulet. Verùm ex tabula veteris Graeciae, aliquando à nobis in lucem edenda, omnia haec manifeſta fient. Nempe in eo erratum eſt hactenus, quòd peninſulam, quam Singiticus & Toronaïcus ſinus efficiunt, ab Atho ſepararint, cùm ſit pars hujus, utpote cervice annexa, ac, ut ita dicam, peninſula peninſulae. Toronaïcus verò ſinus longè penitius terram init, quàm Ptolemaei tabulae doceant; niſi enim iſthmus duodecim ſtadiorum obſtaret, conjungeretur ſinui Strymonio. Ac hi quidem duo ſinus, Toronaïcus nempe ac Strymonius, conficiunt majorem illam Athonis peninſulam, quae alteram illam, quam diximus, comprehendit; ac praeterea iſthmum, quem Xerxes perfodit. Iſthmus iſte à Graecis Monachis montis incolis Προαύλαξ hoc ſeculo appellatur.

## IN CAP. III.

## DE MACEDONIA, GRAECIA, PELOPONNESO, EPIRO, ET ILLYRICO.

1. *Tum Macedonum populi quod urbes habitant*] Haec eſt meliorum librorum lectio. Sed rectè Pintianus emendavit, CL. *urbes habitant*, ut Plinius & Martianus. Aliorum conjecturae ſunt ineptae.

I. 2. *Quorum Pellam maximè illuſtrem*] Haec quoque è libris ita emendavimus, *Quarum Pella & maxima, & illuſtris. Alumni efficiunt, Philippus Graeciae domitor, Alexander*

*xander etiam Aſiae.* Utrumque nempe effecere Philippus & Alexander, in hoc oppido nati & educati, ut & illuſtris eſſet Pella, & maxima. Demoſthenes *de Corona*, agens de Philippo: Οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν ὡς τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ, τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι. Non itaque verum eſt id quod olim arbitrabamur, ſecuti Salmaſium, Pellae regiam fuiſſe etiam ante Philippum, auctoritate Pſeudoſcylacis: nam quo loco apud ipſum legitur, Πολάγιλις. Καὶ βασίλειον ἐν αὐτῇ, non Πέλλα, ſed tranſpoſitis ſyllabis Πόλις Αἰγαὶ ſcribendum eſt: Aegis enim regia erat Macedonum ante Philippum & Alexandrum. Oppidum illud priùs vocabatur *Edeſſa*; Ἔδεσσα, non Αἴδεσσα, uti perperam legitur in vulgatis Ptolemaei exemplaribus. Aliquanto verò remotior à mari erat Edeſſa ſive Aegae, atque Pella. Palus quippe illa, in qua ſita erat Pella, mari erat vicina In iſtam verò paludem duo incidebant flumina Axius & Ludias. Per Ludiam ἀνάπλους erat ad Aegas ſive Edeſſam. Non rectè Ptolemaeus, qui Aegas ſive Aegam, & Ediſſam diſtinguit, & hanc ad Erigonem, illam ad Haliacmonem collocat, cùm eadem ſit, ut apparet ex Juſtino, ſitaque ſit ad Ludiam amnem, ut teſtatur Anonymus, qui Scylacis nomine prodiit. Urbs verò haec non modò appellabatur Αἰγαὶ, ſed & Αἴγαια & Αἴγεια. Sic quoque Theophraſtus libello *de Ventis* cùm dicit aquilones Oſſae & Olympo impactos contrarios nubibus ferri: Ἐνιαχοῦ τὰ νέφη ταῖς πνεύμασιν ὑπεναντία φέρεται, καθάπερ καὶ περὶ Αἰγειὰς τῆς Μακεδονίας βορέου πνέοντος πρὸς τὸν βορέαν. Ita ſcribendum; malè enim Αἰγγιὰς habent vulgata exemplaria. Nec meliora ſunt illa quae alii reponere hoc loco tentavere. Ab hoc oppido ἐθνικὸν eſt Αἰγειάτης, & forma Macedonica Αἰγειάδης. Nihil itaque mutandum apud Juſtinum. Porro quamvis regia ex hac urbe Pellam tranſlata ſit, morem tamen manſiſſe ut Aegis vel Aegiis reges ſepelirentur, colligi poteſt non ex Plinio tantùm, verùm & ex Diodoro Siculo lib. XIX.

l. 9 *Canaſtraeo promuntorio Scione proxima eſt*] Ita Correctores repoſuerunt, cùm priùs in omnibus libris legeretur *Sena*, quod rectum eſt, pro *Sana* vel *Sane*; nam & Σαναῖοι & Σανχῖοι dicebantur oppidi hujus habitatores, ut ex Stephano manifeſtum. Horum urbem quo ſtrategemate ceperit Philippus, vide apud Frontinum lib. III. cap. 3. Verùm malè apud ipſum *Samiorum* legitur, pro, *Saniorum*. *Canaſtraeum* verò *promuntorium* hic accipe, non pro extima tantùm hujus peninſulae prominentia, verùm pro tota peninſula, uti ſaepe

vox

vox *promuntorii* & apud Melam & alios accipitur. Quomodo autem fieri potuerit, ut ab hac urbe, nempe Sane, foſſa perducta ſit à Xerxe Acanthum usque, nec tamen ultra duodecim ſtadia porrecta fuerit, id ſuperiùs explicavimus.

l. 16. *Caſſandria*] *Caſſandriam* alieno planè hîc loco collocatam eſſe rectè obſervavit Pintianus. Quod ſi locus emendandus ſit, non dubitandum quin *Chalaſtra* hîc locum habere poſſit, cùm illa ſita ſit inter Peneum & Axium flumina. Sed videtur non tam Librarius, quàm ipſe erraſſe Mela: nam cùm ſuperiùs antiquiores, ut ferè ſemper, ſecutus Graecos, Thraciam usque ad Pallenen extenderit, ipſamque adeò Pallenen in Thracia collocarit; hîc eandem oram relegens Mecybernam, Toronam, Phyſcellam, totamque Pallenes peninſulam Macedoniae tribuit. Uti itaque Sanen & Canaſtraeum promuntorium, non hîc, ſed ſuperiùs in Pallenes deſcriptione recenſere debuerat; ita quoque Caſſandriae meminiſſe debuerat, cùm Potidaeae facit mentionem. Ex hujus quippe ruinis altera conflata eſt, atteſtantibus omnibus, qui *Potiduam* poſtea *Caſſandriam* dictam fuiſſe ſcribunt. Quamvis non Potidaeatae ſoli, ſed & Olynthii & Pallenenſes huc fuere deducti.

l. ead. *Cydna*, *Aloros*, *Icaris*] Mela, antiquiores ſecutus Graecos, *Cydnam* vocat, quam alii *Pydnam*. Urbem enim hanc priùs ſic dictam, & poſtea κατὰ παραφθορὰν appellatam fuiſſe *Pydnam*, ex Theagenis *Macedonicis* teſtatur Stephanus. Pro *Icaris* in quibusdam libris, *Sycharis* & *Hyecaris* legebatur. Forſan *Sicyris* quae aliter *Sycurium*. Sed potiùs exiſtimo hanc eſſe, quae Ptolemaeo dicitur Κύριος, malè, ut videtur, pro Κύρις, vel Κύρης. Ab hac ἐθνικὸν Κυρησῖται & contractè Κυρησταὶ, qui ſunt Cyreſtae Plinii.

l. 18 *A Peneo Sepias*, *Corinthia*, *Meliboea*, *Caſtanaea*] Cùm libri veteres habeant, *ad Sepida*, certum eſt, Melam ſcripſiſſe, *A Peneo ad Sepiada*, *Gortyna*, *Meliboea*, *Caſtanaea*. Inter oſtia Penei, & Sepiada promuntorium, tria illa collocat oppida. *Gortyna* quidem ſita erat ad ipſum os Penei fluminis. Itaque non eſt dubitandum de veritate hujus lectionis, quam vetera confirmant exemplaria, in quibus omnibus *Corutra* exaratum inveni. *Meliboea* verò ſita erat in ſinu, qui Oſſam & Pelium montem interjacet. Strabo lib. IX. Τραχὺς δ' ἐστὶν ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηλίου ὅσον σταδίων ὀγδοήκοντα. τοσοῦτος δὲ καὶ τοιοῦτος καὶ ὁ τῆς Ὄσσης· Μεταξὺ δὲ κόλπος πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. Ineptè vulgò legitur Πηνειοῦ, pro Πηλίου, quod miror non vidiſſe Interpretes. *Caſtanaea* verò & ipſa ſita erat ad mare,

ad pedem montis Pelii, ut ibidem Strabo, & alii alibi teſtantur. Verè itaque Mela dixit, inter oſtia Penei & Sepiada promuntorium, ſita eſſe haec tria oppida, *Gortynam*, *Meliboeam* & *Caſtanaeam*.

l. 20. *Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat*] Non ob Philocteten tantùm urbs haec illuſtrior erat aliis iſtis duabus, ſed & ob purpurae tincturam. Lucretius lib. II.

——— ——— ——— *Meliboeaque fulvens*
*Purpura Theſſalico concharum tincta colore.*

Sed & Virgilii locum, cùm inquit,

——— ——— ——— *Quam plurima circum*
*Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit;*

de hac ipſa urbe interpretantur. Alii tamen quod ſciam Theſſalicae vel Meliboeenſis purpurae non meminerunt. Praeterea Feſtus Pompejus dicit inſulam fuiſſe: *Meliboea purpura à nomine inſulae, in qua tingitur, eſt vocata.* Atquì haec *Meliboea* in receſſu ſinus, quem Oſſae & Pelii promuntoria efficiunt, erat ſita, nihilque minus erat quàm inſula. Locum itaque Lucretii & Virgilii de Phoenicia purpura accipiendum eſſe exiſtimo. In ditione enim Apamiae, quae *Pella* fuit dicta à Macedonibus, caputque fuit aliquandiu omnium Syriae civitatum, inſulam *Meliboeam* eleganter deſcribit Oppianus, ſitam in Oronte flumine, qui antequam mari mergitur, latè circa illam ſtagnat. *Theſſalicas* verò illas conchas dixit Lucretius, quia à Theſſalis vel condita vel nominata eſt Phoenicia iſta *Meliboea*. Theſſali enim & Macedones innumeris Syriae locis patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula, Berrhoea, Edeſſa, Lariſſa, Heraclea, Aegae, Chalcis, Europos, Dium, Maronea, Pieria, Cyriſtica, aliaque infinita.

l. 22. *Hinc non longè eſt Olympus, hic Pelion, hic Oſſa*] Hîc à litore ad mediterranea digreditur, aitque non longè à litore montes iſtos eſſe ſitos. Verùm non rectè dixit *non longè* cùm mare adtingant, uti ex Herodoto, ubi naufragium Perſarum in hoc litore deſcribit, & ex aliis liquet Scriptoribus. Porro τὸ *hîc*, toties repetitum, delevimus, auctoritate meliorum librorum, ex quorum fide multa quoque alia minuta correximus, quorum ſigillatim rationem reddere non Lectori minùs quàm nobis ſit futurum faſtidio.

l. 28.

l. 28. *Objacet tum jam vaſtè & multum prominens Graecia* ] Confuſa haec omnia poſſint videri, quod hic miſceat Macedoniae, Theſſaliaeque loca, & cùm jam Penei ſuprà meminerit, alios hîc Graeciae ponat terminos, ac ſi partem Theſſaliae in Graecia, alteram in Macedonia collocaret. Attamen nihil hîc eſt, quod meritò reprehendi poſſit. Si quis enim accuratius haec verba conſideret, animadvertet pleraque illa Magneſiae loca, quae hîc nominantur, neque Macedoniae, neque Graeciae tribui. Sic ferè omnes meliores Geographi, & praeſertim Dicaearchus, quamvis alii illo antiquiores in Hellade ponant Magneſiam. Ita etiam Auctor ille qui Scylacis nomen praefert, poſtquam omnia Magneſiae oppida recenſuit, addit; eò usque Graeciam ſive Hellada ab Ambracia pertingere, ac revera omnia in litore ſita loca planè Graecanicam habere faciem, ἐπιεικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ θάλατταν πᾶσα Ἑλλάδι ὅμοια ἐστί. Ut autem nimis liberales fuere in adſignandis Helladi limitibus, qui Magneſiam ei adtribuunt, ita nimis illam conſtringunt, qui Theſſaliam in Hellade ſitam eſſe negant. Verùm illos arguit Dicaearchus, & Ἑλλάδα civitatem in Thesſalia fuisſe, & Ἑλλήνων nomen ex ea profectum esſe oſtendit. Exſtant apud illum Poſidippi verſus in Athenienſes jactantes ſe ſolos esſe Ἕλληνας.

> Ἑλλὰς μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.
> Σὺ μὲν Ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς
> Αὐτοῦ τινες· οἱ δ' Ἕλληνες Ἑλληνίζομεν.

Salmaſius hîc legebat, ἡνίκ' ἂν φωνῇ λέγῃς αὐτοῦ τιν'. Verùm multo elegantius Grotius pro αὐτοῦ τινες legebat Αὐτόχθονος. Sed vera lectio eſt Ἀστοῦ τινός. Notum enim quod ἀστοὶ peculiariter *Athenienſes* vocantur. Rectè itaque Dicaearchus Theſſaliam in Hellade ponit, excluſa Magneſia. Duos verò Helladis facit terminos, à ſeptentrione, unum inter hanc & Magneſiam, qui erat mons Homole ſive Homolius, alterum inter Macedoniam & Thesſaliam, Peneum nempe fluvium. Ipſa Dicaearchi verba ſunt:

> ——— ——— Τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται
> Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, ὡς Φιλέας γράφει,
> Ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον.

Circa finem verò deſcriptionis Theſſaliae, haec habet: Τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν στομίου καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου τὴν διήγησιν πεποιημένοι καταπαύομεν τὸν λόγον,

Theſſa-

Theſſalorum στόμιον hîc interpretantur de oſtio Penei. Verùm hoc eſt nugari. Priùs legebatur στάμπου, quemadmodum etiam alio legitur loco: Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβὼν μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων στάμπου. Et hîc quoque στομίου vel Ὁμολίου legendum cenſet Salmaſius. Sed profectò utrobique ſcribendum eſt Τέμπους. Integrum verò locum ſic reſcribe: Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβὼν, μέχρι τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου καὶ τῶν Θετταλῶν ἀφορίζω Τέμπους. Legerant tantùm τὰ Τέμπη, non autem τὸ Τέμπος, itaque inſolentia vocis mutationi occaſionem dedit Librariis. Lectionem hanc confirmat Anonymus ille qui Scylacis praefert nomen: Ἡ δὲ Θετταλία παρήκει ἐν μεσογείᾳ ὑπὲρ Αἰνιάνων, καὶ Δολόπων, καὶ Μαλιέων, καὶ Ἀχαιῶν, καὶ Μαγνήτων, μέχρι Τέμπων. Nugantur verò Grammatici, cùm *Tempe* dicta eſſe putant, tamquam τρέπη vel τέρπη. A religione loci nomen hoc inditum eſt. Itaque rectè Mela, *hic ſacro nemore nobilia Tempe.* A τέμνω enim eſt τέμενος & contractè τέμμος. Pro eo verò Macedones & Aeoles, quibus ubique placet π ἀντὶ τοῦ μ, dicebant τέμπος. Itaque τέμπος aeque atque τέμενος & *lucum & fanum* ſignificat. Hinc quoque Romani ſuum fecere *tempus*, cujus tantùm ſupereſt diminutivum *templum* vel *templum*, obliterato priori, ad vitandam ambiguitatem ejuſdem, ſed aliud ſignificantis, vocabuli. Qui *Tempe* interpretantur τὰ στενὰ, illi non vocem exprimunt, ſed ſitum deſcribunt. Latini Graecique poſteriores variè hoc vocabulum uſurparunt; nam non tantùm nemora lucoſque, verùm etiam prata & hortos & quaecunque amoena loca, *Tempe* vocarunt. Pentadius *epigrammate de adventu veris*:

*Floribus innumeris pingit ſola flatus eoi,*
*Tempeaque exhalant floribus innumeris.*

Malè *Temporaque* vulgò legitur. Paſſim vox haec ita accipitur.

l. 32. *Ioniis fluctibus objacet* ] Nihil mutandum, vel auferendum. Tales ἐπαναλήψεις amat Pomponius. Sic quoque ſuprà locutus eſt.

l. 35. *Donec quinque millia paſſuum pateat* ] Sic Hermolaus, quem ſecuti ſunt alii, cùm priùs legeretur, *quatuor millia paſſuum*, uti quoque eſt in omnibus manu exaratis codicibus. Atqui Melam ſic ſcripſiſſe apparet etiam ex Solino, qui & ipſe ſecutus Melam, quatuor millium latitudinem

nem tribuit Iſthmo Corinthiaco. Solinus tamen hoc loco vapulat ab Eruditis, quòd decem detraxerit ſtadia. Sed omnino errant: cùm enim Strabo, Plinius, & alii, quadraginta ſtadiorum iſthmum hunc faciunt, tum computant ambages & anfractus montoſos, qui viam altero tanto longiorem efficiunt. Vera enim hujus iſthmi latitudo per directam ſumta lineam, viginti tantùm eſt ſtadiorum, ut adparet ex *Nerone* Luciani ſive ſcripto *de perfosſione Iſthmi.* Sed verò qui quadraginta numerant ſtadia, illos ſinuoſam carpere viam, luculentus teſtis eſt Auctor anonymus, quem non rectè Scylacem esſe putant, qui de hoc iſthmo agens, haec habet, *διὰ τοῦ ἰσθμοῦ στάδια τετταράκοντα, ταῦτα κολπώδη.*

l. 45. *A Macedonia prima eſt Theſſalia*] Malè priùs legebatur, *in Macedonia.* Licet enim Theſſalia à Philippo & Alexandro, & poſtea à Romanis attributa fuerit Macedoniae, hoc nihil ad rem facit, cùm antiquam Mela, ut oſtendimus, ſequatur diſtributionem. Sequentia praeterea hanc lectionem non admittunt: nam illa quae ſequuntur in vulgatis editionibus, *In Graecia Doris, Locris,* &c. adſuta ſunt ab aliquo, cùm in nullis, quae viderim, compareant exemplaribus.

l. 53. *Aliquando Iolcos*] Et haec quoque eraſerat Pintianus, quia nempe *Iolcon* dicit esſe ad mare ſitam, hîc verò Melam mediterraneas tantùm recenſere civitates. Licet hoc verum esſet; non tamen video, cur exiſtimemus Auctorem noſtrum errare non potuisſe. Verùm ipſe errat Pintianus cùm ex Strabone oſtendere conatur, Iolcon fuisſe ad mare ſitam. Verba Strabonis haec ſunt: *Τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάσσης Ἰωλκός.* Ipſe interpretatus eſt, *jacet ad mare.* Sed quis neſcit *ὑπερκεῖσθαι* ſemper accipi de locis remotis à mari? Rectè itaque Euſtathius hunc locum Strabonis ſic interpretatur: *Τὴν Ἰωλκὸν ὑπερκεῖσθαί φασι τῆς κατὰ Δημητριάδα θαλάσσης ἑπτὰ σταδίους.* Vides quantillo ſpatio à mari abfuerit Iolcos, ut non mirum ſit ab aliis inter maritimas urbes recenſeri. Porrò cùm Poëtae Argonem Iolco ſolvisſe ajunt, id de Aphetis, de quibus infrà, vel de litore, quod & ipſum *Iolcon* vocari docet Strabo, accipiendum eſt. Sed & cùm Scholiaſtes Apollonii Sepiadem dicit esſe *ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ,* manifeſtè *Iolcum* pro litore accepit.

l. 55. *In Doride Pindus, & juxta ſitum Erineum*] In omnibus quae vidi exemplaribus abſunt haec, & ab aliquo forſan adjecta ſunt, qui haec aut ſimilia deesſe exiſtimavit: nam cùm paulò ſuperiùs Doridis meminerit, putavit hujus regionis oppida hîc excidisſe.

l. 56. *In Locride Cynos & Calliaros* ] Paulo ſuperius opem tuli Pomponio Iolcon mediterraneam facienti, verum hîc nihil habeo, quo eum adjuvem: nimis enim manifeſtè errat, cùm *Cynon* portum Opuntiorum, in mediterraneis; ipſam verò *Opuntem* ad mare collocat, quae tamen quindecim ſtadiis inde aberat, ut teſtatur Strabo. Paulo ſuperius *Eleuſina* quoque nominavit, cùm & ipſum orae maritimae ſit oppidum. Sed profectò ſaepius in hoc ſolo capite impegit Auctor noſter, quàm ferè in reliquo opere. Paulò pòſt libri aliquot legunt, *& clariores, quàm ut indicari ſoleant, Athenae.*

l. 66. *In Meſſenia Meſſene & Methone* ] An ſcribendum *Ithome*? Notum eſt illam fuiſse & urbis Meſſenae, & totius regionis arcem. Sed quia jam monuimus Pomponium valde ſui oblitum fuiſſe toto hoc capite, credamus potius & hîc quoque dormitaſſe, vel ſaltem alios errantes eſſe ſecutum, cùm Methonam mediterraneam facit: adeò enim mari vicinum eſt hoc oppidum, ut vicinius eſſe non poſſit. Olim in litore depresſiore ſedebat, ſi vera dicit Grammaticus anonymus qui penes me exſtat, poſtea verò terrae motu triginta octo ulnis, ſive pedibus ducentis viginti octo, in altum evecta eſt: Ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ λέγεται ἐκπεπηδηκέναι καὶ φανῆναι ἀνωτέρα τῆς θαλάσσης εἰς ὀργυίας λη. Sed cùm dicit ἐκπεπηδηκέναι, videtur alluſiſſe ad vocabulum *Pedaſi*, quomodo Methone priùs vocabatur. Verùm hoc grammaticale eſt ſomnium, cùm jam Homeri aevo Πήδασος fuerit. Alterum verò de terrae motu quod ait, id credo, quia ſimiles habeo hiſtorias. Vel ipſa haec Peloponneſos exemplum exhibet in urbibus Achaïcis, radicitus evulſis & tranſlatis aliò. Verùm inquiat aliquis illas periiſſe, veriſimile verò non eſſe, oppidum integrum tam altè attolli potuiſſe, & non penitus pesſundari. Attamen contrarium habemus exemplum in terrae motu in Syria & Meſopotamia facto ſub Conſtantino Copronymo, quem deſcribunt Theophanes, Cedrenus, & alii. In eo enim narratur oppidum integrum, muris & aedificiis integris, ad ſex milliaria eſſe tranſlatum, Monendum interim hoc loco in Chronico inedito pervetuſto, unde Theophanes & haec, & alia multa hauſit, aliter hoc miraculum narrari, hoc nempe pacto: Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ γέγονε σεισμὸς μέγιστος καὶ πολλὴ πτῶσις, ὡς αἱ μὲν τῶν πόλεων ὁλοκλήρους ἠδαφίσθησαν, αἱ δὲ ἐξ ἡμισείας· ἕτεραι δὲ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν εἰς τὰ ὑποκείμενα πεδία, σὺν τῶν τειχῶν αὐτῶν καὶ τῶν οἰκημάτων ἄρδην μετέστησαν ἀβλαβεῖς ὡς ἀπὸ μιλίων δύο. ἡ δὲ γῆ Μεσοποταμίας ἐπὶ μίλια τρία σχισθεῖσα καὶ ἑτέραν λευκὴν ἀναβράσασα

καὶ

καὶ ἀμμώδη γῆν, ἀνῆλθε παραδόξως ἐκ μέσου ταύτης ἡμίονος ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγγομένη. De mulo quod dicit, id commentum eſt Monachorum, qui plerumque talibus nugis ſolent interpolare naturae miranda. Cetera vera eſſe exiſtimo: nam ſi terrae hiatus fuit trium pasſuum millium, fieri potuit, ut oppida & loca aliqua ad duo millia è priſtina ſede migrarint. Sed verò ſi vorago non niſi duorum millium latitudinem habuerit, non video quomodo urbs aliqua ad ſex pasſuum millia diſcedere potuerit. Nulla verò adverſatur ratio, quominus integrae etiam urbes tam vaſtum percurrant ſpatium, nec tamen diſſiliant. Quòd enim vel in modicis terrae motibus totae ſaepe urbes corruant, ejus rei ratio eſt reciprocatio & varietas motus. Sed verò ubi terra bifariam aperitur, licet latera quàm longisſimè à ſe invicem diſcedant, illic fieri poteſt ut nullus adſit tremor, nempe cùm nulla ſit reciprocatio, nihilque ſit ad quod impingant, ſed uniformis tantùm motus. Ejus quoque rei exemplum à navigantibus accipi poteſt. Licet enim vaſta aliqua navis ociùs vento, ociùs ſagitta feratur, motus tamen iſte non adficit vectores; quin potiùs ita cum illis comparatum eſt, ut niſi è velorum tumore & aliunde indicium capiant, neſciant ſaepe an haereant, an verò in aliquam partem ferantur. Atque haec hactenus obiter dicta ſufficiant. Ut verò ad Methonam redeam, illud operae pretium addere, terrae motum hunc Methonenſem contigisſe Valentiniano & Valente Aug. primum Coſſ. Afflixit is totum ferè Romanum Imperium: meminere ejus plurimi. Sed qui Methonae in illo mentionem ſpeciatim fecerit, is eſt Ammianus, circa finem lib. XXVI. Quem verò ex terrae motu ſitum accepit haec urbs, illum hodie quoque ſervat.

l. 68. *Elis, & numen delubrumque Olympii Jovis*] Et hîc quoque Correctores, non Mela loquuntur. Optimus codex legit, *Elis etiamnum.* Alii, *Elis etiam num.* Legendum eſt, *Elis, & fanum delubrumque Olympii Jovis,* &c. Cicero quoque haec conjungit, cum ait, *pro fanis atque delubris propugnare.* Differunt enim *fana* à delubris in eo, quòd *fana* & *templa* dicantur loca ſingulis diis attributa, *delubra* verò multarum aedium ſub uno tecto à diluvio pluviae munitarum, ut loquitur Aſconius. Idem quoque confirmat Servius. Cicero etiam alibi conjungit *templa* & *delubra.* *Fana* verò & *templa* nemo rectè conjunxit, cùm idem ſit prorſus. Nam à ναὸς ναϝὸς transpoſitione Aeolica ſit Ϝάνος, unde Latinorum *fanus*: utrumque enim rectum *fanum* & *fanus.* Hinc apud Ciceronem lib. III. *de natura*

*Deo-*

*Deorum: Eumenidum fanus.* Ita enim hoc loco legit codex noſter optimus & inſignis antiquitatis. Mela itaque hoc loco *fanum Olympii Jovis* vocat, ipſum templum Olympium, in quo ingens illa eborea Jovis ſtatua erat à Phidia elaborata. Jovis verò delubrum, vocat ſacellum, in quo ſimiliter Juppiter Olympius σύμβωμος Neptuno viſebatur, & quidem longè antiquior illo Phidiaco: ſex enim illic erant delubra, totidemque arae, quibus inſiſtebant θεοὶ σύμβωμοι. Vide de illis Pauſaniam, qui copioſè de his agit, & Scholiaſtem Pindari *Ode* v. *Olympiorum.*

l. 70. *Ipſo quidem tamen ſimulacro*] In quibusdam libris legitur, *ipſo quidem tam*, ut videatur ſcribendum, *ipſo quin etiam ſimulacro*, &c. Verùm cùm vocula *tamen* abſit à melioribus libris, viſum fuit illam potiùs expungere. Porrò debuerat hîc Mela promiſſo ſuo ſatisfacere, atque Achaïae mediterraneas recenſere, quod tamen non facit.

l. 74. *Tenea & Orchomenon*] Nihil hîc mutandum. Licet enim *Tenea* Corinthiaci agri fuerit oppidum, *Tegea* verò dicta ſit haec Arcadica; ſaepe tamen confunduntur iſta vocabula, Teneataeque dicuntur, qui Tegeatae dici debuiſſent. Neque tantum cùm urbs eſt Τέγεα vel Τένεα, verum etiam cùm κόρυζαν ſignificat, utrumque dictum fuiſſe, teſtatur Heſychius. In pluribus verò vocibus literae iſtae permutantur. Sic μετάλειον & μεγάλειον, ἰστέον & ἰσγέον, Τόργος Γόργος, Τελέοντες Γελέοντες; & ſi Stephano credendum eſt, Τάβιοι & Γάβιοι, Τένεα & Γένεα, aliaque multa referenda erunt inter διττογραφούμενα. Porrò quod dicit Arcadiam ab aliis gentibus undique cinctam fuiſſe, id aliquando verum non fuit: ad Lepreum enim mare attingebat Arcadia. *Orchomenos* nota eſt. Verum ut multa alia nomina bis in Graecia occurrunt, ita & hoc quoque. Boeotica Μινύειος à Minyis, qui eam tenebant, appellata eſt: hanc evertit Hercules obſtructo flumine. Diodorus lib. IV. Ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τοὐναντίον ἐμφράξας τὸ περὶ τὸν Μινύειον Ὀρχομενὸν ῥεῖθρον, ἐποίησε λιμνάζειν τὴν χώραν, καὶ φθαρῆναι τὰ κατ' αὐτὴν ἅπαντα. Ineptè vulgò legitur, τὸ περὶ τὴν Μινύην ἐρχόμενον ῥεῖθρον. Sed & fluvius quoque *Orchomenos*, *Minyius* cognominabatur.

l. ead. *Montes Pholoe*, *Cyllenius*] Nihil mutandum. *Cyllene* Graecis, Latinis etiam *Cyllenius* dicitur. Sic quoque Feſtus Pompejus: *Cyllenium alii volunt ſic appellatum quòd à Cyllene avia ſit nutritus. Alii quod in monte Arcadiae Cyllenio.* Ineptè vulgò legitur *Cyllenia via.* Sed & pro *Cyllenio*, uti habent veteres libri, malè repoſuerunt *Cyllene*:

nam

nam & mons, & Mercurius, uterque *Cyllenius* vocatur, ut teſtatur Servius *ad* VIII. *Aeneid.*

l. 76. *In Aetolia Naupactos*] Et hîc errat Mela, cùm Naupactum in mediterraneis collocat: ad mare enim ſitam esſe vel ipſum nomen docet.

l. 82. *Per Demetriam*] Legendum eſt, *Demetrium*, vel *Demetrion*, non *Demetriada*, ut Pintianus. Oppidum hoc vicinum erat Amphryſo fluvio, circa Campum croceum, ut teſtatur Strabo, quem Κροκωτὸν vocat Stephanus. Dictum verò *Demetrium* à Cereris illic fano. *Demetrias* autem civitas nomen habet à Demetrio Rege. Saepius verò jam monuimus, Melam antiquiores ferè ſequi Graecos, itaque recentiorum urbium, licet famoſae fuerint, rarò meminisſe.

l. ead. *Et Boion & Pteleon & Echinon*] Priùs legebatur *Balon*, uti eſt in omnibus codicibus, unde Hermolaus fecit *Boion*. Rectè hoc reprehendit Pintianus, verùm ipſe non rectè *Boebon* repoſuit: non enim inter Sepiadem & Maliacum ſinum, verum inter Sepiadem & Penei oſtia ſita eſt Boebe palus & Boebos oppidum. Vera lectio eſt illa, quam reddidimus, *& Halon & Pteleon*, &c. Duo verò ſunt oppida ita dicta, utrorumque verò meminit Stephanus, cujus verba ita concipiuntur in veteribus libris: Ἄλος πόλις Ἀχαΐας καὶ Φθιώτιδος ὑπάρχει τῷ πέρατι τῆς Ὄθρυος. Unde facile eſt emendare, ὑπ' αρκτείῳ πέρατι τῆς Ὄθρυος. Altera *Halus* erat ad ſinum Maliacum, de qua accipiendus eſt hic Melae locus. Idem Stephanus: Δύο δὲ Παρμενίσκος Ἄλους ἱστορεῖ, τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπ' Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρχειν Πρωτεσιλάου. Ita libri veteres, ſed manifeſtè & hîc legendum τὸν δὲ ὑπάρκτειον Πρωτεσιλάου, vel ὑπάρκειον, quod idem eſt: nam pro ἄρκτος olim quoque ἄρκος ſcribebant euphoniae gratiâ, ut notatum Grammaticis. *Halos* verò vel *Alos*, (nam utrumque dicebatur) quae ſub Proteſilao erat, quamque borealem hîc vocat Stephanus, etiam Pthiotica dicebatur. Haec verò altera, quae Melae memoratur, Maliaca vel Achaïca vocabatur. Utriusque meminit Strabo lib. IX. Ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες. Καὶ ἡ Ἄλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες. Sic rectè olim legit locum iſtum Strabonis Plethon in *deſcriptione Theſſaliae.*

l. ead. *Et Pteleon*] Et hujus quoque nominis duo fuere oppida, haec Theſſalica, & altera Meſſeniae, Spartanis poſtea adtributa: utriusque meminit in *Catalogo* Homerus. Haec verò Theſſalica Plinio eſt *nemus Pteleon*, tanquam ſi

ab ulmis dicta fuiſſet Πτελεὸν. Meminere cùm alii, tum quoque Lucanus lib. VI.

——— ——— ——— *Pteleosque & Dorion ira*
*Flebile Pieridum.*

Verùm de hoc loco quia magna controverſia inter Grammaticos eſt, operae pretium eſt illam dirimere. Hermolaus & alii dicunt, geminum in uno vocabulo errorem commiſiſſe Lucanum, tum quòd *Dorion* Peloponneſi in Theſſalia collocet, tum quòd illic Thamyrin excaecatum à Muſis dixerit. Ex Homero enim conſtat in Dorio Peloponneſi hoc factum eſſe,

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Pintianus verò multus eſt, ut opituletur conterraneo, tanquam ſi ſalus totius gentis ſuae in eo verteretur. Iſti verò duo ſibi invicem contraria ſcribunt, ita tamen ſeſe res habet, ut nec hic meritò Lucanum carpſerit, nec alter rectè defenderit. Nec idcirco, quod mirum videri poſſit, erravit Lucanus: ſed verò ſi quis erraric, is eſt Homerus ipſe: nam Heſiodus in *campo Dotio* non *Dorio* excaecatum ſcribit. Ut autem hoc facilius accipiatur, adſcribam verba non Hermolai Abbreviatoris, ſed ipſius Stephani hactenus inedita; is igitur, ubi prolixè de Dotio Theſſaliae agit, haec quoque habet: Ἐκλήθη δὲ Δώτιον ἀπὸ Δώτου Πελασγοῦ παιδὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν ή· Δῶτος ὁ Πελάσγου, ἀφ' οὗ τὸ Δώτιον πεδίον. Ἐκ περιττοῦ τοίνυν Ὧρος ἐν τοῖς ἐθνικοῖς τῇδε γράφει καὶ τὰ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ παριστοροῦντος τοῦ ποιητοῦ· Πάλιν Ἡσίοδος Δωτίῳ ἐν πεδίῳ φάσκει αὐτὸν τετυφλῶσθαι, συντάσσει γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις πρωτοτύποις τῶν ἐθνικῶν. Ex hoc loco adparet Lucanum ſcripſiſſe *Dotion*, non *Dorion*, & licet aliàs non admodum accuratum in Geographia, hîc ſaltem non impegiſſe. Porrò Heſiodi auctoritas neutiquam poſthabenda eſt Homero, in cognitione fabularum veterum, praeſertim cùm & Heſiodi & Thamyridis eadem fuerit patria, ut vix videatur hac in re errare potuiſſe. Theſſalus enim fuit Thamyris ex urbe Oechalia. Hoc ut credam facit verſus ille Homeri:

Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Nam

Nam ſi locus iſte accipiatur de Oechalia Arcadiae, ibique natus ſit Thamyris, jam nullo modo Thrax dici potuiſſet, quomodo tamen ab omnibus appellatur. Sed verò ſi Theſſalus fuit, rectè quoque Thrax dictus eſt, cùm Theſſalia olim Thracia nominata fuerit, uti ſuprà docuimus. Pari ratione & ceteri illi antiquisſimi vates Orpheus, Muſaeus, Linus, aliique, Thraces appellantur, cùm tamen in Theſſalia, Graeciaque propriè dicta, aut nati ſint, aut ſaltem Poëticae operam navarint. Hinc quoque factum eſt ut montes fonteſque quamplurimi, Olympus, Pindus, Aonius, Pipleus, aliaque innumera Theſſaliae Macedoniaeque ei vicinae loca, quae olim Thraciae nomine cenſebantur, poſtea in alteram illam tranſlata ſint Thraciam, cui ſolae Thracum nomen incluſere Philippus & Alexander. Quaſi verò fontes Poëtarum carminumque, qui praecipuè humanum genus cicurarunt, & mitius vivendi genus perſuaſerunt, inter illas quaerendi ſint gentes, quae id unum ſemper affectarunt, ut & barbarae esſent, & viderentur.

l. 83. *Ad Pagaſaeum ſinum curſus eſt*] Et hîc errat Mela: non enim per ſuprà memorata loca curſus eſt ad ſinum Pagaſaeum, ſed per ſinum Pagaſaeum curſus eſt ad ſuprà dicta loca. Errat quoque, cùm dicit Sperchium infundi in ſinum Pagaſiacum, cùm in Maliacum effundatur. Rectè verò dicit Argo navem Pagaſis ſolvisſe: nam quòd *Aphetas* hîc repoſuit Pintianus, id non probo. Tum quòd id adverſetur veteribus exemplaribus, tum quoque quòd *Aphetas* & *Pagaſae* pro eodem accipi debeant loco. Portus enim, ubi fabricata eſt Argo, *Pagaſa* eſt. Litus verò ei vicinum à re, ut teſtatur Apollonius Rhodius, Ἀφεταὶ vocabatur. Itaque & *Aphetis* & *Pagaſis* rectè dicuntur ſolvisſe Argonautae. Lucanus:

*Prima fretum ſcindens Pagaſaeo litore pinus.*

l. 88. *Maliacus & Opuntius, grandes ſinus*] Pintianus legebat, *non grandes ſinus*. Verùm nihil muto: licet enim reſpectu Thermaïci, Corinthiaci, aliorumque ſinuum, iſti perexigui ſint, ſi tamen comparentur cum aliis Graeciae propriè dictae ſinibus, erunt maximi.

l. 90. *Opoes, Scarphia, Cnemides*] Utrumque rectè ſeſe habet Ὀπόεις & Ὀποῦς. Pro *Scarphia* in omnibus veteribus libris ſcriptum eſt, *Carpha*; unde fac *Tarpha*, vel *Scarpha*. *Tarpham* & *Scarpham* (quae aliter *Scarphia*) utramque recenſet Homerus & ex eo Strabo, licet priùs aliter apud

hunc poſteriorem legeretur, uti rectè monuit Caſaubonus. Paulò pòſt aliquot libri legunt, *in Trojam commeantium*. Mox dein, ubi vulgò *Perſarum maxima clade* legebatur, lectionem optimi codicis in textum recepimus.

l. 96. *Quod in ea fanum eſt Amphiarai*] Et hîc quoque errat, cùm dicit Amphiarai fanum esſe Rhamnunte. Nec mendum hîc latere, uti credebat Pintianus, oſtendunt tot alii Melae errores in hoc capite, & Solinus, qui eadem habet. Athenis enim petentibus Oropum tranſeundum erat per Amphiarai templum, at verò longè inde ſatis aberat Rhamnus. Dicaearchus poſtquam locutus eſt de Athenis, ſubjungit: Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ δαφνοϊδῶν καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πρόσαντα. Vulgo legitur διὰ δαφνιδὸν, unde Salmaſius fecit διὰ ψαφίδος, quod hîc minimè quadrat. Noſtram verò lectionem probat ipſe Dicaearchus, qui ſic ſolet vias deſcribere, uti paulò infrà, ὁδὸς δὲ ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας. De Daphnoïde ſive lauru ſilveſtri agemus ad Apulejum *de herbis*, quem ita emendatum & auctum dabimus, ut penè alius videri posſit. In reliquis Dicaearchi verbis nihil mutandum: Graeci enim ſaepe ſic utuntur dativis abſolutè poſitis. Sic Homerus: ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. Sic Plato, ſic alii loquuntur. Ita quoque locutus Martialis, *fiat quod utrique volenti*, quamvis vulgò aliter legatur is locus. Dicit verò à viro expedito & non onuſto illam, quae Athenas inter & Oropum interjacet, viam uno circiter die posſe confici. Licet enim ſit praerupta & montoſa, nullam tamen afferre lasſitudinem, propter crebra diverſoria, & amoenitatem locorum, quae non patitur, ut viatoribus aliquod obrepat faſtidium. Πρόσαντα hîc adverbium eſt, ut κάταντα, ἄναντα, & ſimilia. Ut verò ad Melam redeam, Salmaſius & hîc, & apud Solinum, pro *Rhamnunte* ſubſtituit *Harma*, nempe quia ſic vocabatur locus, ubi Amphiaraus cum curru abſorptus esſe credebatur. Sed ſanè multo haec lectio pejor eſt vulgata: vulgata enim ſcriptura, quam meliores confirmant libri, unum ſaltem, uti diximus, continet errorem. Verùm ſi hanc Salmaſii ſequamur lectionem, quae quàm longisſimè abit ab omnibus antiquis libris, jam neutrum erit verum. Nemo enim unquam vel Phidiacam Nemeſin, vel Amphiarai fanum in *Harmate* collocavit; omnes in eo conveniunt, hanc Rhamnunte, illud verò in agro Oropio, duodecim tantùm ſtadiis ab ipſa Oropo, collocatum fuisſe. *Harmatis* verò ſitum, ubi deglutitum à terra fabulantur Amphiaraum, incertum fuisſe olim, ſatis teſtantur Veteres. Quòd ſi quis illum prorſus ignora-

re velit, legat prolixam Diſſertationem, quam de hoc inſtituit Solinianus Interpres. Mirum quàm apud ipſum Strabo vapulet, cujus tamen verba adeò ſunt plana, ut nulla magis. *Cnopiam* usquam in Boeotia fuiſſe negat, cùm tamen hoc oppidum ita dictum ſit à *Cnopo* fluvio, qui idem eſt atque *Iſmenus*. Ita ut *Iſmene* oppidulum & *Cnopia* eadem fuiſſe videatur. Sed verò Ποτνία ἑνικῶς, quam ipſe malè ſubſtituit, nulla in Boeotia fuit, cùm omnes πληθυντικῶς nomen id efferant. Deſinat quoque mirari, quòd multi Oropum urbem in regione ſive agro Thebano collocarint: rectè enim hoc ab illis factum, cùm Oropus non ſui juris, ſed propria fuerit Thebanorum. Hoc manifeſtè Dicaearchus docet: Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων οἰκεία Θηβῶν ἐστί.

l. 98. *Sunium promuntorium eſt, finitque id litus Hellados*] Salmaſius in *Solinianis* tollit τὸ *eſt*, omninoque hîc redundare exiſtimat. Sed ſimul tollit orationis nexum. Suprà jam meminit Mela *Sunii*, verùm non addidit quid rei id ſit. Nunc verò dicit *eſſe promuntorium*, & *finire litus*, vel *latus*, uti habent quaedam exemplaria, *Helladis orientale*.

l. 105. *Iſthmon adtingit, hoc illi cognomen eſt*] Cùm nemini olim ignotum eſſe potuerit, quid ſit iſthmus, delet Pintianus interpretamentum. Alii ſimilium locorum locutiunculis vulgarem lectionem adſerunt. Sed videtur aliud latere; omnium quippe antiquorum codicum, quos vidi, haec eſt lectio, *Iſthmon adtingit, de illo cognomen eſt*. Unde fecerim, *Iſthmon adtingit, Diolco cognomen eſt, qui quatuor millium ſpatio*, &c. Quia enim naves ex uno in alterum mare trahebantur per iſtas anguſtias, ideo Δίολκος hic locus vocabatur. Heſychius: Δίολκος, ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρεῶν τόπος. Rectè verò & hîc libri veteres *quatuor millium*, non *quinque*, uti ſuprà oſtendimus.

l. 117. *Ad meridiem Malea, Taenaros, Acritas, Ichthys*] *Ichthyn* Pintianus ad ſequentia transfert verba, quia potiùs ad meridiale, quàm veſpertinum Peloponneſi latus ſitum ſit hoc promuntorium. Sed jam ſuperiùs monuimus Pomponium toto hoc capite ſui videri oblitum. Aliqua tamen hîc ratio ſubeſſe potuit quamobrem Ichthyn ad meridiem collocarit; nempe quia hoc promuntorium altero crure longè admodum in pelagus excurrat, & meridiem potiùs quàm occidentem ſpectare videatur. Porrò quòd Pintianus totum hunc locum transponit, & promuntoriis mox ſinus ſubjungit, ac deinde urbes & flumina, nec hoc probamus. Priùs enim populos & urbes recenſet inter illa, quae retulit pro-

 mun-

muntoria ſitas. Deinde verò ſinus, qui à populis & urbibus nomen accepere, non verò contrà.

l. 111. *Portus Saronicus*] Mirum eſt, quòd cùm omnium magnorum Peloponneſi ſinuum meminerit, *Saronici* non meminerit. An itaque hîc pro *Portus* legendum, *Porus Saronicus*? Strabo docet *ſinum Saronicum* dici quoque Πόρον Σαρωνικόν. Sed omnino retinenda eſt vulgata lectio. *Portum Saronicum* vocat, *portum Troezeniorum*, qui & ipſe ſinus *Saronicus* dicebatur, ita dictum à quercubus eum ambientibus, ut teſtatur Plinius. Ab hoc ſinu, ſive portu Saronico, nomen accepit *mare Saronicum*, ſive ingens ille ſinus, qui inter Atticae & Peloponneſi latera usque ad Iſthmum irrumpit: quem, ut puto, ideo hîc non refert Mela, quia non ſola Peloponneſus illum efficit. Eadem ratione ſeorſim recenſet ſinum Corinthiacum; nam & hic quoque non magis ad Peloponneſum, quàm ad oppoſitum Graeciae latus pertinet. Sinus itaque grandes Peloponneſi ſunt quatuor tantùm, Argolicus, Laconicus, Aſinaeus ſive Meſſeniacus, & Cypariſſius, contenti à quinque illis, quae hîc memorantur, promuntoriis, multosque alios minores ſinus comprehendentes. Rectè itaque ſuperiùs Peloponneſum platani folio comparavit: hoc enim licet ubique ſinuoſum & ſerratum, quinque tamen potiſſimum magnis exit prominentiis, quatuorque ſimiliter ſinus includunt. Vitis folio comparat Euſtathius, quod & ipſum quoque tale eſſe, nemo ignorat.

l. ead. *Et Schoenitas*] Malè apud Plinium *Caenitas*, cùm in melioribus Auctoris iſtius codicibus, manifeſtè *Schoenitas* legatur. Malè quoque nonnulli confundunt hunc portum cum Schoenunte ad Iſthmum. Docet hoc Plinius, & ipſa ſitus differentia.

l. ead. *Et Pogonus*] *Pogonus* rectum eſt, quia Latini terminationem addiderunt. Graecis omnibus Πώγων vocatur. Erat autem Troezeniorum portus. Hinc proverbium in imberbes & σπανοπώγωνας, quo Troezenem adire jubebantur, πλεύσειας εἰς Τροιζῆνα. Referunt hoc proverbium Euſtathius *ad Homerum* & Suidas in *vocabulo* Πώγων. Verùm neſcio, cur poſterior hic Epicratis mentionem addiderit: nam quid huic cum Troezene, cùm adeò eſſet barbatus, ut ipſe tantùm appendix barbae ſuae eſſe videretur? Plato Comicus illum ſic alloquebatur:

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

Quod

Quod enim Ajaci erat clypeus, id Epicrati erat barba; ſola hac armatura utebatur plebeus iſte orator. Porrò ad hujus loci nomen videtur alluſiſſe Aeſchylus in *Agamemnone*, tanquam ſi à face Agamemnonia esſet appellatus: ubi enim deſcribit ignes iſtos nuntios eodem die, quo capta esſet Troja, Mycenas usque penetrantes è conſtitutis ad hoc ſpeculis, uti hodieque moris eſt apud multas gentes, addit tandem:

> Πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει,
> Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
> Πορθμοῦ κατοπτὸν πρῶν' ὑπερβάλλει πρόσω
> Φλέγουσαν.

Πρῶνα cùm dicit, non intellige incertum aliquem collem, ſed montem vicinum Hermione, qui Πρὼν vocabatur, uti teſtatur Pauſanias. Πορθμὸν verò Σαρωνικὸν vocat, non mare vel magnum ſinum Saronicum, ſed ſinum illum minorem, de quo paulò ſuperius diximus. Valde autem vicina ſunt loca, ſinus iſte Saronicus, Pogon, & Pron. Ceterùm Scholiaſtes Homeri antiquus, cujus ſaepe meminit Euſtathius, quemque aliàs in lucem dabo, Pogona & portum & promuntorium ſic deſcribit: Ἰστέον δὲ ὅτι μέσον Τροιζῆνος καὶ Ἠϊόνος τόπος ἐστὶ παραθαλάσσιος λεγόμενος παρ' ἐκείνοις πώγων, ψιλὸς παντὸς δένδρου καὶ ἑτέρων. Πώγων δὲ ἐκλήθη ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ πώγωνος, διότι λήγει εἰς ὀξύ. ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀγενείων, εἰς Τροιζῆνα χωρεῖν.

l. 129. *Notum oppidum Lerne*] Ptolemaeus mediterraneum facit hoc oppidum, ut exiſtimare aliquis poſſit, & hîc errasſe Melam: maximè cùm & Plinius *Lernam* quàm longisſimè à mari removeat. Verùm locus ejus monſtroſè corruptus eſt: *Amnes Inachus, Eraſinus, inter quos Argos Hippium cognominatum, ſuprà locum Lernen à mari mille millia pasſuum, novemque additis millibus Mycenae.* Sed profectò ſi quis omnes Peloponneſi ſinus litorumque lacinias circumeat, fruſtra tamen tam immane ſpatium in illa quaerat. Optimus noſter liber ita legit, *à mari coco novemque additis millibus Micenae.* Priſca lectio proculdubio talis fuit; *Amnes Inachus, Eraſinus, inter quos Argos Hippium cognominatum. Supra lacum Lerne, P. à mari* CCCC. *novemque additis millibus, Mycenae. Lacus Lernaeus* oppidumque *Lerne* quadringentis tantùm à mari aberat pasſibus. Itaque Mela & Pauſanias rectè ad mare oppidum hoc collocant. Convenitque prorſus Strabo, qui à Temenio, ad mare ſito, ad Mycenas computat LXXVI. ſtadia. Valde itaque errant qui

*Lernam* in media ferè collocant Peloponneſo, uti fit in illis *veteris Graeciae tabulis*, quas Laurembergius conſarcinavit. Sed profectò tales ſunt pasſim tabulae iſtae, ut ſi omnia iſta nomina in unum collecta, caſu deinde & temerè in chartam quis excutiat, vix tamen perverſiorem ordinem & ſitum ſint habitura.

l. 130. *In Laconico Gythius*] *Gythium* erat dicendum, ut Graeci. Sed Latini ſaepe mutant iſtas terminationes. Sic ſtatim pòſt *Pamiſum* pro *Pamiſus*.

l. 137. *Cyllene*, *Callipolis*, *Patrae*] *Callipoleos* in hoc tractu nemo, quod ſciam, meminit. Sed neque optimus meus codex oppidum hoc agnoſcit, ſcribitur quippe in eo *Neapolis*. Omnino legendum exiſtimo, *Cyllene*, *Enneapolis*, *Patrae*. Quaerat aliquis quid hoc ſit oppidi? Dico ego Pomponium ſic appellare Pylum Eliacam. Tres verò ſunt Pyli, juxta illud commune:

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γέ μεν ἔστι καὶ ἄλλος.

Meſſeniae erat una, altera Arcadiae, tertia verò Elidis ad mare ſita inter Penei & Selleentis oſtia. Omnes tres Neſtorem ſibi vindicabant. Neſtori novem parebant urbes juxta Homerum, quas omnes ordine in Boeotia recenſet. Harum verò caput erat ipſa Pylos, atque inde Ἐννεάπολις vocabatur. Huc quoque refer novem ſedilia in litore Pylio exſtructa apud Homerum initio lib. III. *Odyſſ.* Quae ita interpretatur Euſtathius: οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶν ἐννέα Πυλίοις ἕδρας εἶναι διὰ τὸ καὶ πόλεις τοσαύτας ὑπὸ ἐξουσίαν κεῖσθαι τῷ Νέστορι. Inepti verò ſunt qui Neſtorem tribus iſtis Pylis praefuisſe credunt: hoc enim qui potuit fieri, aut cur controverſia fuisſet, quam Pylum intellexisſet Homerus? Itaque verum eſt, urbes Neſtori ſubjectas, fuisſe illas novem, quas ordine recenſere Homerum monuimus. Porrò ab iſtis tribus Pylis dicta eſt regio Triphylia. Verùm de hac alibi egimus.

l. 142. *Anguſtè & velut falce lacus ore frequenti incidens*] Et haec quoque à bonis nimium Viris excogitata eſt lectio, cùm meliores libri longè aliter habeant, ſic nempe, *anguſte, & velut freto, latus ore ſequenti incidens.* Priſca ſcriptura fuit, *Rhion deinde, maris id nomen eſt, anguſtè & velut freto, litus orae ſequentis incidens*, &c. Sic ſuprà locutus eſt, cùm dicit, *anguſto Helleſponti freto litus obvium findi.* Sic infrà de Gadibus, *anguſto ſpatio & veluti flumine abſcisſa à continenti.* Porro quòd *Rhion* maris ſive freti nomen esſe inquiat, id ex uſu vulgari fecit, cùm & Livius lib.

lib. VII. & iterum lib. VIII. decadis tertiae, fauces ſinus Corinthiaci ab accolis *Rhion* vocari ſcribat. Antiquiores tamen Graeci unanimiter ſita utrinque promuntoria ita appellant.

l. 144. *In eo ad ſeptentrionem ſpectare litora incipiunt* ] Legendum *ſeptentriones*, uti habent veteres libri. Cùm *ſeptentriones* dicit, intellige Auſtrum & Boream. Sic quoque infrà de India dicit, *in ea neutrum ſeptentrionem apparere.* In ſinu verò Corinthiaco cùm duo ſint latera oppoſita, alterum Boream, alterum Auſtros adſpiciens, manifeſtum eſt veram eſſe, quam reddimus, ſcripturam.

l. 146. *Olyros & Sicyon* ] Quidam *Olyros* & *Holyros*, ſed verior vulgata lectio. Graecis enim Ὄλουρος. Attamen etiam Graecos priores vocabulum hoc adſpiraſſe exiſtimo: erat enim *Oluros* portus Pellenaeorum; propter commoditatem verò adpulſus, non dubito quin locum illum vocarint ὅλουρον, voce idem ferè ſignificante quod πάνορμος.

l. 147 *Creuſis, Anticyra, Oeanthia* ] *Creuſa*, & *Creuſis* utrumque rectum eſt. Graeci ſimiliter Κρέουσαν & Κρεῦσιν, & Κρεῦσαν vocabant, & apud Homerum ſcribebant Κρεῦσάν τε ζαθέην, ubi vulgò eſt Νῖσσαν. Erat autem Theſpienſium portus. Ut autem *Creuſa* & *Creuſis*, ſic etiam *Oeanthia* & *Oeanthis.* Verùm non rectè *Oeanthiam* ante *Cirrham* nominat Mela: ulterior eſt enim *Oeanthia*, & in Locris ſita, cùm *Cirrha* ſit Phocenſium. Neque id tantùm apud Ptolemaeum, & alios, ſed etiam apud antiquiſſimos Graecos. Hecataeus apud Stephanum in voce Χάλαιον: Μετὰ δὲ Λοκροὶ, ἐν δὲ Χάλαιον πόλις, ἐν δὲ Οἰάνθη πόλις: ſic lege. Apud Scylacem verò & Ptolemaeum Εὐανθία hoc oppidum dicitur, pro Οἰανθία. Sed & Κύῤῥα & illic & alibi non rectè ſcribitur, cùm verum nomen ſit Κίῤῥα. Quia autem Cirrha & Anticyra vicinae urbes in ſinu Cirrhaeo, & Anticyram interpretarentur quaſi Cirrhae oppoſitam, inde factum eſſe puto, ut vocales permutarentur. Licet autem hoc ita eſſe videatur, non debet tamen etymologiae ratio officere ſcribendi receptae conſuetudini. Mirum porrò videri poſſit, Plinium lib. XXV. cap. 5. Anticyram inſulam facere, cùm tamen omnes alii in continente Phocidis urbem illam collocent. Nec verò mendum hîc aliquod latere teſtis eſt Gellius, qui locum iſtum deſcripſit. Verùm ita ſeſe res habet. Duae ſunt Anticyrae; haec de qua ſermo eſt, & praeterea altera Malienſium. Prior nota eſt omnibus, Maliacae meminit Stephani Compendiator ex Apollodoro. De Phocica cùm alii, tum quoque Anonymus qui ſub Scylacis nomine prodiit. Inſula

verò Anticyra ſita fuit in ſinu Maliaco prope Pyram inſulam, juxta quam hodie quoque aliae duae exſtant inſulae, quarum altera antiquitus proculdubio erat Anticyra.

l. 149. *Calydon & Euenos* ] Oppidum hoc fluviusque extra Rhion ſitum eſt. Sic itaque legendus & diſtinguendus hic locus, *& notiora aliquanto nomina Calydon & Euenos extra Rhion. In Acarnania maximè clara ſunt*, &c.

l. 153. *Et quae minus mille paſſibus pateant* ] Plinius hoc ſpatium tribuit non oſtio ſinus Ambracii, ſed faucibus ſinus Corinthiaci. Itaque Pintianus omnia haec verba alio transpoſuit, cùm & ex Strabone & Polybio manifeſtum ſit, fauces ſinus Ambracii plus quatuor, minus verò quinque ſtadiis patere. Sed Mela antiquiores ferè ſequutus eſt Auctores. Fieri verò potuit, ut cornua iſtius oſtii, utrinque penè concurrentia, curâ regum Epiroticorum excreverint, fretumque anguſtarint. Quòd ſi quis exiſtimet potiùs errasſe hîc Melam, & hoc quoque per me licet. Longè certè ignoſcibilior eſt hic error, quàm is quem committit Strabo, cùm dicit ambitum ſinus Ambracii esſe trecentorum ſtadiorum: Polybius enim certisſimus teſtis prodit tantam esſe longitudinem ejus, latitudinem verò ſtadiorum centum. Polybium ſecutus esſe videtur Plinius, cujus verba ope libri veteris ita ſunt reſtituenda: *Ambracius ſinus* DCC. *paſſuum faucibus, longitudinis* XXXVII. *millia paſſuum, latitudinis* XII. *millia.* Niſi itaque nos fallat lectio vulgata, quod tamen vix puto, valde exiguum fecit hunc ſinum Strabo, quod optimè colligere posſunt, qui non ſunt planè ἀγεωμέτρητοι.

l. 155. *Argi Amphilochii* ] Omnes alii *Argos Amphilochicum* nominant. Stephanus tamen *Amphilochos* etiam urbem vocat. Verba ejus, quae in vulgatis exemplaribus deſunt, haec ſunt: Ἀμφίλοχοι πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα, οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀμφιλοχικοί, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. Attamen cùm neminem inveniam, qui urbis hujus nomen πληθυντικῶς extulerit, ac praeterea in omnibus melioribus libris ſcriptum ſit, *Argi Amphilochis*, non dubito quin priſca lectio fuerit, *Archia Amphilochis*.

l. 156. *Aeacidarum regia, Pyrrhique* ] Rectè quidem ad hunc locum Pintianus, Pyrrhi hîc fruſta mentionem fieri, cùm ipſe Aeacida fuerit; non tamen placet illa, quam adhibet, medicina. Vera eſt prior lectio, quam meliores confirmant codices, *Aeacidarum regna, Pyrrhique*. Hoc non ad Ambraciam ſolam, ſed ad praecedentes quoque referendum

dum eſt urbes. Ambracia nempe nobilitata eſt quod Pyrrhi fuerit regia. Argos verò Amphilochicum, Actium, aliaeque Epiri urbes, caeterorum Aeacidarum fuerunt regiae.

l. 164. *Taulantii*, *Encheliae*, *Phaeaces*] Haec eſt meliorum librorum lectio, è quibus etiam alia quaedam minuta emendavimus, quae non eſt operae pretium ſigillatim monere. *Phaeaces* verò ex hoc loco adparet, non tantùm Corcyram tenuiſſe, ſed etiam in terra continente olim rerum fuiſſe potitos. Corcyraeos ſanè aliquando Dyrrachenam regionem tenuiſſe, teſtis locupletiſſimus eſt Thucydides.

l. 167. *Dyrrachium Epidamnus ante erat*] Romani ominis cauſa *Dyrrachium* vocaverunt ob illam, quam hîc Mela reddit, rationem, ſed verò Appianus ſcribit Graecos vitaviſſe infauſtum Δυῤῥαχίου vel Δυσραχίου nomen, & maluiſſe *Epidamnum* vocare. Scaliger in *Euſebianis* neutrum verum eſſe putat, ſed *Epidamnum* oppidum, *Dyrrachium* verò ejus navale fuiſſe exiſtimat. Verùm fallitur, nemo enim unquam *Dyrrachium* portum vel navale Epidamniorum appellavit, omnes verò vetuſtiores Graeci teſtantur, peninſulam, in qua ſita erat urbs *Dyrrachium*; ipſam verò urbem *Epidamnum* dictam fuiſſe. Eratoſthenes: Ἐχόμενοι δ' οἰκοῦσι Ταυλάντιοι, πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος, ἐπὶ χεῤῥονήσου τῆς καλουμένης Δυῤῥαχίου. Alexander in *Europa*:

Δυσραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.

Manifeſtè hîc *Dyrrachium* pro peninſula, ſive pro regione Dyrrachena accipitur, quam & Euphorion Δυῤῥαχίην vocat verſu iſtoc:

Ἄστεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων.

Philonem & alios etiam Auctores adfert Stephanus, unde hoc ipſum verum eſſe probatur, quamvis Epitomatór ejus Hermolaus omnia haec omiſerit, vixque viceſimam operis partem deſcripſerit. Sed profectò teſtimoniis opus non erat, cùm etiam ex iis Auctoribus, qui paſſim exſtant, & omnium teruntur manibus, Strabone dico & Pauſania, idem iſtud ſatis liquidè colligi poſſit. Quapropter ſi quis his non adquieſcat, illos adeat.

l. 173. *In quantum res tranſeunt*] Non probo eorum judicium qui haec verba abjiciunt: ut enim oſtendat in quantum mutata ſit ſors iſtius civitatis, dicit illam olim conditam & habitatam fuiſſe à viliſſimis barbaris, Colchorum nempe exſulibus, at verò nunc inquit, eſſe eam populi Romani Coloniam, & inhabitari à civibus Romanis. Quanto verò in honore habitae ſint omnes Romanorum Coloniae,

niae, exiſtimataſque fuiſſe tanquam parvas effigies & ſimulachra amplitudinis & majeſtatis Romanae, opus non eſſe exiſtimo pluribus monere.

l. 175. *Et Danubius, qui jam dictus eſt, Iſter*] Quà Euxino vicinus eſt, fit *Iſter*, ut ſuperiùs monuit; quà verò vicinus eſt fontibus ſuis, *Danubius* vocatur. Itaque ſic intelligenda eſſe videntur haec verba, eundem illum *Danubium*, quem ſuprà *Iſtrum* vocari dixit, effluere in Adriaticum pelagus, & illic vocari *Danubium*. Quia tamen remo hîc Danubium nominat, verior, ut puto, eſt lectio noſtra, *ex Danubio, quia jam dictus eſt, Iſter*. Graecorum antiquisſimos exiſtimaſſe Iſtrum etiam in hoc pelagus exire, notisſimum eſt. Certè de hujus fluminis fontibus non minùs fabulati ſunt Veteres, quàm de fontibus Nili. Quae de iis prodit Herodotus & Ariſtoteles in *Meteorologicis*, & illa quoque ſatis ſunt nota. Verùm iſtud operae pretium eſt monere, ineptè quosdam *Adduam* & *Dubin* flumina *Danubium* vocare, tanquam ſi eadem esſent, aut ex iisdem profluerent fontibus. Julianus Apoſtata Δάνουβιν vocat, non Δοῦβιν, fluvium illum qui Ararim influit. *Adduam* verò vel *Aduam*, utrumque enim dicitur, qui Pado miſcetur, dici *Danubium* teſtatur Feſtus Pompejus: *Addubanum*, *Danubium*. Per *Adubanum* enim hoc intelligendum eſſe flumen docent Glosſae veteres, *Adubanus*, Ἀδούας. Verùm haec penitius inſpicienda. Sic itaque exiſtimo: vocem *Adubani*, uti habent Glosſae, promanaſſe ex vetuſta quidem, attamen corrupta Feſti lectione. Notum eſt quàm multa ex hoc Auctore hauſerint omnes ferè Glosſographi. Pro eo verò quod eſt in melioribus Feſti codicibus, *Addubanum*, *dubium*, reponendum eſſe arbitror, non uti Scaliger exiſtimabat *Ad dubienum*, ſed verò, *Adduam*, *Dubim*. Confudit iſta duo flumina Feſtus, vel nominis aliqua ſimilitudine, vel quòd ex iisdem fontibus provenire legisſet, uti exiſtimarunt Veterum nonnulli Sed nihil efficimus, niſi ex ipſo Caeſare verum hoc eſſe oſtendamus. Is igitur lib. 1. *de bello Gallico*, de Veſontione urbe dicit: *Flumen Alduasbis, ut circino circumductum, penè totum oppidum cingit*. Meliores libri legunt, *Alduasdubis*, vel *Abduasdubis*, corruptè pro *Adduas*, *Dubis*. Sed profectò ſcripſerat Caeſar, *Flumen Dubis*. Alterum verò quis jam non videat ex hoc Feſti loco pro interpretamento fuiſſe adſcriptum?

l. 176. *Sed Aeas ſecundum Apolloniam*] Ἄιας & Ἀῶος utrumque rectum eſt, ut apparet ex Strabone aliisque. Solus Ovidius in fabula Jûs flumen hoc Peneum ingredi dicit, &

& convenire cum reliquis Theſſaliae fluviis ad Tempe. Sed profectò non unum in illa Penei deſcriptione errorem committit: nam quid Aeanti, quid Amphryſo, quid Sperchio, cum Peneo aut Theſſalicis Tempis? Quia haec flumina ex Pindo oriri legerat, ideo quoque exiſtimavit ea confluere, & in Peneum exonerari. Confundit praeterea Inachum Argiae Peloponneſiacae cum Inacho Epiri, qui iisdem atque Aeas oritur montibus. Illud praeterea quam ineptum:

*—— vocant Tempe, per quae Peneus ab imo*
*Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis.*

Nam ſi è plano oritur, quomodo poteſt ſpumoſas volvere undas? Verùm hoc proculdubio eſt Librariorum flagitium, vel ſaltem ita interpretandum, uti infrà docebimus. Ut autem ad Aeantem redeam, Apolloniatarum id erat flumen, vicinumque admodum erat ipſorum moenibus, non verò Epidamniorum. Ita enim ſcribenda Valerii Maximi verba cap. *de Ominibus*, uti habent veteres nonnulli libri: *Atque illi flumen vicinum moenibus nomine Aeantem in adjutorium ſeſe mittere dixiſſent.* Apolloniatae ab Epidamniis opem poſtulabant. Reſponderunt illi, habetis Ajacem, ab eo petite auxilium. Quis non videat luſiſſe eos in nomine fluvii? Et tamen miror ineptias Interpretum ad hunc locum.

## IN CAP. IV.

## DE ITALIA.

I 4. *Se media perpetuo jugo Apennini attollens montis*] Ita reſcripſimus auctoribus libris. Omnia haec imitatus eſt Solinus vel potius deſcripſit, miſcens ſuo more Plinii verba cum Pomponianis. Conferant eorum loca, quibus voluptas eſt parallela ſcribere. Nobis non licet eſſe tam bonis, ut in tam ſterili labore, & unde nihil aliud concludi poſſit, niſi alterum deſcripſiſſe alterum, multum temporis collocemus. Porrò mirabilis eſt Alpium & Apennini ſitus, adeò ut neſciam, an uſquam rerum natura tam artificioſè montes collocarit. Hinc Plinius in fine Operis inter Italiae laudes, ponit etiam *montium articulos*. Dicit Salmaſius *ad Solinum* noſſe ſe montium, pedes, ſuras & ſcapulas, articulos verò non ſe noſſe: itaque legendum eſſe, *montium obſtaculis*. Verùm egregiè fallitur. *Articuli montium* ſunt nexus & junctu-

juncturae quibus ſibi invicem adhaerent. Ordo verò montium ab Alpibus usque ad extrema Apennini promontoria, non eſt minus mirandus in Italia, quàm articulorum in corpore humano collocatio. Quod autem negat quemquam ſic locutum esſe, & in hoc quoque fallitur. Plutarchus de Atho monte, *libello de fortuna Alexandri*: Ἔχων ἑαυτῷ σύμμετρα πλάτη, καὶ ὕψη, καὶ μέλη καὶ ἄρθρα, καὶ διαστήματα μορφοειδῆ. Alterum quoque Plinii locum de iisdem montibus ibidem corrigere conatur, ſed infeliciter valde. Locus Plinii exſtat lib. III. cap. 5. *Jam verò tota ea vitalis ac perennis ſalubritas, talis caeli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſilvarum genera, tot montium adflatus, tanta frugum & vitium & olearum fertilitas*, &c. Multus eſt ad hunc locum Vir doctus, ut oſtendat contra omnium exemplarium fidem legendum esſe, *tot marium adflatus*, quia montium, inquit, nullus eſt adflatus, ſed marium & ventorum. Sed profectò & haec quoque aliter ſeſe habent. Marium adflatus neque ſalubris ſemper; neque jucundus admodum, niſi mitigandis magnis aeſtibus. Verùm quis eſt, qui neſciat auram illam odoratam, quae per omni frugum florumque genere conſita montium latera deſcendens, totum inficit & perungit aëra, quamque ipſi quoque navigantes ad multa millia occurrentem ſibi in mari perſentiunt, adeò ut aliquando naribus priùs, quàm oculis vicinam Italiam hauriant? In re tam clara ſupervacuum fuerit alios adducere teſtes; ne quis tamen putet ſolum Plinium ita esſe locutum, audiat etiam juniorem Plinium lib. V. epiſt. VI. *Triclinium ſaluberrimum, adflatum ex Apenninis vallibus recipit.*

l. 7. *Superum mare & inferum* ] Ex iis quae ſuperiùs diximus ſatis manifeſtum, quare haec maria ita appellantur; nempe quia partes mundi boreales ſuperiores & altiores esſe exiſtimarent, quàm auſtrales. Plura itaque hîc non addam, niſi hoc unum, locum Plinii libro III. cap. poſtremo, ubi *ſinum Ionium* interpretatur *inferum mare*, non debere quemquam in errorem abducere: abſunt enim illa verba à veteribus libris, & utique ab inepto homine ſunt asſuta, cùm ipſe Plinius alibi contrarium adferat. Sic itaque lege, *In eo duo maria (quo diſtinximus fine) Ionium in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant.*

l. 8. *In duo cornua ſcinditur* ] Alii libri *funditur*, verùm optimus *funditur*, uti repoſuimus. Sic quoque alibi loquitur. De eadem re agens Salluſtius in fragmento apud Servium ad III. *Aeneid.* ſimiliter locutus eſt; *Omnis Italia coacta*

*acta in anguſtias funditur in duo promuntoria, Brutium & Salentinum.* Sic legendum, non *inter duo promuntoria*, ut vulgò. Idem hîc dicit Mela, qui paſſim Salluſtium imitatur.

l. 11. *Aliae aliaeque gentes habitant*] Lectionem, quam dedimus, confirmant vetera exemplaria, in quibus deeſt τὸ *habitant*.

l. 24. *Proxima eſt à Tergeſte Concordia*] Geminum hîc videtur committere errorem, tum quòd *Concordiam* orae maritimae faciat oppidum, tum quoque quòd illam collocet inter Aquilejam & Tergeſte. Exigua tamen à mari diſtantia facit ut prius illud excuſari quodammodo poſſit: in altero verò inſigniter erravit, niſi dicamus ita eſſe accipienda Pomponii verba; inter Tergeſte & Concordiam ſitum eſſe Timavum & Natiſonem fluvios. Natiſonem verò attingere Aquilejam. Ultra verò Concordiam ſitum eſſe Altinum. Aut ita intelligenda haec verba, aut graviſſimè erravit.

l. 27. *Natiſo non longè à mari ditem attingit Aquilejam*] *Aquilegiam* habent libri veteres, quemadmodum etiam paſſim apud Auctores alios ſcribi notiſſimum eſt. Exiſtimant plerique verum nomen eſſe *Aquilejae*, dictamque eſſe ab *aquila* quae dextra, cùm urbs conderetur, advolavit, ut ait Julianus Imperator *Oratione de geſtis Conſtantii.* Hinc aliqui *Aquiliam* vocarunt. Ego aliter puto, nempe *Aquilegiam* antiquum fuiſſe nomen, ſicque appellatam fuiſſe à fontium & rivorum copia: nam & fluvialibus aquis & putealibus urbs haec abundabat, ut docet Strabo. Itaque *Aquilegia* ab *aquilegio.* Gloſſae, *aquilegium*, κρουνός. Ab eadem origine *aquileges.* Gloſſae Philoxeni: *Aquilices*, οἱ τὰ πάρυγρα ἐργαζόμενοι, οἷον ὀχετάριοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Sic legendus ille locus, quem infeliciter tentavit Scaliger *ad Feſtum.* Differunt tamen *aquilices* & *aquileges*, uti quoque *aquilicium* & *aquilegium*, cùm iſti ab aqua lacienda, illi verò à legenda aqua nomen habeant. Itaque *aquileges* & *aquilegium* de libratoribus & libramento aquarum propriè accipi debent: *aquilicum* verò & *aquilicii* tantùm in ſacris uſus. Sed quia *aquilicii* mentionem fecimus, operae pretium eſt inſignem locum in *Epiſtolis* Caelii ad Ciceronem, qui multos hactenus exercuit, reſtituere. Exſtat ille lib. VIII. epiſt. 5. *Si quid novi de Rep. quod tibi ſcriberem haberem, uſus eſſem mea conſuetudine, ut diligenter & quid actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem. Sanè tanquàm aqua in Cilicia omnia adhaeſerunt.* Legebat Vir eruditus, *tanquam aquaelicio omnia adhaeſerunt*, facileque noſtrum

trum obtinuit aſſenſum loco non benè examinato. Verùm poſtea animadverti planè hoc eſſe alienum à mente Caelii, longiſſiméque recedere à veteribus libris. Quamvis enim Salmaſius in *Solinianis* ſic produxerit locum, certus tamen ſum in nullo veteri libro illum ſic concipi. Ipſe inde faciebat, *tanquam aqua in collic a*, vel, *tanquam in quodam incili*. Sed ſanè contrarium volebat dicere Caelius, omnia nempe malè haerere; aqua verò feliciter haeret in colliciis & incilibus, aliter enim ſi eſſet, ſtultum foret incilia aut collicias fodere. Adeò tamen ſibi placuit haec ſua conjectura, ut paſſim, tamquam pulchrum aliquod emblema, ſcriptis ſuis inſeruerit iſtud loquendi genus, *haeret aqua tanquam in incili*, pro *haeret aqua* Optimi libri, quibus olim uſus fuit Manutius, ſic hunc locum legunt; *ſanè tanquam in quodam victilicia omnia adhaeſerunt*. Alii *intilitia*. Omnino ſcribendum, *Sanè tanquam in quodam titivilitio omnia adhaeſerunt*. Conqueritur in illa epiſtola Caelius, *quòd plus biennium in his tricis moretur*. Idem hic repetit, omniaque ipſorum conſilia ait haerere in quodam titivilitio, in meris tricis, & re nihili *Adhaerere in re aliqua*, probum eſt & Latinum. Ipſe ſic loquitur Cicero.

l. 29. *Superiora latè occupat litora Padus* ] Veteres libri, *ſuperita*, non *ſuperiora*. Scribe *ſuperna*. Padus in ſuperna Italiae parte exoneratur. Notum verò *partem ſupernam* dici mari Adriatico & Ionio vicinam, *infernam* verò Tyrrheno. Hinc *ſupernates* & *infernates*.

l. 38. *Ab imis radicibus Veſuli montis exortus* ] Sic quoque Strabo, licet ille confuderit Veſulum & Ceniſium montes, cùm dicit Druentiam & Padum ex eodem oriri monte. De fonte verò Padi haec ejus ſunt verba: Ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, πολύς τε καὶ ὀξύς. Dixit paulò antè Strabo in ſummitate montis Veſuli ἔν τισι κοίλοις χωρίοις eſſe lacum magnum. Eſſe quoque ibi duos fontes ſibi invicem vicinos, alterum Druentiae, alterum Padi. Padi fontem dicit longè eſſe inferiorem iſtis κοίλοις χωρίοις. Nempe non cernitur profluens ex iſto lacu, qui enim lacum viderunt, adfirmant illum non excedere oras ſuas, ſed per latentes meatus longè inferior erumpit. Hinc fit, ut quamvis fontes ejus conſpicuè non ſint ſublimes, quia tamen altè cadunt aquae iſtae, ideo violenter feruntur. Quod ipſum quoque Peneo flumini evenire veriſimile eſt: namque & is, cùm ex imo Pindo oriatur, tamen ſpumoſis volvitur undis, ut Ovidius canit. Atque hoc quidem pacto interpretanda ſunt Strabonis verba, quae malè corrigit Caſau-

ſaubonus, ſed longè pejus Salmaſius, cùm vulgata lectio optima ſit & veriſſima. Veniamus nunc ad Plinii locum de eodem Pado, quem multi fruſtra tentarunt. Exſtat is lib. III. cap. 16. Ita verò concipitur in vetuſtioribus codicibus: *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, agis quàm navigiis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi linquit, ubertate largiter.* Salmaſius meras hîc nugas reponit, nam quid ſibi volunt iſta, *agris quamvis torrentior nihil tamen ex rapto abjudicans?* Quid praetereà, *ubertate largior?* Si vis ipſum Plinium loquentem audire, ſic reſcribe: *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, ac his quàm nativis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi linquit, ubertatis largitor. Liquatae nives*, ſunt aquae, itaque non opus eſt vocabulum iſtud repetere. *Linquit* verò hîc accipitur pro defluit, decreſcit, λείπει, uti ſaepe. Qui genium & brevitatem Plinianam norit, hanc noſtram ſcripturam veram eſſe fatebitur.

l. 44. *Et illa in anguſto illorum*] In melioribus libris ità hic locus ſcribitur, *Et in illa in anguſto duorum promuntoriorum.* Legendum, *Exin illa, in anguſto duorum promuntoriorum ex diverſo coëuntium inflexu, cubiti imagine ſedens, & ideo à Graecis dicta Ancon.* Senae vel Senogalliae, quam & hîc, & infra temerè obtruſerunt, nullus apud Pomponium locus. *Inflexum* vocat ſinum in quo ſedet Ancona. Sic quoque infrà loquitur. Aliter hunc locum corrigit Cluverius, inſignis Geographus, verùm & in hoc, & in aliis Veterum locis eruendis & interpretandis minus felix.

l. 48. *Hanc enim praegreſſos*] Meliùs libri quidam, *Hanc praegreſſos.* Pro *Cluerna*, uti erat in manuſcriptis, repoſui *Cluanam*, quod etiam Cluverius vidit. Paulò pòſt reſcripſi, *Truentinum, id & fluvio qui praeterit nomen èſt.*

l. 53. *Ab eo Senegallia maritima, ad Aterni fluminis oſtia*] Monſtroſè haec ſunt deformata. Alii repoſuerunt, *Ab eo Samnites maritima tenent.* Ut breviter dicam, omnes ſtrenuè nugantur, & praeterquam quòd falſa & ordini Geographico contraria adſerant, abeunt quoque quàm longiſſimè à veteribus libris, in quibus conſtanter ita ſcribitur, *Ab eo Frentia villa maritima habent Aterni fluminis oſtia.* Scripſerat Mela, *Ab eo Frentani, Apuli, ac Marucini. Habent Aterni fluminis oſtia.* Tres iſtos populos, ſibi invicem in ora maritima vicinos, ſimul nominat, ac ultimò quidem Marrucinos, quoniam in illis ſunt oſtia Aterni fluminis; quae ſubjungit. Frentanorum verò eſt Buca & Hiſtonium. Daunii, & quae ſequuntur, ſunt in Apulia.

 l. 60.

l. 60. *Sipuntum, vel, ut Graii dixere, Sipûs*] Haec vera lectio. *Sipilus* habent veteres libri & *Siphus*. Paulò pòſt iidem libri *Gnatia* pro *Ignatia*, uti quoque Horatius. Sed & Plinius: nam quo loco apud ipſum legitur, *Rudia Egnatia*, omnino ſcribendum eſt, *Rudiae*, *Gnatia*. Sic quoque meliores libri Ptolemaei. Deinde verò, *Et jam in Calabria Brunduſium*. Ita ſolet loqui hic Auctor.

l. 64. *Valetium, Lupiae*] Variis modis hoc oppidum concipitur, nam & Βαρήτιον Stephano, ex Theopompo, Ἀλητία Straboni, Ἀλήτιον Ptolemaeo: Latinis verò *Valetium* & *Valentium* & *Aletium* paſſim nominatur. Non rectè Cluverius *Valetium* & *Aletium* tanquam duo diverſa oppida in Calabria deſcribit, cùm unum omnino idemque fuerit. Varia ut hoc probet affert Auctorum loca, ſed omnino fruſtra: nam quo loco apud Plinium legitur *Aletia* vulgò, illic meliores codices habent *Sarmadium*. Sic itaque legendus erat locus ille Plinianus, *Oppida per continentem à Tarento Uria (quia cognominis Apulae) Meſſapia, Sarmadium*. A *Sarmadio* ſeu *Armadio*, apud Frontinum *Armadillus* ſeu *Sarmadillus* ager, de quo aliàs Circa finem verò ejusdem capitis, ubi *Valentinos* & *Alentinos* nominat, ſic legit optimus noſter codex, *Salentinorum*, *Salentini*, *Baſterbini*, *Neretini*, *Valentini*, *Veretini*. *Salentini* iſti poſteriores dicuntur ab oppido *Salentia*, de quo mox. Alio quoque videtur perſuaſus fuisſe argumento, ut hoc crederet Cluverius, nempe quia *Valentia* bis occurrit in *Tabula itineraria*. Verùm & hîc quoque malè *Valentia* pro *Salentia* ſcribitur. Liquet hoc ex Geographo Ravennate anonymo, qui in plurimis convenit cum *Tabula itineraria*, in quo ita procedit ordo: *Brunduſium*, *Baletium*, *Lubiae*, *Hydruntum*, *Minervium*, *Verentium*, *Salentium*, *Neretum*, *Manduris*, *Tarentum*. Hinc itaque apparet nullam in Calabria *Alentiam* fuisſe, quae diverſa fuerit à *Valentia*, ſive ab illo oppido, quod hodie *Lezza* vel *Lecce* dicitur, quinque circiter pasſuum millibus à mari remoto, unde Strabo μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης illud collocat.

l. 65. *Salentini campi & Salentina litora*] *Salentinos campos* videtur ex Marone hauſisſe:

*Et Salentinos obſedit milite campos.*

Sed verò uti *Calabrorum*, ità quoque *Salentinorum* nomen latè aliquando accipitur. Itaque vel ineptè hîc imitatus eſt Virgilium, cujus *campi Salentini* longè hinc abſunt; vel ſi

rectè

recte locutus ſit, dicendum de agro Salentino ita proprie dicto, in quo *Salentum* vel *Salentia* oppidum fuit; capienda eſſe haec Pomponii verba. Aliis hoc oppidum dicitur *Solentum*, vel *Solentum*, ſed uſu proculdubio depravatum à *Salentum*. Stephano Grammatico eſt Σαλλεντία, forma prorſus Romana. Graecis videtur fuiſſe Σάλλοεις. Ut autem Ὑδρόεις *Hydrentum*, ſic à Σαλλόεις *Salentum*. Rectè itaque Grammatici veteres à *ſalo* dictos eſſe autumant *Salentinos*, quia tot undique maribus adflatur tota ipſorum peninſula.

l. 66. *Et urbs Graja Callipolis*] Ridicule apud Plinium Callipolis dicitur Senonum eſſe colonia. Cluverius pro *Senonum* reponi debere contendit *Salentinorum Callipolis*. Sed minime opus hoc loco repetere vocem iſtam. Libri manu exarati legunt *Senum Callipolis*. Optimus verò noſter habet *Saenum*. Proculdubio hoc verum eſt, itaque ſic totum lego locum: *Oppida per continentem à Tarento Uria (quia cognominis Apulae) Meſſapia, Sarmadium. In ora vero Saenum, Callipolis, quae nunc eſt Anxa*, LXII. *millia paſſuum à Tarento*. In *Tabula itiner.* a male locus iſte vocatur *Scanuium* pro *Saennum*. Geographo Ravennati eſt *Sannum*.

l. 71. *Non uno margine circuit*] Libri aliqui habent, *niſi uno margine circuit*. Forte, *ſinuoſo margine circuit*. Sed vulgata, quam etiam optima repraeſentant exemplaria, magis placet. Suprà vero ex iiſdem libris reſcripſimus *admittit*, non *admiſit*, mox dein *Salentinum*, non *Salen*.

l. 78. *Corinthus, Scylaceum*] Repoſuimus è libris *Carcinus*, uti quoque habent vetera Plinii exemplaria, & nummi veteres. In recentioribus verò codicibus *Corinthus* vel *Corinus*, quod manifeſtè corruptum ex *Cocinto* vel *Cocino*; quo modo hoc ipſum oppidum ac promuntorium ab aliis appellatur. Utrumque enim variis modis ſcriptum reperitur, nam & Κάρκινον & Κώκινον & *Cocinthum* & *Cocinum* vocant. Corruptum eſt hujus promuntorii nomen apud Ovidium lib. XV. ubi deſcribit iter Legatorum Aeſculapium è Graecia Romam advehentium; quem locum integrum adſcribam, quoniam pluribus mendis foedatus eſt:

*Italiam tenuit praeterque Lacinia templa*
*Nobilitata dea, Scyllaceaque litora fertur.*
*Linquit Japygiam, laevisque Amphryſia remis*
*Saxa fugit: dextra praerupta Ceraunia parte*
*Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque.*

Ac primò quidem *Scylla* ac *Scyllaea litora* locum hîc habere non poſſunt, nondum enim adtigerant fretum. Legendum eſt itaque *Scylaceaque litora.* Ad *Amphryſia ſaxa* Turnebus aliique Viri magni miſerè impingunt. A laeva illa quaerenda ſunt, non à dextris. In codice noſtro ſcriptum invenio à prima manu *Arangia.* Omni procul dubio legendum eſt *Argennia*, ſic dicta ab *Argenno* Siciliae promuntorio, quod à laeva ſitum erat fretum Siculum intrantibus. Sed & ad *Ceraunia* iſta Ovidiana naufragium fecere iidem. Variant & hîc veteres libri, *celenia*, *cerinia*, *celentia*, & alii aliter. Omnino legendum eſt *Cocintia*, ſic dicta à Cocinto promuntorio. Pro *Romechiumque* libri quidam manu exarati legunt *Plemyrium*, quod avidè amplexi ſunt Viri quidam eruditi. Sed profectò non ſic ſcripſit Ovidius, cùm Plemmyrium ad laevam ſitum ſit, longiſſiméque abſit. *Rumetiumque* legunt alii vetuſti libri, vel *Romethumque.* Veram lectionem eſſe exiſtimo *Lametumque.* Oppidum *Lametum* ſitum fuit in anguſtiſſimo illo Italiae iſthmo, quem Scylaceus & Hipponiates ſinus efficiunt, haud procul à fontibus Lameti fluminis. Hodie *Maida* vocatur, corrupto proculdubio nomine ex *Lamatia*, extrita priore ſyllaba, quod & ipſum in adſiti fluminis vocabulo factum eſt, quem *Matum* vel *Amatum* vocant pro *Lameto.* Quia verò hoc oppidum ſitum eſt in medio ferè iſthmi iſtius, procul à mari, ideo factum eſt ut aliqui ad ſinum Scylaceum illud collocarint. Sic ſanè Hecataeus apud Stephanum; cujus locum ſic lege ex veteribus libris: Λαμήτῖνοι πόλις ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνι. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Ἐν δὲ Λάμητος ποταμὸς, ἐν δὲ Λαμητῖνοι, ὁ πολίτης Λαμητῖνος. Reprehendunt Viri eruditi hunc Stephani locum, ſed ipſi falluntur, cùm hoc oppidum in ipſo litore ſinus Hipponiatis collocant, hodieque *S. Euphemiae* appellari credunt. Nullam illic vel *Lampetiam* vel *Lametum* extitiſſe mox docebimus.

l. 79. *Myſtrae*] Reſcripſi *Myſtiae*, uti veteres libri. Sic quoque Plinius. Stephano eſt Μυστία.

l. 80. *Conſilinum*] Libri ferè omnes *Conſentia*, in uno tantùm *Conſentinum* reperi, in nullo verò *Conſilinum.* Hoc poſtremum tamen verum eſſe apparet ex Plinio. Meminerunt quoque hujus oppidi Auctores *de Coloniis*, & Caſſiodorus *Variarum* lib. VIII. cap. 33. qui aliquantò fuſiùs de hoc loco agit.

l. 8.. *Columna Regia, Rhegium*] Sic quoque multi alii, qui hanc columnam (quae ſanè videtur fuiſſe columella milia-

miliaris) Regiam vocant, non Reginam. Ab urbe enim Regio utrumque ἐθνικὸν rectè deducitur. Paulò poſt ex libris veteribus repoſuimus, *hinc in Thuſcum mare eſt flexus.*

l. 85. *Terina, Hippo nunc Vibon*] Sic Hermoláus, cùm priùs legeretur *Maticana, Ionium Vibon.* Sed haec emendatio longè abeſt à veſtigiis veteris lectionis, ordinique Geographico eſt contraria; inter Temeſam enim & Clampetiam collocanda erat. *Terina.* Verum eſt itaque quod repoſuimus, *Medana, Hippo nunc Vibon.* Apud Plinium ſimiliter, ubi veteres libri habent *Meddua* vel *Medara*, reſcribendum eſt *Medana.* Nam non tantùm *Medama* & *Medma* vocabatur hoc oppidum, ſed & *Medana* & *Medna.* Malè apud Strabonem Caſaubonus, τὰ Μέδαμα plurium numero corrigit, cùm proba ſit lectio vulgata: Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν. Ὁμώνυμος κρήνη μεγάλη, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον. Cùm dicit Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, intelligit Locros Ozolas, illos namque paulò antè dixit Hipponium condidiſſe. *Hippo* verò pro *Hippon*, ut ſuprà *Jaſo* pro *Jaſon.* Romani *Hipponem*, *Viponem* vocarunt, mutata adſpiratione in quintam vocalem, ut ſolent.

l. 86. *Clampetia*] Suprà monuimus *Lametum* vel *Lametiam* hodie vocari *Maida.* Haec verò alia eſt, vocaturque hodierno nomine *Mantia.* Latini omnes hanc *Clampetiam* vocant, addita littera tertia initiali ut in multis aliis vocabulis, cum Graeci Λαμπετίην illam appellarint. Sic Stephanus ex Polybio. Lycophroni verò eſt Λάμπετις Poëticè pro Λαμπετία. Malè vulgò Λαμπέτης. Quòd autem Cluverius *Lametum* & *Lampetiam* eandem exiſtimet, in eo valde fallitur: Lameti enim ſitum ſuprà oſtendimus ad Lametum flumen, aliquot millibus à mari, ad pedem Apennini. Malè enim ipſe *S. Euphemiae* oppidum interpretatur, quod longiùs abeſt à flumine. In *Clampetiae* verò ſive *Lampetiae* ſitu omnes conveniunt, ut ſit *Mantia*, ſive *Amantia* hodierna. Loca verò Lycophronis unde adſtruere conatur opinionem ſuam, planè contra ipſum faciunt. Si enim Λάμπετις & Λάμητος idem fuiſſet Lycophroni, non diverſa uſus fuiſſet appellatione. Quòd autem *Lampetiam* collocet in extimo cornu Hipponii montis, hoc ideo eſt, quoniam ſinus Hipponiates pertingit uſque ad *Clampetiam*; itaque *mons Hipponius* accipitur, pro monte ſinus Hipponiatae. *Clampetia* verò ſita eſt in loco arduo, & quaſi in extimo ſinus Hipponiatae cornu.

l. 89. *Silarus amnis*] Libri manu exarati habent *Silerus:*

Et hoc benè, nam utrumque dicitur *Silarus* & *Silerus* & *Siler*. Lucanus lib. 11. *Radensque Salerni culta Siler*. Verùm & ſic apud Virgilium ſcribendum ex antiquiſſimo omnium codice Medicaeo:

*Eſt lucos Sileri circa ilicibusque virentem*
*Plurimus Alburnum volitans*, &c.

l. ead. *Petrae, quas Sirenes habitavere*] Malè in quibusdam veteribus libris *habitant* pro *habitarunt*. Scopuli verò ſive petrae iſtae, quas inhabitarunt Sirenes, in Sicilia à multis collocantur. Hinc Auſonius in *Gripho ternarii numeri*:

*Tres in Trinacria Siredones; Omnia trina.*

Scaliger putat Ζειρηδόνας hîc dici tanquam Σειραχηδόνας. Sed hoc eſt vocabulum nihili, omninoque ſcribendum *Sirenides*. Sic appellatas fuisſe iſtas Sirenum inſulas teſtantur cùm alii, tum praecipuè Servius, agens de Sirenibus: *His reſponſum erat tamdiu eas victuras, quamdiu cantantes eas nemo eſſet praetervectus. Quibus fatalis fuit Ulyſſes. Aſtutia enim ſua cùm praeternavigaſſet ſcopulos, in quibus commorabantur, praecipitaverunt ſe in mare; à quibus locus Sirenides appellatur, qui eſt inter Siciliam & Italiam.* De Sirenibus plura alibi diximus.

l. 91. *Opima Lucaniae loca*] Ineptè hîc legitur *opima* cùm omnes libri veteres habeant *omnia*; quod verum eſt. Poſtquam enim oram litoralem Lucaniae abſolvit, addit omnia ea esſe Lucaniae loca. Hinc jam Campani litoris oppida ſequuntur.

l. 92. *Veſuvii montis adſpectus*] Et hoc quoque imitatus Plinius, licet inverſo aliquantum ordine, *Herculaneum Pompeji; haud procul ſpectato monte Veſuvio, alluente verò Sarno amne*. Sic libri veteres, malè vulgò *ſpectante monte Veſuvio*.

l. 101. *Oſtia circa Tiberim in hoc latere ſunt*] Et haec quoque emendata ſunt à nobis conſentientibus libris veteribus: Romae enim erat Pomponius, cùm haec ſcriberet. Itaque hoc litus, vocat litus Latii, quod extendit à Sinueſſa usque Oſtiam. Paulò pòſt pro *Anio*, quod nullum locum habere poteſt in litore Tuſco, rectè Cluverius emendavit *Minio*. Notum iſtud flumen ex Virgilio, quem imitatus eſt hic noſter aliquot in locis, praecipuè in *Italia*. Verùm

non

non rectè is illa, quae deinceps ſequuntur, ita reformat, *Hetruſca & loca & flumina*, quia nempe loca, quae enumerat, non Tuſcam ſed Graecam habeant appellationem. Sed *Etruſca loca* & *nomina* tralatitium eſt loquendi genus, pro locis & nominibus in Etruria ſitis. *Minionem* porrò quod adtinet, illum *Minium* vocat Geographus Ravennas. In *Tabulis* à Velſero editis *Mindo* malè ſcribitur, pro *Minio*.

l. 105. *Dein Luna Ligurum, & Liguria*] Proba eſt conjectura Pintiani, & Mariangeli, *& Tigulia*, confirmantque illam veteres libri.

l. 108. *Paulon & Varum flumina*] Plinius *Padum* hoc loco habet, ubi tamen optimus meus codex habet *Palo* manifeſtè pro *Paulo*.

## IN CAP. V.

## DE GALLIA NARBONENSI.

l. 1. *Lemanno lacu & Gebennicis montibus*] Plinius non Lemannum lacum, ſed Juram montem terminum ſtatuit Narbonenſi provinciae. Verba ejus hoc pacto emendanda ſunt: *Narbonenſis provincia appellatur pars Galliarum quae interno mari alluitur, Braccata antè dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque vel ſaluberrimis Romano Imperio jugis. A reliqua verò Gallia latere ſeptentrionali, montibus, Gebenna, & Juribus.* Libri manu exarati habent *jugeribus*, non *Jura*. Unde facile fuit alterum illud formare. Idem hoc vocabulum reddendum Solino, cui mons iſte *Jus*, vel plurium numero *Jures* appellatur: *Galliae inter Rhenum & Pyrenaeum, item inter Oceanum & montes Gebennam ac Jures porriguntur.* Malè hòc loco *Juram* ſubſtituerunt, cùm libri ſcripti habeant *Jures*. Sanè & apud Caeſarem ſic ſcriptum fuiſſe videtur à prima manu in codice vetuſto Reginae Suedicae. Straboni circa finem libri quarti Ἰόρας vocatur, cùm tamen antea Ἰουράσιον nominarit. Ptolemaeo eſt Ἰουρασσός. Ego non dubito quin *Jures* verum ſit nomen horum montium, ſed Graeci, more ſuo, varias dedere terminationes. Hodie *Joux* appellantur, vocabulo manifeſtè corrupto ex *Jus*.

l. 19. *Septimanorumque Blitera*] Veterem ſcripturam reduximus, quam omnia vetera exemplaria confirmant. *Baeterra* enim olim vocabatur oppidum quod nunc *Beziers* vocant,

cant, non *Blitera*. Apud Plinium in veteribus libris ſimiliter *Baeterra* legitur. Sed & in veteri Inſcriptione (quam apud Gruterum vide) *Baeterrenſes* nominantur. Perperam itaque Caſaubonus ex corrupto Strabonis loco, ceteros corrigere conatur, cùm ipſe Strabo ſit corrigendus. Stephano eſt Βαίταῤῥα. Ejus locum ſic emendabis; Βαιταῤῥοῦς κώμη τρίτης Παλαιστίνης, οἱ κατοικοῦντες Βαιταῤῥηνοί· ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαίταῤῥα, ἧς ὁ πολίτης Βαιταῤῥίτης· τῆς δὲ προτέρας Βαιταῤῥούσιος· κλίνεται Βαιταῤῥοῦντος. Malè haec vulgò ſeparantur, tanquam ſi & aliqua urbs esſet in Gallia, quae Βαιταῤῥοῦς vocaretur.

l. 18. *Rari portus & omnis plaga Auſtro atque Africo expoſita eſt*] Ventis expoſitam esſe totam hanc plagam notat quoque Strabo, verùm is μελαμβορέου tantùm meminit, non Auſtri aut Africi. Utrumque verum, eſtque peculiare quippiam, tam in marinis, quàm in terreſtribus ventis, qui iſtic locorum ſpirant. Melamboreas, quem Strabo dicit adeò esſe violentum, ut eo & homines dejiciantur, & lapides agitentur, prorſus ille eſt, quem Latini Circium vocant. Hunc quoque Aeſchylus novit, in Ἡρακλεῖ λυομένῳ, cujus verſus exſtant apud Galenum VI. *Epidemiorum*, qui ità ſunt legendi;

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιγι τρέψας ἄϊφνω.

Iſti verò verſus conjungendi ſunt cum iis, quos ex eadem tragoedia citat Strabo agens de campis lapideis. Idem verò quod Strabo & Aeſchylus de hoc vento prodiderunt, dicit quoque Diodorus Siculus, & Cato apud Gellium: *Ventus Cercius cùm loquare, buccam implet, armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit*. Rectè itaque Phavorinus ibidem ventum illum vocat ſaevisſimum: *Noſtri namque Galli ventum ex ſua terra flantem, quem ſaevisſimum patiuntur, Circium appellant.* Interpres Solini haec Phavorini verba abſurdisſima & falſisſima esſe dicit: Gallos enim ipſos adfirmat non posſe pati ventum ex ſua terra flantem, ſed vicinos Galliae populos, quibus ex Gallia flaret. Sed profectò nihil verius verbis Phavorini, nihil verò abſurdius hac cenſura excogitari posſit: nam ſi in Galliis oriatur *Circius*, qui potest fieri ut flatum ejus non ſentiant Galli? An exiſtimavit ventos origini vicinos non ſentiri, ſed demùm ubi longè

pro-

proceſſerunt? Verùm quis ignorat illos ubi naſcuntur, ibi maximè ſaevire? Pari jure Plinium irridet, quòd *Circium* peculiarem Galliae ventum fecerit, & Phavorinum quòd *Circium* à vertigine ac turbine dictum exiſtimarit: Graecum enim ſive Siculum ait eſſe vocabulum *κερκίαν*. Verùm non rectè corrigit verba Theophraſti: nam quo apud ipſum loco legitur, *οἱ περὶ Σικελίαν δερκίαν*, non *Σικελίαν κερκίαν*, ſed *οἱ περὶ Σικελίαν δὲ κίρκιαν* legendum eſt, uti Turnebus, & libri veteres. Omnes Graeci, quotquot hujus venti faciunt mentionem, ſemper *κίρκιον* vel *κιρκίαν*, nunquam verò *κερκίαν* nominant. Agathemerus; *Μέσον δὲ ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου, Θρασκίαν ἤτοι κίρκιον ὑπὸ τῶν περιοίκων*. Si tamen alicubi *Κερκίας* vel *Cercius*, uti apud Catonem, ſcriptum ſit, hoc nihil officit etymologiae. Sive enim Latinum, ſive Graecum accipiatur eſſe vocabulum *circias*, non erraverit Phavorinus, cùm à turbine & vertigine dictum credidit: nam & Graecis *κίρκος* & *κρίκος* ſemper in uſu fuit, etiam antequam Roma eſſet. Peculiarem verò Galliae Narbonenſis hunc eſſe ventum, nemo inficias iverit, qui dari peculiares ventos conceſſerit. Quamvis enim ex omnibus caeli regionibus venti promiſcuè adveniant, uſus tamen & ratio perſuaſit, ut particulares & cujusque regionis proprii dicerentur illi, quorum effectus à ceteris diſcreparent. *Circium* verò multa ſingularem efficiunt, tum vis ejus inſignis in Narbonenſi, quae tanta eſt, ut non eminentia tantùm tecta & turres dejiciat, verùm & integras quoque ſilvas excidat; tum quoque illud, quòd cùm tantus ſit, ſtatos tamen non excedat terminos, ſed ſolùm inter Pyrenaeos & Gebennam ſaeviat. Verùm & ob aliud magis etiam memorandus eſt hic ventus, quodque annotaſſe vitae intererit. Nimis jam ſaepe compertum eſt, damno quoque & naufragio noſtrarum navium, nullum in noſtro orbe inveniri mare, quod in magis praeruptos aquae cumulos adſurgat & intumeſcat, atque fretum illud, quod Aphrodiſium promuntorium & oſtia Rhodani interjacet, vento licet mediocriter flante. Ignari nautae primò vadoſum eſſe exiſtimabant, verùm bolide jacta ad viginti quinque orgyias, fundum tamen adſecuti non ſunt. Itaque alii alias adtulere rationes, ego hoc totum tribuendum eſſe exiſtimo concurſui & conflictui *Circii*, cum ventis è mari flantibus. Veram autem hanc eſſe cauſam ipſa docet experientia. Cùm enim, ut hîc ait Mela, tota haec plaga raros habeat portus, & expoſita ſit Africo & Auſtro, ac praecipuè Euro; ita diſpoſuit naturae Auctor, ut ſemper illic aliquis è terra eſſet ventus, qui marinis contrarius flaret, impediretque ne navigan-

 tes

tes in importuoſum litus impingerent. Itaque ad triginta à litore millia nullus unquam vel Auſter vel Eurus regnat aut nocet, repulſi plerumque à ventis terreſtribus acp raecipuè *Circio*, qui compreſſus à montibus quos ſuperare nequit, & in anguſtius ſpatium redactus, omnium vehementiſſimus in ſinum Narbonenſem exit. Hunc ventorum conflictum, neceſſariò ſequitur maris colliſio, quam tamen praevidere poſſunt nautae ex ipſius aquae brevitate. Navigantes hoc beneficium *Circio* acceptum ferunt, itaque vel hoc ſolo nomine dignum quis exiſtimet, cui Antiquitas aram exſtruxerit. Avari autem hujus ſinus accolae iſtam *Circii* benignitatem deprecantur. Verùm etiam è navigantibus non deſunt, qui malint in litore, quàm in medio mari naufragium facere.

l. 22. *Tunc poſt Athenopolis, & Olbia, & Glanon*] *Glanum* hîc locum non habet, cùm longè ultra Maſſiliam ſita ſit, in mediterraneis. Legunt libri manu exarati, *Tunc poſt Athenopolin & Olbiam & Laurion*, &c. Inepti nempe Librarii, ut alibi paſſim, ita hîc quoque caſus rectos in obliquos mutarunt, cùm priùs ſcriberetur, *Athenopolis, & Olbia, & Laurios.* Unde facile eſt veram lectionem eruere, *& Taurois.* Ταυρόεις, vel *Tauroentum*, vel *Taurentum* ſatis notum Maſſilienſium oppidum. Perperam vulgò confundunt cum Telone Martio, iſto illuſtri hodie piratarum receptaculo. Ex *Itinerario maritimo* liquet Taurentum XII. P. M. Maſſiliam verſus abeſſe à Telone. Malè quoque Ptolemaeus *Taurentum* inter Cithariſten promuntorium & Maſſiliam collocat. Valde quoque errant qui Telonem & Cithariſten promuntorium confundunt, cùm loca illa plurimùm à ſe invicem abſint.

l. 23. *Cithariſtes & Halycidon Maſſilienſium portus*] Sic Hermolaus, at ipſe Mela ſcripſerat, *Cithariſtes & Lacydon Maſſilienſium portus.* Sic etiam veteres libri. Euſtathius *in Dionyſium*: Ἀγαθὸς τοῖς Μασσαλιώταις λιμὴν ὁ Λακύδων. *Cithariſtes* promuntorium Κιθαριστὴς Ptolemaeo. Plinius, *Promuntorium Cithariſta, portus, regio Camatullicorum.* Codex noſter optimus manu exaratus ſic legit, *promuntorium Zacithariſta.* Manifeſtè duo vocabula ſyllabarum ſimilitudine in unum coaluerunt, & ex *Lacida Cithariſta* alterum illud fecerunt. Sed neque ſic tamen ſatis perſanatus fuerit Plinii locus, quia *Lacydon* eſt portus, *Cithariſtes* verò promuntorium. Sic itaque ſcribe, *Promuntorium Cithariſta, Lacydon portus, regio Camatullicorum.* Feſto Avieno in *Ora maritima*, *Cithariſtium prominens* vocatur:

*Tergo*

—— —— *Terga celſum Prominens*
*Quod incolentes Citharistium vocant.*

Malè vulgò *Cecyliſtrium.* Hodie nullum promuntorium hoc nomen ſervat, ſed locus aliquis haud procul mari *Ceireſte* vocatur. Ipſum verò promuntorium vulgò *Caput Aquilae.*

l. 24. *Lacydon Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia* ] Mirum loquendi genus, civitatem ſitam eſſe in portu. Libri manu exarati legunt *& in ea.* Omnino ſcribendum, *& hinc*, vel, *& inde ipſa Maſſilia. Lacydon* olim, ut diximus, vocabatur portus Maſſilienſium. Sed ſciendum, etiam Olbiam, Antipolin, Taurentum, & alias colonias in hoc litore, *portus Maſſilienſium* fuiſſe appellatas. Puto tamen aliter hoc vocabulum accipiendum, nempe de portu ipſi Maſſiliae adſito. Verùm ut cognoſcamus quis ille portus fuerit, operae pretium eſt monere veterem Maſſiliam non ſitam fuiſſe ubi eſt hodierna, ſed ſatis longè inde remotam, nempe ad promuntorium, quod vulgò *La Crocetta* appellatur. Illic rudera veteris Maſſiliae apparent, nummique indies quamplurimi effodiuntur. Sed neque portus Maſſilienſium ille olim fuit, qui nunc eſt. Sanè Strabo illum Auſtro obverſum fuiſſe prodit. At verò qui nunc eſt, is planè Zephyro eſt objectus. Duo verò ſunt portus ad promuntorium Crucettae, qui utrique Meridiem adſpiciunt, unus paulò remotior, qui in *Itinerario maritimo* appellatur *Portus Aemines*, vel *Mines*, quique etiam hodie nomen ferè ſervat, vocatur enim *Pormion* vel *Permino:* alter verò portus promuntorio, & veteri Maſſiliae propior, longè ſatis litus excavat, figura θεατροειδὴς, & ipſe quoque navibus commodam praebens ſtationem. Hunc poſtremum puto fuiſſe, qui olim Λακύδων diceretur, quoque priſci Maſſilienſes uſi ſunt, antequam alterum excavaſſent, quo nunc utuntur. Atque hoc quidem pacto verum erit id quod Caeſar dicit ſecundo *de bello Civili*, *Maſſiliam à tribus partibus mari allui*, quod de hodierna accipi non poteſt. Sed & cetera plana erunt, quae tamen Viri docti non intellexerunt, cùm dicit ab utraque parte aggerem vineasque fuiſſe actas, ab illa nempe iſthmi parte, ubi erant navalia & portus, quà patet iter in Italiam, & ab altera, quà aditus erat ad Maſſiliam, venientibus ex Gallia Hiſpaniaque. Verba autem illa Caeſaris ita repurganda ſunt: *Una erat proxima portui navalibusque; altera ad partem, quà eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania, ad id mare quod attingit oſtium Rhodani.* Libri enim

vetuſti

vetuſti legunt *adigit hoſtium*. Qui ex Hiſpania Maſſiliam proficiſcebantur, hujus maris oram cogebantur legere.

l. 30. *Maritima Avaticorum ſtagno adſidet*] Quia liber antiquus optimus legit *obſidet*, ideo non dubitavimus reſcribere, *Maritima Avaticorum ſtagnum obſidet*. Oppidum enim hoc aditum & oſtium vaſti illius ſtagni claudit & obſidet. Ptolemaeus, Μετὰ δὲ τὸν Ῥοδανὸν ἐπὶ θαλάσσῃ κεῖται Αὐατικῶν πόλις Μαριτίμα κολώνια. Sic rectè libri veteres. Plinius de eodem oppido & ſtagno, *Ultrà foſſae ex Rhodano, C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum Maſtramela, oppidum Maritima Avaticorum*. Et oppidi, & lacus nomen eſſe *Maſtramelam* docet Stephanus. Eadem itaque eſt *Maſtramela*, & *Maritima*. Nunc *Martegue* vocatur oppidulum, & lacus, quem obſtruit, *Lac de Martegue*. Apud Feſtum Avienum memorantur hoc loco:

*—— —— oppidum priſcum Ramas,*
*Trabalae paludes*, &c.

Sed profectò portentosè locus ille eſt inquinatus. Totum ſic lego:

*Gens hîc Veragri: Bergineque civitas,*
*Salyes atroces, oppidum Maſtramelae*
*Priſcum paludis, terga celſum prominens.*
*Quod incolentes Cithariſtium vocant.*

l. 31. *Foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit*] Et haec quoque ſola diſtinctione ſanavimus. Omnes *Foſſam Marianam* ab hac parte Rhodani collocant. Solus Ptolemaeus illam ad ulteriorem collocat ripam, quem perperam ſecuti ſunt multi. Foſſa iſtà Mariana hodie non effluit, ſed denuo veterem ſuum alveum recuperavit Rhodanus. Errant enim qui putant *Marianam Foſſam* eſſe id oſtium, quod hoc noſtro ſeculo omnium eſt maximè orientale, quodque olim vocabatur *ad gradus*, vulgò *gras de Paſſon*, à pontibus ligneis, quibus in naves deſcenditur, uti paſſim. Plus etiam errant qui ad Camariam vel Camaricam inſulam, vulgò *Camargue* dictam, foſſas has fuiſſe exiſtimant, tanquam ſi à Cajo Mario inſulae huic nomen eſſet inditum; & non potiùs à Cammarorum ſive cancrorum illo genere, quorum immenſa copia in marinis circa hanc inſulam ſtagnis capitur, nominis ratio eſſet petenda. Ex *Itinerario*

*vario maritimo* manifeſtè apparet *Foſſas Marianas* abfuiſſe à Maſſilia quadraginta tantùm paſſuum milibus. A *Foſſis* verò *Marianis* ad Gradum, ſive Rhodani oſtium, quod diximus, referuntur ibi millia paſſuum ſedecim. Clarum eſt hinc *Foſſas Marianas* ductas fuiſſe per campos lapideos, & exitum habuiſſe haud procul ab oſtio Maſtramelae paludis. Hoc fuit illud os, in quod Marius maximam Rhodani partem derivavit, ut Maſſilienſibus gratificaretur, quibus hanc foſſam adſignavit. Plinius *Maſſalioticum* vocat hoc *oſtium* & ſimiliter ampliſſimum id eſſe dicit. Sed errat, cùm id diſtinguit à *Foſſis Marianis*. Verba ejus ſunt: *Libyca appellantur duo ejus ora modica; ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinum: tertium idemque ampliſſimum Maſſalioticum.* Pro *Libyca* malim legere *Ligyca*. Ut à Λίβύη, Λιβυκὸν & Λιβυστικὸν, ſic quoque à Λιγύη, uti Ligyrum regio dicebatur, fit Λιγυκὸν, & Λιγυστικὸν, quamvis hoc poſtremum uſitatius. Notum verò Ligurum nomen uſque ad Iberum flumen & ultra olim extenſum fuiſſe, licet Rhodanus verus Ligurum terminus vel ipſorum olim Ligurum judicio fuiſſe videatur. Quod facilè ex hoc Feſti Avieni loco colligo:

> ——— *Multa nos Rhodano ſuper*
> *Narrare longo res ſubegerunt ſtylo.*
> *At nunquam in iſtud animus inclinabitur,*
> *Europam ut iſto flumine & Libyam adſeram*
> *Diſterminari, Phileas hoc quanquam vetus*
> *Putaſſe dicit incolas; deſpectui*
> *Deriſuique inſcitia haec ſit barbara.*

Sed manifeſtus eſt error vel Avieni, vel ipſius Phileae. Quis credat accolas Rhodani tale quid potuiſſe credere? Verum illi dicebant terminum Λιγύης, nempe Liguriae propriè dictae, eſſe Rhodanum flumen. Iſtud verò vocabulum etiam apud antiquiſſimos Graecos ſemper ferè corrumpebatur in Λιβύη, uti quoque Λίγυες in Λίβυες, Λιγυστικοὶ in Λιβυστικοὶ, Λιγυστῖνοι in Λιβυστῖνοι. Quia verò vel Avienus in Philea, vel Phileas in alio Auctore legiſſet terminum Λιγύης vel Λιγύων eſſe Rhodanum fluvium, hinc nata fabella, flumine hoc dirimi Europam & Libyam, ex vitioſa nempe permutatione tertii elementi in ſecundum. Innumeris autem locis haec vocabula mutata ſunt, tam apud Graecos, quàm apud Latinos, multisque multorum errorum occaſionem dedere, Libyam fruſtra in Europa quaerentibus. Ex eodem vitioſo ſcribendi genere natum puto errorem de urſis Libycis & Numidicis,

cùm

cùm revera Ligyſtici vel Ligyci esſent; conſtat enim, quidquid alii contradicunt, Libyam nullos gignere urſos, ne in Atlante quidem, ubi frigus ac nix perpetua. Certum eſt illos Domitii urſos Numidicos, meros fuisſe leones. Optima ſunt, quae de his Lipſius, licet ea plumbea & nugatoria vocet Soſinianus Scholiaſtes, cùm tamen ipſe mera reponat mapalia. Verùm ut ad locum Plinii revertamur, neque ſequens vocabulum rectè ſeſe habet, cùm prorſus nulla ratio excogitari posſit, quamobrem *Metapinum* dictum ſit alterum Rhodani oſtium. Puto ſcribendum *Metalpinum*. Graeci vetuſtiores, qui duo tantùm Rhodani oſtia noverunt, illud quod trans Alpes esſet ſitum, Μετάλπειον appellarunt. Pari ratione ſuperiùs docuimus *Metagonitin* regionem dictam fuisſe, quod μετὰ τὸ Γώνιον esſet ſita. Tertium oſtium, quod *Masſilienſe* vocabatur, idem eſt atque *Foſſa Mariana*. Antequam tamen haec Foſſa duceretur, oſtium Μασσαλιωτικὸν dictum, idem fuit atque *Metalpinum*. Sive de hoc, ſive de altero acceperit Plinius, erravit. Porrò, quòd alii tria, alii quatuor, vel quinque, nonnulli etiam ſeptem Rhodanum oſtia habere ſcribant, in eo non ſunt reprehendendi: alii enim àliter oſtia illa computant. Olim tria vel quatuor tantùm fuisſe videntur. Reliqua exiſtimo esſe factitia. Conſtat certè illud quod in Lateram ſtagnum effluit, id non esſe naturale, uti infrà oſtendemus. Plures praeterea oſtiis adjacent inſulae, ad quas ſcinditur Rhodanus. Si quis igitur quot inſulas efficit, totidem quoque èxitus huic flumini tribuat, jam decem vel undecim habebit. Huc accedit quod etiam nunc, modò plura, modò pauciora oſtia habeat. Cùm eſt humilis, tum plurimas facit inſulas pluresque canales, qui illo aucto in unum confluunt. Quanto itaque torrentior eſt Rhodanus, tanto pauciora habet oſtia.

l. 32. *Alioqui litus ignobile eſt lapideum*] Non litus tantùm lapideum, ſed & totus tractus mediterraneus iſtic locorum *campi lapidei* dicuntur. Libri omnes manu exarati habent hic *lapideus*. Itaque non dubito, quin vera ſit lectio, *alioqui litus ignobile, & lapideus, ut vocant, campus; in quo Herculem*, &c. Nemini in Galliis ignotus eſt *campus lapideus*; vulgò *La Crau*, vel aliquanto integriori vocabulo *Crautium* vocant. Puto olim hunc locum dictum fuisſe *campum clavatum*, quòd propter ſilicum copiam tanquam clavis confixus esſe videretur. Hinc *clavoſa* & *clavata* inaequalia interpretantur Grammatici. Eadem ratione in Galliis oppidum *Laon* vulgò, olim *Laudunum clavatum* appellatum fuisſe exiſtimo; in colle quippe ſita eſt.

l. 34.

l. 34. *Contra Albionem & Bergiona*] Nonnulli veteres libri legunt *Burgiona*, alii *Gergion*. Anonymus *de Diis*, qui Apollodorus vulgò creditur, hoſce Neptuni filios vocat Ἀλεβίωνα & Δέρκυνον, aitque eos occiſos fuiſſe ab Hercule. Sic quoque Tzetzes *Chiliadibus*, ubi de Hercule agit. At verò alter Tzetzes, Lycophronis Interpres, fratrem Alebionis vocat *Ligurem*, Λίγυν. Verſus Aeſchyli de hoc conflictu vide apud Strabonem. Non benè eos corrigit Salmaſius in *Solinianis*. Rectum eſt vulgatum ἀγῶσις, uti ex ſupradictis liquet: verùm iſtud leve. In hoc verò graviùs errat, quòd tanquam diverſas recenſeat opiniones eorum, qui in Liguria, & aliorum, qui in Narbonenſi hoc Herculis certamen cum filiis Neptuni fuiſſe ſcripſerunt: nam quis neſcit Liguriam & Ligures ad Rhodanum usque olim pertinuiſſe? nec ad Rhodanum tantùm, ſed ad Iberum usque flumen, quamvis hi poſteriores Ἴβηρες καὶ Λίγυες μιγάδες nominentur.

l. 41. *Inde contra in occidente ablatus*] Et haec quoque perperam mutarunt. Vetus & vera ſcriptura fuit, *Inde contra occidentem ablatus*. Paulò pòſt iidem libri, *curſu in meridiem adducto hac intrat*. *Hac intrat*, id eſt, in noſtrum mare effluit. Sed redundat hîc quoque Mela & bis idem dicit. Pintianus non malè *hanc* legit, & interpretatur Narbonenſem.

l. 46. *Ultrà ſunt ſtagna Volcarum*] Forſan, *ultrà ſunt ſtagnum*, &c. ut de Latera ſtagno, de quo mox plura dicemus, accipiatur. Nihil tamen mutandum cenſeo, cùm plura Volcarum ſtagna occurrant, tum illa quae ad occiduum Rhodani oſtium ſunt, quaeque Aquae mortuae nominantur; tum quoque praecipuè iſta, quae toto Volcarum litori usque ad promuntorium Setium praetenduntur.

l. ead. *Ledum flumen*] Malo *Ledus*. Sic Sidonius Apollinaris: ſic & Feſtus Avienus in *Ora maritima*, cujus verſus ſic leges:

> *At nuncea Ledus, nunc & Orobis flumina*
> *Vacuos per agros & ruinarum aggeres*
> *Amoenitatis indices priſcae meant.*

l. 47. *Caſtellum Latara*] *Latera* verum eſt nomen, & ſic libri veteres melioris notae. Hodie caſtellum id *Lattes* appellatur, ab adjacente lacu ejusdem nominis. Lacus, non oppidi meminit Plinius, qui egregiè deſcribit operam, quam piſcatoribus delphini olim iſtic locorum navabant in captura

mugi-

mugilum. Verùm quia locus inſignis eſt, & valde contaminatus, multosque expertus ſit medicos, licet fruſtra, operae pretium eſt emendatum hîc adſcribere: exſtat verò lib. IX. cap. 8. *Eſt provinciae Narbonenſis & in Nemauſienſi agro ſtagnum Latera appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum ſtato tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſervata aeſtus reciprocatione. Quâ de cauſâ praetendi non queunt retia aquae, molem ponderis nullo modo toleratura. Jam ſi non ſolertia inſidietur tempori, ſimili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite adfligitur, locumque ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod ubi animadvertere piſcantes, concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida, totusque populus è litore quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt deſideria, aquilonum flatu vocem proſequente. Auſtro verò tardiùs ex adverſo referente aeſtum, tum quoque improviſo in auxilium advolant. Properare apparet; aciesque protinus diſponitur in loco, ubi conſpectus eſt pugnae: opponunt ſeſe ab alto, trepidosque in vada urgent, &c.* Vulgaris lectio & ſenſu & ratione caret, haec verò noſtra, quam ferè confirmant vetuſti codices, manifeſta eſt & clara. Superiùs monuimus ventos à ſeptentrione flantes, & praecipuè Circium, vehementiores eſſe multò, atque ſint auſtrales & reliqui, qui è mari contra id litus feruntur. Hinc fit ut multò velocior ſit reciprocatio aeſtus, quàm acceſſus in hac ora. Celeriter ergo delphini inclamantes exaudire poterant. Aeſtum verò ſuperabant celeritate natandi, itaque improviſi aderant, non exſpectato maris acceſſu. Atqui hic quidem eſt germanus ſenſus verborum Plinii. Ipſam quod attinet hiſtoriam, de ea nos dubitare non patiuntur multa ſimilia exempla, quae à Veteribus produntur, praeſertim cùm hodie quoque in multis maris mediterranei tractibus ſimilia delphinorum beneficia piſcatores agnoſcant. Verùm haec obiter. De *Latera* oppido ſive caſtello hoc unum addiderim, mirum quomodo ejus nomen irrepſerit in Rufi Feſti *Oram maritimam*, idque loco adeò alieno: in Sordicenis enim prope Pyrenaeum id collocat:

*In Sordiceni ceſpitis confinio*
*Quondam Pyrene Latera civitas ditis laris*
*Stetiſſe fertur.*

Mani-

Manifeſtè hîc delendum eſt alterutrum, vel *Pyrenè*, vel *Latera*. Sed cùm *Latera* longè ab hoc tractu abſit, *Pyrenes* verò civitatis mentionem fecerint antiquisſimi Graeci, quos plerunque in hoc ſcripto ſecutus eſt Avienus, non dubito quin altera ejecta, haec retinenda ſit.

l. ead. *Meſua collis incinctus mari penè undique* ] *Meſuà* vel *Menſua* collis is eſt, qui vulgò *Sette*, olim *Setius* vel *Segius mons* appellabatur, nempe tota illa peninſula, quae Volcarum litori usque ad Agatham & Blaſconem inſulam praetenditur. *Setium* verò *promuntorium* eſt id, quod hodie *Cap d'Agde* dicitur, praejacente Blaſcone inſula vulgò *Breſcou* dicta. Apud Strabonem malè Σίγιον pro Σήγιον legitur. In manu exaratis Ptolemaei exemplaribus ſimiliter Σήγιον ſcribitur non Σήτιον. Meminit & Avienus in *Ora maritima*, qui poſtquam Blaſconem inſulam recenſuit, mox ſubdit *Setium montem*. Verſus ejus emendatos adponam:

—————— *Setius inde mons tumet,*
*Procerus arcem, & pinifer Setii jugum.*
*Radice fuſa inusque Taphrum pertinet:*
*Taphron paludem namque gentici vocant*
*Rhodani propinquam flumini.*

Hodie *Sette*, non totam peninſulam, ſed collem tantùm, niſi fallor, unicum, eumque arce munitum, appellant.

l. 50. *Araurarıs juxta Agatham, ſecundum Bliteras Obris fluit* ] *Arauris* reſtituimus. Sic veteres membranae, & Ptolemaeus. Sic quoque legendum apud Plinium, qui ad Agatham recenſet flumina *Ararim* & *Liriam*, pro quibus omnino reponendum cenſeo *Arauris* & *Libria*, ineptum enim alterum nomen iſtic loci. Straboni Ῥαύραρις corruptè. Vulgo *l'Ayraut*. Sequentia ſic corrige, *ſecundum Baeteras Orbis fluit*. Fluminis enim hujus nomen verum eſt *Orbis* vel *Orobis*.

l. 57. *Lacus accipit eum Rubreſus nomine* ] *Rubrenſis* Plinio, & hoc verius, ut puto. Hodie *Stagnum Rubinae* vocant.

l. 59. *Leucata litoris nomen* ] Parthenio eſt Λευκαδίας αἰγιαλὸς, uti eſt apud Conſtantinum Porphyrogennetam, cujus locum infrà illuſtrabimus. Hodie nomen ſervat.

l. 62. *Campus minuta arundine gracilique perviridis* ] Campum hunc ſimiliter deſcribit Polybius apud Athenaeum, quem vide. Ceterùm errat Caſaubonus ad Strabonem cùm putat, Polybium confundere hunc locum, in quo piſ-

ces foſſiles reperiuntur, cum campis Herculeis. Si ullus unquam Scriptor exſtiterit, qui nihil ſcripſerit, quod vel ipſe non viderit, vel certis argumentis non cognoverit, quique, ut ita dicam, fuerit impeccabilis, certè ille fuit Polybius. Ne Straboni quidem ſucceſſit, quotieſcunque contra Polybium diſputat, ut vel ſemel meritò eum reprehenderit. Verbm de his alibi erit dicendi locus. Rationem verò, quam adfert Caſaubonus, quòd nempe plurima ſit ἄγρωστις in campis lapideis, ea planè futilis eſt: quotus quisque enim eſt campus, qui gramen non producat? Hunc verò campum eo non deſtitui manifeſtè hîc docet Mela, cùm dicit minuta arundine gracilique esſe perviridem; nem quis dubitet quin per *minutam arundinem* Mela hîc intellexerit illud graminis genus, quod *arundinaceum*, Graeci ἄγρωστιν, vocant?

I. 70. *In ea regione piſcem è terra penitus erui*] Mirus eſt Mela, qui cùm illorum explodat opinionem, qui dixerunt piſces hîc è terra erui, idem tamen ipſe adfirmet. Sed profectò aliter eum ſcripſiſſe ſuadent manu exarati libri, quorum optimi legunt, *oriri*, non *erui*. Sic itaque ſcribo totum hunc locum: *In ea regione piſcem è terra penitus oriri, quia ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.* Negat hîc Mela piſces iſtos esſe terrenos aut in terra naſci, ſed ex ſuffuſo huic inſulae mari à piſcantibus extrahi. Libenter & ipſe hîc accedo opinioni Melae, quem αὐτόπτην hujus miraculi fuiſſe exiſtimo. Ex accuratiori enim hujus orae deſcriptione, facilè apparet, Auctorem hunc luſtraſſe haec litora, cùm in Italiam proficiſceretur. Non tamen propterea falſa ſunt, quae alii de foſſilibus piſcibus prodiderunt. Tot paſſim exempla apud Veteres non patiuntur, quemquam de eo dubitare, niſi illum cujus fides tota eſt in oculis. Minùs quidem mirum, piſces nonnunquam terram ſubire, ubi ſolum eſt aut fiſtuloſum & aquis pervium, aut molle & dilutum; cùm vulgò quoque notiſſimum ſit gobiones, & alios piſces luti incolas, ſatis longè terram ingredi: iſtud verò mirandum, illic quoque effodi, ubi nullae prorſus ſunt aquae. Plinius lib. IX. cap. 57. *Item* (Theophraſtus) *in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis, terrenos, altis ſcrobibus, in his locis, in quibus nullae reſtagnent aquae, miraturque & ipſe gigni ſine coitu; humoris quidem vim aliquam ineſſe quam puteis arbitratur, ceu verò in illis reperiantur piſces.* Ex Theophraſti ſcripto *de Piſcibus in ſicco degentibus*, haec deſumſit, ſed malè in vulgatis Plinii exemplaribus haec verba con-

concipiuntur. Dicit verò Theophraſtus, quia coire iſti piſces non poſſunt, jacent enim immobiles, ideo neceſſarium eſſe, ut ſponte procreentur in loco humido & generationi idoneo. Nihil hîc de puteis. Sed per χώραν ἔνυγρον Plinius intellexit puteos & ſcaturigines è terra prodeuntes: ac ridet Theophraſtum quòd ita ſenſerit, quoniam, inquit, in puteis nulli reperiuntur piſces. Licet autem hoc verum ſit, melius tamen à Theophraſto manus abſtinuiſſet: ubicunque enim piſces foſſiles reperiuntur, illi parum abſunt à ſuperficie terrae. In puteis verò & locis profundis nullum generari poteſt animal, ne inſectum quidem.

l. 72. *Ictu captantium interfectus extrahitur*] Ita mutarunt Correctores, cùm prius legeretur *capulantium*, quomodo habent omnes libri veteres. Et verum eſt hoc omnino. *Capulum* enim dixere Veteres, quidquid aliquam rem intra ſe capit, ut ait Nonius. Itaque non ſarcophagum tantum & manubrium gladii, quo gladius continetur, ſed etiam fuſcinam ſive tridentem, quo anguillas & mugiles configunt ruſtici, rectè *capulum* dixeris. Hinc *capulare* & *capulator*, qui capulis aliquid prehendit. Utuntur hac voce Cato & Columella, pro eo qui capulis oleum deplet. Manſit hoc vocabulum etiam apud ſequioris aetatis homines, ut cum dicunt *hominum capulare*, vel *pedem alicujus capulare*, pro *confodere* & *vulnerare*. Sane in hac ſignificatione ſaepiſſimè vox haec occurrit in *Corpore Legum Barbaricarum*.

l. 73. *Inde eſt ora Sordonum*] *Sordonum* ſcripſimus. Sic quoque habent vetera Plinii exemplaria. Iſti verò *Sordones* appellabantur etiam *Sordi*. Sic illos vocat Avienus in *Ora maritima*, qui Ceretibus & Acroceretibus ſubjungit:

*—— —— Sordus inde denique*
*Populus agebat inter avios locos*
*Ac pertinentes usque ad interius mare,*
*Qua piniferta ſtant Pyrenae vertices;*
*Inter ferarum luſtra ducebat greges*
*Et arva latè & gurgitem ponti premit.*

Sic conſtituendus totus locus. A *fertus* enim, quo vocabulo uſus quoque eſt Cicero, eſt *pinifertus*. Sed & flumen quoque *Sordus* dicebatur, quod influebat in paludem Sordicen Σορδικὴν, uti teſtatur idem Avienus, in verſibus ſic legendis:

*Stagnum hic palusque, quippe diffusè patet,*
*Et incolae iſtam Sordicen cognominant.*
*Praeterque vaſti gurgitis crepulas aquas;*
*Nam propter amplum marginis laxae ambitum*
*Ventis tumeſcit ſaepe percellentibus.*

Eadem eſt palus, de qua hîc miraculum piſcium narrat Mela; quamvis Strabo id videatur tribuere ſtagno, prope Ruſcinonem, vulgò *Sancti Nazarii* dicto. Huic paludi adſitam regionem, *Sordicenam glebam* vocat Avienus.

l. 74. *Telis & Tichis*] Sic meliores libri. *Telis* eſt id flumen, quod Perpinianum, eique vicinam Ruſcinonem praeterfluit. Vulgò *Tet* appellatur. *Tichis* verò fluvius nomen hodie quoque conſervat: vocatur enim *Tech*. Plinio eſt *Tecum*.

l. 76. *Vico Eliberri magnae quondam urbis*] Haec penè ad verbum deſcripſit Plinius, quamvis in hujus Auctoris vetuſtis codicibus non *Iliberri*, ſed *Eliſabere* ſcriptum inveniam, quam hîc noſter Auſcorum facit urbem. Verùm de iſta inferiùs agemus, eſt enim alia. Haec verò eſt ad mare ſita, nempe illa quae vulgò *Colibre*, vocabulo corrupto ex *Colonia Iliberi*, appellatur.

l. 78. *In Pyrenaei promunterio templum Veneris*] Et haec quoque Pintianus mutavit, cùm priùs legeretur, *portus Veneris eſt ſinu ſalſo*. Sed quis eſt iſte *ſinus ſalſus*? An & hîc quoque ſalinae, à quibus ſic dictus ſit? Nonne etiam absque illis ſalſus foret? Omnes hîc memorant templum Veneris. Marcianus: Ἀκρωτήριον ἐφ' οὗ ἵδρυται τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης. Optimus Melae codex ſic habet, *Tum inter Pyrenaei promuntoria Portus Veneris in ſinu ſalſo, & Cervaria locus, finis Galliae.* Scribendum, *Tum inter Pyrenaei promuntoria portus Veneris, inſignis fano, & Cervaria locus, finis Galliae.*

## IN CAP. VI.

### DE HISPANIAE CITERIORE ORA.

l. 1. *Pyrenaeus primò*] Ut paſſim ita quoque hîc mutavimus capitis titulum. Quoniam enim hîc deſcribit illam tantùm Hiſpaniae oram, quae à Pyrenaeo usque ad fretum extenditur, ideo neque Hiſpania, neque Hiſpania citerior locum

locum hîc habere poteſt. Haec nimis anguſta, illa verò nimis ampla appellatio. Citerioris enim & ulterioris Iberiae, juxta primam Romanorum diviſionem, termini communes erant fontes Baetis & Carthago urbs. Verùm poſtea cùm tota potiti eſſent regione, in tres partiti ſunt provincias. Hoc quidem ex aliis etiam liquet Auctoribus, verùm clariùs ex Stephano Grammatico, cujus locum deſcripſit Porphyrogenneta *de Adminiſtratione Imperii* cap. 23. Verùm quoniam caput illud quaedam contineat non ſpernenda, adeoque corruptum ſit, ut Vir doctus, qui primus nobis illum Auctorem dedit, ne interpretari quidem illud quomodocumque potuerit, totum hîc emendatum adſcribam: Ἰβηρίαι δύο. Ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, οὗ μέμνηται Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ περὶ γῆς β΄. ἐντὸς δὲ Πυρήνης Ἴβηρ τ' ἐστὶ μέγας ποταμὸς Φερόμενος ἐνδοτέρω. Ταύτην δὲ εἰς πολλά Φασι ἔθνη διαιρεῖσθαι, καθάπερ Ἡρόδωρος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν καθ' Ἡρακλέα γέγραφεν ἱστορίᾳ, οὕτως· Τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ Φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, διώρισται ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐὸν, κατὰ Φῦλα. Πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται· ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς Βορέαν ἰόντι Γλῆτες, μετὰ δὲ Ταρτήσιοι, μετὰ δὲ Ἐλβυσίνιοι, μετὰ δὲ Μαστιηνοί, μετὰ καὶ Καλπιανοὶ, ἔπειτα δὲ ἤδη ὁ Ῥόδανος. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν τῇ β΄ τῶν γεωγραφουμένων οὕτω διαιρεῖσθαι Φησίν· Ἀπὸ δὲ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἕως τῶν κατὰ Γάδειρα τόπων ἐνδοτέρω καὶ συνωνύμως Ἰβηρία τε καὶ Σπανία καλεῖται. Διῄρηται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς δύο ἐπαρχίας. Πρώτη μὲν ἐπαρχία διατείνουσα ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἅπασα μέχρι τῆς Καινῆς Καρχηδόνος καὶ τῶν τοῦ Βαίτιος πηγῶν, τῆς δὲ δευτέρας ἐπαρχίας τὰ μέχρι Γαδείρων καὶ Λουσιτανίας. Λέγεται δὲ καὶ Ἰβηρίτης. Παρθένιος ἐν Λευκαδίαις· Ἰβηρίτῃ πλεύσει ἐν αἰγιαλῷ. Ἡ δ' ἑτέρα Ἰβηρία πρὸς Πέρσας ἐστὶ, τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες. Διονύσιος· Ἀγχοῦ στηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι· Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι. Καὶ, Τοὺς Ἴβηρας οὓς χορηγεῖς μοι βοηθῆσαι δρόμῳ. Καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ τῶν γεωγραφουμένων· Γραμματικῇ δὲ χρῶνται τῇ τῶν Ἰταλῶν οἱ παρὰ θάλατταν οἰκοῦντες τῶν Ἰβήρων· καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος γενικῆς Ἰβηρὶς τὸ θηλυκὸν, Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρὶς, Μένανδρος Ἀσπίδι. Λέγεται καὶ Ἰβηρικός· Διονύσιος· Πόντος μὲν πρώτιστος Ἰβηρικὸς ἀρχομένοισι. Διῃρεῖτο δὲ ἡ Ἰβηρία εἰς ἐπαρχίας δύο, νῦν δὲ εἰς τρία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία εἰς δύο ἐπαρχίας διῃρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων· νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικὴν, Σπανίαν Λουσιτανίαν, καὶ Ταῤῥακωνησίαν. Ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος εὐθεῖαν παράγει Ἀπολλώνιος, ὡς τοῦ Φύλακος, ὁ Φύλακος· ἐν τοῖς παρωνύμοις Φησὶν ἀπὸ γενικῶν εὐθεῖαι παράγονται, τὸ μὲν Ἴβηρ δύο

*συλλαβὰς, ὁμοίως τῇ εὐθείᾳ, κατὰ τὸν τόνον παροξυνόμενον, καὶ ἢ ἐν ἁπλῷ σχήματι ἢ ἐν συνθέτῳ· ἁπλῶν μὲν οὖν μάρτυρ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος, χάροψ χάροπος, ὁ χάροπος, χαρόποιο τ' ἄνακτος,* Τροιζὴν Τροίζηνος, ὁ Τροίζηνος, υἱὸς Τροιζήνοιο, Ἴβηρ Ἴβηρος, ὁ Ἴβηρος, ἀφ' οὗ παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ῥωμαικῆς χιλιάδος ε̅ ἐστὶν Ἰβήροισιν, οὕτω, καί τοι Λίγυσι θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες. Τὸ *αὐτὸ καὶ* Ἀβρῶν *ἐν παρωνύμοις φησί· καὶ, αὐτὸς* Ἴβηρος *τραγοπώγων, ἐν μαλθακοῖς* εἴρηται Κρατίνου. Λέγονται *οἱ* Ἴβηρες ὑδροποτεῖν, ὡς Ἀθηναῖος ἐν Δειπνοσοφιστῶν β' οὕτω, καὶ τοὺς Ἴβηράς φησιν ὑδροποτεῖν πάντας, *καὶ τοι πλουσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων τυγχάνοντας· κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον. μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτάς τε φορεῖν πολυτελεστάτας.* Capitulum ſequens, quod & ipſum de Hiſpania agit, jam olim emendavimus.

l. 10. *Et Oceanum mare extendit*] Auctoritate veterum librorum ſic reſcripſimus. Paulò pòſt iidem, *magisque & magis latior*, quod & ipſum probum eſt. Dein verò, *argento auroque & tam abundans & tam fertilis*, &c. Taedet his minutiis immorari.

l. 21. *Illas fluvius Anas ſeparat*] Nempe Luſitaniam Baeticamque, quae praeceſſere. Quia verò Anas eſt extra fretum Herculeum, ideo dicit Baeticam utrumque mare proſpicere. Nihil itaque mutandum. Sed haec meliùs retuliſſet ad alterum caput, ubi de Hiſpaniae ora ad Oceanum ſita agit. Verùm & quorſum *Emeritam* Luſitaniae urbem hîc recenſet, quae inferiùs erat reddenda? Miror hominem Hiſpanum in ipſa Hiſpania ita ſui eſſe oblitum.

l. 25. *Latere ad ſeptentriones, fronte ad occaſum*] Luſitaniam ab Ana, usque ad Oceanum Cantabricum extendit, voce enim *lateris* nunquam aliter utitur niſi de parte mari adſita. Verùm hîc neque antiquiorum ſequitur diviſionem, neque Romanam: Antequam enim Hiſpania in tres provincias à Romanis eſſet partita, Luſitania à Tago demum fluvio incipiebat; verſus ſeptentrionem verò multo longiùs procurrebat, ad Oceanum usque Cantabricum, Callaïcos aliasque gentes comprehendens. Illa verò regio, quae inter Anam Tagumque media eſt, non alio quàm Celticorum nomine noſcebatur. Sed poſtquam ea terrae portio Luſitaniae acceſſit, deſiit Luſitaniae nomine cenſeri totus ille tractus qui ultra Durium eſt. Poſtea tamen ſaepe iterum mutati ſunt termini Luſitaniae pro lubitu Imperatorum. Sub Theodoſio Imp. Luſitaniae accenſebantur Aſturica & Gallaecia. Patet hoc ex deſcriptione terrarum facta juſſu Theodoſii, cujus verba, quoniam corruptiſſima in omnibus ſcriptis codicibus inveniuntur, emendata hîc adſcribam: *Hiſpania Luſita-*

*Luſitania cum Aſturica & Gallaecia finitur ab oriente Noica Cantabrum, quae eſt ad mare Oceanum in dicta regione: ab occaſu Atlantico, à ſeptentrione Oceano, à meridie flumine Ana. Patet in longitudinem millia paſſuum* CCCCLXXX. *in latitudinem* CCCCL. Plures tamen eosdem, quos Ptolemaeus, faciunt terminos. Qui ſi ponantur, jam Luſitaniae nulla portio cum Portugallia communis ſupererit. Et ſanè miror qui factum ſit ut hoc tempore duo iſta vocabula pro eadem regione promiſcuè ſumantur. Medii aevi Scriptores Portugalliam paſſim à Luſitania diſtinguunt, & certè portus ille *Calle* vel *Cale*, qui Portugalliae nomen dedit, extra Luſitaniam ſitus eſt. Meminit verò hujus Antoninus in itinere ab Oliſipone Bracaram Auguſtam, à qua eam diſtare inquit millibus XXXV. quod ſpatium ſatis probè convenit cum veritate, quum etiam hodie ab urbe *Porto* ad *Bragam* totidem numerentur millia. Vir inſignis Hieronymus Surita putabat, hoc loco apud Antoninum Latinum eſſe vocabulum *Callem*, ſed egregiè fallitur. Antiquisſimum enim eſt hoc oppidum, neque dubito quin ab eo Callaïcis nomen obvenerit. Olim quippe Callaïci usque ad Durium amnem extendebantur, cùm nunc non ultra Minium pertingant. Portucalenſis verò urbis crebra mentio in Conciliis Hiſpanicis, & in Latinobarbaris Scriptoribus. Apud Iſidorum in *Chronico Gothorum*, *Portucula* vocatur & *Portale*, cùm *Portucale* rectè habeat *Chronicon* Idatii, quem ſequitur pasſim Iſidorus. Hujus oppidi *Cale* primus, quod ſciam, meminit Salluſtius apud Servium *ad* VII. *Aeneid.* cùm ait, Cale eſſe etiam in Gallaecia oppidum, quod captum ſit à Perperna: malè vulgò *in Gallia.* Sed & Vitruvius oppidi hujus mentionem facit lib. II. cap. 3. quamvis id in editis non compareat libris, ita enim vulgò ſcribitur: *Eſt autem in Hiſpania ulteriore Calentum, & in Galliis Masſilia, in Aſia Pitane, ubi lateres cùm ſunt ducti & areſacti projecti natant in aqua.* Verùm haec profligatisſima eſt lectio. Codices omnes veteres habent, *civitas maxima & in Aſia Itane.* Lege, *Eſt autem in Hiſpania ulteriore civitas Maxilua & Cale, & in Aſia Pitane.* Probat hanc conjecturam Plinius lib. XXXV. cap. 14. qui haec ex Vitruvio deſcripſit: *Pitanae in Aſia & in ulterioris Hiſpaniae civitatibus Maxilua & Cale fiunt lateres, qui ſiccati non merguntur in aqua.* Ita enim emendavi hunc Plinii locum ex optimis Sereniſſimae Reginae membranis, in quibus legitur, *Maxilua & Canlet.* Pesſimè autem haec in editis concipiuntur exemplaribus.

l. 29. *Aſtigi, Hiſpalis*] Libri veteres *Hiſpal*, uti quoque Auſonius & alii. Per *Aſtigin* hîc intellige oppidum illud, quod nunc *Ecija* dicitur: tria enim hujus nominis oppida fuerunt. Praecipua eſt haec, cujus plurimi faciunt mentionem. Altera erat in Celticis ad Luſitaniam, quam recenſet Antoninus in itinere à Corduba Emeritam. Sed & Plinius hujus meminiſſe videtur, cùm in Celticis urbibus *Laſtigin* numerat perperam, ut puto, pro *Aſtigi*. Tertiae ſitum oſtendit Ptolemaeus, cujus quoque eſt mentio apud Plinium ſub nomine *Aſtigi veteris*. Viri docti has malè confundunt. Utroque verò modo ſcribitur, *Artigis* vel *Aſtigis*, vel etiam *Aſtigi*, quod poſtremum uſitatius.

l. 32. *Dein Thicis flumen ad Rhodam*] Plinius etiam in hoc tractu meminit Tichis fluvii, nulla tamen facta mentione *Rhodae*. Verùm omnes manu exarati libri legunt iſtic loci *Ticer*, & omnino hoc aliud eſt flumen, atque illud quod jam ſuperiùs monuimus vocari *Tech*. Porrò quòd Plinius hoc loco non meminerit *Rhodae*, ea eſt cauſa, quòd illam cum *Rhodanuſia* confuderit, & in Gallia collocarit, cùm ſit Hiſpaniae oppidum, illud nempe quod vulgò *Roſes* vocatur. Verba illius ſunt lib. III. cap. 4. *Atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis*. Hunc ſecutus eſt Hieronymus *Prologo Epiſtolae* II. *ad Galatas: Oppidum Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt; unde amnis Rhodanus nomen accepit*. Verùm uterque egregiè fallitur. *Rhoda* enim eſt Hiſpaniae oppidum, & quàm longiſſimè abeſt à Rhodano. Falſum praeterea eam dediſſe nomen flumini Rhodano, cùm id extiterit, antequam *Rhoda* eſſet. *Rhodanuſia* verò nomen Rhodano non dedit, ſed ab eo accepit. Confudiſſe autem Plinium *Rhodam* & *Rhodanuſiam* ex eo quoque liquet, quòd ut nullam *Rhodae* in Hiſpania fecerit mentionem, ita etiam nullam *Rhodanuſiae* circa Rhodanum. Atqui non unum eſſe oppidum, ſed diverſa, cùm ex aliis patet, tum verò maximè ex Scymno Chio, cujus verſus emendatos adſcribam:

—— —— ἔπειτα παραθαλάττιοι κάτω
Λίγυες ἔχονται καὶ πόλεις Ἑλληνίδες,
Ἃς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπῴκισαν.
Πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα·
Ταύτην μὲν οὖν πρὶν κρατοῦντες ἔκτισαν
Ῥόδιοι· Μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν

Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς.
Κατὰ βαρβάρους πρὸς Ῥοδανὸν ἔκτισαν πόλεις
Ἀγάθην, Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ἣν μέγας
Ποταμὸς παραῤῥεῖ,

Verſum penultimum addimus, ſine quo nec veritas ſibi conſtat Geographica. *Agathen* enim & *Rhodanuſiam* non Iberorum, ſed Maſſilienſium eſſe oppida prope Rhodani oſtia, omnes fatentur. Extructa verò fuiſſe contra Barbaros Rhodanum accolentes teſtatur Strabo lib. IV. Τὴν δὲ Ῥοδανουσίην καὶ Ἀγάθην τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις. Vulgò legitur Ῥόην ἀγαθήν, pro quo Caſaubonus ſcribebat Ῥόδην καὶ Ἀγαθήν. Sed ita, ut dixi, ſcripſit Strabo, vel turpiter erravit. Abſurdum enim fuerit exiſtimare, *Rhodam*, quae eſt in Hiſpania, adverſus accolarum Rhodani excurſionem à Maſſilienſibus fuiſſe conditam. *Rhodam* verò in Gallia nemo unquam ſomniavit. Nam errorem illum Plinii, quem ſuprà memoravimus, ex confuſione *Rhodae* & *Rhodanuſiae* ortum eſſe, tam eſt certum, quàm quod certiſſimum. Strabo praeterea *Rhodae* in finibus Iberorum ſuperiùs jam meminit. Hîc verò inquit Maſſilienſes oppida & munimenta circumjacentibus undique Barbaris oppoſuiſſe; Iberis quidem Rhodam & Emporias; Barbaris circa Rhodanum, Agatham & Rhodanuſiam; Liguribus & Salyis, Tauroëntium, Olbiam, Antipolin & Nicaeam. Aliter verba Strabonis accipi nec poſſunt, nec debent.

l. 36. *Scalas Hannibalis*] Hodie etiamnum locus ille *Scalatum* nomen obtinet. Ipſe verò mons appellatur *Mon jui*, vocabulo corrupto ex monte Jovis.

l. 38. *Eluro*] Ptolemaeo Διλουρὼν malè pro Ἰλουρὼν vel Αἰλουρὼν potiùs. *Illuro* eſt Plinio. In multis quippe Hiſpaniae urbibus ſecunda & tertia vocalis promiſcuè in ſe invicem commutantur, ut *Eliberri* & *Illiberri*, *Ilici* & *Elici*, *Elepola* & *Ilipula*, & innumera alia. Perperam verò quidam confundunt hanc *Iluronem* cum altera hodie *Oleron* dicta, quam recenſet Auctor *Itinerarii* & alii prope Beneharnum, quae immenſum quantum hinc abeſt.

l. 39. *Tolobi*] Ptolemaeo eſt Τήλοβις. Malè autem Pintianus & alii delent verba illa, *inter Subur & Tolobin majus*. Sic ſolent ubi aliquid occurrit, unde ſe nequeunt expedire. Omnino legendum, *inter Subin & Tolobin amnes Tarraco urbs eſt*, &c. *Subin* hoc ipſo loco recenſet Plinius. *Telobis* verò ſive *Tolobis* urbi, quam praeterfluit, cognominis

 eſt.

eſt. Ptolemaeus autem hoc oppidum in mediterraneis collocat.

L. 50. *Saetabis, & Turium & Sucronem*] Atqui *Saetabis* non pervenit ad mare, ſed influit in Sucronem, & huic conjunctus ſinum Sucronenſem ingreditur. Itaque vel ſic intelligendus Mela, vel eundem atque Ptolemaeus committit errorem. Certum eſt Saetabin illud esſe flumen, quod hodie *Rio de Xativa*, ab adſito oppido Saetabi, vulgò *Xativa* dicto, nominatur. Verùm & *Turius* vel *Tyrius* non peculiari oſtio exit in mare, ſed eodem atque Sucro. Tria itaque iſta flumina uno tantùm in mare effluunt oſtio. Verùm ut hoc manifeſtiùs conſtet, & ſimul ut oſtendamus veteres Sicanorum origines, operae pretium eſt integrum Feſti Avieni locum emendatum adſcribere & interpretari. Is itaque in *Ora maritima*, poſtquam de Balearibus inſulis egit, ait:

*Econtra Iberi inusque Pyrenae jugum*
*Jus protulere propter interius mare*
*Latè locati. Prima eorum civitas*
*Idera ſurgit. Littus extendit dehinc*
*Steriles arenas. Hemeroſcopium quoque*
*Habitata pridem hic civitas. Nunc jam ſolum*
*Vacuum incolarum languido ſtagno madet.*
*Attollit inde ſe Sicana civitas*
*Propinquo ab amni ſic vocata Ibericis:*
*Neque longè ab hujus fluminis divortio*
*Praeſtringit amnis Tyrius oppidum Tyrin.*

Ait ex adverſo inſularum Balearicarum ſitos esſe Iberos populos. Nempe ſciendum Poëtam hunc in deſcriptione *Orae maritimae* ſequi tantùm vetuſtiores Graecos, ut ipſe fatetur; illi autem *Iberos* & *Iberiam* non pro tota Hiſpania accipiebant, ſed pro parte ejus litorali, quae à Columnis Herculis usque ad Iberum flumen extenditur. Horum itaque Iberorum duas ad Sucronem recenſet urbes, quae vetuſtis iſtis Graeculis notae fuerint, *Hemeroſcopium* & *Ideram*. *Idera* eſt, quam *Deram* vocat Stephanus, Δηρὰ γῆς Ἰβηρίας, ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός. In innumeris enim vocabulis, in hac praeſertim Hiſpania, modò additur, modò demitur tertia illis vocalis, quod jam ſaepe alibi monuimus. Ipſe Stephanus alibi Ἴνδαραν vocat ex Theopompo, inſerta, ut ſaepe, liquida. *Ilerda*, quemadmodum vulgò legitur, locum hîc habere non poteſt. Nam praeterquam quòd ea urbs priſcis illis

illis Graecis, quos ſolos ſequitur Avienus, fuerit ignota, etiam hoc accedit, quòd ea remotiſſima ſit ab ora maritima, & à tractu illo, quem hîc deſcribit. Jam verò *Hemeroſcopium* eſſe eam urbem, quae olim quoque *Dianium*, vulgò *Denia* vocatur, notiſſimum eſt. A Dianio autem oram legentibus ſeptentrionem verſus, occurrit urbs Sicana & Sicanus fluvius apud Feſtum, qui non poteſt alius eſſe à Sucrone. Fluminis autem Sicani meminit Stephanus loco ſuperiùs allato. Urbis verò Sicanae alibi facit mentionem. Rectè itaque apud eum reſcripſimus *Sicana*, pro eo quod vulgò legitur, *Sitana*. Qui *Seditana* hîc repoſuerunt, eos multùm fugit ratio: quae enim eſt illa Seditana civitas, quae dicta ſit ab amne Seditano? Noſtra autem lectio non ſolo nititur Stephano, ſed & antiquiſſimis Graecis Thucydide, Philiſto apud Diodorum Siculum, aliisque, qui Sicanum fluvium in Iberia recenſent, quique inde Sicanos in Siciliam pervenisſe contendunt. Rectè nec ne, de eo alibi diſputamus. Sufficiat nunc demonſtrasſe flumen illud non eſſe fabuloſum, uti neque Sicanam civitatem, cùm earum ſitum manifeſtè oſtendat Rufus Feſtus. Obiter autem monemus errare Servium, qui *Sicanum* interpretatur *Sicorim*, cùm *Sucronem* dicere debuisſet. Ut verò *Sucro* & *Sicanus* ejusdem fluvii eſt nomen, ita etiam *Sucro* & *Sicana* eadem eſt urbs. Meminit *Sucronis* oppidi Strabo & Plinius. Creditur ea eſſe quae vulgò *Sueca* appellatur: ſed omnino eſt illa quae vulgò *Alzira* dicitur. Nomen autem iſtud corruptum eſt ex *Algezira*, uti inſulam vocant Arabes. Nubienſis Geographus vocat hoc oppidum *Algezirat Socar*, ita ut nullum relinquatur dubium, quin haec ſit *Sucro urbs*. Confirmant id ipſum veteres reliquiae quae ibi reperiuntur. Neque obeſt quòd inſula iſta quatuor à mari leucis abſit, cùm nec Strabo, nec Plinius illam ad mare collocent. Pergit dein Feſtus Avienus, & ait, non longè à divortio *Sucronis* vel *Sicani* fluminis eſſe amnem *Tyrium*, eumque praeſtringere oppidum *Tyrin*. Atque hoc quidem veriſſimum eſſe arbitror. *Tyrius* enim vel *Turius* fluvius is eſt, qui vulgò dicitur *Rio de Carlete*. Intrat verò ille *Sucronem* non longè ab Alzira oppido, de quo mox diximus, ubi divortium facit *Sucro*. Jam verò quod conjecturam noſtram firmat, eſt, quòd hodie quoque oppidum *Tyris*, cujus hîc meminit Avienus, nomen ſuum ſervat, vocaturque *Turis*, eſtque quaſi in ripa ſitum ejus fluminis, *R. de Carlete* vocari monuimus. Verum eſt interim, etiam aliud flumen vicinum dictum fuisſe *Turin* vel *Turiam*; illud nempe quod Valen-

tiam

tiam praeterfluit. Hoc *Guadalayar* vulgò nominatur. Salluſtius apud Priſcianum: *Inter laeva moenium & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.* Apud Ptolemaeum *Turulis* nominatur, Τουρούλιος ποταμοῦ ἐκβολαί. Sed rectiùs libri veteres Τούριος. Corruptio proculdubio nata ex eo, quòd ſcriptum fuerit Τουρὶς ἢ Τούριος. Utroque enim modo flumen hoc nominatur *Turis & Turius*. Uſitatiùs tamen *Turias* vel *Turia*. Quod apud Ciceronem in *Oratione pro Balbo* legitur, eum Sucronenſi & Durienſi proeliis interfuisſe, & apud Claudianum, *Roſeis formoſus Duria ripis*, id errore factum exiſtimo, quod amnem hunc eundem esſe crediderint atque vaſtum illud flumen, quod Luſitanos à Callaïcis diſterminat.

l. 55. *Sequens Illicitanus*] Neſcio quid Pintianum moverit, ut hîc dubitaret: nam quis non videat *Illicitatus*, esſe ineptum vocabulum, cùm ab Ἴλλικι vel Ἴλλικις tale ἐθνικὸν formari non posſit? Rectè itaque ſinceriores Ptolemaei codicees legunt Ἰλλικιτανὸς λιμήν. *Portus* autem *Ilicitanus* ſitus eſt in ſinu Ilicitano, abeſtque ſatis longè ab *Ilici* oppido, hodie dicto *Elche*, verùm non tam longè quàm Ptolemaeus credidit: juxta hujus enim deſcriptionem Allona magis Illicitanorum videtur fuisſe portus, quàm ipſe Ilicitanus. Sed perturbatiſſimus eſt ordo locorum hujus orae apud Ptolemaeum. Omnia namque iſta nomina, *Lucentum*, *Allona*, *Ilici*, *Valentia*, *Dianium*, &c. perverſo apud ipſum leguntur ordine. Errasſe autem Ptolemaeum hoc loco non miror, cùm ſexcentis aliis etiam in locis lapſus ſit, ſed modum erroris ſatis mirari nequeo. Eſt ſiquidem difficillimum in mediterraneis locis non ſubinde impingere, cùm nulla prorſus ſeries in iis recenſendis posſit reperiri: ſed verò in litoralibus locis & urbibus enumerandis, raró admodum labuntur Auctores. Qui enim litora legunt, errare non posſunt, cùm una ſemita unaque ſemper ſit via. Verum quidem eſt eandem esſe incertitudinem in diſtantiis, ſed loquimur de ordine, qui invariabilis & ipſisſimus ſemper eſt. Nec tamen tranſponenda vocabula, aut corrigendos esſe numeros exiſtimo. Ipſius eſt error Ptolemaei, qui ſi diligentiùs in ordinem iſtorum locorum inquiſivisſet, utique hunc tenuisſet modum: Κοντεστάνων παράλιος. Καρχηδὼν Νέα. Σκομβραρία ἄκρα. Σταβέρος ποταμοῦ ἐκβολαί. Ἰλλικιτανὸς λιμήν. Ἀλωναί. Λούκεντον. Διάνιον. Σαιτάβιος ποτ. ἐκβολαί. Σούκρωνος ποτ. ἐκβολαί. Τούριος ποτ. ἐκβολαί. Ἠδητανῶν. Παλλαντία ποτ. ἐκβολαί. Ἰλερκαόνων,

l. ead.

l. ead. *Alonem* ] *Alonen* alii. Ptolemaeo Ἀλωναὶ πλημμυρτιλῶς. Verum nomen puto eſſe Ἀλῶνα vel Ἀλώνη. Fuit hoc oppidum Maſſilienſium colonia, ut teſtatur Stephanus, cui Ἀλωνίς vocatur, Ἀλωνὶς νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας. Graecum igitur oportet ſit vocabulum. Ut ergo παρὰ τῶ ἀνέμων ἀνεμώνη, & ſimilia, ſic παρὰ τῶν ἁλῶν ſit ἀλώνη. Praeſtantisſimo enim ſale & olim & nunc quoque abundat. Atque hoc ſolo argumento convinci posſunt, qui *Alonam* hodie putant eſſe *Alicante*, cùm ea urbs nullas habeat ſalinas. Certum eſt *Alonam* eſſe id oppidum, quod olim Arabes *Tudemir*, Hiſpani verò *Guardamar* vocant, ſitum in peninſula ad os Taberis fluminis, quem vulgò *Seguram* vocant. Innumerae illic & praeſtantisſimae ſalinae, eoque ipſo loco Veteres *Alonam* deſcribunt.

l. 56. *Lucentiam* ] Λούκεντον Ptolemaei libri meliores, non Λουκέντοι. Livius *Lucentiam* ſimiliter vocat lib. XXII. *Inde jam praeda gravis ad Lucentiam pervenit claſſis*, &c. Malè vulgò *Longunticam*. Errat verò Ptolemaeus, quòd *Lucentum* ponat inter Carthaginem novam & Urcin, cùm quàm longisſimè inde abſit, nempe inter Illicin & Dianium. Non posſum ſatis mirari ſupinitatem quorundam Hiſpanorum, qui *Lucentum* hodie appellari *Luchent* vel *Lucenam* oſtendere conati ſunt. Vici iſti non tantùm immenſum quantum abſunt à veteri *Lucentia*, ſed & plurimum à mari recedunt, cùm *Lucentiam* ad mare omnes unanimiter ponant. Miror itaque nulli in mentem veniſſe id, quod tamen verisſimum eſt, oppidum id hoc tempore vocari *Alicante*, nempe famoſisſimum illud regni Valentini emporium. Articulum praefixere Arabes; ſitus verò tam benè congruit, ut meliùs non posſit.

l. 63. *Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant* ] Οὔρκη eſt Ptolemaeo & ſimiliter Marciano Heracleotae. Sed tamen, ſi Latinos ſequamur, ſcribendum fuerit Οὔρκι. Multis ineptiendi praebuit materiam oppidum iſtud. Res ita ſeſe habet: *Urci*, *Urgi*, *Virgi*, *Birgi*, *Murgi* omnia ejuſdem oppidi ſunt nomina. Adparet hoc ex Plinio, qui Baeticae longitudinem ad Murgim usque extendit, idem alibi Tarraconenſis provinciae oram orditur ab *Urci*. Ita quoque faciunt omnes qui Baeticae longitudinem definiunt, niſi quòd illis nonnunquam locus iſte vocetur *Virgi*, vel *Birgi*. Ut autem V in B, ita B in M plerumque ſolet mutari, quod innumeris jam locis oſtendimus. *Urci* itaque & *Murgi* idem eſt. Sed tamen praeter hanc etiam alia eſt *Murgis*, quam ſuperiùs retulit Ptolemaeus, inter Turdulorum Baeticorum mediter-

diterraneas urbes. Ejus meminit Antoninus in itinere à Caſtulone Malacam: ſed ea nihil huc facit. Communis ferè eſt opinio hanc eſſe *Murciam* hodiernam, quae toti regioni nomen dedit. Sed falſiſſimum hoc, cùm ea neque litoralis ſit civitas, & longiſſimè abſit. Sed neque eſſe poſſit aut *Muxacra*, aut *Vera*. *Vera* eſt, quam *Bariam* dixerunt Veteres; ordo enim Geographicus docet errare eos qui *Beriam* putant *Bariam*, utpote cùm Abdera & Charidemi promuntorium intercedant. *Murgi* vel *Urci* Veterum eo ipſo ſita fuit loco, quo nunc conſpicitur vicus *Almaçaran*, & forſan Saraceni illud nomen altero permutarunt.

l. 64. *Abdera*] Stephanus hanc *Abderam* vel *Abdaram* ponit πρὸς τοῖς Γαδείροις. Sed abeſt inde quàm longiſſimè. De hac urbe etiam capienda ſunt illa Apollodori (quem tamen non eſſe Apollodorum ſuperiùs oſtendimus) lib. II. de Hercule, διελθὼν δὲ Ἄβδηραν εἰς Λιγύην ἦλθον. Veteres enim Λιγύην dixerunt Liguriam. Per totam autem penè Hiſpaniam fuiſſe Iberos & Ligures quoſdam ſibi invicem permixtos, alibi monuimus.

l. 65. *Maenoba*] Ptolemaeo Μάνοβα perperam pro Μαίνοβα. Fallitur Vir magnus ad Strabonem, qui hanc cum *Maenaca* confundit. Falluntur quoque qui putant eſſe eandem, atque illa de qua Stephanus: Μαινόβωρα, πόλις Μαστιηνῶν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· τὸ ἐθνικὸν Μαινοβωραῖος. Si eſt Maſtienorum urbs, non eſt *Maenoba*; illa enim longiùs abeſt à freto, Maſtieni autem proximi. Veriſſimum eſt Stephanum more ſuo in malum Hecataei incidiſſe codicem, & legiſſe Μαινόβωρα, pro Μαινάκη, Ἔβωρα, quae ambae Maſtienorum erant urbes: *Maenaces* urbis Phoeniſſae ſuprà jam meminimus. *Eborae* hujus meminerunt multi, & ipſe alibi Stephanus: Ἔβορα, πόλις παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα.

l. ead. *Malaca*] Urbs notiſſima, quam tamen multi cum *Maenaca* confundunt. Stephanus: Μάλακη Κελτικὴ πόλις. Εὕρηται καὶ Μαινάκη. Ita debuerat legere Stephanus, non Μάκη. Feſtus quoque Avienus *Malacam* & *Maenacam* eandem facit, cùm tamen haec licet omnium Graecarum urbium in Europa poſtrema, ut ait Periegetes ille qui Nicomedi *Periplum* ſuum inſcripſit, longiùs tamen à Columnis abfuit atque Malaca. Itaque exiſtimo *Maenacam* eſſe illum locum, qui vulgò *Veles Malaga* appellatur, ac octodecim circiter paſſuum millibus à *Malaca* diſtat. Vide Strabonem, cujus verba, quae valde exercuerunt Viros doctos, ſic emendabis, Ἐμπορεῖον δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ σκάμμασι, ταριχείας δ' ἔχει μεγάλας. Malè vulgò σαίμασι. Ἐμπορεῖον hîc eſt non

ipſa Malaca, ſed locus mercatus, ut ſaepe. Ait itaque emporium Malacitanorum non fuiſſe in ipſa urbe, ſed in oppoſita inſula, in qua portum & navium receptacula ſibi effoderant. Inſulae hujus meminit Feſtus Avienus:

*Tarteſſiorum juris illic inſula*
*Antiſtat urbem noctilucae ab incolis*
*Sacrata pridem. In inſula ſtagnum quoque*
*Tutusque portus. Oppidum Menace ſuper.*

Perperam primam in Μαινάκη corripit. Sed videtur in vitioſos incidiſſe codices, in quibus Μενάκη vel Μινάκη ſcriptum eſſet. Hodie inſula illa fluctibus obruta eſt, veſtigia tamen ſuperſunt molium in profundo jactarum, quas nautae ſummo ſtudio evitant.

l. ead. *Suel*] Miror Melam in his locis natum tam alieno tamen ordine oppidum hoc recenſere, demum enim poſt *Malacam* id collocare debuerat. Verùm hîc memorare debuerat *Salambinam*. Fortè Librarii alterum pro altero ſubſtituerunt, neque enim videtur Auctor talem hîc potuiſſe committere errorem. *Salambina* vel *Salabina* etiam hodie nomen ſervat, vocatur enim *Salabrenna*: Geographo Nubienſi, *Salobania*. In Concilio Illiberino perperam vocatur *Silvanus de Sagalbina*; neque enim dubito, quin *Salabina* ſcriptum priùs fuerit. Innumeris in vocabulis liquida illa modò additur, modò demitur. Hinc Oppianus IV. *Cyneg.* σπάρτῳ Σαλαβινίδι dixit, quamvis malè vulgò ſcribatur Πλεξάμενοι σπάρτῳ Σαλαμινίδι. Nulla enim ratio veriſimilis poſſit dari, quamobrem ſpartum Salaminium vocetur, neque placent quae Viri eruditi de Teucro Salaminio annotarunt. Non autem ſola Carthago nova ſparti eſt ferax, ſed & univerſus ille tractus, qui à Carthagine Abderam & Salabinam usque extenditur, eo quàm maximè abundat.

l. ead. *Salduba*] Ita Plinius, & alii. Sed apud Ptolemaeum oppidum id in mediterraneis ponitur, verùm idem hîc collocat Σαλδούκα ποταμοῦ ἐκβολάς. Ubi tamen manifeſtè reſcribendum eſt Σάλδουβα. Porrò liber noſter optimus manu exaratus legit hîc, *Siſal duba*, alii verò *Ciſal duba*. Unde liquet verum eſſe quod ſtatim ſuſpicabamur, hîc collocandum eſſe *Suel* vel *Sivel*, & legendum *Suel*, *Salduba*: pro *Suel* verò ſuperiùs reſcribendum eſſe *Salabina*. In vetuſtiſſimis etiam Plinii libris ſimile eſt mendum, ſimiliterque id vocabulum truncatum eſt. Nam quo loco vulgò legitur, *Selambina*, *Abdara*, illi exhibent *Sel*, *Abdara*. Ut vel Plinius

nius in vitioſum Melae codicem inciderit, vel Melae exemplaria corrupta ſint ex hoc loco Plinii.

l. 66. *Barbeſul* ] Alii *Barbeſola*, utrumque rectè. In ſitu omnes conveniunt praeter Ptolemaeum, qui oppidum hoc collocat ad fretum, inter Cartejam & transductam, cùm tamen omnes alii id ponant ad flumen Barbeſul. Hodie quoque id verum eſſe apparet: dicitur enim flumen id *Rio verde*; non autem longè ab ejus ripa eſt oppidulum *Marbella*, quod omnino eſt *Barbeſola*. Solet enim B in M mutari ſaepiſſime. Nec tamen quidquam in Ptolemaeo mutandum eſſe, apparet ex Marciano Heracleota.

l. 74. *Prope quantum patet ſpecus* ] Mirum alicui poſſit videri, quare *ſpecum* à *ſinu* diſtinguat, & dicat *ſinum ſitum ultra ſpecum*, cùm tamen ſpecus in ipſo ſitus ſit ſinu. Sed ſinus latius patet, multóque longiùs porrigitur, quàm vel mons Calpe, vel ſpecus quem ille efficit. Ab hoc verò ſpecu ſive concavitate, quòd eſſet inſtar cavi vaſis, dictum volunt hunc montem: notum enim *urceum* & *hydriam* à Graecis κάλπην vocari. Feſtus Avienus:

*Calpeque rurſum in Graecia ſpecies cavi,*
*Teretiſque vaſi nuncupatur & jugi.*

Haec alii aliter legunt, verùm ea, quam damus, vera eſt ſcriptura. *Calpen* interpretatur *vaſum teres* & *juge*, nempe cui nunquam aqua deficit, nec unquam fluere ceſſet; quale eſt vas iſtud caeleſte quod aquarius tenet. Sic *fontes* & *putei juges* dicuntur & *perennes*, quòd juges & perennes contineant aquas. Feſtus ampullam plumbeam interpretatur, *Calpes, ampullae plumbeae*. Sic lego, non *Calces*, ut vulgo. *Ampullae* & *urcei* in eo conveniunt, quòd ventrem habeant teretem & rotundum, cervicem verò anguſtam. Sed in hoc differunt, quòd *urceus* ſit vas μονωτὸν, *ampulla* vero ἀμφωτόν. Utriusque diverſas formas videre eſt apud antiquarios Romanos. Fiebant autem tam ampullae quàm urcei non tantùm ex plumbo, ut Feſtus ait, ſed & ex ligno, & omni metallo, praecipue verò ex opere figulino. Verùm de ampulla non video quomodo ea vas juge aut perenne poſſit appellari, uti urceus iſte coeleſtis, qui cum ſemper aquam effundat, nunquam tamen evacuatur. Ab urcei igitur ſimilitudine ſpecum & montem iſtum κάλπην appellarunt. Quod ſi cui mirum videatur, ſciat is & alterum locum in Bithynia, qui *portus Calpes* adpellatur, à ſimili ratione eſſe denominatum. Situm ejus deſcribit Arrianus in

*Periplo*,

*Periplo*, ſed multo fuſius & elegantius Xenophon lib. VI. Ἀναβάσεως ſingulas amoenitates ejus perſequitur. Quidquid verò ibi de Calpe Aſiatica dicit, haec ipſa quoque de Hiſpanica Calpe dici posſunt. Nam primò quod portum & appulſum navium attinet, illum praeſtat ſecurisſimum & optimum ſinus ille, quem Calpe mons admittit, cùm nulli, niſi Africo vento pateat, adeò ut portus potiùs quam *ſinus* appellandus videatur. Jam verò montis in mare declivitas, fontium & fluminum perennes lapſus, arborum ſilvarumque perpetua viriditas, copia vini, totius denique loci theatralis plane ſpecies, haec omnia hîc quoque occurrunt. Altitudo verò diſpar, major quippe Calpe. Is enim conſpicuus eſt in mari mediterraneo littus Mauritanum legentibus, à ſexaginta leucis Hiſpanicis. Hinc eſt quòd eminus cernentibus columnae inſtar appareat, cùm excelſus ſit admodum, & tamen adeò anguſtus, ut quâ maxime latus eſt, minus mille pasſibus diſtendatur; quâ verò minimam habet latitudinem, non totis quingentis pateat pasſibus. Haec ex nautarum conſtant diariis, quae confirmat Strabo lib. III. Κάλπη ὄρος τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα καὶ ὄρθιον, ὥστε πόῤῥωθεν στηλοειδὲς φαίνεσθαι. Vulgò legitur νησοειδὲς, nullo prorſus ſenſu. A ſimilitudine itaque vaſis nomen traxisſe duos iſtos ſinus ſive portus, mirum videri non debet, cum & alii quoque portus à poculis nomen acceperint, ut Ῥύτιον, Κελέβη, Φιάλων, & Κρατῆρες. Attamen ſi vocabula iſta κελέβη, κάλπη & κόλπος ab eadem ſint origine, idemque in primitiva ſignificatione denotarint, jam non opus erit, ut à poculis ſimilitudo ſumatur. Neque magis mirandum, quod κάλπη priùs *ſinum*, deinde verò *urceum* ſignificarit, quàm quòd Latini ſinus appellationem ſimiliter ad vaſis quoddam genus transtulerint. Ex Virgilio & aliis notum quid ſit *ſinus*, ac prorſus idem videtur fuiſſe quod κελέβη. Uſus quoque vocabulo Lucanus lib. IX.

*Utque ſolet pariter totis ſe effundere ſinis*
*Corycii preſſura croci.*

Male vulgò *ſignis*, quod fruſtra interpretati ſunt viri magni.

l. 77. *Tranſvecti ex Africa Phoenices*] Pro *Phoenices*, *Poeni* legendum cenſet Pintianus; Salmaſius verò hoc vocabulum aufert, & negat Tingitanos fuiſſe Phoenices. Mirum non recordatum eſſe loci iſtius notisſimi apud Procopium in *Vandalicis*, ubi Tingitani ipſi ſe Phoenices eſſe te-

ſtantur, & fugiſſe è Phoenicia pulſos à Joſua latrone. Sed profectò etiam absque illo, quis neſcit totum littus Africae à Syrtibus uſque ad fretum Herculeum, & ultra, Phoenices tenuiſſe? Erravit quoque Pintianus, ſed cum aliqua ratione. Phoenices enim iſti, qui Africam inhabitarunt, ubique Poeni à Romanis appellantur; rariſſimè verò, aut nunquam, Phoenices. Sed nemo eſt qui ignoret eoſdem eſſe, & Poenos ſemper à Graecis Φοίνικας appellari. Mela verò maluit hîc Graeco more loqui, quam Romano. Itaque cum exoſum eſſet Romanis Poenorum nomen, *Phoenicem* ſe appellavit potius, quam *Poenum*.

l. 78. *Atqui unde nos ſumus Tingentera*] Sic plurimi codices, unde Caſaubonus faciebat *Tingi contraria*, Salmaſius *Tingi altera*. Quae lectio magnam quidem habet ſpeciem, attamen vera non eſt. Nam quod dicit id accipiendum uti *altera Pergama* apud Virgilium, in eo fugit illum ratio. Nam quis hîc non agnoſcat tralativum loquendi genus à ſimilitudine rei deſumtum? Itaque ſi quis Narbonenſem provinciam vocet alteram Italiam, aut Naxum inſulam alteram appellet Siciliam, aut denique antiquam Maſſiliam alteras dixerit Athenas, is recte & proprie loquetur, propterea quòd hîc ſit ſimilitudo rei non nominis. At verò ſi nominis tantùm ſit convenientia, uti ſi quis Carthaginem novam, alteram Carthaginem; aut Athenas in Libya, alteras Athenas, aut has vel iſtas Thebas, alteras abſolutè Thebas vocarit, is non tantùm ineleganter, ſed neque ûſitato more loquetur. In homonymis talis metaphora locum non habet. Alterum quod adfert exemplum id fictitium eſt. Nemo Salamina in Cypro alteram vocavit Salamina. Videamus itaque an aliud lateat vocabulum. Codex Britannicus, cujus uſuram debeo avunculo Junio, legit hoc loco *Tingetanam*. Optimus noſter *Tingenteria*. Dico ſcribendum eſſe *Tinge Cetraria*. Julia Joza, Julia Traducta, & Tingi Cetraria, unius oppidi ſunt cognomina. *Traductam Cetrariam* vocat Geographus Ravennas, cujus aliquoties fecimus mentionem; *Salduba*, *Maliana*, *Carteia*, *Transducta Cetraria*, *Mellaria*, *Belon*. Paulò pòſt relegens oras Hiſpaniae ſimiliter *Transductam Cetrariam* vocat. *Juliam Jozam* idem eſſe Poenicè quod *Traducta* Latinis optime oſtendit hominum quotquot vivunt doctiſſimus Bochartus. *Cetrariae* nomen eſſe à *cetris* nemo non videat. Apud Ptolemaeum latet ulcus in nomine Tingis huic oppoſitae. Nam quo apud ipſum legitur loco Τίγγις ἡ καὶ Καισάρεια, vel uti habent manu exarati

exarati libri, Τίγγις Καισάρεια; omnino ſcribendum eſt Τίγγις Καιτραρία. Si Tingi iſta unquam dicta fuiſſet Caeſarea, jam & Tingitana quoque provincia Caeſarienſis dicta fuisſet, ac proinde duae fuisſent Mauritaniae Caeſarienſes, quod abſurdum exiſtimare. Sed ut diximus à *cetris* vel *caetris* dicta eſt Καιτραρία. Graeci enim vocabulum hoc cum diphthongo exprimunt. Heſychius: Καίτραι. ὅπλα Ἰβηρικά. Erravit autem Ptolemaeus, quòd Tingin Cetrariam cum Tingi metropoli confuderit, ac proinde in Africa locarit, cum in oppoſita freti ora collocanda fuisſet. Huic ſimillimus eſt error Plinii, qui *Tingin Traductam* eandem esſe credidit, atque *Tingis metropolis*: plane ac ſi *Cetraria* & *Traducta* non coloniae in Baetica, ſed cognomina Tingis in Mauritania fuisſent. Porrò quod de hoc oppido dicit Plinius, *Tingi, quondam ab Antaeo conditum, poſtea à Claudio Caeſare, cùm coloniam faceret, appellatum Traducta Julia*, id minime verum esſe poteſt. Nam ſi à Claudio deducta, quare *Julia* appellatur, quomodo ejus meminisſe potuit Strabo, quomodo Mela in ea naſci, qui ſub Claudio floruit? Liber noſter manu exaratus legit, *poſtea à centum quinquaginta millia Caeſare*. Nempe pro *Cl. Caeſare* legendum eſt, *C. I. Caeſare*. Paſſim in inſcriptionibus nomen *Caji Julii Caeſaris* tribus iſtis literis C. J. C. continetur. A Caeſare itaque Julio deducta eſt haec colonia, qui quoniam eam adſignavit Caetratis ulterioris Hiſpaniae cohortibus, quarum ipſe meminit lib. 1. *Civilium*, cognominata eſt *Caetraria*. Caetrarienſis igitur fuit Mela natione, genere verò Poenus.

l. 79. *Tum Mellaria & Belo & Beſippo*] Nempe extra ſinum Calpetanum. In ipſo ſinu ſita erat Carteja & Cetraria. Itaque non poteſt Mellaria esſe Algezira, quemadmodum vulgò exiſtimant, nempe quia fluvius praeterfluit, quem Rivum mellis, ſive *Rio de miel* appellant. Verùm toto illo tractu proſtant mella. Geographus Nubienſis ideo hoc flumen *melleum* dicit vocari, quòd hauſtus ejus ſint dulces. Algezira omnino eſt veterum Carteja, niſi quod haec amplior fuerit & propius mare contigerit. Verum hoc esſe ipſa diſtantia docet. Sed mirum cur Algeziram vocarint Arabes, cùm tamen ea, neque inſula, neque peninſula ſit. Exiſtimo Arabes, qui cum Comite Juliano in Calpen montem transfretarunt, montem ipſum, qui revera eſt peninſula, ac anguſta cervice continenti annectitur, ſic appellasſe. Poſtea verò translatum hoc Inſulae viridis nomen in Cartejam, quae tamen duabus leucis Hiſpanicis abeſt à Cal-

 pe,

pe. Itaque oppidum *Gibraltar*, ſive *Gibeltarie* ſic potius appellari debuerat. Verùm is locus eſt recens, & ſerò ab Arabibus exſtructus. In ipſo enim Calpe nullum olim fuit oppidum. Sed uti veteres à vicinitate Calpes, ipſam quoque Cartejam nonnunquam *Calpen* nominarunt; ita quoque Arabes hanc eandem civitatem peninſulam viridem appellarunt, à vicinitate viridis hujus peninſulae. Duo porro hoc tempore ſunt Algezirae, (Hiſpani vocant *las Algeziras*) ſibi invicem contiguae. Sed altera eſt recens, ac demum ab Alphonſo rege pulſis Mauris aedificata. Plurimae illic etiamnum ruinae, ac turris exſtat, quam *Torre de Carthagena* (nomine manifeſtè corrupto ex Carteja) nuncupant. Verùm is una tantum leuca diſtare dicitur à Calpe. Quod autem Mellariam attinet, illa ſita fuit ſtatim extra ſinum Calpetanum, quem vulgò ſinum Gibraltar vocant, in loco ubi etiamnum commoda ſatis navibus eſt ſtatio. *Belo* hodie eſt *Tariſa*; *Beſippo* autem *Puerto Beges*. Flumen verò huic vicinum *Beſipus* dicebatur, qui idem videtur eſſe atque *Belo* fluvius. Meminit hujus Avienus in *Ora maritima*, licet apud eum *Beſilus* perperam legatur pro *Beſipus*, uti quoque apud Ptolemaeum male Βαιλών pro Βέλων. Aliud quoque oppidum *Beſippo* nominatum recenſet in mediterraneis Ptolemaeus, verùm cum diphthongo Βαισίππω.

l. 80. *Junonis promuntorium oram freti occupat*] Et promuntorium & templum hîc recenſent Ptolemaeus & alii. Apud Marcianum perperam ſcribitur, *τὸ ἀκρωτήριον ἐν ᾧ ὁ πορθμὸς, καὶ ὁ ναὸς τῆς* Ἥρας, tanquam ſi fretum Herculeum ſitum eſſet in hoc promuntorio. Verùm aliud habet Ptolemaeus, unde haec deſumſit; *τὸ ἀκρωτήριον, ἀφ᾽ οὗ ὁ πορθμὸς, ἐν ᾧ ναὸς* Ἥρας. Ita male accepit verba Ptolemaei, tanquam ſi *ναὸς* Ἥρας referendum eſſet ad *πορθμόν*. Verum dicit Ptolemaeus; Ab eo promuntorio, in quo ſitum eſt templum Junonis, incipere fretum Herculeum. Hoc porrò promuntorium non tantum vicinum eſt, ſed etiam tangit Beſipponem, nominaturque vulgo *Cabo de Trafalgar*, corrupte ut puto pro *travalcar*. Italis enim & ſuperioribus Hiſpanis *valicare* & *valcare*, idem eſt quod *varcare*. Omnino itaque promuntorium hoc ex eo nomen accepit, quod illic breviſſimus & commodiſſimus eſſet trajectus in Africam. De hoc quoque intelligenda verba Varronis apud Nonium, ubi narrat Poenos pro palangis Romanos carinis ſubjeciſſe.

IS

# IN CAP. VII.

## DE INSULIS MARIS INTERNI.

l. 1. *Gades inſula, quae egreſſis fretum obvia eſt*] Intempeſtiva hîc Gadium mentio videri poſſit, quod tamen non eſt; dicit enim illam non accenſendam inſulis maris mediterranei; itaque tum de ea dicturum, cùm Oceani inſulas deſcribit.

l. 8. *Sole ſiccata & in pulverem uſque contuſa*] *Pollinem* non *pulverem* habent veteres libri, quod reduximus. Hoc ipſum verò, quod hîc Mela de inſulis Maeoticis, Herodotus de familiis quibusdam Babyloniorum prodit; nempe illos ex piſcibus ſole arefactis, & piſtis deinde, panem & polentam conficere. Verum longè aliam vim in arenis Babylonicis ſol exercet, atque inſulis Maeotidis. Vento & frigori longè majorem exſiccandi vim ineſſe apud Septentrionales, quàm ſoli apud Perſas, nemo puto dubitabit, niſi qui neſciat maximam partem borealium gentium non alio veſci pane, quàm qui ex piſcibus arefactis ſit compoſitus.

l. 12. *Non longe accolitur Aria*] Ita repoſuit Hermolaus Barbarus, cùm prius legeretur *non longe Acoliſaria*, quemadmodum omnes etiam quotquot vidi manu exarati codices. Legendum, *non longe à Colchis Aria.* Stephanus: Ἄρειος νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ, Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τοῖν δυοῖν παρηγμένον. Quaſi verò ἐθνικὸν Ἄρειος, non ſit potiùs ab Ἄρεια. Verum neſcivit Stephanus, ita quoque appellatam fuiſſe hanc inſulam. Poſſit & legi nullius literae immutatione, *non longe à Colis Aria.* Nam & *Coli* in hoc tractu, quorum regio Κωλική, cujus jam ſuperiùs meminit Mela. Nec eſt quod quisquam exiſtimet *Colis* hîc locum non eſſe, quòd ii longius abſint ſeptentrionem verſus, cùm & Plinius hoc loco Colicam recenſeat lib. VI. cap. 5. *Subjicitur Ponti regio Colica, in qua juga Caucaſi ad Riphaeos montes torquentur.* Et hîc pro *Colica* repoſuerunt *Colchicam regionem*, contra fidem veterum exemplarium. Si verum eſt Colos inhabitaſſe τὴν ὑπώρειαν τοῦ Καυκάσου uti ait Hecataeus apud Stephanum, & Caucaſi extrema juga dicta ſint Κωλικὰ ὄρη, jam rectè dixerit Mela *Ariam eſſe Colis vicinam*, cùm montes huic inſulae oppoſiti, Caucaſi ſint appendices. Porrò hanc *Ariam*, Apollonius & Arrianus

in *Periplo* Ἀρητιάδα vocant. Plinio eſt *Chalceritis*. Puto ab avibus quas χαλκήρεις, σιδεροπτέρους & σιδηρόνυχας fabulati ſunt, χαλκηρῖτιν cognominatam fuiſſe.

l. 29. *Suo ſuorumque regno Macar occupaverat* ] Ὁ Μάκαρ & ὁ Μακαρεὺς utroque modo appellatur à Mythologis. Hanc hiſtoriam fuſe narrat Diodorus Siculus lib. v. qui ſimiliter duplicem nominis adfert cauſam, ac has ipſas quinque inſulas commemorat, quae *beatae* fuerint dictae. Sed ſane multo olim plures fuerunt, ſic cognominatae. Nam ut de inſulis Oceani taceam, quas nemo ignorat fuiſſe complures, etiam Creta, Cyprus, Leuce, multa denique in continente ſita loca *inſularum felicium* nomen conſecutae ſunt.


l. 33. *Cirava*, *Mitylene* ] In libris quibuſdam recentioribus ſcriptum eſt, *Methymna*, *Mitylene*. Sed hoc proculdubio eſt à librariis, cùm libri antiquiores legant *Cirava*. Vetus niſi fallor lectio fuit *Ariſua* pro *Ariſba*. Saepe monuimus Melam antiquiores ſequi Graecos. Jam verò, antequam Methymna esſet, Ariſbe fuit. Strabo: Ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβη, ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μεθυμναῖοι. Oppidum hoc motu terrae intercidiſſe teſtatur Plinius. Ex Ariſba verò & Antiſſa conflata poſtmodum eſt Methymna. Pro *Mitylene* verò libri meliores habent *Mytilene*. Probum hoc eſt, licet viri eruditi jubeant contrarium. Utrumque dixere veteres *Mytilene* & *Mitylene*. Sed prius illud longe rectius, alterum verò inter barbariſmi ſpecies refert Stephanus Grammaticus Byzantius in *commentariis ad Dionyſium Thracem*, & Μυτιληναῖον dici jubet, addens rationem, ἀπὸ γὰρ τοῦ Μύτωνος τοῦ κτίστου Μυτιλήνη καλεῖται. Confirmant hanc ſcripturam nummi veteres, è quibus potiſſimum orthographiae ratio eſt petenda.

l. 43. *Novem regna* ] Plinius Cyprum novem quondam regnorum ſedem fuiſſe ſcribit, Melam proculdubio in hoc quoque ſecutus. Quomodo hoc intelligendum ſit, apparet ex Strabone, qui ſingulas urbes ſingulis olim tyrannis paruiſſe tradit lib. xiv.

l. 47. *Arados etiam in Phoenice eſt parva, & quantum patet tota oppidum*) Plinius non Aradum, ſed Pariam inſulam ante Joppen ſitam, ſcribit totam eſſe oppidum. Verba ejus lib. v. cap. 31. haec ſunt: *In Phoenicio deinde mari eſt ante Joppen Paria, tota oppidum, in qua objectam belluae Andromedam ferunt: & jam dicta Arados, inter quam & continentem, quinquaginta cubita alto mari (ut autor eſt Mucianus) è fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, usque à vado*

*trahi-*

*trahitur*. Sed profectò nulla ad Joppen eſt inſula, neque unquam fuit. Series quaedam ſcopulorum ab africo aquilonem verſus procurrens litori Joppenſi praetenditur, verùm illi ſaepe mari obruuntur, & tales ſunt, ut etiam hodie appareat nunquam cultos aut habitatos fuisſe. De iſtis tamen ſcopulis loqui Plinium certum eſt; in iis quippe oſtendebantur olim catenarum Andromedae veſtigia, ut teſtatur Joſephus *de bello Judaico* lib. III. cap. 15. Releganda eſt itaque *Paria* iſta Pliniana ad inſulas quae nunquam fuerunt. In vitioſum Pomponii codicem incidit, in quo ita haec verba conciperentur; *Arados etiam in Phoenice, & Paria, quantum patet tota oppidum*. Quia verò nullam in mari Phoenicio praeter Aradum inſulam legerat, ideo *Pariam* interpretatus eſt inſulam, ſeu veriùs ſcopulum iſtum Joppenum, cui alligatam fuisſe Andromedam intellexerat. Sed & tum quoque errasſe videtur, cùm ducentis tantum pasſibus inſulam hanc à continente diſtare dicit, & cùm ſeptem ſtadiorum oppidum vocat Antaradum, ubi manifeſte Antaradum cum Arado confundit. Coriaceum verò tubum, quo aquam dulcem è fundo maris hauriebant Aradii, cujuſque hîc tantum mentionem facit Plinius, illum fuſiùs aliquanto deſcribit Strabo lib. XVII. Talis autem erat, niſi fallor. E ſcapha aquaria D E dimittebatur tubus coriaceus A B, cui appenſus erat clibanus plumbeus B C, habens os ad C amplum, per quod aquae influebant. Anguſtum verò os ad B, cui



adaptabatur tubus coriaceus. Demiſſo itaque tubo, cum appenſo pondere, aqua aſcendebat uſque ad ſuperficiem aquae D E. Aperto dehinc canali ad F paulo infra libramentum maris, neceſſariò aqua effluebat, primò quidem ſalſa, deinceps verò dulcis. In ſinu Perſico, nam & illic dulcium aquarum fontes ſub fundo maris, Arabes alio modo aquam illam hauriunt, coriis nempe, quae poſtquam fundum attigerunt, ſacculi inſtar conſtringuntur. Verùm illorum modum alio explicabimus loco.

l. 49. *Quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet*] Paedagogicum eſt commentum eorum, qui hîc legunt *ſubter* pro *ſuper*. Sed neque capio quid viri docti voluerunt, cùm haec ex Strabone interpretantur, & verba illa Melae, *Aradi licuiſſe ſuper aliena tecta ſedem ponere*, nihil aliud ſignificare dicunt, niſi quòd exteris illuc confugientibus licitum fuerit, tutiſſimè in alieno ſolo vivere. Plana ſunt verba Pomponii, & omnino verum eſt Aradi licitum fuiſſe ſuper tecta aedificàre. Hoc illud ipſum eſt quod dicit Strabo, Aradum fuiſſe adeo hominibus refertam, ut domos πολυορόφους, id eſt, *multis tectis* & *contignationibus adſurgentes* habuerit. Quomodo hoc fieri potuerit non intelligent, qui obliqua tantùm norunt tecta, & domos in acutum exeuntes angulum. Verùm quis adeò in rebus peregrinus, qui neſciat pleraque Syriae, Aegypti, & fere totius orientis & meridiei aedificia in planum deſinere? Huc accedit & alia praecipua ratio, quae non permittit, ut aliter fieri potuerit. Sita fuit Aradus in ſaxo ſive ſcopulo modico admodum, quippe cujus ambitus ſeptem tantùm ſit ſtadiorum. Cùm verò ſaxum id ſit declive, neceſſariò ſequitur, ut alia domus alia ſuperior fuerit, ac ubi tectum inferius deſineret, ibi altera demum domus inciperet. Ac ſic quidem intelligi poſſit, Aràdi licitum fuiſſe ſupra aliena tecta aedificare. Verùm illo poſito, nihil tamen efficimus. Qui enim non ſunt prorſus Geometriae ignari, facilè poſſunt colligere, in convexa ſuperficie montis non poſſe plures domos conſiſtere, quàm in plano, cui mons inſiſtit. Hoc praeterea pacto domus non erunt proprie πολυόροφοι. Ut igitur in tam puſillo ſpatio, tanta hominum multitudo divertere potuerit, neceſſarium eſt ut credamus, Aradi iis, quorum altior eſſet habitatio, licuiſſe in ſubjecta tecta aedificium ſuum producere, & ea vel integra, vel aliquouſque occupare. Ita in immenſam altitudinem & innumeras contignationes aedes Aradiorum potuerunt excreſcere, citra tamen ullum ruinae peri-

periculum; praecipua quippe moles & fere tota, non fornicibus aliiſque fulcris, ſed ſcopulo, in quo ſita erat urbs, incumbebat.

l. 50. *Parva & Canopus*] Non errat Mela quòd Canopum quoque inſulam faciat. Idem fecit Stephanus, & ex eo Euſtathius *ad Dionyſium.* Hodie etiamnum nota eſt nautis, quibus tutam ſatis praebet ſtationem. Sita verò eſt in ſinu dicto Madi, inter promuntorium Becur & Roſettam oppidum.

l. 53. *Pharos Alexandriae nunc ponte conjungitur*] Pomponii tempore Pharus non jam amplius ponte, ſed mole continua Alexandriae jungebatur, idque impenſis Cleopatrae. Fallitur vir magnus *ad Euſebium,* cum negat id Cleopatram feciſſe, & Soſtrato Cnidio tribuit. Ita ſeſe res habet. Pharus priùs octo ſtadiorum intervallo ab Alexandria aberat. Sed inſula haec, ut inquit Caeſar III. *de bello Civili,* à ſuperioribus Aegypti Regibus, nempe Ptolemaeis, *in longitudinem paſſuum* DCCCC *in mare jactis molibus, anguſto itinere, & ponte cum oppido conjungitur.* Strabo, & Joſephus, ubi agit de LXX. interpretibus, vocant ἑπταστάδιον χῶμα. Verùm moles iſta non continua, ſed interrupta erat duobus pontibus, quorum unus vicinus erat turri Phariae, qui etiamnum exſtat, alter verò propior urbi, & fortior, ut ait Hirtius *de bello Alexandrino.* Per hunc praecipuè egreſſus erat in Eunoſti portum, qui eſt is, quo Turcae privatim utuntur, quemque Chriſtianis ingredi non licet. Caeſar autem fornicem, quo pons iſte ſuſtinebatur, quique etiam erat àquae ductus Pharitis, lapidibus juſſit oppleri, ne Alexandrinis ex uno in alterum portum aditus pateret. Cleopatra verò fuit quae opus abſolvit & iſthmum perduxit, ſi fidendum non Tzetzae tantum & Cedreno, ſed & Ammiano Marcellino, & auctori Faſtorum Siculorum. Verùm illi omnia miſcent, & uni Cleopatrae tribuunt, quae Soſtrato Cnidio, quae Philadelpho & aliis Ptolemaeis, erant tribuenda. Ineptè praeterea fretum iſtud faciunt quatuor paſſuum millium, & Dexiphanem, Dexiphanis filium; & illum aequalem Cleopatrae. Unum quod Cleopatra fecit, eſt quòd ἑπταστάδιον χῶμα urbi conjunxit ponte everſo. Turrim verò Phariam eſſe Philadelphi juſſu exſtructam à Soſtrato Cnidio, vel ipſa inſcriptio luculenter docere poſſit. Inepti ſunt itaque qui vel Cleopatrae, vel Alexandro Magno opus hoc tribuunt, uti faciunt Arabes, & vetus Scholiaſtes *in Lucianum* necdum editus. Verùm rectè is vaſtam

hujus turris molem deſcribit, ambitum ei tribuens parem Pyramidibus, altitudinem verò tantam, ut à centum passuum millibus ſit conſpicua. Ait enim quòd ſit *τετράγωνος, σταδιαῖος τὴν πλευρὰν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνέχων, ὡς ἀπὸ ρ΄ ὁρᾶσθαι μιλίων.* Hoc ipſum adfirmat Geographus Nubienſis, qui à curſus diſtantia ignes Phari percipi adfirmat, curſum vocans intervallum centum millium paſſuum. Altitudinem verò Phari idem eſſe docet trecentorum cubitorum. Ridiculum poſſit videri id quod in quorundam legitur itinerariis, tantam molem inſiſtere quatuor cancris vitreis. Utrùm hoc verum ſit, nec ne, exploratu difficile eſt, quia Turcae inferiores Phari partes & angulos praeſertim, munimentis ſuis obruerint, nec Chriſtianis aditus illuc pateat. Interim hoc non eſſe recens commentum, colligo ex fragmento vetuſti auctoris de miraculis mundi, quod penes me exſtat, cujus haec ſunt verba. *Secundum miraculum eſt Pharus Alexandrina ſuper quatuor cancros vitreos per paſſus viginti ſub mari fundata. Hoc namque mirum quomodo tam magni cancri fieri poſſent, vel quomodo deportari & non frangi valerent: qualiter fundamenta ſuperhaerere potuerint; & quomodo ſub aqua caementum ſtare valeat, & quare cancri non frangantur, & quare non lubricant deſuper jacta fundamenta. Hanc Pharum Soſtratus Cnidius conſtruxit in Alexandria.* Puto Soſtratum ornatus gratia ad baſin Phari, proxime ſuperficiem maris, cancros iſtos addidisſe, tanquam ſi iis tota moles niteretur. Pari ratione architecti obeliſcis & aliis molibus, aut teſtudines, aut ſphingas, aut leones ſubjiciunt, tanquam ſi his totum pondus incumberet, quod tamen ſuper propriam baſim eſt libratum. Vitreos autem fuisſe cancros iſtos impoſſible eſt, ſed proculdubio ex durisſimo aliquo lapide Aethiopico, qualis eſt Obſidianus, quem vitri generibus annumeratum fuisſe teſtatur Plinius, exſecti fuere. Forſan etiam ex marmore Memphitico, quod & ipſum eſt gemmantis naturae. Atque haec quidem omnia unius Soſtrati fuere opera. Verùm etiam antequam haec tam vaſta moles exſtrueretur, puto Pharum navibus praeluxisſe. Quin Graecum ſit vocabulum nullus dubito, ut enim à *φαίνω* eſt *φανὸς* & deinde *φανερὸς*, ſic quoque à *φάω* & *φάος* eſt *φαερὸς*, & hinc *φάρος* translato accentu in priorem ſyllabam, ut ſemper fit, cùm ex adjectivis fiunt ſubſtantiva. Ab hac autem Pharo, caeterarum quoque eſt nomen, quarum eadem fuit ubique forma, ut teſtatur Herodianus, niſi quòd longe fuerint minores. Aegyptiacae duas alias ſubjungit Pharos in

Italia

Italia Plinius, Puteolanam & Ravennatem. Sed Puteolanae nulla hodie ſuperſunt veſtigia, & revera nulla unquam fuit. Locus Plinii exſtat lib. XXXVI. cap. 12. ita verò concipitur in vetuſtisſimis noſtris membranis. *Uſus ejus nocturno navium curſu ignes oſtendere, ad praenuntianda vada portusque introitum: quales jam compluribus locis flagrant, ficu eo ſitae ac Ravennae.* Scribendum; *ſicut Oſtiae ac Ravennae.* Sequentia autem Plinii verba rectè in veteribus membranis concipiuntur, quamvis ea non intellexerint viri docti: *Periculum in continatione ignium ne ſidus exiſtimetur, quoniam è longinquo ſimilis flammarum adſpectus eſt. Continatio* hîc eſt συνοχὴ ſive coarctatio & in anguſtum contractio, ac fere quod corrivatio, quemadmodum in antiquis quibusdam libris repoſuerunt pro interpretamento, non intellecto altero vocabulo, quo tamen uſus eſt ipſe quoque Plinius in hac ſignificatione, cùm alibi, tum quoque lib. IV. cap. 4. *Anguſta cervice Peloponneſum continat Hellas.* Malè enim & illic repoſuerunt *contingat.* Verum eſt autem, quod hîc dicit. Ignes enim illi qui in Pharis diſponuntur, quandocunque ex ingenti cernuntur intervallo, coire & corrivari videntur, ac ſtellae inſtar apparent. Hoc ſaepe incautis & ignaris impoſuit nautis, qui ita coarctatam Phari lucem conſpicati, ac Canopum aliamve ſtellam rati, in arenas Marmaricae curſum ſuum direxerunt. Papinius Statius videtur Lunae comparare iſtas nocturnas flammas:

*Lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae.*

Sed hoc tantùm verum eſt, ſi è propinquo videatur. Tum enim vix ulla aliquando differentia apparet inter lunam & alterum iſtud lumen. Memini aliquando virum magnum, cùm leuca una à Pariſiorum abesſet urbe, ac lunam repentè ſupra tecta domorum magna ſui parte emicantem conſpicaretur, ſubitò tanquam ad magnum incendium exclamasſe, nec errorem ſuum priùs agnoviſſe, quàm illa toto orbe ſe videndam praebuisſet. Ex ſimili errore factum fuisſe putabat olim proverbium Μήνη ἀντὶ πυρσοῦ ab imperitis nautis deſumtum, qui lunam pro face accepisſent. Hujus contrarium eſſe credebat apud Pſellum in *tractatu de Energia daemonum*, haud procul à fine; ἕως τοῦδε κατειχόμην γοητευθεὶς καὶ μοὶ σῶος ὄλεθρος ἦν ἄν, εἰ μὴ σύ μοι τῆς ἀληθοῦς ἐξηγήσω τρίβου, καθάπερ πυρσὸς ἐπὶ θαλαττίας ἀντὶ μήνης ἀναφανείς. ubi vulgò legitur αὐτομήνης. Sed profectò ſcripſit Pſellus

σκοτο-

σκοτομήνης. Θαλαττία σκοτομήνη eſt mare tenebroſum & illune. Quia autem tam benignum navigantibus Dianae ſidus, ideo etiam Pharos tanquam Dianae vicarias, eidem deae conſecrarunt. Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Promuntorium Ceras praelucentem navibus vehens conſtructam celſius turrem, quapropter* ΕΛΑΤΑΣ *appellatur*, & *vetus inde ſuetus Oripi praegelidus.* Omnino legendum eſt ΕΚΑΤΑΣ. Sequentia optimè ſic emendavit Lucas Holſtenius, & *ventus inde ſuetus oriri praegelidus.* Cauſam quare Hecatae id promuntorium dedicarunt, prodit Stephanus in voce Βόσπορος. Ὅτι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος· διορύξαντος κατὰ τὴν πολιορκίαν εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν ἀφανῶς οἱ ὀρύττοντες ἔμελλον τοῦ ὀρύγματος ἀναδῦναι, καὶ Ἑκάτη φωσφόρος οὖσα, δᾷδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυγόντες, φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασαν. In eodem promuntorio fuit quoque Dianae Luciferae templum, de quo vide Gillium in *Boſporo Thracio.* Verùm redeamus ad Aegyptiam Pharum, à qua nimium divertimus.

I. 56. *Curſu diei totius abducta* ] Mirum eſt veteres quosdam tam religioſos fuiſse Homeri cultores, ut maluerint rerum naturam & ſitum regionum ad ejus poëſin componere, quàm ipſum erroris arguere, aut ſaltem poëmata ejus ad rei veritatem exigere. Nempe quod Tuſcis eſt Dantes, id illis fuit Homerus. Nulla erat ſcientia, quam ex Homero ſolo non exiſtimarent esſe petendam, ne medicina quidem excepta ac chirurgica. Quia Homerus ſcripſit Pharum navigatione diei abesſe ab Aegypto, ideo ſcilicet mutandus fuit Aegypti ſitus naturalis; nullo aliunde petito argumento, quàm ex aggeſtione limi: verùm hoc inſigniter confutavit Bochartus, quem vide. Mihi valde probabilis videtur opinio Eratoſthenis, dicentis Homero ignota fuiſse Nili oſtia. Explodit hanc tamen Strabo, non ſequi inquiens, ut ignota fuerint, quia non meminit; nam neque patriae meminisſe. Verùm, ut puto, non bene asſecutus eſt Eratoſthenis mentem Strabo. Eratoſthenes ideo dixit Homerum ignorasſe oſtia Nili, non quia eorum nullam facit mentionem, ſed quia Pharum à Nilo diei navigatione abeſſe tradidit. Hoc ut intelligatur ſciendum eſt, Nilum ab Homero vocari Aegyptum, quod omnes norunt. Cùm ergo dicit Pharum ab Aegypto ſive Nilo diei navigatione esſe remotam, manifeſtè intelligit Peluſiacum Nili oſtium. Tantum enim circiter ſpatium uno die percurrere poteſt navis vento ſtridente, uti ait Homerus, impulſa. Si ergo per Aegyptum intellexit remo-

remotisſimum à Pharo oſtium, clarum eſt eum ignoraſſe caetera Nili oſtia.

l. 63. *Contra minoris promuntoria Meninx & Cercina*] *Euteleti* inſulae, ſic enim habent libri plerique manu exarati, nemo quod ſciam meminit. *Meningis* verò & *Cercinnae* nemo fere non meminit. Rectè autem Mela duas has inſulas collocat contra promuntoria minoris Syrtis, male verò Ptolemaeus Meningem ſive Lotophagitin collocat in intimo Syrtis receſſu. Herodoto haec inſula eſt Κύραυις. Apparet hoc ex menſura longitudinis, & latitudinis, quam huic tribuit, ducenta nempe ſtadia, quae conveniunt cum xxv. paſſuum millibus, quantam eſſe longitudinem tradit quoque Plinius. Verùm is non recte Cercinnae ſolae hanc tribuit menſuram, Cercinnitide ſeparata; Cercinna quippe & Cercinnitis junctae hanc efficiunt longitudinem. Unam enim quodammodo faciebant inſulam, quia ponte jungebantur. Hodie Cercinnitidem vocant *Querqueni*, vel *Chercheni*, ipſam verò Cercinam, *Gameleriam*. Fretum verò quod utrasque interfluit quinque paſſuum millibus patere ſcribunt Itali. Verùm noſtri nautae, quibus non minùs comperta ſunt haec maria quàm Italis, foſſam eſſe potiùs quàm fretum affirmant, quae etiam nunc ponte jungi poſſet, ſi induſtria accederet. Apparet itaque neque hic naturam quidquam innovaſſe. In Herodoto autem nihil mutandum eſſe patet ex Stephano, Κυραυὶς νῆσος κατὰ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ. Diodorus Siculus & Palaephatus hanc inſulam confundunt cum Cerne in Atlantico ſita Oceano. Error natus ex Hamonis *Periplo*, illic enim Cerne inſula collocatur κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος, quod illi ſic interpretati ſunt, tanquam ſi Cerne rectà appoſita eſſet Carthagini. Sed aliud patet ex ipſo Hannone, dicit is tantundem inſulam hanc à freto diſtare, quantum fretum à Carthagine. Κατ' εὐθὺ Graeci dicunt de locis in eodem ſitis parallelo. Sed tum foedè hallucinatus fuiſſet Hanno, vicinaque admodum freto eſſet Cerne. Quapropter puto interpretem non rectè ex Punico haec reddidiſſe. Utcunque enim Hanno non accuratè eum quem exiſtimavit curſum tenuerit; ſatis tamen ex ipſius verbis colligi poteſt, non adeò erraſſe, ut Aethiopas & Carthaginenſes collocarit ſub eodem parallelo. Ptolemaeus medium ferire voluit, & ex adverſo Atlantis majoris poſuit Cernen. Verùm hoc eſt geminare errorem, ſic enim neque in eodem parallelo ſitae erunt Carthago & Cerne, neque eadem erit diſtantia à freto Herculeo. Caeterùm Hannonis iter inferiùs interpretabimur,

nunc

nunc hoc ſaltem operae pretium eſt monere, verba illius ita malè à quibusdam esſe accepta, ut vicinam Carthagini inſulam, nempe *Cercinnam* pro *Cerna* acceperint. Vide loca Palaephati & Diodori Siculi, & fateberis nihil certius esſe, quàm nugas illas, quas de Gorgonibus ſive Gorgidibus, item de Amazonibus Libysſis ſcribunt, ex hoc uno Hannonis loco promanasſe, & ex mera confuſione nominum *Cernes* & *Cercinnae*.

l. 64. *Contra Carthaginis ſinum Tarichiae* ] Sic Scylax & Strabo. In Antonini *Itinerario maritimo* perperam *Tragreia* vel *Triajeia* appellatur.

l. 65. *Aegates* ] *Aegates* iſtae inſulae ab omnibus vocantur. Sic quoque habent libri manu exarati Nonii Marcelli, non *Aegades*, uti volebat Cluverius, quia Graecum non ſit alterum, ſed verò Αἰγάδας dictas esſe, quemadmodum Σποράδες & Κυκλάδες dicuntur. Verum hoc ſi esſet, jam media brevis esſet. At verò Silius pasſim producit. Omnino verum eſt Romanos *Aegatas* vocasſe has inſulas, non *Aegadas*. Sic quoque dixerunt *Casſantra* & *Alexanter*. Sed & apud Graecos, qui Αἰγεάται, iidem quoque Αἰγεάδαι appellabantur, ut alibi monuimus.

l. ead. *Aegates Romana clade memorabiles* ] Et hanc quoque lectionem vitioſam putant, vel errasſe Melam. Neutrum verum eſt. *Clades* hîc eſt, non quam acceperunt, ſed quam dederunt Romani. Accipe exemplum vel ex ipſo Livio initio lib. XL. *Legationes transmarinae deinde in ſenatum introductae ſunt; prima Eumenis & Pharnacis Regum, & Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade*. Sed & alibi ſic loquitur, niſi me fallit memoria, idem Livius. Caeſar lib. VI. *Eosque ad ſe magnis jacturis pollicitationibusque produxerunt*. Perperam haec corrigunt. Simile quoque eſt illud Virgilii:

*Et vulnere tardus Ulixi.*

De reciprocis iſtiusmodi vocabulis vide Gellium lib. IX. cap. 12.

l. 68. *Scandilae* ] *Scandile* legunt libri veteres. Plinio *Scandira*. Verba ejus ſic emendanda; *Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scandilam; Thermaeus, Ireſiam, Solymniam* &c. Pagaſicus nempe ſinus habet Scyrum, Gerontiam, Scandilam &c. Thermaeus verò ſinus habet inſulas ſequentes. Vulgò pro *Thermaeo*, *Thermeuſin*, tanquam ſi

ſi inſula esſet aliqua, ſuppoſuerunt. *Scandile* verò etiamnum nomen ſuum obtinet, vocatur enim *Scandoe*, licet nautae aliquanto corruptius vocabulum hoc proferant, & *Scaſolam* appellent. Inſula haec ab occaſu adjacet Scyro, exigua, humilis. & nullius momenti; ut neſciam prorſus, quare in tam brevi compendio auctor hic tam ignobilia recenſeat loca, cùm illuſtria ſaepisſime tranſeat.

l. ead. *Polyaegos*] Et haec quoque ignobilis inſula, & quam neſciremus habitatam fuisſe, niſi id nos docerent nummi veteres, cum inſcriptione ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Sed debuerat illam inter Cycladas in mari Cretico ſitas recenſere auctor noſter, uti faciunt Plinius & Ptolemaeus.

l. 72. *Sciathum proſpicit*] Repoſuimus ex libris *Scyrum*. Sciathi enim paulo antè jam meminit.

l. ead. *Cicynethon amplectitur*] Sic etiam Strabo & alii, qui Cicynethon inſulam in ipſo ſinu Pagaſetico collocant. Errant igitur qui hodie *Pondico* vocari exiſtimant, quae eſt longè extra ſinum, nempe ad boreale Euboeae promuntorium. Haec verò inſula ſita eſt in ſinu, quem vulgò vocant *Golfo de Volo*, nautis noſtratibus ſatis noto. Malè apud Ptolemaeum vocatur *Πελασγικὸς* pro *Πεγασικός*. Os hujus ſinus patere tantùm ſtadiis quinque prodit auctor, quem ſub falſo Scylacis nomine edidimus. Sed legendum, *Τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ ἐστὶ στάδια λέ.*

l. 77. *Anguſto freto diſtat à litore*] Ridiculi ſunt, qui ex Procopio adſtruere conantur, Euripum tam anguſtum esſe, ut uno ligno totus posſet tegi & tranſiri. Verùm longè aliter ſeſe res habet. Pons Euripi jugeri ſpatium obtinet, ſive pedum ducentorum quadraginta longitudinem. Strabo vocat *γεφύραν δίπλεθρον*. Pons iſte etiamnum hodie exſtat integer. Quare autem Procopius dixerit Euripum tranſiri unius ligni impoſitione aut ablatione, id ex ſequentibus Strabonis verbis intelligi poteſt. *Πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας· διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτὸν σύριγξ.* Locum ita in veteribus libris concipi monent viri docti, qui tamen illum non intellexerunt. *Διοικοδομεῖν* proprie eſt *aedificationem ſeparare & dividere, locumque intermedium vacuum relinquere*. Dicit itaque Strabo, pontem iſtum Euripi non esſe continuum, neque perpetuis fulciri fornicibus, ſed ab ea parte, qua eſt turris litori Boeotico vicina, hábere unum canalem, qui ſit apertus, quemque praeſidiarii turris ponte penſili ſoleant tegere, tum ſecuritatis gratia, tum etiam ut navibus pateat tranſitus. Hoc illud eſt lignum, quod Pro-

copius

copius dicit, Euboeam modo inſulam facere, modo continenti jungere. Ab hoc porrò ponte multi Chalcidem, totamque adeo Euboeam, *Nigropontem* dictam putant. Alii non *Negropontem*, ſed *Egripontem* vocarunt tanquam *pontem aegrorum*. Apud Chriſtophorum verò de Bondelmontibus, qui ante annos CCXXXIV. *librum de inſulis* edidit, inſula haec appellatur *Egrippos*. Omnino exiſtimo hoc vocabulum corruptum eſſe ex *Euripos*.

l. 79. *Septies die ac ſepties nocte* ] Locus rectè ſeſe habet, plurimique veterum id ipſum dixerunt. Negat Livius, ac non ſtatis temporibus fretum hoc reciprocari adfirmat, ſed temere à ventis huc illuc jactari. Verùm natura nihil temere facit. Utrumque verum eſt, Euripum habere & ſtatum fluxum, & non ſtatum, qui totus à ventis pendeat. Status Euripi fluxus eſt qui ſingulis diebus ac noctibus quater curſum mutat, ſive qui bis fluit & refluit, quemadmodum alia maria. Inſtabilem verò curſum efficit auſter & eurus praecipue, qui in anguſtias compulſum mare ad tempus retroagit. Quia vero aeſtus tum colliduntur, neceſſariò utrinque refluunt, quemadmodum & in Magellanico, & in aliis etiam fretis. Hinc fit ut ſpatio diei ſepties aliquando Euripus curſum mutet, nunquam verò ſaepius. Theon Smyrnaeus de ſeptenario. Οἱ Εὔριποι τὸ πλεῖστον ἑπτάκις τῆς ἡμέρας μεταβάλλουσι. Malè haec interpres intellexit, tanquam ſi ſepties in die aeſtuaret & reciprocaret Euripus. Hoc enim non fit niſi ſpatio diei noctisque. Alia eſt ratio freti Siculi; in eo enim licet flante auſtro fluctus utrinque venientes collidantur, non tamen omnes redeunt. In freto quippe latiore undae curſum dividunt. Qui ab auſtro veniunt fluctus, illi Italico adhaerent litori. Qui verò à borea, illi Siculum radunt latus. Peritiores itaque nautae ab auſtro fretum hoc tranſituri, ſemper vitant litus Siculum. Venientes autem à borea, per mediam charybdin curſum dirigunt. At vero in freto Euripi, quia canalis intimus eſt anguſtisſimus, nec fluctus progredi poteſt, neceſſariò undae utrinque venientes in ſua relabuntur maria. Haec nautis noſtratibus cognitisſima, & quotidiana experientia comprobata, quae tamen mirifice torſerunt omnes hactenus Philoſophos.

l. 81. *Ac plena ventis navigia fruſtretur* ] Et hîc & infrà veterem lectionem reduximus, quam in pejus mutarant.

l. 100. *Cathon, Ios, Thera, Gyaros* ] Jam à Plinii ſeculo locus hic in mendo jacuit. Omnia haec nomina in ſuam

tranſte-

tranſtulit hiſtoriam, nec ſitum, nec vocabula vera ſecutus, adcò ut facilè appareat, illum vitioſo Pomponii codice eſſe uſum, uti jam multis locis oſtendimus. Verùm quo hoc manifeſtius appareat adſcribam & Melae & Plinii verba, quemadmodum ea exſtant in manu exaratis libris. Sic itaque Mela: *Hae Thracum Grajorumque terris objacent. At interius Melos, Olearos, Aegina, Cothonius, Tyatira, Gyaros, Hippuris, Dionyſia, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Niſpyros.* Plinii verò vetus lectio haec eſt lib. IV. cap. 12. *Ante Aetoliam Echinades, Aegialia, Cothonis, Tyatira, Gaeoaris, Dionyſia, Cyrnus, Chalcis, Pyrana, Nyſtrus.* Quis non videat Plinium ex Mela vocabula haec hauſiſſe, eademque prorſus eſſe nomina, Aegina & Aegialia, Cothonis & Cothonius, Tyatira, Gyaros & Gaeoaris, Dionyſia, Cyanos & Cyrnus, Chalcis, Pinaria & Pinara, Niſpyros & Nyſtrus? Omnino itaque erravit Plinius, quòd vitioſi codicis nomina in opus ſuum tranſtulerit. Verùm & in eo inſigniter erravit, quòd inſulas has ad Aetoliam collocarit, cùm omnes in mari Cretico ſitae ſint. Hoc quo faciliùs accipiatur, adſcribam verba Pomponii, non quemadmodum ea legit Plinius, ſed quemadmodum ea emendanda eſſe exiſtimo. *Hae Thracum Grajorumque terris objacent. At interius Melos, Oliaros, Aegilia, Cothon, Jus, Thia, Thera, Gyaros, Hippuris, Donuſa, Cia, Icos, Chalcia, Icaria, Cinara, Niſyrus.* Jam ſingularum ſitum breviter demonſtremus. *Melos* & *Oliarus* notae ſunt. *Aegiliae* meminit Stephanus, qui inter Cretam & Peloponneſum collocat. Plinius inter Cretam & Cytheram, à qua remotam eſſe dicit quindecim paſſuum millibus. Variè autem hujus inſulae nomen exprimitur, *Aeglia*, *Aegilia*, *Aegialia*. Ptolemaeo Ἔπλα manifeſto errore pro Αἴγιλα. Nautae & Veneti *Serigottum*, ſive *Cytheram minorem* appellant. De *Cothone* inſula idem Stephanus: Κώθων, νῆσος οὐ πόῤῥω Κυθήρων. *Ios* nota tumulo Homeri. *Thia* eſt illa inſula, quae inter Theram & Theraſiam emerſit, imperante Auguſto. *Therae* ſitus notus ex omnibus. Unus tamen Strabo neminem fallere debet, cùm Theram & Theraſiam collocat inter Cretam & Cyrenen libro primo, quem malè ſecutus eſt Stephanus Byzantius. Verùm ipſe ſibi contradicit Strabo lib. X. ubi verum Therae ſitum oſtendit. *Gyaros* etiam pueris nota. Sequitur *Hippuris*, cujus meminit Apollonius lib. IV. qui illam Therae vicinam facit. Plinio duae diverſae ſunt inſulae *Hippuris* & *Hippurias*. Sic namque legunt vetuſti codi-

 ces,

ées, non *Hippuriſſa*, aut *Hippuriſcus*, uti malè ſubſtituit Hermolaus. Sed quis adeò Graecè ignarus, qui non videat idem eſſe Ἱππουρὶς & Ἱππουριὰς, & ejusdem inſulae nomen? *Hippuriſcus* verò Stephani vitioſum eſt vocabulum. Ἱππουρίσκος νῆσος Καρίας. Manifeſtè haec appellatio conflata eſt ex duabus vocibus, nempe Ἱππουρὶς & Κῶς. Simili ratione ex Μαινάκη & Ἔβωρα ipſum Μαινόνβωραν feciſſe ſuperibs oſtendimus. *Donuſae* vero cùm alibi, tum quoque apud Euſtathium *in Dionyſium* fit mentio, cujus verba ita legenda; Σποράς δὲ καὶ ἡ πρὸς τῇ Ῥόδῳ Δονουσία, ἥτις παραφθορὰν φασὶν ἔπαθεν. διονεὶ γὰρ Διονυσία τις ἐστὶν· ἐπεὶ Διόνυσος τὴν Ἀριάδνην εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς Νάξου ἤγαγεν. Idem habet Stephanus. Sed ineptè *Dionyſiam* à *Dionyſo* dictam volunt. Verum enim nomen eſt *Donuſa*, Graecè Δονοῦσα. Sic quoque Tacitus *Annalium* quarto. Sic quoque apud Virgilium legendum *viridemque Donuſam*. A crebra terrae concuſſione, cui & haec, & omnes fere vicinae inſulae ſunt obnoxiae, nomen ſortita eſt. *Cia*, *Icos*, *Icaria* ſive *Icarus*, item *Niſyros* ſatis ſunt notae. *Niſyri* tamen appellatio ſaepe in aliud vocabulum deformata occurrit. Apud Pollucem lib. VII. cap. 23. *Syrum* aut *Iſyrum* ſubſtituerunt. Apud Ariſtotelem *de hiſtoria animalium* lib. IX. ubi agit de ſaxatili avicula Cyano dicta, *Scyrum* repoſuerunt, cum libri manu exarati habeant; οὗτος ὁ ὄρνις ἐν ἰσύρῳ μάλιστα ἐστί, manifeſtè pro Νισύρῳ. Sed & *Chalcia* ſive *Chalce* Rhodiorum non ignota eſt. Supereſt *Cinara*, cujus meminit Plinius, licet vulgò apud ipſum *Cynara* legatur, cùm vetuſti libri habeant *Cinara*. Athenaeo & Plutarcho eſt Κίναρος. Verùm quia apud Melam *Cinara* mutata fuit in *Pinaram* à librariis, quibus ſolenne eſt C in P commutare, non mirum eſt Plinium vitioſam ſecutum lectionem, duas feciſſe inſulas. Sed & alias ſupra memoratas inſulas quare geminarit, & ad Aetoliam collocarit, cùm omnes in Mari Aegeo, ut oſtendimus, ſitae ſint, ſatis, ut opinor, jam clarum eſt. Pergamus ad reliquas Sporadas.

l. 103. *Lebynthos*, *Calydnae*, *Aſine*] Sic Correctores; verùm libri antiqui manu exarati ſic legunt, *Lebynthos*, *Caminis*, *Aſime*. Et hanc quoque vitioſam lectionem ſecutus eſt Plinius, & inde inſulam *Caminiam* vel *Caminiſam*, ut habent aliqui codices ſcripti, in ordinem inſularum repoſuit. Dum ſic facit, non mirum eſt catalogum inſularum, quas in hoc mari recenſet Plinius, admodum eſſe locupletem, recurrente tèr & quater eadem ſemper inſula.

Sed

Sed profectò nulla hîc unquam *Caminia* inſula fuit. Proculdubio ſcripſerat Mela, *Lebynthos*, *Calymnia*, *Syme*. *Calymna* & *Calymnia* utrumque rectum eſt, ut teſtatur Stephanus. Aliter *Calydna*, aut *Calydnae* dicuntur iſtae inſulae. Hinc *mel Calydnium* appellatur quoque *mel Calymnium*, ut ex Stephano teſtatur Euſtathius *in Dionyſium*. Porrò *Lebynthum* cum hac inſula conjungit etiam Ovidius, cùm in libris *de Arte amandi*, tum quoque *Metamorphoſeôn* VIII.

*Dextra Lebynthos erat, foecundaque melle Calymne.*

*Syme* verò Rhodiaca nota eſt ex omnibus.

l. 104. *Ab eis Sicinus*] *Sicinus* non eſt inter Cycladas. Vetus lectio eſt *Cicynos*. Feci *Cythnos*. Quae ſola hîc deërat.

l. 105. *Tali ſtatione atque morte*] Benè hunc locum ſic emendavit Pintianus, cujus conjecturam confirmant optimi codices. Aerei hujus gigantis, qui ſingulis diebus totam circumibat Cretam, quemque veneficiis ſuis ſuſtulit Medea meminere complures. Hiſtoriam fusè deſcribit Apollonius in *Argonauticis*. Catullus *epigr. ad Camerium*, vocat hunc cuſtodem Cretum, *Non cuſtos ſi fingar ille Cretum*, quod perperam de Daedalo interpretati ſunt omnes hactenus Interpretes. Doſiadas in *Ara ſecunda* vocat γυιόχαλκον οὖρον. Miror hoc non vidiſſe Viros magnos, qui fruſtra in poëmatiis iſtis exponendis laborarunt. Ultimus, qui manum admovit, eſt Salmaſius, qui omnia iſta Doſiadae poëmatia, unà cum Inſcriptione Herodis Attici, cum prolixa expoſitione in lucem dedit. Sed profectò in omnibus iſtis explicationibus nihil omnino eſt, quod alicujus ſit momenti, quod non hauſerit ex *Scholiis* Holoboli Rhetoris, quem totum deſcripſit, nulla tamen ullibi facta ejus mentione. Geminum iſtorum *Scholiorum* nactus ſum exemplar, alterum Sylburgii, alterum Commelini manu deſcriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus Hamburgenſis, juvenis imprimis eruditus, & de nobis optimè meritus, depromtum ex eodem illo codice quo uſus eſt Salmaſius, quo & *Anthologia Graecorum epigrammatum* continebatur. Verùm nihil ipſi hîc profuit Holobolus, quoniam eum non intellexit. Ipſam hîc ſubjiciam *Aram*, unde hoc manifeſtum fiat:

εἰμάρσενός με στήσας
πόσις, μέροψ, δίσαβος
τεῦξ', οὐ σποδεύνας, Ἶνις ἐμπούσας, μέρος
Τεύκροιο βοῦτα καὶ κυνὸς τεκνώματος,
Χρύσας ἄϊτας· ἅμος ἔψανδρα
τὸν γυιόχαλκον οὖρον ἔρραισεν,
ὃν ὠπάτωρ δίσευνος
μόρησε μητρόρριπτος.
ἐμὸν δὲ τευγμ' ἀθρήσας
Θεοκρίτοιο κτάντας,
Τριεσπέροιο καύτας,
ἄιξεν αἴν' ἴυξας,
Χάλεψε γάρ νιν ἰῷ
σύργαστρος ἐκδὺς γῆρας.
Τὸν δ' εἰλινεῦντ' ἐν ἀμφικλύστῳ
Πανός τε ματρὸς εὐνέτας, φὼρ
δίζωος, Ἶνις ἀνδροβρῶτ', Ἰνοβραίσταυ
ἦρ ἀρδίων εἰς Τευκρίδ' ἄγαγον τρίπορθον.

In ipſo codice erat εἰμ' ἄρσενος. Undè faciebat Salmaſius Ἡμάρσενος. Sed quid virile in Medea? An quòd venefica fuerit? Nos rectiùs εἰμάρσενος. Medea enim veneficio detecto Theſeum fugiens, virilem induit ſtolam, & ſic in Mediam fugit, unde Medicae ſtolae originem arceſſunt Grammatici. Πόσις μέροψ hîc eſt maritus Theſſalus: nam Meropes Theſſali. Δίσαβος eſt ὁ δὶς ἡβήσας, nempe Jaſon, cui Medea juventam coquendo reddidit, ut ſenſerunt multi, licet alii id Aeſoni factum contendant. Οὐ σποδεύνας, rectè ſe habet. Senſus eſt; Me aram poſuit Medeae maritus Theſſalus, Jaſon nempe, non Achilles. Duos namque maritos habuit Medea, Jaſonem in Theſſalia, & Achillem in inſulis beatorum. Achillem enim poſtquam ad Elyſium perveniſſet campum, Medeam conjugem duxiſſe, ex Ibyco & Simonide teſtantur Apollonii Scholiaſtes, Heſychius, Conon apud Photium, & alii. Malè haec corrigit Salmaſius, & pejus interpretatur. Σποδεύνας verò hîc dicitur Achilles, quia cinere illum texit mater, uti docent Lycophron, & alii. Ipſa verò Thetis quare hîc Ἐμποῦσα vocetur, notum ex omnibus. Quod autem Achillem vocet mortem Paridis, cùm ipſe à Paride occiſus ſit, id tralatitium. De reciprocis iſtiusmodi vocabulis vide Gellium lib. IX. cap. 12. quae nos paulò antè monuimus. Chryſae autem amator hîc dicitur Achilles propter Chryſeïdem, quae

quae Chryſenſis erat. Sequitur nunc tempus, quo Jaſon aram hanc exſtruxit. Quando nempe viricoqua, id eſt, Medea, cuſtodem aereum; id eſt, Talum gigantem, veneficiis ſuis perdidit. Hunc autem Talum fabricarat Vulcanus. Μόρησε hîc eſt μετὰ μόρου καὶ κακοπαθείας ἐπεκτήσατο. Vulcanus verò hîc dicitur ἀπάτωρ, quoniam ex ſola natus eſt Junone, δίσευνος quia duas habuit conjuges Venerem & Charin; μητρόῤῥιπτος verò à ſola matre projectus tanquam ἄχθος ἐτώσιον. Sequentia ſunt faciliora, ita verò, ut edidimus, in veteribus libris concipiuntur. Ἰύξας ἀνὰ idem eſt quod θώυξεν, quod perperam addiderant ejecto altero. Idem codex Palatinus manifeſtè habet ἰνοῤῥαίσταν, non ἰλιοῤῥαίστας. Sed utrumque verſus reſpuit. Vera eſt lectio, quam exhibemus. Ἀνδροβρῶ genitivus Doricus pro ἀνδροβρῶτος. Totius autem *Arae* ſenſum ſic quàm proximè Latinè reddas: *Viriliter amictae me mulieris maritus Theſſalus, bis juvenis, ſtruxit; Jaſon nempe; non verò alter Medeae maritus in cinere cubans, filius Thetidis, Chryſeidis amator, qui occiſus eſt à Trojano bubulco, canis filio. Tunc verò me poſuit, cùm viricoqua Medea, ferreis membris praeditum Cretae cuſtodem, Talum perdidit, quem Vulcanus ſine patre natus, duarumque uxorum maritus, à matre verò projectus, cum labore exſtruxerat. Meum verò monumentum cernens Dearum judicis Paridis interfector Philoctetes, Trinoctii Herculis uſtor, exſiliit vociferans graviter, Laeſerat enim eum veneno ſerpens depoſita ſenecta. Hunc autem Philoctetem haerentem in inſula Lemno, Panis matris conjux ac bis vivens fur, Ulyſſes nempe, ac praeterea Diomedes filius virivori Tydei, nerviperdarum gratia ſagittarum, ad Trojam deduxerunt ter captam, ab Hercule ſcilicet, ab Amazonibus, & denique à Graecis.* Hic eſt verus ſenſus antiquisſimi hujus epigrammatii, à quo mirum quantum abiit Salmaſius, cujus ſi interpretationem ſequare, jam nec ſenſum efficies, plurimum verò peccabis in leges Grammaticae, Quàm enim hoc abſurdum, quòd Heroum fortisſimum ἔψανδραν vocet, ac feminam faciat. Quis concoquere posſit θύνου vocabulum, adverſantibus praeſertim membranis, in quibus οὖνον, in aliis verò rectius οὖρον ſcribitur? Sed ſanè quaecunque Vir iſte ad hanc *Aram* annotavit, talia ſunt, ut confutatione non egeant. Ne in ceteris quidem Doſiadae poëmatiis explicandis multo fuit felicior. Quamvis enim Holoboli Rhetoris *Scholia* ubique ad verbum deſcripſerit, ejus tamen mentem non adſecutus eſt ubique.

Verùm quia ab inſtituto jam longiùs ſumus digreſſi, in aliud haec tempus reſervabimus.

l. 120. *Phaeſtus*, *Cydon*] Vetus lectio eſt *Phaerana*, *Cidonea*, unde faciendum erat, *Panacra*, *Cydonia*, &c. Πανάκρων meminit Callimachus *Hymno in Jovem*. Attamen cùm in aliis Melae codicibus, & illis quoque vetuſtis, legatur, *Pherapne*, dubitet aliquis, num ſcribendum ſit *Therapne*. *Therapnes* vel *Theramnes* in Creta meminit Plinius & Solinus, licet hujus nulla prorſus debeat eſſe auctoritas. Plinius verò ex corrupta Melae lectione oppidum iſtud forſan hauſit. Solas enim *Laconicas Therapnas* alii norunt Geographi.

l. 124. *Naumachos*] Sic omnes manu exarati libri. Plinio *Naulochos*, quod verius.

l. 128. *Apſoros*, *Celaduſae*, *Apſyrtus*, *Iſſa*] Et haec quoque ex Plinio depravata ſunt. Vetus lectio, quam exhibent omnes manu exarati codices, ita ſeſe habet, *In Adria Apſoros*, *Dicedalos*, *Abſyrtis*, *Iſſa*. Scribendum *Dyſcelados*. Ex Apollonio Rhodio, quem diligenter legit Auctor noſter, ut ex aliis quoque apparet locis, hauſit hanc inſulam, nempe ex hoc verſu lib. IV.

Ἴσσα τε δυσκέλαδός τε καὶ ἱμερτὴ Πιτύεια.

Inſulae nomen putavit eſſe δυσκέλαδον, cùm ſit epitheton Iſſae, à ſtrepitu undarum, quibus haec inſula adfligitur. Hic primus Pomponii error. Alter error eſt, quòd *Apſorron* & *Apſyrtida* tanquam diverſas prodiderit, cum eadem ſit inſula, & idem nomen, alterumque ex altero corruptum eſſe adfirment Veteres. Niſi forſan duas putarit eſſe inſulas, quia diviſa eſt in medio ac ponte jungitur, oppidoque, in quo ſolo vetus remanet nomen: appellatur enim *Oſero*, vel *Aſuero*, voce manifeſtè corrupta ex Apſoro. *Celaduſſas* verò ſuas manifeſtè ex hoc Pomponii loco hauſit Plinius.

l. ead. *Trucones*, *Hydria*, *Electrides*] *Trucones* hic repoſuerunt, cùm antea *Titana* legeretur, quemadmodum ferè habent libri manu exarati, niſi quòd in quibusdam *Citana*, & *Tituna* ſcriptum ſit. Legendum *Pityia* ex Apollonio.

l. 130. *Aeſtria*, *Aſine*] *Aeſtria* vel *Eſtria* videtur ea eſſe, quae Anonymo, qui ſub Scylacis prodiit nomine, vocatur Ἐλστρίς. *Aſine* alibi non exſtat, corruptum cenſeo hoc vocabulum, & legendum *Saſon*, quae notiſſima eſt in hoc tractu inſula, quamque praeterire non debuit.

l. ead.

l. ead. *Atque ut Alexandriae, ita Brunduſio adjacens Pharos*] Et hîc erraſſe Pomponium exiſtimo, ac confudiſſe duas inſulas, Bariam & Phariam ſive Pharum, quia nempe utraque in ſinu Ionio ſita eſt. Pharos, Paros, ſive Pharia, orae Liburnicae inſula, quae nunc *Lieſina* dicitur, nota eſt omnibus. Baria verò dicebatur olim ſcopulus ſive inſula, quae adjacet portui Brunduſino, tribus circiter paſſuum millibus ab urbe remota, quingentos lata, duplum verò in longitudine habens. Meminit hujus Feſtus Pompejus: *Barium urbem Italiae appellaverunt conditores ejus expulſi ex inſula Baria, quae non longè eſt à Brunduſio.* Sic codex meus antiquus, malè vulgò *Bara.*

l. 138. *Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare*] Viri docti putant hîc excidiſſe vocabulum, & ſcripſiſſe Pomponium, *mare vorticoſum*; ſed errant. Referenda enim huc verba quae ſequuntur, *mare noxium appulſis*, quod perinde eſt ac mare vorticoſum. Paulò pòſt ex membranis antiquis reduximus τὸ *Pelorias*, ubi vulgò eſt *Pelorum.*

l. 152. *Taurominium, Catinam*] Haec eſt vetus lectio. Non rectè *Catanum* paſſim reponit Cluverius, tanquam ſi alterum recens eſſet, cùm tamen in antiquiſſimis etiam Auctoribus ita ſcriptum urbis hujus nomen reperiatur. Sic ſolent Latini vocales iſtas permutare, τρυτάνη *trutina*, πατάνη *patina*, Μασσαλία *Maſſilia*, Μασανίσσης *Maſiniſſa*, Μιθραδάτης *Mithridates*, & ſexcenta alia.

l. 163. *Famam habet ob Cereris templum Enna praecipua*] Locus hic ſic emendandus & diſtinguendus erat: *Famam habet ob Cereris templum Enna. Praecipui montium, Eryx maximè memoratus ob delubrum Veneris ab Aenea conditum, & Aethna quae Cyclopas olim tulit*, &c. Veneris autem Erycinae templum praeter Melam, etiam alii ab Aenea exſtructum ajunt, plures tamen ab ipſo Eryce. Sed mirum videri poſſit, quare ſi Aeneas templum hoc condiderit, ipſe tamen id ſpoliarit, auferendo ſignum Veneris. Ita videtur ſenſiſſe Caſſius Hemina apud Solinum, cùm ait Aeneam in agro Laurente poſuiſſe caſtra, ibique ſimulacrum, quod ſecum ex Sicilia advexerat, dedicaſſe Veneri matri, quae Frutis dicitur. Locus hic Solini minimè eſt vitiatus, ut rectè judicat Scaliger. Longa ſunt & frigida quae contra illum diſputat Salmaſius, dum lectionem, quam alter improbat, conatur reducere. Dicit Hemina, Aeneam ſimulacrum Veneris, quae erat in Sicilia, nempe Erycinae, in agrum Laurentem advexiſſe, atque illic dedicaſſe in alio templo

Veneris, quae dicta ſit Frutis. Illud autem templum non erat Romae, ſed in agro Laurente, ut manifeſtè hîc dicit Hemina. Tria itaque in Latio erant fana Erycinae, unum in Capitolio, alterum extra portam Collinam, in quod Cl. Marcellus tranſtulit ex Sicilia ſimulacrum Veneris, tertium verò antiquisſimum in agro Laurente, ab Aenea conſecratum, ut putabat Hemina. Cùm itaque Venus Erycina tam nota Romae fuerit, ut ne pueri quidem illam ignorare potuerint, ineptum eſt credere Verrium Flaccum, aut Paulum, vel ipſum etiam Solinum hoc neſcivisſe. Sed neque Librarios hîc quidquam commiſisſe, docet conſtans ubique lectio, & ipſe litterarum ordo apud Feſtum. Aut igitur ex Ἀφροδίτη corruptum eſt hoc vocabulum, ut Scaliger putabat, aut, quod potius exiſtimo, quae prius erat Venus Erucitis, à caſcis illis Latinis, nihil niſi ſtivam & mesſes curantibus, facta eſt *Venus Fructis*, vel *Frutis*. Notum enim Veteres *fructem* dixisſe & *frutem*, à recto caſu *frux fructis*, vel *frutis*, unde *frutex* & *frutico*. Pari ratione ab Aegeſta, quod eſt vicinum Eryci in Sicilia oppidum, ipſi fecere deam Segeſtam vel Segetiam, quae ſegetibus praeesſet, quemadmodum altera ſationi. Rectum eſt itaque apud Auguſtinum Fructi Seia vel Frutis Seia, ac ſic quoque optimus noſter codex. Ab hac Fruti Scaliger putabat Frutillam appellari. Salmaſius dicit Scaligerum nugari, ac fritillam dicit aviculam iſtam appellari, à fritinniendo, quoniam ſit motacilla, ac hunc producit Gloſſarii locum, Ἴυγξ, *fritilla*, *avis quae adſiduè caudam quatit*. Sed profectò ipſe multo graviùs nugatur, quàm Scaliger. Licet ſexcenta Gloſſaria & totidem Scholiaſtae id affirmarent, quis non videret illos ineptire, cùm iyngem & σεισοπυγίδα ſive motacillam eandem faciunt? Quis unquam iyngem vidit caudam motitare? Iynx duos utrinque habet digitos; quod paucis tantùm convenit avibus, nemo unquam tales conſpexit motacillas. Jam verò magnitudo corporis, lingua ſerpentina, ceteraque, adeò diverſam faciunt motacillam ab iynge, ut ſtultum ſit eas confundere. Ipſum praeterea vocabulum fritillae, & etymon quod adfert, nullius ſunt momenti. Omnino ſcribendum Ἴυγξ *fricilla*, vel *frigilla*. Nempe quia apud Ariſtotelem, vel alium, iyngem paulò majorem frigilla esſe legerat, ſimile per ſimile interpretatus eſt, ac ſic tres in unum confudit aviculas, motacillam, frigillam & iyngem. In loco Catulli emendando, quem ſubdit, nihilo magis eſt felix. Ait namque, nullo tamen Auctore fretus, σαλοπύ-

γιον,

γιον vocari motacillam ἀπὸ τοῦ σαλεύειν τὴν πυγήν. Addit dein Catullum ſic appellasſe Calvum hominem puſillum & adſiduè ſubſultantem & fringutientem. Sed ſanè Calvus iſte ſi omnium Romanorum cum Cicerone diſertisſimus fuerit, non tam ridiculus fuit orator. Minimè certè talis viſus Vatinio, cùm in haec verba erumperet, *Rogo vos, judices, num ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?* Parum praeterea urbanus & officioſus erga amicum ſuum fuisſet Catullus, ſi tam obſceno vocabulo eum pupugisſet. Sed quid verbis opus? Miſeret me non Turnebi tantùm, ut inquit Scaliger, ſed & ipſius Scaligeri, & Salmaſii, quòd tales nugas produxerint, cùm veram lectionem ac jam ab aliis approbatam, ob oculos habuerint, *Dii magni, ſalicippium diſertum.* Quid urbanius hoc dicto Catulli, quodque ne vel ipſe Calvus malè interpretari potuerit? Ipſe ſi quidem cùm eippum adſcendit, ut conſtat ex Seneca, non inficiatus eſt ſtaturam ſuam. Hoc Latinum vocabulum, dignum Populo Romano, ac ſenſui Senecae conveniens. Sed & antiquisſimi codices hanc lectionem confirmant: *ſaliiputium* habent veteres membranae Senecae. At verò optimus Catulli codex, qui olim fuit Commelini, manifeſtè hoc loco legit *ſaltipicium.*

l. 174. *Propiùs Italiam Galata*] Ptolemaeo Καλάθη, & hic quoque nimium longo intervallo ab Africae litore inſulam hanc ſeparat. Verùm minus errat quàm Mela, qui eam Italiae propiorem facit, quàm ſit Melita, Gaulos & Coſyra. Hodie *Galita* nominatur, ac vicina huic inſula, ſeu ſcopulus potius, *Galitone.* Viginti circiter pasſuum millibus abeſt à continente Africae, à Tabraca verò inſula millibus ferè quadraginta. Plinius tradit hujus inſulae terram ſcorpiones necare. Sed nulla hîc propriè exſtat terra, cùm tota inſula ſit ſterile ſaxum, ac ne gramen quidem aut muſcum producat. Mirum itaque non eſt, ſcorpiones in tali loco non esſe, ubi ne muſca quidem vivere posſit. Huc accedit quòd ſcorpiones naturali quadam conſtitutione oderint loca aprica, ac plurimum in iis moriantur, vigeant autem in obſcuris & humidis. Longitudo hujus inſulae vix eſt duorum millium pasſuum. Quamvis commodam navibus praebeat ſtationem, hodie tamen non habitatur, forſan neque olim.

l. 176. *Lipara, Didyme, Phoenicuſae*] Et haec quoque pesſimè erant contaminata. Veterem reduximus lectionem, quàm mirificè corruperant priores Interpretes. Pro *flagrant*

 reſcrip-

reſcripſimus *flagrantes*, in ceteris ſecuti ſumus veteres libros. Rectè verò *Hieram* & *Strongylen* tantum nominat quae ardeant, ſimiliter quoque facit Diodorus Siculus. Sed & hodie quoque id verum eſt. Ceteras tamen & illas quoque aliquando arſiſſe, manifeſtè ex crateribus & ambuſtis quarundam verticibus colligi poteſt.

l. 178. *Pithecuſa*, *Leucothea*, *Aenaria*] *Pithecuſas* & *Aenariam* plerique eandem eſſe dicunt, Livius tamen & Ovidius diſtinguunt, & Prochytam ſic vocant. Sic alia nomina in alias ſaepe transferuntur inſulas. Sic ex Oenotridum altera, vocabulum Iſchiae in *Aenariam* translatum eſt. De *Aenariae* autem nomine nugantur Grammatici, & ipſe Plinius, cùm ab *Aenea* dictum volunt. Ridiculus verò eſt Salmaſius cùm *Enariam* dici jubet, & dictam ſcribit ab *enariis*, id eſt, ſimiis, quia ſcilicet ſint ſine naribus. Locum Servii, quem adfert, ex Strabone emendandum eſſe, vel puer videat. Ab aerifodinis dicta eſt haec inſula. Ut enim ab *aere* fit *aerarius*, ſic ab aheno facta eſt *Ahenaria* vel *Aenaria*. Prodigioſae fertilitatis eſt haec inſula, non iis tantum quae ſumma tellure naſcuntur, ſed & metallis adeò abundat, ut tota auro, argento, aere, ferro, ſale, aliisque foſſilibus, videatur ſubſterni, ut mirum prorſus ſit, tantam varietatem in tam brevi ſpatio naturam incluſiſſe. Verùm poſtquam auri illic detectae ſunt venae, veriſimile eſt deſiiſſe incolas aera ſcrutari, quorum tamen copiam aquae è viſceribus inſulae prodeuntes ipſo odore ac guſtu teſtantur.

l. 179. *Sinonia*] Solus Plinius inſulae hujus mentionem facit. *Phitoniae* verò etiam Ptolemaeus, qui Φίτωνος νῆσου vocat. Sed neſcio cur illam inter orae Italicae inſulas hîc recenſeat Mela, cùm in freto, quod Sardiniam & Corſicam interfluit, ſita ſit.

l. 182. *Igilium*, *Carbania*] Libri hîc non variant. Plinio eſt *Barpana*, ut jam aliis rectè obſervatum, quorum opinio hac in parte verior eſt, quàm Cluverii, qui *Columbariam* hîc pro *Carbania* ſubſtituebat. Paulò pòſt reddidimus veterem lectionem ex optimis & antiquiſſimis membranis. In vulgatis hactenus exemplaribus aliquot verba deerant.

l. 194. *Populorum antiquiſſimi Ilienſes*] Salmaſius *Iolenſes* & hîc, & apud Plinium, & apud Solinum repoſuit pro *Iolenſibus*. Fruſtra; vide Pauſaniam in *Phocicis*, ex quo cognoſces, probam eſſe lectionem vulgatam.

l. 207. *Frumentis tantùm non foecunda, ad alia largior*] Manu

Manu exarati libri habent *tantummodo foecunda*. Legendum, *frumentis tantummodo foecunda, at alia largior.*

l. 215. *Sine pernicie tuta eſt* ] In libris ſcribitur *rara*, non *tuta*. Legendum *rata*, id eſt, certa & ſecura, quomodo optimi Auctores loquuntur.

l. 218. *Aliudve, quod verius* ] Irreptitia eſſe exiſtimant haec verba. Ego ſic refingenda eſſe exiſtimo, *aliud velud virus*.

---

FINIS OBSERVATIONUM AD LIBRUM SECUNDUM.

# AD LIBRUM TERTIUM OBSERVATIONES.

## IN CAP. I.

## DE EXTERIORE HISPANIAE ORA.

l. 5. ITa enim motus ejus appellant ] Putant haec verba non eſſe Pomponii, nam inquiunt, quis olim neſcivit, quid ſit aeſtus? Sed falluntur; aeſtus enim non hîc accipitur pro ſimplici agitatione fluctuum uti ſaepe, ſed pro acceſſu & receſſu maris. Ille autem diu ignotus fuit Graecis & Romanis, cùm in paucis tantùm maris mediterranei partibus motus iſte ſit ſenſibilis; itaque ex inconſtanti freti Siculi & Euripi reciprocatione illum colligebant potiùs, quàm ſciebant.

l. 7. *Nunc ad alios alioſque invicem*] Contrarius hîc requiritur ſenſus. Libri omnes manu exarati habent, *Non alios alioſque invicem.* Inde facile fuit lectionem, quam dedimus, excudere.

l. 18. *Si, ut doctioribus placet, vivum animal eſt*] Sic mutavit hunc locum Pintianus, quem ſecuti ſunt omnes alii, cùm priùs legeretur, *utique ſi, ut doctioribus placet, unum animal eſt.* Sed quid opus erat mundum animal vivum dicere, cum animal dixiſſe ſufficiat? Certum eſt nihil hîc eſſe mutandum. Loquitur ex Platonicorum opinione, qui mundum unum eſſe animal credebant, quod omnia alia animalia in ſe contineret. Plato itaque in *Timaeo* univerſam rerum naturam vocat *ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον.* Jamblichus *de Myſt. Aegypt.* *ἓν ζῶον ἐστὶ τὸ πᾶν.* Vide quoque Plotinum *Enneade* IV. cap. 32.

l. 30. *Turduli & Baſtuli habitant*] Ptolemaeus hîc non *Turdulos*, ſed *Turdetanos* collocat. *Baſtulos* verò & illos ponit in citeriore Hiſpaniae ora, uti quoque faciunt alii. Sed profectò gentes illae ſibi invicem permixtae, multis in

locis

locis habitarunt. *Turdulos* quidem triplices vel etiam quadruplices in Hiſpania invenio. *Turduli veteres*, quos infrà recenſet Pomponius, habebant illum Luſitaniae tractum, qui eſt inter promuntorium magnum & Durium flumen. *Turduli* verò *Baetici* bifariam dividebantur, in Turdulos & his occidentaliores Turditanos. His annumerandi ſunt Turditani illi, qui ultra Anam aliquam Luſitaniae partem obtinebant. Duplices itaque *Turduli* fuere in Luſitania, duplices quoque in Baetica. Hinc eſt quòd *Turditanos* nonnulli à *Turdulis* diſtinguant, quia *Turdetania* diverſa eſt à *Turdulorum* regione. Alii, qui eoſdem esſe dicebant, eo potisſimum uſi argumento, quòd utrique ejuſdem esſent originis & linguae. Strabo: Τοὺς δ' ἐνοικοῦντας Τουρδετανούς τε καὶ Τουρδούλους προσαγορεύουσιν· οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζουσιν, οἱ δ' ἑτέρους. Uti autem nomina horum populorum conveniunt, ita etiam nomina urbium, quae in *Turdulis* & *Turdetanis* ſitae erant, planè ſunt eadem. Talia ſunt haec, *Illipula*, *Ebora*, *Sala*, *Onoba*, *Segida*, *Calicula*. *Aſtigis*, *Aruci* &c. Iſta quoque ferè ſunt eadem, *Vogia* & *Ugia*, *Tucci* & *Ptucci*. *Seria* & *Selia*, *Balda* & *Balſa*, *Obulco* & *Obulcola*, *Calduba* & *Salduba*. Ex his ſatis apparet, mirum non esſe, quod nonnulli *Turdulorum* & *Turdetanorum* nomen & oppida confuderint. Eadem ratio eſt *Baſtulorum* & *Baſtitanorum*, qui & ipſi diverſam habuere regionem.

l. 30. *Lucus, quem Oleaſtrum appellant*] *Oleaſtronem* Plinius vocat, ſi libri mendo careant. Ptolemaeus loco valde à mari remoto hoc oppidum deſcribit. Graeci *Cotinuſum* appellarunt, nemo enim neſcit *oleaſtros* à Graecis vocari κοτίνους. Strabo: Κατὰ δὲ τὰς κοτίνους λεγομένας χαλκός τε ἅμα γεννᾶται καὶ χρυσός. Malè vulgò Κωτίνας. Mirum Plinium Cotinuſam inſulam ab oleis dictam ſcribere, non verò ab oleaſtris: *Majorem Timaeus Cotinuſam ab oleis vocitatam ait: noſtri Tartesſon appellant.* Sic emendandus iſte locus ex optimo codice, in quo manifeſtè ſcribitur *à poteis*, non ut vulgò *apud eos*. Sed multi oleas ſilveſtres cum domeſticis confundunt. Hodie etiamnum integrae oleaſtrorum ſilvae iſtic locorum comparent, ſed in montoſis tantùm & incultis tractibus, quas ſturni depopulantur, neque enim ulla exinde ad homines redit utilitas.

l. 35. *In ipſo mari monimentum Geryonis*] Geryoni ſepulcrum à Gaditanis fuisſe exſtructum in ipſis Gadibus prodit Philoſtratus in *Vita Apollonii*. Feſtus verò Avienus Geryonis arcem memorat in hoc tractu alicubi:

Ge-

*Geryonis arx eſt eminus, namque ex ea*
*Geryona quondam nuncupatum accepimus.*

Ex hoc loco proculdubio Correctores depravarunt hunc Pomponii. Priùs legebatur *Cepionis*, non *Geryonis*. Pro *monimentum* verò *munimentum*, niſi fallor, rectiùs legeris. Certum eſt veram hanc esſe lectionem, & à *Caepione* turrim hîc fuisſe exſtructam, non à *Geryone*. Colligo hoc ex Strabone, cujus verba haec ſunt lib. III. Καὶ ὁ τοῦ Καιπίωνος πύργος ἵδρυται ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου. Malè vulgò Κασίωνος, quod perperam corrigunt Viri docti. Quamvis autem multi fuerint Caepiones, dubitari tamen non poteſt, quin is, qui munimentum ſive Pharum iſtam exſtruxit, fuerit Quintus Servilius Caepio, qui de Luſitanis triumphavit, notus quidem hoc nomine, furto tamen & ſupplicio longè nobilior. Exſtructum autem ab illo monumentum hoc fuisſe exiſtimo, ad inhibendam Luſitanorum piraticam; eo enim tempore infeſtasſe clasſes Romanas, ac oſtia Baetis obſedisſe, veteres teſtantur hiſtoriae. Vulgò locus ille appellatur *Chipiona*, tanquam ſi à Scipione ſic diceretur. Nec recens eſt iſtud vocabulum, ſic jam olim exiſtimavit Jornandes haud longè à principio: *Quamvis nonnulli & illa gemina Galliciae & Luſitaniae promuntoria in Oceani inſulis ponant, in quorum uno templum Herculis, in alio monumentum adhuc conſpicitur Scipionis.* Verba quidem inepta & barbaro Scriptori convenientia, attamen unde & id quod dixi, manifeſtè colligi poteſt; ac illud praeterea, locum iſtum jam tunc promuntorium fuisſe, non inſulam.

l. 39. *Grandem lacum facit*] Nemo eſt hodie qui non certò ſibi perſuaſerit, Baetim olim gemino oſtio in Oceanum exivisſe. Nefas exiſtimant de eo dubitare, cùm tantus ſit Veterum conſenſus. Non hoc ignorare debuit Mela in iis oris natus. Videamus tamen an hoc verum ſit. Eſt in illo litore oppidulum *Rota* vulgò dictum, diſtans ab oſtio Baetis eurum verſus quatuordecim circiter pasſuum milibus. Qui iſtic habitant adfirmant, Baetim juxta muros iſtius oppiduli olim altero oſtio ſe mari miſcuisſe. Sed hoc merum eſt figmentum. Oſtendimus munimentum Caepionis esſe caſtrum id, quod vulgò *Chipiona* nominatur. Jam verò, ſi Baetis olim ad Rotam oppidum exisſet in mare, priùs Baetim, deinde verò hoc Caepionis munimentum recenſuisſet Mela. Si quis praeterea intervalla Ptolemaei aut ſtadiasmos Marciani Heracleotae examinet, manifeſtè videbit oſtium

iſtud

iſtud orientale Baetis, quod recenſent, non aliud esſe posſe, quàm unicum illud quod hodie etiamnum eodem viſitur loco. Ulterius itaque quaerendum videtur occidentale Baetis oſtium, quod è Ptolemaeo injuria temporum excidisſe exiſtimant. Verùm hoc ſi esſet, jam Marcianus Heracleotes ejus meminisſet, qui & ipſe orientalis oſtii tantùm facit mentionem. Occidentale nempe oſtendere non potuerunt, quia nusquam exſtaret. Si quis litus iſtud, quod appellant *Las arenas gordas*, tractumque ſuperiorem conſideret, nullum oſtii veſtigium, imò ne locum quidem ubi esſe potuerit, inveniet. Merum itaque commentum esſe videtur illud de duobus Baetis oſtiis, cùm ut nunc, ſic quoque olim, uno tantùm ore in pelagus exierit. Operae pretium eſt tamen oſtendere cauſam, quare duo oſtia Baeti asſignarint Veteres, & quis iſte lacus grandis, quem efficit Baetis; nam ſi quis totum naviget Baetim, nullum tamen inveniet lacum permanentem ne modicum quidem, nedum grandem & qui revera lacus posſit dici. Quapropter ſic cenſeo, Veteres per lacum intellexisſe totum illum tractum, quem inundat Baetis, qui extenditur ab Hiſpali, usque ad locum qui dicitur *Trebuxena*, per ſpatium triginta quatuor pasſuum millia longum, latum verò viginti millia, aliquando verò multò etiam latius. Hanc aquae collectionem Feſtus Avienus, ex auctoritate antiquisſimorum Graecorum, *lacum Liguſticum* vocat, ſic dictum à Liguribus, quos ipſe in hoc quoque tractu deſcribit. Ligures vocatos fuisſe etiam interiores Hiſpaniae incolas usque ad fretum fermè, nos quoque alibi oſtendimus. Lacus itaque, quem Baetis efficit, quâ mari vicinus eſt, non de alio accipi poteſt quàm de hoc aeſtuario, quod iis, quos diximus, terminis continebatur. Verùm Plinius multo latiùs extendit aeſtuaria Baetis, collocat namque in iis non Nebrisſam tantùm, ſed & Colobanam, & Aſtam & Aſidonem. Atqui ad haec oppida non pertingit aeſtuarium Baetis: Aſtam enim & Aſidonem, quarum haec vulgo *Medina Sidonia*, illa *Xerez* appellatur, aliud alluit aeſtuarium, nempe Aſtenſe. Hinc colligo Veterum quosdam Guadaleti fluminis oſtium, cui ſe aeſtuarium Aſtenſe infundit, exiſtimasſe esſe alterum Baetis oſtium, & aeſtuaria illa conjungi, cùm neutrum verum ſit. Atque hoc quidem pacto interpretati ſunt nonnulli oſtia Baetis, ſive Tarteſſi. Aliud tamen voluere vetuſtisſimi illi Graeci, qui ſcripſere Tarteſſum duo habere oſtia, & inter illa efficere inſulam; illi enim per oſtia intellexere ſeparationes, quas facit Baetis

ad inſulas, quae hodie etiamnum in hoc flumine ſuperſunt. Ex his quae maxima eſt & mari proxima, licet & ipſa quoque aquis tota ferè obruatur, cùm Baetis exaeſtuat, attamen quia partes inſulae altiores exſtant, flumen medium dividit, efficit ut gemino in aeſtuarium exeat oſtio.

l. 44. *Olitingi Onoba contingunt*] Sic perperam mutarunt, cùm veterum librorum ſcriptura ſit, *Olintigi*. Corruptè quoque apud Plinium *Oſintigi*. Olontigi ad Maenobam flumen alia eſt. Quare autem tanta nominum ſimilitudo ſit in omnibus ferè harum terrarum locis, ſuprà oſtendimus. Sic autem expurgandus eſt ex optimis noſtris membranis locus ille Plinii; *Maenobam amnem, & ipſum navigabilem, haud procul accolunt, Olontigi, Caelia, Laſtigi.*

l. ead. *Onobà contingunt*] *Onolappa* priùs legebatur, unde *Onabam* fecerunt. Sed legendum *Onobà, Laepa*. Haec *Onoba* Ptolemaeo eſt Ὄνοβα Αἰστουρία. Et ita quoque vulgò apud Plinium legitur. Marciano Heracleotae eſt Ὄνοβα Ἀστουρία. In Antonini etiam *Itinerario* eo loco ubi legitur, *Iter de Eſtri Pacem Juliam*, monet Vir ille doctiſſimus, qui nobis optimam ejus Auctoris dedit editionem, vidiſſe ſe in aliquo codice ſcripto, *Iter de Aſturica*, &c. Sed nulla comminiſci poſſit cauſa, cur Onoba dicta fuerit *Aſturica* vel *Aſturia*, cùm oppidum illud remotiſſimum fuerit ab Aſturibus populis. Ipſa lectionum varietas docet, latuiſſe hîc aliud vocabulum magis inſolens, quod corruptioni dederit occaſionem. Vera omnino eſt lectio Ὄνοβα Αἰστουρία. Crebras enim ἀναχύσεις ſive aeſtuaria hoc loco occurrere, nemo eſt qui ignoret. Ut autem à *luxu luxuria*, & à *penu penuria*, ita ab *aeſtu aeſturia* formatur. In libris melioribus Plinii legitur, *à flumine Ana, litore Oceani, oppidum Oſſonaba aeſtuaria cognominatum.* Sed & apud illum, & alios quos citavi, *Aeſturia* vetus fuit lectio. Apud Plinium etiam lege *Onoba*, non *Oſſonoba*, quae eſt ultra Anam, niſi ipſe in eo erraverit Plinius. Eſt enim Baeticae Onoba Aeſturia, illa verò Luſitaniae. Diſtinguit eas etiam Marcianus Heracleota. Apud Strabonem lib. III. legas, Τούτων δέ ἐστιν ἥτε Ἄστα, καὶ Νέβρισσα, καὶ Ὄνοβα, καὶ Σόνοβα, καὶ Μαίνοβα, καὶ ἄλλαι πλείους. Cui non appareat Ὀσσόνοβα eſſe ſcribendum? Laepae verò, quam Onobae ſubjungit, meminit in hoc tractu Plinius, qui Latinorum vocat. Differt autem haec à Laepe magna, cujus meminit Ptolemaeus. Vulgò nomen obtinet locus iſte, & ſitus eſt ad ſinum exiguum, qui in Oceanum exit inter Cartayam & Aiamontem.

l. 51. *Cuneus ager dicitur*] Audiendi non ſunt qui hanc lectionem ſollicitant: cùm enim ager iſte quam maximè in mare procurrat & promineat; rectè promuntorium dicitur. Verùm in eo egregiè falli puto Melam & qui eum ſequuntur, quòd promuntorium hoc à cunei forma dictum putant. Quod magis mirere, etiam Straboni hoc perſuaſum à Romanis, ait enim ille, καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. Ipſum hoc ajunt Aelianus, & alii, niſi fallor. Sed errant. *Cuneus ager* & *promuntorium* corruptum eſt ex Graeco Κύνης, cujus accolae dicuntur Herodoto Κυνήσιοι & Κύνητες. Cynetes iſti habitabant inter Sacrum promuntorium & Anam flumen, quem terminum Cynetum facit Rufus Feſtus:

*Hinc dictum ad amnem ſolis unius via eſt,*
*Genti & Cynetum hic terminus.*

Alibi tamen ait, *Ana amnis illic per Cynetas effluit*, tanquam ſi etiam Cynetes aliqui esſent ultra Anam. Quod ſanè verum arbitror. Juſtinus libro ultimo: *Saltus verò Tarteſſiorum, in quibus Titanas bellum adverſus deos gesſisſe proditur, incoluere Cynetes: quorum Rex vetuſtisſimus Gargoris mellis colligendi uſum primùm invenit.* Malè vulgò legitur *Curetes*. Scio quidem Diodorum Siculum Curetibus concedere μελισσουργικῶν inventionem, ſed hoc nihil ad rem facit. Etiam Ariſtaeo & aliis hoc tribuitur. Nulli in Hiſpania Curetes, ſed Cynetes, ut diximus. Ex hoc verò loco Juſtini apparet Cynetas etiam ultra Anam habitasſe, cùm in ſaltibus Tartesſidis eos collocet. Tartesſiorum verò & Cynetum terminus erat Anas teſte Avieno. Alii tamen Gletas vel Igletas inter eos ponunt. Stephanus, Γλῆτες ἔθνος Ἰβερικὸν μετὰ τοὺς Κύνητας. Idem Τλῆτας vocat, ex vitioſo Theopompi codice, ut arbitror. Sed ii verſus ſeptentrionem vicini erant Cynetibus & Tartesſiis, ut apparet ex loco Conſtantini Porphyrogennetae, quem ſuperiùs emendavimus. Idem autem ſitus erat Cuneorum ſive Cunei agri, & Cynetum: namque & Strabo, & hic noſter Auctor, Cuneum regionem inter Sacrum promuntorium & Anam collocant. Jam verò ut Cynetes ultra Anam, ita quoque Cunei populi. Itaque Cuniſtorgin vel Coniſtorſin, Celticorum in Baetica civitatem, Cuneorum vocat urbem Appianus. Etiam Gadibus eos vicinos facit Livius lib. XXVIII. *Mago cum Gades repetisſet, excluſus inde ad Cuneos (haud procul Gadibus is*

 *locus*

*locus abeſt*) *claſſe appulſa*, &c. Ita legendum eſſe docet ille omnium codicum optimus Puteanaeus, in quo ſcribitur *Cimbios*. Ex his ſatis, ut puto, liquet, Cynetarum & Cuneorum regionem eandem planè fuiſſe, & iisdem contentam terminis. Inſuper hoc etiam addo, promuntorium illud, quod Latini dixere *Cuneum*, hodieque Sanctae Mariae nuncupatur, idem eſſe quod Graeci Κυνητικὸν dixere. Docet hoc Rufus Feſtus, qui hîc jugum Cyneticum collocat. Stephanus: Κυνητικὸν Ἰβηρίας τόπος πλησίον Ὠκεανοῦ, Ἡρόδωρος ι τῶν κατ' Ἡρακλέα. Οἱ οἰκοῦντες Κύνητες καὶ Κυνήσιοι. Ab his Cynetibus nomen accepere *Ginetti*, quomodo Hiſpani vocant expeditos equites, caetra tantùm & lancea armatos. Olim hujus tantùm litoris adcolae ſic appellabantur, nunc verò praecipuè hoc nomine cenſentur omnes iſti, qui Hiſpaniae litora contra Maurorum incurſus tutantur.

l. 53. *Balſa*] Ita quoque Ptolemaeus, quamvis apud illum Ἴβαλσα legerit Marcianus. Scio quidem in ſexcentis litteram illam priorem adjici, ſed utique ut Ptolemaeus, ita quoque Epitomatorem ejus Marcianum ſcripſiſſe veriſimile eſt. Errat quoque in eo, quòd πληθυντικῶς τὰ Ἴβαλσα vocarit. Hodie oppidum illud *Palos* nominatur. Exiguum quidem, celebre tamen, quoniam ex eo egreſſi ſunt primi novi Orbis inveſtigatores.

l. 55. *In Magno Ebora*] *Ebora* locum hîc habere non poteſt, illa enim longé abeſt ab hoc promuntorio, & quidem in mediterraneis, cùm Mela hîc tantum litora legat, aut ſaltem loca non admodum à mari remota. De alia itaque *Ebora* accipiendus hic locus, de illa nempe quae ſita eſt in latere hujus promuntorii dextro, quod usque Durium flumen extendit. Vulgò locus iſte nominatur *Euora de Alcobaça*, olim Eburobritium, uti marmora antiqua & Plinius docent.

l. 69. *Sed à Durio ad flexum Gronii*] Legendum *Grovii*. Ptolemaeo Γρουΐων. Sic quoque habebat vetus lectio Plinii, quod perperam mutarunt. Remanet hoc nomen etiam hodie in inſula & promuntorio ad oſtium Ullae fluminis ſito, *Grove* enim vocatur. Confirmant hanc lectionem etiam meliores Silii codices, qui habent *Grovios*, non *Gravios*,

> *Quinque ſuper Grovios lucentes volvit arenas,*
> *Infernae populis referens oblivia Lethes.*

Sed & alibi,

Et

*Et quos nunc Grovios violato nomine Grajûm*
*Oeneae miſere domus, Aetolaque Tyde.*

Errant quoque qui apud Martialem populi hujus mentionem fieri putant lib. IV. epigrammate 4.

*Luci gloria temporum noſtrorum*
*Qui Grajum veterem Tagumque noſtrum*
*Arpis cedere non ſinis diſertis.*

Commentitia eſt haec lectio, cùm libri manu exarati habeant, *qui Cajum veterem.* Cajus mons eſt is, ex quo Durius profluit. Julius Orator: *Fluvius Durius naſcitur in Carpetania, exiens de monte Cajo juxta Pyrenaeum: currit per campos Spaniae illuſtrans Pyrenaeum. Deinde diſrumpens loca montuoſa, dividens Galliciam à Luſitania; ducens aquas multas valde, occidit in Oceano occidentali. Currit millia* ccccxcv. Malè verò montem hunc juxta Pyrenaeum collocat, à quo abeſt quàm longiſſimè. Apud Livium *mons Caunus* vocatur lib. XI, cùm Cajus verum ſit nomen. Sed & altero loco apud Martialem monti huic nomen reddidimus, lib. I. ep. LV.

*Videbis altam Liciane Bilbilim*
*Equis & armis nobilem,*
*Sterilemque calvum nivibus effractis ſacrum*
*Vada Veronem montibus.*

Notant Viri docti ſe in ſcriptis codicibus reperiſſe, *Senemque Catum*, quod etiam nos in noſtris reperimus. Noli dubitare, quin ſic ſcripſerit Martialis:

*Senemque Cajum nivibus, & fractis ſacrum*
*Vadaveronem montibus.*

l. 70. *Avo, Celandus*] Ptolemaeo *Avus.* Vulgò *Rio Ave.* In *Vita S Gonſalvi* vocatur *Avicella.* Unde corruptum *Vizzella*, quod alterum huic fluviolo eſt nomen. *Celandus*, vel potiùs *Celadus*, uti habent meliores libri, eſt is, qui vulgò *Rio Cavado* appellatur.

l. 71. *Et cui Oblivionis cognomen eſt Limia*] Flumen hoc, cujus vel ſolum nomen terrorem potuit incutere Romanis, nemini, qui aliquid ſaltem didicit, eſt ignotum.

 Verùm

Verùm illud monere eſt operae pretium, perperam hîc apud noſtrum Melam Minium praeponi Limiae, cùm multò propinquior Durio ſit Limias, quàm Minius. Teſtantur hoc omnes Antiqui, & hodiernus ſitus. Sed & alii Veterum haec flumina confudisſe videntur, unde ego puto natum esſe errorem Ptolemaei, quum Bracaram Auguſtam ponit ad Minium, Tyde verò caſtellum ad Nebim; cum Tyde ad Minium, Bracara verò ad Nebim ſita ſit.

l. 72. *Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus*] *Lambriaca* vel *Labriaca*, uti habent veteres membranae, quale ſit oppidum neſcio. Videtur tamen ita dictum à monte Lauro, qui à dextra imminet oſtio Tamarae fluminis. *Abobricam* Pintiani, locum hîc non habere, infrà oſtendemus.

l. 73. *Recipit fluvios Iernam & Ullam*] Et haec quoque corruperunt priores Interpretes, cùm vera ſit lectio *Laeron & Ullam*. Lacros flumen etiamnum nomen ſervat, *Leriz* enim vocatur. Meminit quoque hujus Geographus anonymus Ravennas. Sed & alterum flumen nomen ſuum etiamnum tenet, & *Ulla* vocatur, cum cognomine oppido, & agro adſito, qui *Ullous* ab amne appellatur. Ptolemaeo eſt Οὐΐα, pro Οὐλία.

l. 74. *Praeſamarci habitant*] Sic quoque Plinius. At in *notitia* quadam *Epiſcopali*, *Piſtomarci* appellantur, & attributi eſſe dicuntur ſedi Irienſi.

l. 76. *Tamaris ſecundum Arotrebarum portum*] *Ebora* priùs ſcriptum fuit, pro quo Interpretes alterum iſtud ſuppoſuerunt. Sed ſanè Artabrorum portus vel Arotrebarum eſt ſeptentrionalior, cùm ſit in extimo promuntorii angulo. Retinuimus itaque *Eboram*, quae, ſi benè calculum ponimus, eſt illa, quae *Mores* vulgò vocatur. Portum illum admittit dextra ripa Tamarae fluminis, commodum valde & notiſſimum nautis. Abeſt à monte Lauro, cujus modò mentionem fecimus, paucis tantùm millibus.

l. 77. *Sars juxta turrim Auguſti titulo memorabilem*] *Saris* iſte Pomponii, non eſt fluviolus is, qui vulgò *Rio Sar* vocatur, quique prope Compoſtellam in Ullam influit, ſed alter quidam propior promuntorio Artabro, cui vulgò nomen datur *Lezaro*. Ita enim poſtulat & ordo, & illud praeterea, quòd fluviolus ille dicatur fluere juxta turrim Auguſti, ſive Aras Seſtianas Auguſto dicatas. Attamen iſtae Arae, niſi fallor, longè erant propiores Viro flumini, qui vulgò *Rio Vau Cerveyro*, quàm Sarti.

l. 82. *A Celtico promuntorio ad Scythicum usque*] Scythici

pro-

promuntorii infrà quoque meminit, ubi ſeptentrionis inſulas deſcribit. Putabat autem Mela totum hoc litus, quod ab Artabris ad extremum usque ſeptentrionem extenditur, penè esſe rectum. Hoc ipſum quoque alii è Veteribus exiſtimarunt. Errat itaque inſignis ille Geographus, qui hîc *Trileucum* pro *Scythico* reponebat. Ordo geographicus & ſenſus Melae non admittit iſtam correctionem. Praeterea *Trileucium* non *Trileucum* promuntorium hoc vocabatur, ab adſitis inſulis *Trileucis*. Sic itaque reſcribe apud Ptolemaeum Τριλεύκιον. Sed profectò locus iſte Ptolemaei non uno laborat naevo, tria namque illa confunduntur, Lapatia, Corium & Trileucum. Sic namque vulgò concipitur, Λαπατία Κώρου ἄκρον τὸ καὶ Τρίλευκον. Sed Λαπατία, ut opinior, nihil commune habet cum ſequenti promuntorio, ſed eſt locus inter oppidum Brigantium & Trileucium promuntorium. Excidere autem proculdubio numeri, hoc nempe modo;

Λαπατία * * * *
Κώριον ἄκρον τὸ καὶ Τριλεύκιον, ΙΓ´ δ´. με´ S´ γ´.

Κόριον hoc promuntorium vocatur Marciano Heracleotae, qui longitudinem maximam Tarraconenſis provinciae extendit ab hoc promuntorio ad alterum, in quo Templum Veneris. Atqui ſecundum Ptolemaeum ea non fuerit maxima ejus provinciae longitudo, cùm multò longiùs abſit à Templo Veneris promuntorium Nerium, quàm iſtud Trileucium, quod & Corium vocat. Ac proinde malit quis forſan legere apud Marcianum ἀπὸ τοῦ Νερίου, pro eo quod vulgò eſt Κορίου. Sed erravit Ptolemaeus, & Corium cum Trileucio confudit, cùm diverſa ſint promuntoria. Verisſimum eſt Corium promuntorium esſe illud, quod vulgò *Cabo Coriane* nominatur, non minùs procurrens in occidentem atque Nerium, à quo vix decem pasſuum millibus abeſt ſeptentrionem verſus; *Trileucium* verò eſt *Cabo d'Ortegal* hodie. Hunc errorem Ptolemaei non ſecutus eſt Marcianus, qui Κόριον ἄκρον loco ſuo reddidit, longitudinemque Tarraconenſis inde orditur. Obſervandum autem Marcianum non ſolum ſequi Ptolemaeum, ſed & alios Geographos, praecipuè Artemidorum & Protagoram, ut ipſe fatetur. Plura alibi annotavimus loca, in quibus recedit à Ptolemaeo. Porrò ſequentia Pomponii verba ſuadente ratione, jubentibus verò manu exaratis libris, ita reſtituimus, *Per-*

*petua ejus ora*, &c. non verò ut vulgò, *Hinc perpetua ejus ora.* Non enim à Scythico promuntorio, ſed à Celtico dicit incipere iſtam litorum ſeptentrionem verſus in rectum extenſionem.

l. 86. *Etiamnum Celticae gentis*] A Durio usque ad Artabros omnia ſunt Celticorum, quos colonos illorum esſe ait Strabo, qui ad Anam habitarunt. Sed & ipſos Artabros ait hîc Mela esſe Celticae gentis, itaque extendi Celticos usque ad Aſtures. Benè itaque hunc locum ſic reſtituit Pintianus, cujus conjecturam confirmant ferè libri veteres. Priùs legebatur, & *Janaſum Celticae gentis*, & Janaſum interpretantur Compoſtellam. Sed, ut diximus, nullius hîc oppidi nomen latere poteſt. Certum denique eſt, Compoſtellam esſe Iriam Flaviam. Sed poſtquam Hiſpani ſibi perſuaſerunt illa quae de Sancto Jacobo narrantur, coepit iſtud oppidum appellari *ad Jacobum Apoſtolum*. Poſterioris aevi Hiſpani dixere *Giacomo Poſtolo*, unde contractum *Compoſtella*. Quae alii de origine hujus vocabuli fabulantur, merae ſunt ineptiae.

l. 88. *Adrobicum urbem*] Libri antiqui manu exarati habent *Adrobricam*. Verùm *Abobricam* reponendam exiſtimo. Plinius lib. IV. cap. 20. rectè vocat inſigne oppidum, propter ſitum, quem ei Mela tribuit. Peccat tamen cùm ad Minii oſtia illud collocat, à quibus immane quantum abeſt. Sed gravisſimè erravit Plinius in toto illo tractu maritimo à Cantabris ad Tagum usque deſcribendo, omniaque pasſim flumina, oppida, & promuntoria perverſo & confuſo recenſuit ordine. Luce clarius manifeſtiusque id alio oſtendam loco. Nempe inde hoc factum eſt, quòd dum diverſos more ſuo ſequitur Auctores, quorum hi quidem oram illam deſcriberent à Cantabris incipientes, & ita porrò procedentes verſus occaſum & mox verſus meridiem Durium & Tagum usque; alii verò contrarium tenentes ordinem, deſinentesque unde illi exorſi fuerant; ipſe duplicem hunc ordinem confuderit, multiſque locis alium affinxerit ſitum, quam veritas & ratio poſtulabant.

l. 91. *Per alia duo Mearus exit & Narius ad Libuncam*] Atqui ex Ptolemaeo conſtat flumina haec longisſimè abesſe à ſinu Caranienſi, quem hîc deſcribit Mela, abeſt quoque Libunca oppidum quàm longisſimè. Aut itaque Ptolemaeus, aut Mela turpiter hîc erraſſe videtur. Sed profecto & hîc quoque grasſati ſunt intempeſtivi Correctores. Priùs legebatur, *Per alia ducanaris exit & libica.* Sed verò optimus

timus meus ſic habet, *per alia ducamaris exit edibia.* Scribo, *per alia duo Mearus exit & Ivia.* Loquitur hîc de ſinu oppidi Caranii, quod vulgò *Corunna* dicitur. Ait in illum exire quatuor flumina, quod veriſſimum eſt. *Mearus* hodie nominatur *Rio Mero. Ivia* verò eſt is, que *Iuvia* vulgo appellatur, alluitque oppidum *Ferol* dictum. Ptolemaeus Mearum longè removet ab hoc ſinu, cùm tamen in intimo ejus receſſu ſitus ſit.

l. 103. *Quorum nomina noſtro ore concipi nequeant*] Cantabricorum nominum injucundum ſonum notat quoque Strabo lib. III. exempli verò gratiâ affert tria iſta populorum vocabula, Pletauros, Barduetas & Autrigonas. Ego tamen non video quid hîc ſit quod aures tam graviter vulneret, cùm vel in media Graecia multa reperiantur nomina, quorum longè inſuavior & difficilior ſit pronuntiatio. Sed profectò ita eſt, Graecis aſperae videntur pleraeque iſtae voces, quae non ſunt Graecae, aut nihil Graecè ſignificant.

l. 104. *Per eoſdem & Salenos Saurium*] Quidam libri, *Pereundi & Salenos.* Noſter verò optimus & emendatiſſimus, *Per Euuos & Salaenos Saunium.* Ceterum in gentium locorumque iſtorum vera nomina otium nunc non eſt inquirere. De re futili divinabit, quiſquis aliquid certi de his adfirmare cupiet. Sufficiat hîc meliorum codicum lectionem repraeſentaſſe.

## IN CAP. II.

## DE EXTERIORE GALLIARUM ORA.

l. 5. *Grandi circuitu inflexa*] Inflectuntur ea litora, quae intus recedunt, id enim propriè vocabulum hoc ſignificat. Verùm contrarium poſtulat ſenſus. Itaque non dubito, quin ex eo, quod in veteribus exſtat libris, *amplexa*, faciendum ſit *amflexa.* Notum *am* praepoſitionem eandem in compoſitionibus vim habere atque *circum.*

l. 10. *Quidquid ex ſatis frigoris inpatiens eſt*] Malim id quod in optimo eſt libro, *quidquid eſt ſati.* Sequentia ope Vaticani & aliorum codicum refinximus. Prius ſcribebatur, *ager nec ubique alit, & noxio genere animalium minimè frequens.* quae non cohaerent.

l. 12. *Gentes ſuperbae, ſuperſtitioſae,* &c.] Sic quidem

Mela Hiſpanus de Gallis, at longè plures Galli ſuperbiam, & quae ſequuntur, Hiſpanis objiciunt. Utri rectiùs, aliorum judicium eſto. Hoc quidem conſtat, duabus iſtis gentibus idem olim atque nunc fuiſſe ingenium, hoc eſt, valde diverſum. Verùm an propterea aequè olim ſe mutuo oderint, id multi non exiſtimant. Sed profectò tanta morum rituumque diſcrepantia, vix absque ingenti poſſit ſubſiſtere odio. Hoc quo magis ita ſeſe habere exiſtimem, facit verſiculus Catulli de Egnatio,

> *Tu praeter omnes une de capillatis,*
> *Cuniculoſae Celtiberiae fili.*

Antiquiores Catulli codices aut hiatum hoc loco oſtendunt, aut ita legunt, *Celtiberoſae Celtiberiae fili.* Sic quoque habent omnia vetuſta Priſciani exemplaria, duobus aut tribus locis verba haec citantis. Ego non dubito quin Catullus ſcripſerit, *Celtis peroſae Celtiberiae fili.*

l. 14. *Ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam crederent*] Pintianus *caederent*. Sic quoque veteres membranae. Subintelligendum verò tanquam, velut, ut ſit ſenſus, Gallos hominem caedere ſolitos, velut optimam victimam. Aliàs enim vulgaris lectio praeferri deberet. Non rectè verò Pintianus *opimam* ſubſtituit, cùm alterum probum ſit. Minucius Felix: *Qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam caedit.* Malè & iſtic ſuppoſuerunt *opimam.* Optima victima eſt victima optata. Feſtus; *Optatam hoſtiam, alii optimam appellant eam, quum aedilis tribus conſtitutis hoſtiis optat, quam immolari velit.* Sic lego. Paulò pòſt libri veteres *differebatur*, non *deferebatur*. Rectè.

l. 40. *In Auſcis Eluſaberris*] Nihil hîc viderunt Interpretes. Vetus omnium ſcriptorum codicum lectio eſt *Elium berrum*, excepto uno Vaticano, in quo *Cliumberrum* legitur. Vera lectio eſt *Climberrum.* Recenſet hoc oppidum Antoninus in itinere ab Aginno Lugdunum. In *Tabula Peutingeriana Cliberrum* vocatur.

l. 52. *Inſula Antros nomine*] An in inſulis Garumnae id hodie contingat, viderint qui illas frequentant, aut inhabitant. Ego non dubito quin ſaltem olim ſic fuerit, cùm idem innumeris in locis aut fiat, aut fieri poſſit. Simile quid narrat Plinius lib. v. cap. 1. de aeſtuario ad amnem Lixum: *Amplectitur intra inſulam, quàm ſolam è vicino tractu aliquanto excelſiore, non tamen aeſtus maris inundant.*

Sed

Sed meliùs dixiſſet Plinius, tractum inſulae vicinum videri altiorem, non autem revera eſſe. Ridiculum verò eſt exiſtimare, ſolum arenoſum, quale eſt iſtarum inſularum, aeſtu maris attolli, cùm potiùs aquae arenas ſubſidere faciant. Pintianus & alii, hîc ad aquae διάφανον recurrunt, quae efficit, ut jam merſa, denuo ſub adſpectum cadant. Verùm non hoc, ſed iſtud probandum erat, quare cùm objacentia huic inſulae litora altiora videantur, attamen ab aeſtu inundentur, cùm ipſa inſula ſupra mare exſtet. Alia itaque hujus rei excogitanda eſt ratio. Ego ſic exiſtimo, litora illa quae Antro inſulae objacent, & iſta quae in Tingitano aeſtuario eſſe diximus, inſulis adſitis eſſe depresſiora, quamvis altiora appareant propter ſitum loci. Demonſtratur hoc ratione optica, etiam nulla adhibita refractione. Sit enim aut vallis aut alveus aeſtuarii, aut quicunque terrae tractus medio depreſſus, ſemper crepido ulterior, illo cui inſiſtimus, excelſior apparebit. Norunt hoc topiarii, qui tali commento ſolent oculos fallere. Sit A E ambulacrum à medio C in molles utrinque clivos adſurgens. Qui ex A in B deſcendunt, in plano ſe ambulare exiſtimant: itaque oculos intententes in latus CE, montem aut arduum collem ſe videre putant. Ubi ad C pervenerunt, mons ille diſparet. Ubi verò ad D ventum eſt, montem à tergo videbunt; ſi oculos retro flectant. Idem in vacuis aut modica aqua praeditis fluminum alveis contingere poteſt. Uti enim in praemiſſa linea illi, qui in A verſantur, punctum D ſupra ſe exſtare credunt; ita quoque qui ex memoratis inſulis ulteriorem ripam adſpiciebant, altiorem eam putabant, quam tamen, cùm aeſtu obrueretur, facile colligere erat minus editam fuiſſe ſuperficie inſularum.

l. 65. *Ad ultimos Gallicarum gentium Morinos*] Deeſt *gentium* in quibusdam veteribus. Forſan itaque ſcripſit Mela, *ad ultimos Galliarum Morinos*.

## IN CAP. III.

## DE GERMANIA.

l. 4. *Oceani litore obducta eſt* ] Legunt libri manu exarati *Oceano litore*, quomodo etiam locuti ſunt Cicero, Caeſar, Catullus, & alii, licet Grammatici aliquot locis mutarint id loquendi genus.

l. 6. *Et ad inſitam feritatem vaſtè utraque exercent* ] Non audiendi ſunt qui haec mutant, ac *vitae* reſcribunt. *Vaſtè* hîc accipitur pro incultè & ruſticè. Cicero III. *de Orat.* *Non vaſtè, non ruſticè, non hiulcè; ſed preſſè, aequabiliter,* &c. Hinc *homo vaſtis moribus*, pro ruſticis & inconditis, apud eundem Ciceronem & alios. Errat itaque Salmaſius, quum Gellium conatur emendare lib. XIX. cap. 9. *Sed ne nos, id eſt, nomen Latinum, tanquam profectò vaſtos quosdam, & inſubidos ἀνεπαφροδισίας condemnetis.* Reponit hic *vaſcos* & ex Gloſſario interpretatur leves & inanes, quoniam talis eſſet vaſca tibia. Sed profectò planè contrarium ſenſum expetunt haec verba. Leves enim & inanes homines delectantur canticis, ac, ut plurimum, eleganter canunt. Valde tamen ſibi placet hoc vocabulo, idque unum eſſe ait ex ducentis quibus Linguam Latinam auxerit; itaque hoc Livio quoque reddendum esſe contendit, circa finem lib. XXIV. *Omnia, velut forte congregata turba, vaſca & temeraria eſſe.* Sed quis non videat, & hîc, & in Gloſſario, *vaſta* reſcribendum eſſe? *Vaſtum* enim accipi pro inani & vacuo, ſatis apparet ex ſupradictis. Sic etiam in *Rhetorica ad Herennium: Oratio vaſta atque hians.* *Vaſcum* verò nihil tale ſignificat, & ne quidem eſt Latinum, niſi apud tubicines; nam quòd illi vaſcam tibiam vocant μελετητικὸν αὐλὸν, id manifeſtè ex Graeco detruncatum eſt: ἀσκεῖν & μελετᾷν idem. Hinc tibia Fασκητικὴ, Fασκικὴ & Fασκή. Quare verò πλαγίαυλος, ſive obliqua tibia, ἀσκητικὴ dicatur ſive μελετητικὴ, ratio manifeſta eſt, quia ceterae tibiae quomodocunque inflatae ſonum reddunt, ſoloque animantur ſpiritu; ſecus autem contingit in tibiis obliquis: niſi enim aptè diſponatur os, & ex debita menſura & diſtantia diſtribuatur ſpiritus, aut mutae erunt, aut alium, quàm quis velit, edent ſonum. Si molliter inflentur, ſonus erit gravis, ſi validè, acutus. Haec ut quis adſequatur exercitatione opus eſt, idcircoque μελετητικοὶ aut ἀσκητικοὶ αὐλοὶ vocantur.

l. 7.

l. 7. *Corpora ad conſuetudinem laborum*] Reduximus veterum codicum ſcripturam.

l. 9. *Longiſſima apud eos pueritia eſt*] Inſurgunt hîc boni quidam homines in Pomponium, quòd Germanos diutiſſimè esſe pueros inquiat. Sed adquieſcant Viri continentiſſimi; *pueritiam* vocat ἀναφροδισίαν, ſive abſtinentiam à Venere. Pro interprete ſit Tacitus *de moribus Germanorum*, *Sera juvenum Venus, ideoque inexhauſta pubertas.* Quod Tacitus *pubertatem*, id Mela vocavit *pueritiam*.

l. 26. *Paludum, Sueſia, Meſia*] De Sueſia, Meſia & Melſiago paludibus, nihil habemus dicere. Libri meliores ita, uti edidimus, nomina haec repraeſentant. In aliis erat, *Sueſſa, Eltia & Melſyagum.* Si conjecturae locus ſit, pro *Eltia* putem reſcribendum esſe *Aeſtia*. Palus Aeſtia, ſive Aeſtiorum, eſt illa, in qua ſuccinum colligitur, & olim & nunc notisſima. Sed & de Reticone monte alii tacent. Quidam libri legunt *Betico*.

l. 37. *Acre mare quod gremio litorum accipitur*] Rectè Pintianus, *hac re*, quod & libri quidam, & ipſa ratio confirmat. Juxta enim opinionem Veterum mare hoc ſeptentrionale, non acre, ſed pigrum, ſed immotum, ſed glacie conſtrictum & mortuum. Tacitus *de moribus Germ. Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quòd extremus cadentis jam ſolis fulgor in ortus edurat, adeò clarus, ut ſidera hebetet.* Verùm ut hoc obiter moneamus, cadentis ſolis hîc non rectè fit mentio; *cadere* enim *ſol* dicitur in ſphaera recta, aut ſaltem non admodum obliqua. At verò in ſeptentrionali tractu, non tantùm juxta Veterum hypotheſin, ſed etiam rei ipſius veritatem, ſol circuit & lambit potiùs, quàm ſubit horizontem. Rectè itaque in libro veteri ſic concipiuntur haec verba; *quod extremum radens jam ſolis fulgor in ortus edurat, adeo clarè, ut ſidera hebetet.* Mox dein perperam vulgò ſic ſcribitur, *illuc usque (& fama vera) tantùm natura.* Scribe ex eodem libro, *illuc usque, ut fama, non tamen natura.* Ait Oceano hoc glaciali terminari quidem famam, ſed non rerum naturam, illam enim etiam ulteriùs extendi.

l. 39. *Aquis pasſim interfluentibus, ac ſaepe transgresſis*] Poſteriora verba expungit Pintianus. Verùm non rectè; *transgredi* hîc eſt inundare. Loquitur ex falſa Veterum hypotheſi: quis enim neſcit in mari Baltico aeſtum non reciprocari?

l. 46.

l. 46. *Ultrà ultimi Germaniae Hermiones*] Haec proculdubio eſt vera lectio, quamvis in quibusdam libris manu exaratis *Hermones* vocentur. Plinio & Tacito ſimiliter *Hermiones*, licet in hoc poſteriore *Herminones* vulgò legatur. Fruſtra eſt Cluverius, qui hîc *Hellevionеs* ſubſtituit. Errat & in ſitu, & in nomine utriusque gentis. *Hermiones* & *Hellevionеs* utrique Suevorum fuere populi. Quamvis Plinius *Hermiones* non Suevorum partem, ſed Suevos *Hermionum* faciat portionem. Vicinos verò fuiſſe mari, non tantùm ex hoc Melae loco, verùm etiam ex Theophane colligo, qui non *Hermiones*, ſed *Hermechiones* vocat: τῷ αὐτῷ μηνὶ ἦλθον πρέσβεις Ἀσκὴλ τοῦ ῥηγὸς Ἑρμηχιόνων τοῦ ἔσωθεν κειμένου τῶν βαρβάρων ἔθνους πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ. In *Hiſtoria miſcella*, *Hormetioni* vocantur. Virgilius in Epigrammate apud Quintilianum *Hormetios* vel *Hormechios* vocat;

*Hormechiorum amator iſte verborum.*

Synonyma itaque ſunt *Hermiones*, *Hermechiones*, *Hermechii* & *Hormechii*; ſic ſolent variare Barbarorum vocabula. Cetera hujus epigrammatis alibi interpretamur. Diverſi autem ab his fuere *Hellevionеs* aut *Hellevones*, Αἰλουαίωνες Ptolemaeo dicti, Diſtinguit quoque illos ab Hermionibus Tacitus, quamvis apud illum perperam *Helvecones* legatur, cùm *Helvaeones* proculdubio vera ſit ſcriptura,

## IN CAP. IV.

## DE SARMATIA.

l. 4. *Gens habitu armisque Parthicae proxima*] Non olim tantùm, verùm etiam hoc tempore verum eſt id, quod hîc Auctor adfirmat, Sarmatas Perſiſſare. Si equitis Poloni aut Lithuani mitellam Perſica permutaveris tiara, parum aberit, quin Perſam exiſtimabis. Eo tantùm inter ſe differunt, quòd Poloni ut caeli, ita quoque ingenii aſperioris; Perſae verò molles, effeminati, ac tota vitae ratione magis ſint elegantes. Idem verò quod hîc Mela Sarmatis, id Ammianus Marcellinus Alanis tribuit, qui & ipſi erant Sarmatae. Verba ejus ſunt lib. XXXI. de Alanis agens, *Mores è Media; at efferata vivendi ſecta immutarunt.* Prius namque Alani propter crebra commercia & bella cum Medis, habi-

tum

tum & mores Medicos adſciverant, quos poſtea longiùs digreſſi efferata & barbara vivendi ratione exuerunt. Ammiani verba ita concipiuntur in veteribus libris, *mores & media & efferatam vivendis etiam immatarum.* Unde Viri eruditi nihil boni excudere potuerunt.

l. 13. *Ut inde expedita in ictus manus*] Veterum librorum lectionem reduximus. Redundare autem videntur verba illa, *quae exeritur.* Verùm jam ſaepius monuimus, noſtrum hunc etiam in tanta brevitate habere quod auferri posſit.

## In Cap. V.

## DE SCYTHIA.

l. 1. *Ubi perpetuae hyemes ſedent & intolerabilis rigor*] Si *hyems* pro rigore accipiatur, redundat; ſin pro ipſa hyeme, peccat Mela. Ipſe agnoſcit ſemeſtrem lucem, & ſemeſtrem noctem apud Hyperboreos. Illis itaque dies eſt pro aeſtate, nox pro hyeme. Melior ergo eſt librorum quorundam lectio, qui *nives* hîc exhibent, quod reduximus.

l. 7. *Verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit*] Ridiculus posſit videri Plinius lib. IV. cap. 12. cùm aut Melam, aut ſaltem hanc ſententiam rejicit, & imperitos vocat, qui ſolem verno aequinoctio oriri Hyperboreis, autumnali verò occidere exiſtimant: ipſe enim credit ſemel in anno ſolſtitio nempe oriri iis ſoles, brumaque ſemel occidere. Sed manifeſte erravit, & Hyperboreos cum Thulitis confudit, cùm tamen Hyperborei ſub ipſo mundi cardine deſcribantur, hoc eſt, ſub polo mundi, Thule verò directè polo Zodiaci ſubſit, juxta hypotheſin Melae. Rectè verò de illis qui in Thule habitant, hoc eſt, de Norwagis, Laponibus, & Iſlandis ſub arctico ſitis circulo, dicitur, ſolſtitio iis ſolem ſemel oriri, bruma verò ſemel occidere: cùm enim per totum annum ſol iis quotidie oriatur & occidat, duobus tantum temporibus id non contingit, ſolſtitio nempe & bruma. Solſtitio quippe, cùm ſol quadraginta ſeptem gradibus ſupra horizontem exſtat, tum non occidit, ſed toto ſuo circulo conſpicuus eſt, totusque quodammodo oritur, ſimili atque fabuloſis Hyperboreis ortu, licet ad breve ſpatium. Bruma verò ſol iis occidit, quia tum non oritur, toto enim ſuo circulo ſub terram conditur. Itaque Thulitae

tae uno tantùm die ſolem averſum habebant, quod perperàm Hyperboreis tribuit Plinius. Sed & tum inſigniter errat, cùm eodem capite dicit: *Qui alibi quàm in ſemeſtri luce conſtituere eos, ſerere matutinis, meridie metere, occidente ſole foetus arborum decerpere, noctibus in ſpecus condi tradiderunt.* Imò illi, qui haec de Hyperboreis adſeruerunt, omnino crediderunt eos in ſemeſtri luce vivere. Verè namque gloriari posſunt Lappones & Norwagi illi, qui intra Arcticum habitant circulum, adeò ſe benignum experiri ſolem, ut uno die fruges ipſis matureſcant, quod ne in media quidem contingit Aethiopia. Mane enim oriente ſole ſerunt; meridie, id eſt, media aeſtate, aut ſaltem veſpertino tempore ſub finem nempe aeſtatis, fructus, ſi qui frigoris ſint patientes, colligunt; ſegetes quippe apud illos nullae. Rectè itaque haec dicuntur fieri in luce ſemeſtri, cùm alibi non fiant. Qui Plinio patrocinari voluerunt, negativam addiderunt particulam, non quidem malè, ſi faverent veteres libri. Sed opinor Plinium non percepisſe Auctorum, quos ſequeretur, mentem. Miſerè quoque hic hallucinatur Salmaſius, nihilo melior Plinio aſtronomus.

l. 10. *Terra auguſta, aprica, per ſe fertilis*] *Auguſta* pro magna & ampla, non eſt Latinum, ſed pro ſancta & venerabili, & alibi pasſim accipitur. Quare autem ſacra vocetur haec tellus ex ſequentibus patet, uti quoque ex Herodoto, unde tranſcripſit. Hinc Pindarus quoque *Olymp.* Ode III. Hyperboreorum gentem ſacram vocat, propter cultum Apollinis & templum, quod apud illos exſtitisſe fabulata eſt Antiquitas. Pherenici verſus de hac re, quos adfert ejus Scholiaſtes, ita legendi ſunt:

> Ἀμφί θ' Ὑπερβορέων, οἵτ' ἔσχατα ναιετάουσι
> Ναῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο.
> Τοὺς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνίζουσι
> Τιτήνων βλαστόντας ὑπὸ δρόμον αἰθρήεντα
> Νάσσασθαι βορεxο γύην Ἀριμασπὸν ἄνακτα.

Paulò pòſt antiquisſimus Vaticanus liber legit, *quorum primitias Delum miſisſe olim per virgines.*

l. 17. *Moremque eum diu, & donec vitio gentium temeratus eſt*] Optimus liber ſic habet; *Moremque quamdiu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervasſe referuntur. Quamdiu* probum eſt & Latinum, pro *quàm diutisſimè. Quàm* enim non tantum ſuperlativo jungitur, ſed etiam poſitivo, idque

idque ſaepiſſime apud ipſum quoque Ciceronem. Pro *temeratus*, quidam libri habent *deſtitutus*, quod & ipſum probum eſt.

l. 23. *Mare Caſpium ut anguſto, ita longo etiam freto*] Non rectè hîc diſceſſit ab Herodoto, quem aliàs ferè ſemper ſequitur. Nempe quia Caſpium mare ex Oceano ſeptentrionali influere tradiderunt alii, Herodoto poſteriores, illos ſequi maluit. Verùm non ſemper poſteriores obſervationes praeferendae ſunt antiquioribus. Quòd Herodoti, & aliorum idem ſentientium, opiniones non approbatae fuerint, ea praecipuè fuit ratio, quia id mare ſalſum eſſet, ac ſi neceſſum eſſet propterea ut Oceano conjungeretur. Sed verò multos eſſe lacus, eosque non admodum amplos, qui tamen ſint ſalſi, notiſſimum eſt. Jam verò & hoc rationi conſentaneum eſt, & experientia conſtat, omnes lacus, ſive Oceano conjungantur, ſive terrae undique ſint incluſi, ſi vaſtè admodum explicentur, ſalſos paulatim fieri, ac marium naturam induere. Ne quis mihi aut Larium, aut Benacum, aut Lemannum hîc objiciat. Quantuli enim ſunt iſti? Verùm in Maeotide jam manifeſta ſalſitudinis comparent indicia: majora in Ponto Euxino, qui cùm alia ſimilis ſit mari Caſpio, tum etiam illo, quòd in medio tantùm ſit ſalſus. Cauſam verò, quare vaſti lacus ſalſi fiant, in *Meteorologicis* noſtris reddemus. Fruſtra autem de effluvio ſolliciti ſunt. Julius Scaliger mare hoc in Pontum Euxinum occultis alveis exire, alii alia quaerunt oſtia; quaſi verò non innumeri reperiantur lacus, qui tamen nusquam effluant. De magnitudine hujus maris quae idem Scaliger refert abſurda ſunt, ac neſcio unde hauſerit, ſi quidem non ſunt apud Joſaphatum Barbarum, unde cetera deſcripſit. Dicit totum mare Caſpium circumnavigari duodecim diebus, ac reprehendit Herodotum quòd ſcripſerit mare id longum eſſe quindecim, latum verò octo dierum navigatione. Sed profectò, ſi longitudinem hîc accipias pro maxima maris extenſione, aut non erravit Herodotus, aut parùm admodum. Verùm ſi longitudinem accipias pro ſpatio, quod eſt inter Jaxartis fluminis oſtia, & Circasſorum litus, jam nimia erit menſura. Scaligerum tamen ſecutus eſt nuperi *Itinerarii* Auctor Adamus Olearius, qui maris hujus partem perluſtravit, ac fuſè deſcripſit. Ego licet plurimum oculis ac noviſſimis tribuam obſervationibus, hîc tamen ad priorum cogor redire ſententiam: nam quòd ait mare hoc extendi, non ab ortu in occaſum, ſed à meridie boream verſus, in eo omnino

omnino fallitur. Occiduam tantùm maris Caſpii partem exoloravit, nempe litus quod ab oſtiis Volgae usque ad Ferabath oppidum dirigitur, ac ſummam maris latitudinem efficit. Intervallum hoc componit cum centum viginti leucis Germanicis: haec menſura convenit ſatis benè cum illa Herodoti; navigationem namque unius diei Graeci includunt ſtadiis quingentis. Octiduí itaque navigatio efficit ſtadia quater mille, quae conficiunt leucas Germanicas centum viginti quinque. Convenit quoque Geographus Nubienſis, qui ſeptem dierum navigatione latitudinem hujus maris emetiri ſcribit. Nempe ſpatium, quòd eſt à promuntorio Tabruſtan, in extantisſimum Nagaiae promuntorium, ideoque unum diem abſtulit. Longitudinem maris non perluſtravit Olearius, ſed perluſtrarunt cùm alii, tum quoque Antonius Jenkinſonus Anglus, ante centum circiter annos, qui totum litus ſeptentrionale, quod ab oſtiis Volgae ad Jaxartis oſtia extenditur, enavigavit. Scribit is mare hoc porrigi ad ducentas leucas Germanicas, cùm Olearius non ultra nonaginta leucas numeret, adeò nempe ſpatia & intervalla omnia contraxit. Ab oſtiis Volgae ad Boglatan promuntorium numerat Jenkinſonus LXXIV. leucas. At verò in tabulis Olearii ne dimidia quidem portio hujus intervalli exprimitur, unde apparet illum mediam partem maris Caſpii amputasſe, & terris adtribuisſe. Scaliger verò non illo contentus, etiam tribus minimum quadrantibus mare hoc multavit, ut facilè colligere poterunt, qui non omnino ſunt Geometriae ignari. Quàm benè, ex ſuperioribus, ut puto, ſatis liquet. Maneat itaque hoc mare porrectum ab ortu in occaſum, ſi non ad quindecim dierum navigationem, ſaltem ne in tam arcta ſpatia, atque Olearius aut Scaliger fecere, conſtringatur ejus longitudo. Non Veteres tantùm, ſed & Arabes in eo conveniunt. Quòd autem in menſura non conveniant, id eo evenit, quòd minus exploratum habuerint latus ſeptentrionale. Non diſplicet Eratoſthenis menſura, verùm ita, uti eſt apud Strabonem, non apud Plinium, cujus numeri ex Strabone emendandi, aliàs ne ſibi quidem ipſi conſtaret Plinius. Eratoſthenes verò partis ſibi compertae menſuram prodit ſtadiorum 12600. ſive millium pasſuum 1575. ut habet Plinius. Verùm hîc deeſt ſpatium, quod ab oſtiis Volgae ſive Rha fluminis usque ad Jaxartem excurrit. Huic ſi juxta Jenkinſonum tribueris centum ſexaginta ſex leucas Germanicas, habebis totum maris Caſpii ambitum leucarum quingentarum ferè & ſexaginta.

l. 37. *Amardi & Paeſici* ] *Mardi* & *Amardi* iidem ſunt. Ad Oxum habitasſe patet & ex aliis, & ex hoc ipſo inferiùs. Sed non uno fuere loco *Mardi* aut *Amardi*. A Ptolemaeo in Media, & in Armenia majore, ab aliis etiam alibi collocantur. Puto omnes latrones & fugitivos montium incolas à Perſis ſic dictos fuisſe. Tales omnium teſtimonio fuere *Mardi*, ubicumque esſent. Sanè מָרוּד Hebraei *exſulem* & *rèbellem* vocant, à radice מָרַד

l. ead. *Paeſici* ] Infrà *Paeſicas* vocat, quod rectiùs, quamvis etiam apud Plinium *Paeſici* nominentur. Herodoto Παυσίκαι malè pro Παυσίκαι. Ptolemaei libri meliores Πάσικαι ſimiliter pro Παισίκαι. In loco omnes conveniunt, nempe ſitos fuisſe inter Oxum & Jaxartem. Porrò iſti *Paeſiacae*, vel *Paſiacae*, etiam *Apaſiacae* appellantur, quemadmodum *Mardi* etiam *Amardi*. Malè apud Polybium Ἀσπασιάκαι. Sed ſcripſisſe & illum & Strabonem Ἀπασιάκας, manifeſtum eſt ex Stephano.

l. 40. *Uno alveo deſcendit, duobus exit in Caſpium* ] Manifeſtè hîc deest aliquid. Pintianus rectè divinavit excidisſe hîc vocabulum *Rha* fluminis ſimilitudine vocis ſequentis, uti ſaepe aliàs. Verùm non rectè fluvium hunc ait oriri ex Ceraunìis montibus, quorum ſitus notus eſt ex Ptolemaeo, cùm remotisſimis oriatur fontibus, ac plus quàm quadraginta Germanicas leucas curſu ſuo conficiat. Sed neque illud verum, duobus tantùm alveis in Caſpium mare exire, ſeptuaginta enim oſtia numerarunt, qui viderunt, aut etiam plura: quamvis alii viginti quinque tantùm referant, quod de majoribus forſan & permanentibus oſtiis eſt intelligendum. Quum verò ſcribit uno alveo deſcendere, tum quoque errat, cùm plurimi in eum amnes partim in Tartariâ, partim in Moſcovia nati, influant, quod hodierna experientia compertisſimum. Diverſi illi Rha ſive Volgae fluminis fontes noti fuere jam olim Ptolemaeo. Praeter duos longisſimè à ſe invicem diſtantes fontes, quos ex Hyperboreis ait oriri montibus, amnibus quoque aliquot augeri ait, qui ex Rhymmicis montibus in eum influant. Verba ejus haec ſunt, agens de Scythia intra Imaum, & Rhymmicis in ea montibus: Ἀφ' ὧν ῥέουσιν ὅτε Ῥύμμος καὶ ἄλλοι τινὲς εἰς τὸν Ῥᾶ ποταμόν· οἵδε συμβάλλοντες τῷ Δαΐκι ποταμῷ κατὰ τὸ Νορόσσον ὄρος. Sic habent veteres manu exarati libri, & rectè: vulgata enim lectio falſa eſt, & meras offundit tenebras. Ex Rhymmicis montibus praeter Rhymmum, qui proprio oſtio in mare

Caſpium exoneratur, egrediuntur quoque alii amnes, quorum aliqui Rha fluvium ſubeunt, alii Daïci conjunguntur flumini, qui vulgò *Iaik* appellatur. Multa, ut ſolet, & de hoc flumine, & de herba Rha in *Solinianis* ſuis Salmaſius, quae tamen ipſe ibidem deſtruit. Locus Ptolemaei & in manu exaratis libris, & in illis codicibus, quibus uſi ſunt veteres Interpretes, rectè ſic concipitur, ἐστι καὶ ἑτέρα τοῦ 'Pᾶ ἐπιστροφὴ πλησιάζουσα τῇ τοῦ Ταναΐδος: vulgatam enim lectionem abſurdam esſe quis non videat? Salmaſius tamen illam tuetur, ſed tandem ſe ipſum corrigit, & pro ἐκβολὴ ἐκτροπὴν reponit, ac *flexionem* interpretatur. Sed graviter errat, confundens ἐκτροπὴν cum ἐπιστροφῇ. Flexio ſive ἐπιστροφὴ fluviorum quid ſit, neminem, ut puto, latet. Sed verò ἐκτροπὴ ſive divortium longè aliud, uti ſexcentis locis apud Ptolemaeum videre eſt. Nempe quotiescunque fluminis pars relicto recto & naturali ſuo curſu, alium aut ſua ſponte, aut hominum labore reperit alveum, qui exitum non habeat, aut ab aliis amnibus aut lacubus intercipitur, illum paſſim ἐκτροπὴν ſive diverticulum ſolet appellare Ptolemaeus. In eo tamen ſaepe peccat, quòd συμβολὰς ſive confluentes aliorum amnium cum diverticulis confuderit, uti in Rheno ac aliis nonnullis, cùm tamen ἐκβολὰς & συμβολὰς alibi rectè diſtinxerit. Verùm haec obiter, idque eò libentiùs, quoniam video multos de hoc vocabulo ſollicitos fuisſe, nec ſeſe expedire potuisſe, quid per ἐκτροπὰς ſive divortia intellexerit Ptolemaeus. De Rha verò aut Rheo Barbaro, aliàs. Hoc tantùm nunc monemus, Rha Barbarum, Rha Ponticum, idem planè esſe, dictumque à flumine, de quo nobis ſermo, in cujus ripis naſcebatur, non autem à Barbaria Aethiopica, ut nugantur. Rhacoma verò Plinii, nihili eſt vocabulum. Frigidae quoque hoc loco emendationes Salmaſii. Optimae noſtrae membranae exhibent, *Recoma*, & in indice libri, *Reucyma*. Quis non videat ſcripſisſe Plinium *Rheu cyma*? Sic apud ipſum Plinium *brasſicae cyma*: ſic *cyma lauri* apud Marcellum Empyricum. 'Pέου κύμα itaque manifeſtè hîc accipitur pro teneriore Rhei cauliculo. Sed verò Rhabarbarum hodiernum nihil commune habet cum vero Rhabarbaro. Et ſpecie & virtute plurimum differt, hoc στυπτικὸν, illud verò καθαρτικόν. At poſtquam ex iisdem oris, unde priùs Rha Barbarum, à mercatoribus allata fuit radix illa, quae apud ſolos creſcit Sinenſes, ac *Taihoang* ab ipſis nominatur, uſus obtinuit ut in illam Rhabarbari appellatio transferretur. Utriusque effigiem dabimus in *Paralipomenis* noſtris *botanicis*.

l. 41.

l. 41. *Araxes Tauri latere demiſſus*] Magnam & hic fluvius Geographiae obſcuritatem adtulit, dum diverſis adeò locis deſcribitur. Aliqui ex Tauro vel ex Caucaſo, Herodotus ex montibus Matianis, qui ſunt in Media, Ariſtoteles in *Meteorologicis* ex Paropamiſo profluere ſcribunt Hinc apparet non uni fluvio nomen *Araxis* adtributum fuiſſe. Primus, qui illum deſcripſit, eſt Herodotus. Verùm is per *Araxem* manifeſtè *Oxum* intellexit, cùm Maſſagetarum faciat terminum. Sed quomodo è Matianis tunc oritur montibus? debuiſſet enim dicere ex Paropamiſo, ut Ariſtoteles. Sanè *Oxum* ante victorias Alexandri à Graecis *Araxem* fuiſſe appellatum nullus dubito, cùm ad orientale maris Caſpii latus illum deſcribant. Quod Mela & alii *Araxi* adſcribit, illud ipſum Polybius Oxo tribuit, ut ſtatim oſtendemus. Dionyſius quoque Alexandrinus *Araxem* Maſſagetarum facit terminum, ſed perperam ab Oxo diſtinguit. Jam verò quod Herodotus ſcribit, *Araxem* quadraginta oſtia, ſive potiùs ἐκτροπὰς habere, illud neſcio an cuiquam flumini in Caſpium exeunti poſſit adſcribi, praeterquam Volgae vel Rha fluvio. Verùm de hoc infrà agemus. Quod autem Ariſtoteles ait. Tanaïm profluere ex *Araxe*, & hoc quoque verum eſſe non poteſt, niſi per *Araxem* flumen Rha ſive Volgam intelligamus. Hoc enim poſito, jam commodam verba Ariſtotelis interpretationem admittunt, nempe ut ea capiamus de foſſa illa, quae hodie quoque comparet illic, ubi Volga Tanaï proximus eſt, quaeque utrumque hoc flumen committit. Neſcio quid Barbari foſſae adcolae de hac narrent, interim non dubito quin antiquiſſimus ſit canalis iſte, ac is ipſe, ut puto, cujus meminit aliquoties Herodotus, addens à ſervis Scytharum eſſe effoſſam. Confluentis hujus meminit quoque Theophanes in *Chronico* ad Annum mundi 6170. Apparet ex his quàm variè nomen *Araxis* à Veteribus acceptum fuerit, & quàm diverſis fluminibus adtributum. Hinc procul dubio factum eſt, ut cetera flumina Cyrus, Cambyſes, aliaque loco ſuo mota ſint alióque tranſlata, & à Mela & ab aliis, uti ex ſequentibus manifeſtum fiet.

l. 50. *In ſubjectam non declinet ſtatim undam*] Correximus haec auctoritate veterum codicum, & ſic poſtulante ſententia. Paulò pòſt ſcribe ex iiſdem libris, *ſemetipſe ſine alveo ferens*. Prodigioſum verò & incredibile prorſus videtur id, quod hîc Mela ſcribit de Araxe flumine, illum tanto impetu è fonte praecipiti in ſubjecta decidere, ut unda ejus altiùs evehatur, quàm ſit ipſe fons, ac ferri per ingens

 ſpatium

ſpatium ſine alveo. Dubito an hoc de Araxe, quem hic deſcribit Mela, quique etiamnum *Aras* vocatur, intelligendum ſit. Inſignem quidem is lapſum habet prope oppidum Ordabat, cujus fragor ad leucae & amplius ſpatium exaudiri poteſt, verùm non id eſt aquarum ingenium, ut toto agmine reſiliant, ſed guttatim tantùm. At videtur Mela hoc Araxis miraculum ex antiquioribus Graecis, qui Alexandri tempora praeceſſere, hauſiſſe; illi verò per Araxem, ut ſuperiùs monuimus, Oxum amnem intelligunt. Sic quoque Polybius, qui miraculum hoc auget, & Oxo amni tribuit. Quo enim loco in *Excerptis* prodit, Aſpaſiacas Scythas Oxum pedibus tranſire, duas quomodo id fiat adfert rationes, alteram facilem, nempe quia Oxus terram ſubit; alteram miraculoſam, non tamen impoſſibilem, ut ipſe exiſtimat. Scribit enim Oxum tanto impetu è ſublimi deorſum ferri, ut aqua ejus plus ſtadio à ſaxo abſiliat. Aſpaſiacarum verò tam pedeſtres quàm equeſtres turmas per ſpatium rupi vicinum in Hyrcaniam tranſire, ac pendulas fluvii aquas ſine noxa ſubire & evadere. Verùm Theophylactus in *Oecumenica Hiſtoria* eandem ſcribens hiſtoriam, nec Oxi facit mentionem, ſed maris Caſpii litorum, verba ejus quia nondum lucem viderunt, adſcribam: *Ἐν τῇ θαλάσσῃ Ὑρκανίᾳ τῇ καὶ Κασπίᾳ καλουμένῃ, ἀκταὶ παρὰ τῷ αἰγιαλῷ ἀνέχουσαι ὑψηλαὶ ἄγαν καὶ ὕπαντροι ὀλίγῳ διαστήματι ἡμισταδιαίῳ τυχὸν ἢ καὶ τρίτῳ τοῦ σταδίου τῷ καὶ εἰς αἰγιαλὸν χρηματίζοντι, τῆς θαλάσσης ἀπέχουσι. Ὕπερθεν ποταμοὶ κατιόντες ἄνωθεν ἀπὸ ὑψηλοτέρων ὀρέων τοσαύτῃ καταφέρονται τῇ ῥύμῃ, ὥστε ἐν τῷ μέλλειν εἰσβάλλειν εἰς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν ἀκτῶν, πρὸς αὐτὴν τὴν θάλασσαν τὸ ὕδωρ ἀκοντίζουσι, τὸν ἐν μέσῳ ὑποκείμενον χῶρον, ἤτοι τὸν αἰγιαλὸν ἄβροχον εἰσάπαν καταλιμπάνοντες· ὡς εἶναι βάσιμον αὐτὸν καὶ ὁδεύσιμον τοῖς ἐκεῖσε διερχομένοις, κἂν στρατὸς ὁλόκληρος εἴη, σκεπομένοις μᾶλλον ὑπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν, καὶ ἀβρόχοις ἐν τῷ διέρχεσθαι συντηρουμένοις.* Nihil verius hoc Theophylacti loco, quem unicè confirmat Matthias à Michou lib. I. cap. 7. de Sarmatia Aſiatica: agens enim de mari Caſpio dicit: *Fluere multa ac magna flumina in id mare, quae de ripis altis impetuoſè & quaſi per ſultum ex alto in medium decidant, & juxta ripas ſubtus tranſeuntibus iter praebeant. Unde fiat ut ibi in aeſtate à Perſis & Medis refrigerium quaeratur.* Simile eſt quod in Aethiopia fieri tradit Joannes Barros fide dignus Auctor, qui Luſitanicè complexus eſt navigationes ſuae gentis. Dicit is lib. III. cap. 8. decadis primae, Nigrum fluvium, qui vulgò *Zanaga* dicitur, circa regionem Huaba è rupe excelſa

tam longè undas ſuas in ſubjectam planitiem ejaculari, ut ſub volantibus iſtis in aëre aquis ſiccus ſemper pateat tranſitus, niſi quando adverſus ventus, undam retroagat, & ad rupem allidat. Lapſum verò iſtum ait ab indigenis *burto* vocari, quod *arcum* ſignificat, quia arcuatim de ſummo labitur flumen; niſi potius exiſtimemus, ab arcu caeleſti ſic nominari. Semper enim cùm aquarum moles è ſublimi deorſum feruntur, irides aliae pendulae, aliae terris incumbentes apparent, etiam abſolutae & rotundae, uti nos ipſi ſaepe comperimus. Quòd autem dicunt talia loca ſiccis peragrari pedibus, in eo falluntur: ubi enim eſt ingens lapſus, ibi immenſa circumcirca eſt adſperſio, quaeque ad aliquot ſaepe pertingit ſtadia, quod & ipſum in Helvetiis & alibi experti ſumus. Atque haec quidem certa esſe exiſtimo, verùm mera eſt fabella, quam narrat *Chronici Hirſaugienſis* Auctor ad Annum MCXVII. nempe quòd tantus fuerit terrae motus, *ut Padus unus de quatuor Europae majoribus fluviis è terra elevatus fuerit, in modum fornicis, ita ut inter terram & aquam via pateret tranſeuntibus.* Eadem habet Dodechinus in Appendice ad *Marianum Scotum.* At verò Robertus Montenſis ad Annum MCXVIII. longè aliter hoc miraculum narrat, & Moſae, non Pado tribuit; *Moſa fluvius, juxta Abbatiam quae dicitur Suſtula* (vulgò *Suſteren* appellatur) *quaſi pendens in aëre fundum ſuum viſus eſt deſeruisſe.* Idem habet Anſelmus Gemblacenſis, qui obiit Anno CIↃCXXXVII. in *Continuatione Sigeberti.* Hoc poſtremum credo, cùm multò etiam majora miracula terrae motu contingant. Sed ut flumen aliquod tamdiu ſupra alveum elevatum maneat, ut ſubtus tranſeuntibus tranſitus pateat, calidum ſanè videtur mendacium.

l. 56. *Cyrus & Cambyſes ex radicibus Coraxici montis*] Valde hîc peccat Mela, cùm amnes hos vicinis fontibus oriri, ac tamen tam vaſta divortia facere ſcribit, ut unus per Iberas, alter per Hyrcanos fluat, priusquam conjungantur. Nempe quia Araxis appellatio tam variis adtributa fuit fluminbus, ideo quoque in ſitu & nomine Cyri & Cambyſis amnium variatum fuit. Sed ſi per Araxem illud flumen intelligamus, quod ſic Romani appellarunt, quodque etiamnum nomen ſervat, jam non erunt diſtinguenda oſtia Cyri & Cambyſis ab oſtiis Araxis; confluentem enim faciunt, non divortium. Araxes influit in Cyrum, uti non tantùm Plutarchus & Appianus, ſed & hodierna docet experientia.

l. 62. *Jaxartes & Oxus per deſerta Scythiae*] Aliud haec

concipiuntur in optimo meo codice, hoc nempe modo, *Jaxartes, & deſerta Scythiae peragrans Oxos, ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt.* An ſic ſcripſerit Mela neſcio, interim hoc verum eſt, Oxum magis peragrare Scythiae deſerta, quàm vulgò exiſtiment. Dicturi ſumus de hoc flumine, & de Jaxarte aliàs, quoniam nuſquam major eſt Geographiae obſcuritas, & ignorantia, quàm in tractu, qui mare ſive lacum Caſpium, & regnum Sinenſe interjacet. Oſtendemus intervallum iſtud longè eſſe minus atque vulgò creditur, fluminaque iſta longè alium tenere curſum, quàm iis adſignarint Geographi. Hoc brevitatis gratia admonuiſſe nunc ſufficiat.

l. 67. *Inter Amardos & Paeſicas os aperit* ] Sic rectè legunt meliores libri. Quòd autem dicit Oxum in Scythicum maris Caſpii ſinum exire, in eo non recedit à Veterum aliis. Veriſſimè de hoc flumine ſcribit Herodotus, licet ſub Araxis nomine, ut jam monuimus, in quadraginta illud ora dilatari, uno tantùm in Caſpium exire. Neoterici quidam adfirmant Oxum ne exire quidem, ſed in innumeros rivos diſperſum emori, & nuſquam manifeſto alveo egredi. Hinc eſt quòd illa Bactrianae portio adeò ſit fertilis & amoena, quantum vix alia in terris regio. Quòd autem nullum in mare Caſpium exitum obſervarint nonnulli, id eo contigiſſe exiſtimo, quòd aeſtate, cùm humilis ſit, facilè à riguis epotetur, quod ipſum quoque Euphrati multiſque aliis contingit fluminibus.

l. 68. *Silvae alia quoque dira animalia* ] Habent libri veteres *aliaque*, non *alia quoque*. Utrumque probum & Latinum; ſic *hodieque* pro *hodie etiam*, ſic innumera alia apud Liviumalioſque Auguſtei aevi Scriptores. Vide de hoc loquendi genere reſponſum Parentis *ad Animadverſiones* Scioppii.

l. 70. *Utique Hyrcaniae ſaevum ferarum genus* ] Atqui non *Hyrcania* ſola fert tigrides, neque in illa ſola ſaeviunt; vide itaque num locus hic hoc pacto ſit concipiendus: *Silvae aliaque dira animalia, verum & tigres ferunt, utique Hyrcania, Saevum ferarum genus*, &c. Lepidus ſanè eſt Servius, qui *Hyrcaniam* ſilvam eſſe ſcribit, & quidem Arabiae. An *Hercyniam* in animo habebat? Sed quid illa ad Arabiam.

l. 76. *Aſtu unum de pluribus omittit* ] *Omiſit* eſt antiqua lectio, quod perperam mutarunt. Nempe dicit, ubi raptor unum de catulis omiſit, illae projectum excipiunt, & ad

ad cunabula ſua referunt. Sic habent manu exarati libri, non *cubilia*, ut vulgò. Porrò meram ſapiunt fabellam quaecunque hîc Mela, & ex eo Plinius & Solinus tradunt de tigride. Nec veriora ſunt illa, quae de ſphaera vitrea narrant Claudianus & Ambroſius. Minore impendio & periculo hoc ſeculo capiuntur tigrides. Cauſa figmenti ex eo, quòd quadrupedum perniciſſimum eſſe crediderint hoc animal. Sed ſanè quotidiana experientia docet tigrides minimè curſu valere, ac tardos eſſe ſi cum ceteris belluis conferantur. Hinc fit ut hominibus & ſegnibus jumentis potiùs inſidientur, quàm aliis belluis. Romani videntur tigrides aeratis tantùm incluſas caveis cognoviſſe, idque ſerò admodum; primus ſiquidem tigris ſub Auguſto demum conſpectus eſt, in dedicatione theatri Marcelli, ut conſtat ex Plinio. Benè itaque Varro lib IV. *de L. L. Tigris qui eſt ut leo, qui vivus capi adhuc non potuit.* Sic rectè libri manu exarati. Malè vulgo ſcribitur, *qui eſt ut leo varius*, quod ineptum, cùm tigrides, quoad conſpectum, hoc tantùm à leonibus ſive potiùs leaenis differant, quòd tigrides ſint varii, leaenae minimè. Non dubito, quin quòd hodie paſſim fit, id quoque olim factum ſit, nempe ut pantherae & leopardi pro tigridibus ſaepe acciperentur. Multa Hiſpani, multa quoque noſtrates ſcribunt de tigribus Americanis, ſed revera illi ſunt majores leopardi, non abſimiles iis, qui in regno Congi, Angolae & Aethiopia majore reperiuntur, qui & ipſi vulgò tigrides appellantur. Atqui tigres ſunt virgatae, iſtae verò Americanae & Africanae maculis tantùm rotundis diſtinguuntur. Quod ſi verum ſit omnes tigrides eſſe virgatas, jam quoque illud verum erit, ſolam Aſiam ferre tigrides. Qui primitus leopardis iſtis Americanis tigrium nomen dedere, nunquam tigres viderant. Unum quod cum tigridibus commune habent eſt, quòd ſint pigri admodum & non multùm curſu valeant, ut teſtatur Oviedus in *naturali novi Orbis Hiſtoria.* Magnitudinem & molem corporis quod attinet, illa multùm diſpar eſt, cùm leopardi iſti maximi, longè tamen ſint minores tigridibus. Argumentum quod ex robore petunt, non multùm urget. Eſto id quod Oviedus ad Carolum V. ſcribit, belluas iſtas Americanas fortiores eſſe regiis leonibus; neſcio tamen an robore comparandi ſint cum Aſiaticis tigribus, iis praeſertim qui Gangem adcolunt. Retulit mihi Vir fide dignus vidiſſe ſe tigridem, qui rapto tauro tranſiliret ſeptum ſupra humanam ſtaturam editum. Magis etiam mirandum id, quod Joannes Barros de-

cadis 11. lib. VI. cap. 1. narrat Malaccae contigiſſe; tigridem nempe ſuperato muro, trabem, cui alligata erant tria mancipia, abripuiſſe, ac tanto preſſam onere murum denuo tranſvolaſſe.

l. 87. *Cornelius Nepos ut recentior auctoritate, ſic certior*] Inepta lectio; quid ènim eſt *auctoritate certior?* Manu exarati libri, *ut recentior, ita auctoritate certior*, quod aequè ineptum. Scripſit Mela, *ut recentior Auctor, ita certior.*

l. 91. *Indos quoſdam à Rege Suevorum dono ſibi datos*] Ita ex Plinio hunc locum emendare conatus eſt Hermolaus Barbarus, cùm priùs legeretur *Boiorum* Sed neque Boiis, neque Suevis, locus hîc eſſe poteſt; cùm Boii toti ſint mediterranei, Suevi verò in nullo ſcripto codice compareant, Ego ſic ſentio, locum eſſe corruptum & veram eſſe lectionem, quam in optimis aliquot codicibus reperi, *Baetorum*, non *Bojorum*, aut *Botorum*, aut etiam *Lydorum*, uti habent alii manu exarati libri. Baeti ſunt Batavi. Sic quoque appellantur in lapide trilaterali apud nos reperto;

IMP. CAES.
ANTO
AUG. COH.
BAETORUM
P. E.

Strabo Βάττους vocat Batavos: neque enim probo illorum conjecturam qui Χάττους reponunt. Nempe ab agro *Betua* vel *Battua*, uti habet Aimoinus Monachus, variae iſtae promanarunt appellationes, quae & in libris, & in antiquis comparent marmoribus, quales ſunt, *Bati*, *Baeti*, *Batai*, *Badai* & denique *Batavi*. Verùm de his in *Batavicis* noſtris. Sufficiat breviter oſtendiſſe *Baetos* iſtos Cornelii Nepotis eſſe *Batavos*, & perperam *Suevos* ſubſtituiſſe Plinium, more ſuo, ut jam multis in locis oſtendimus. Per Indos verò iſtos, qui in litus Batavum ejecti, & poſtea Metello dono dati fuere, intellige homines Indis ſimiles: ſtultum namque exiſtimare veros Indos eo usque penetrare potuiſſe. Cujates verò illi fuerint, an Afri, an Americani, multum habet ſollicitos nugatores quosdam. Ego neutrum puto; ſed omnino arbitror iſtos Indici coloris homines, veros fuiſſe Britannos. Iſatis enim herba, quâ olim Britanni totum fucabant corpus, non ſimpliciter caeruleum, ſed Indicum efficit colorem: Notum verò genus quoddam caerulei nigrum

grum

grum penè eſſe, ac vocari Indicum. Talis erat veterum Britannorum color. Plinius lib. XXII. cap. 1. *Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitae, quibusdam ſacris & nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.* Quid mirum verò Metello Proconſuli, nondum noto iſtoc Britannorum more, Britannos pro Indis eſſe obtruſos? Quis etiam hodie hominem ita pictum & fucatum pro Indo aut Leucoaethiope non accipiat?

## IN CAP. VI.

## DE HISPANIAE EXTERIORIS ET SEPTENTRIONALIS OCEANI INSULIS.

l. 1. *Quas angulo Baeticae hucusque perſtrinximus*] Meliores manu exarati codices legunt *adhuc usque*; alii *adhaec usque*. Utrumque Latinum. Omnino ita ſcribendum, *quas ab angulo Baeticae adhuc usque perſtrinximus.*

l. 14. *Annorum queis manet numerus*] Abeſt poſtrema vox in plerisque veteribus libris. Rectè verò abeſſe, nemo, qui Latinè norit, diffitebitur. De tempore verò, quo templum hoc & ipſum Gadium oppidum exſtructa fuerint, vide Bochartum.

l. 15. *In Luſitania Erythia*] Quaquaverſum & à Veteribus, & ab Recentioribus, inſula haec translata eſt. Salmaſius pluribus adſtruere conatur, ſitam fuiſſe inter oſtia Baetis & Gades. Sed nulla in hoc tractu inſula vel nunc, vel olim fuit. Tractus ille terrae marisque eundem iſtic loci, quem ſemper, conſervat ſitum, ut jam ſuperiùs docuimus. Ego ſic exiſtimo, aut nullam fuiſſe Erythiam inſulam, aut vera eſſe quae de hac Ariſtoteles in *Mirabilibus* ſcripſit, nempe Erythiam fuiſſe in Epiro. Si Inſcriptio, quam addit, vera, nec ſanè mendax videtur, fruſtra in Hiſpania locus iſte quaeritur. Ita verò Inſcriptio illa concipitur in manu exaratis libris:

Ἡρακλέους τεμενὶς τὸ κυθήρα Περσεφαάσσα
  Γηδορυονῆας ἀγέλων ἐλάων ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων
  Τὰς δ' ἐδάμμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.
Τηδεδέμοι τέκνῳ τῷδ' Εὐρύθοντι δάμαρ
  Νυμφογενὴς Ἐρύθη δὴ τό δ' ἔδωκα πέδον
  Μνημόσυνον φιλότας φυτὰ ὑπὸ σκιερᾷ.

Non placent nunc, uti olim, Salmaſii in hunc locum conjecturae & interpretationes: nam quis Proſerpinam Veneris filiam dixit, quis Herculem amore illius captum? Ego ſic exiſtimo conſtituendos eſſe hos verſus:

Ἡρακλέης τεμενίσσατο Κούρᾳ Περσεφαάσσᾳ
Γηρυονῆ' ἐλάων ἦδ' Ἐρύθειαν ἄγων,
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασσιφάεσσα θεά.
Τηλεδάμῳ τέκνῳ, τῷ τ' Εὐρυτίωνι δάμαρ πρὶν
Νυμφογενὴς Ἐρύθη τῇ τόδ' ἔδωκα πέδον
Μνημόσυνον φιλότα φυτάδ' ὑπὸ σκιερᾷ.

Hercules lucum illum dedicavit Proſerpinae Aidonei Moloſſorum Regis filiae, tunc cùm Geryonem cum armentis in Erythiam Epiroticam egiſſet. Sic quoque Auctor vetuſtiſſimus, quem olim ſub Scylacis nomine, licet perperam, edidimus: Ἐρύθεια, ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τὰς βοῦς βουκολεῖν. Iſta autem armenta vel iſtos boves deſiderio ſuo ſubjecit, id eſt, ſuas fecit, Paſiphaë Nympha, quae Herculi fuit ὁμόχρονος. Per *Geryonem* verò hîc intellige, non ipſum tantùm, ſed & boves ejus. Sequitur enim Τὰς δ' ἐδάμασσε, nempe τὰς βοῦς. Hoc tralativum loquendi genus cùm non intelligerent Librarii, vocem ἐλάων in ἀγελῶν, vel ἀγέλην, mutandam cenſuerunt. Ex hujus verò Inſcriptionis verbis malè intellectis nata eſt forſan fabella de amoribus Paſiphaës. Alteram Inſcriptionis partem Erythe Nympha Geryonis conjux poſuit Teledamo filio ſuo, & Eurytioni. Fuit verò iſte Eurytion Geryonis ſubulcus, ut docet Anonymus *de Diis*, qui ſub Apollodori nomine in lucem prodiit. Φιλότα verò pro φιλότατος, veteri Dorum more, qui duplices iſtos admittebant genitivos. Atque haec de vera Erythea, quae non alibi quàm in Epiro quaerenda, dicta ſufficiant. Nunc videamus quid per *Erythiam* Mela intellexerit, cùm illam in Luſitania collocat. Plerique *Londobrin* Ptolemaei, vulgò *Barlengas* dictam, interpretantur. Sed ridiculi ſunt, qui vel fecunda bubus paſcua, vel tam multiplices meſſes in ſterilibus quaerunt ſcopulis. Certum eſt Melam non aliam intellexiſſe inſulam, atque illam, quae oſtio Anae adjacet, ac principium quodammodo Luſitaniae conſtituit. Scribit Strabo hanc Herculi fuiſſe ſacram, ac Phoenices, priusquam Gades conderent, ad hanc fuiſſe delatos. Multa etiamnum hodie in ea inſula vetuſta ſuperſunt rudera, unde apparet admodum fuiſſe habitatam. Nunc adeò ignobilis eſt, ut etiam appellativo careat nomine. Porrò quamobrem Mela,

Mela, & alii, hanc *Erythiam* eſſe crediderint, duplex potiſſimùm ratio fuit, ut exiſtimo; fecunditas ſoli, & color: rubent namque & inſula. & praeſertim adſita utrinque litora, totaque illa ora collibus è rubrica & minio eſt conſpicua. Fecunditatis verò teſtimonium ipſe hîc praebet Mela; quum ait, adeò fertilem eſſe; *ut cùm ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant.* Haec Interpretes non capiunt, & forſan ne ipſe quidem Mela quod ſcriberet, intellexit. Siquidem non de Cerere, ſed de herba medica haec ſunt accipienda. Hiſpani *Alfalfam* vocant (hoc corruptum ex Arabico *Alfasfaſa*) nec quidquam apud illos notius, hoc praeſertim in tractu. Unicum quippe id equis & bubus eſt pabulum; fenum ignorant, medicam omnes norunt. Haec eſt quae ſemel ſata ad denos quoque annos ſufficiat, & ſi Plinio credendum etiam ad ter denos. Quater minimum in anno ſecatur, ſaepe ſexies. Nonnunquam etiam ſeptem aut octo praeſtat meſſes. Tam verò abundantis eſt nutrimenti, ut niſi pecora paſtu prohibeantur, copia ſaepe ſanguinis ſuffocentur. Mela non intellectis Auctoribus, quos ſecutus eſt, triticeam ſuppoſuit meſſem, & recidiva ſemina, cùm hujus rei cauſa naturae herbae medicae & efficaciae radicis ejus ſit tribuenda.

l. 21. *In Celticis aliquot ſunt*] Ex adverſo nempe Celticorum, qui ad Artabrum habitabant promuntorium. Ex communi Veterum errore, qui Caſſiteridas, id eſt, Britannicas inſulas, valde huic promuntorio vicinas eſſe exiſtimabant.

l. 23. *Sena in Britannico mari*] Videtur hujus quoque meminiſſe Antoninus in maritimo Itinerario, ſiquidem apud illum *Uxantiſma* ſcribitur pro *Uxantis*, *Sina*. Hodie inſula iſta nihil continet ſingulare. A Gallis vocatur *Iſle des Saints*, eſtque Breſtae oppoſita.

l. 27. *Gallicenas vocant*] Libri manu exarati habent *Galligenas* aut *Gallizenas*. Turnebus putabat legendum eſſe *Galli Senas*. Sed non puto quemquam fore qui hanc conjecturam admittat. Quis credat Pomponium ſcripſiſſe, inſulae Senae mulieres vocari à Gallis Senas? Scribo *Barrigenas vocant*. Gloſſae antiquiſſimae, *Barrigenae*, *peregrinae*. In aliis, *Barrigenae*, *peregrinae*, *Barbarae*. In Philoxeni, Iſidori, & aliorum Gloſſariis *Barginna* & *Bargennae* appellantur, accipiturque ibidem pro barbara quoque acclamatione. Non immeritò aliquis exiſtimet, *Barginas* dictas

dictas ſacerdotes feminas, viros verò *Bargos*. Iidem verò ſunt *bargi* & *bardi*. Sanè Gloſſae antiquiſſimae Puteanorum Fratrum utrumque rectum eſſe docent. Quidquid ſit, non dubito quin *Barrigenae* dictae fuerint mulieres iſtae fatidicae, à quibus poſtea quicunque barbari, & quicunque inconditus ſonus ſic appellatus fuerit. Valde probo conjecturam Gronovii noſtri, qui tritum iſtud Gallorum vocabulum *Baragoin* hinc originem accepiſſe exiſtimat. Paulò pòſt legendum, *ſed non niſi deditas navigantibus*, &c.

l. 38. *Qui propriarum rerum fidem ut bello adfectavit*] Sic omnes etiam antiquiſſimi codices locum hunc exhibent. In uno tantùm, eoque non admodum vetuſto, hoc pacto ſcriptum inveni, *Propriarum rerum finem ut bello delectavit.* Vulgatam lectionem probo. Senſus eſt, Claudium Caeſarem affectaſſe bello iſtud efficere, ne quis impoſterum de Britannia & rerum ſuarum fide dubitaret. Antequam enim Claudius eam patefaceret, incerta erant omnia quae de Britannia ferebantur, nec conſtabat utrum eſſet inſula, an alterius orbis initium, an nomen vanum: quia non ſatis credebatur iis, quae de hac ſcripſit Caeſar. In veteri Epigramm. ad Claudium de capta Britannia.

*Fabula viſa diu, medioque recondita ponto*
*Libera victori quàm citò colla dedit.*

Addit dein Mela illum etiam triumpho declaraturum, Britanniam non eſſe nomen tantùm.

l. 40. *Inter Septentrionem Occidentemque projecta*] Sic libri meliores. Alii malunt *provecta*, vel *porrecta*. Porrò quod dicit Britanniam inter Septentrionem Occidentemque eſſe projectam, id Romae quidem, ubi vivebat Auctor noſter, rectè dicebatur; ſed ſi quis non relativè, ſed ſimpliciter dixerit, inſulam hanc ſitam eſſe inter Septentrionem & Occaſum, is non inuſitatè tantùm, verùm etiam abſurdè loquetur: cùm enim inſularum locorumque longitudo & extenſio deſcribitur, deſignandi ſunt cardines caeli è diametro ſibi invicem oppoſiti, non verò vicini & collaterales. Mirum tamen quàm ſaepe in hoc peccetur.

l. 49. *Fert nemora, ſaltus, ac praegrandia flumina*] Optimi libri pro *ſaltus* habent, *lacus*. Nempe ſic videntur mutaſſe, jam olim, quia nullus in Anglia inſignis lacus. Verùm Britannia etiam comprehendit Scotiam, quae abundat lacubus, iiſque magnis. Hoc tamen ignoravit Pomponius, cujus

cujus ſeculo non niſi obſcura fama ſuperiores inſulae partes noſcebantur.

l. 51. *Quaedam gemmas margaritasque generantia*] Quaenám ſunt illae gemmae? Flumina iſta gemmifera & margaritifera mera profectò ſunt commenta ad apparandum ſtulti Imperatoris triumphum. Non deſunt tam boni Viri, qui putant Britanniam opibus & divitiis iſtis olim inſtructam fuiſſe. Verùm hoc ſi eſſet, non tam diu immunis fuiſſet ab avaritia Romanorum, ſuffeciſſet praeterea haec inſula unius legionis impenſis, quod tamen negat Strabo. Thorax ille, quem Veneri genetrici dicavit Julius Caeſar, non videtur ex Britannicis margaritis fuiſſe compoſitus, ſed ex parvis & decoloribus, quos tamen Britannicos credi volebat, ne fruſtra Britanniam petiiſſe videretur. Sic enim accipienda ſunt verba Plinii lib. IX. cap. 35. Mirum tamen Origenem *in Matthaeum* ex Juba Rege ſcribere Britannicos margaritas proximum ab Indicis locum habere, *δευτερεύουσι δέ πως ἐν μαργαρίταις οἱ ἐκ τοῦ κατὰ Βρεττανίαν Ὠκεανοῦ λαμβανόμενοι.* Verùm poſtea illos deſcribens addit: Ὁ *δὲ κατὰ Βρεττανίαν μαργαρίτης χρυσωπὸς μέν ἐστι τὴν ἐπίχροιαν. ὁμιχλώδης δέ τις καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς ἀμβλύτερος.* Eadem quoque habet Aelianus ex eodem Juba. Etiam hodie tales reperiuntur, in oſtreis, & muſculis, non in Britannia modò, ſed & in Norwagiae, Finlandiaeque litoribus, ac alibi. Sed ſanè ad omnes Borealis Oceani margaritas redimendos, vel unus Taprobaniticus ſufficiat.

l. 56. *Vitro corpora infecti*] Sic primus locum hunc reſtituit Turnebus. Idem quoque ab eodem mendo liberavit Caeſarem & Vitruvium, apud quos ſimiliter *ultrum* pro *vitro* legebatur. *Vitrum* verò herbam eſſe quae caeruleo colore inficiat, ac Iſatin à Graecis vocari, ſatis jam docuerunt Viri docti. Praeter illa quae adtulerunt teſtimonia, idem quoque apparet ex Apuleji tractatu *de Herbis*, non illo qui prodiit, ſed altero qui penes me exſtat, auctiore multò & emendatiore editis. Ille itaque ſic, *Herba Iſatis*, *alii Aogigneme*, *Prophetae Apeſion*, *Itali Alutam*, *alii herba bitrum.* Scribendum verò, *Herba Iſatis. Alii Augienem*, *Prophetae Aroſion*, *Itali Rutam*, *alii herbam vitrum.* Verùm de his *ad ipſum Apulejum.* Alio quoque nomine *glaſtum* vocabatur haec herba, & ſic Plinius lib. XXII. cap. 1. *Simile plantagini glaſtum in Gallia*, *quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitae.* Ineptè verò Salmaſius &, hoc loco, & ubique, pro *glaſto* jubet reponi *guaſtum*, nempe quia vulgò iſatin *guadum* vocant. Non hoc illi excidiſſet, ſi ſciviſſet

viſſet herbam hanc vetus ſuum nomen etiamnum ſervare apud Cambrobritannos: apud hos enim frequens eſt iſatidis proventus, & *glas* appellatur. Quin & caeruleum colorem ſimiliter *glas* vocant. Medii aevi Germanis planta haec *geliſto* dicta fuit: ſic enim habent manu exarata exemplaria Auctoris, qui ſub Macri nomine jam ſaepius in lucem prodiit:

*Iſatis à Graecis eſt, vulgò geliſto vocata,*
*Non modicum quaeſtum praebens tinctoribus herba.*

l. 57. *Cauſas autem & bella contrahunt, ac ſe frequenter invicem infeſtant*] Suffeciſſet dicere, *bella contrahunt.* Sed quod jam ſaepe monuimus, Scriptor hic in tanta brevitate, ſaepe eſt nimius. De ſimili loquendi genere, vide quae ſuperiùs diximus. Paulò pòſt ex melioribus libris repoſuimus *aequali*, ſenſu ita poſtulante. Vulgò *aequalis* legebatur.

l. 72. *Anguſtis inter ſe diductae ſpatiis*] In omnibus ferè quae vidi exemplaribus vetuſtis, ſcribitur *ductae*, in uno tantùm *deductae*. Quidquid Grammatici argutantur, certum eſt pro eodem ſaepe accipi vocabula haec, *ductae*, *abductae*, *deductae* & *diductae*. Plinius interpretatur *diſcretas*, & numerum Orcadum multiplicat, *Sunt autem* XL. *Orcades modicis inter ſe diſcretae ſpatiis.*

l. 71. *Septem Hemodes contra Germaniam provectae in illo ſinu*] Lege ex auctoritate meliorum librorum, *Septem Aemodae. Contra Germaniam Vecta, in illo ſinu, quem Codanum diximus.* Sic caſtigandum eſſe hunc locum vidit jam olim Pintianus. De *Aemodis* ſeu *Aebudis* inſulis diximus *ad Ptolemaeum*, uti quoque de *Vecta* ſive *Victi.* Hoc tantùm nunc breviter monemus, inſulam hanc variis modis cognominari: appellatur enim *Victis*, *Vectis*, *Vecta* & *Ictis.* Tribus verò diverſis locis deſcribitur, nempe una eſt notiſſima illa inſula, quae hodie etiamnum nomen ſervat; altera ſita eſt in freto quod Britanniam Hiberniamque interjacet; tertia eſt haec Pomponii Melae, cujus etiam meminit Ptolemaeus, licet perperam apud illum legatur Ὀκητις pro Ὀυίκτις. Ratio autem quamobrem Mela inſulam hanc in ſinu Codano ponat, haec eſt, quòd omnes Veteres Britanniam longè ſuprà Germaniam orientem verſus extendi crediderunt. In quo licet etiam peccarit Ptolemaeus, minùs tamen ille quàm ceteri à vero aberravit.

l. 75. *Ex iis Codanonia, quam adhuc Teutoni tenent*]

Tanquam ſi à Codano ſinu ſic appellaretur. Atqui tum *Codania* potiùs eſſet nominanda. Libri optimi legunt, *Caſdanovia*. Scribe *Scandinovia*. Sic quoque in optimis & antiquiſſimis Plinii membranis ſcriptum reperi, non *Scandinavia*. Haec eſt illa vaſta Septentrionis peninſula, quae & *Scandia*, & barbaricis temporibus *Scandzia* fuit appellata, à viciniore ejus parte, quae *Scane* vel *Scone* etiamnum dicitur.

l. 80. *Aliàs inſulae videntur, aliàs una & continens terra*] Ex eo quòd putarint mare Balticum reciprocari, apparet quàm parùm exploratum id mare Veteres habuerint. Neſcio verò quo pacto huic Pomponiano loco Salmaſius adaptet verſiculum iſtum è *Pervigilio Veneris*:

*De tenente tota nox eſt perviglanda canticis.*

Nempe ut oſtendat continentem eſſe id quod continenter junctum eſt, hincque dici *in continenti* & *de tenente*, pro ſtatim. Miror putidam adeò locutiunculam cultiſſimo inſeruiſſe poëmatio, & non animadvertiſſe tam leve mendum. Sic enim diſtinguendi ſunt verſus iſti:

*Nec Ceres nec Bacchus abſunt, nec Poëtarum deus*
*Detinent te. Tota nox eſt perviglanda canticis.*
*Regnet in ſylvis Dione; tu recede Delia.*

l. 81. *Oonas qui ovis avium paluſtrium & avenis tantùm alantur*] Sic apud Plinium quoque & Solinum vocabulum hujus gentis reformarunt. Verùm infeliciter admodum; ab eſu enim ovorum dictam eſſe oportet hanc gentem: atqui Ὠώναι ſunt ovorum emtores. Salmaſius in Solini codicibus reperit *Oueonas*, in aliis *Oonaeas*, quod poſtremum ipſe amplectitur, cùm ſit vocabulum nihili. Rectum verò *Oaeonas*, quemadmodum etiam ſcriptum inveni in optimo Plinii codice. Nec multum ab eo abeunt meliores Pomponii libri, qui habent *Ocenas*; ut jam dubitari non poſſit, quin verum ſit *Oaeonas*. Ὠαίονες ſunt ovis viventes. Ut enim μακραίων *diu vivens*, εὐαίων *benè vivens*, & ſimilia, ſic quoque ὠαίων *ovis vivens*. Porrò receſſiſſe videtur hoc loco à Caeſare Auctor noſter, & ſecutus eſſe Pythiam Maſſilienſem, aut alium, cùm Oaeonas in extremo Septentrione collocat; Caeſar enim illos in inſulis Rheni deſcribit, cùm ait illic eſſe, *qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur*. Non poteſt hoc de aliis inſulis quàm Batavicis & Friſicis intelligi,

quarum

quarum non paucas ovis tantùm & piſcibus, ac pane aut pulte ex avenis victitasſe valde mihi ſit veriſimile. Ejus rei veſtigium ſupereſt etiamnum in Eyerlandia, Flia, aliisque Weſt-Friſiae inſulis, ubi tanta ovorum copia in litoribus arenoſis ubique invenitur, ut ea vel magnae hominum multitudini ad victum ſufficiant. Ova iſta excluduntur à laris marinis. Magnitudine ut plurimum aequant anſerina, nigris diſtinguuntur maculis, nihil in illis piſcoſum; gratique adeò ſunt ſaporis, ut vel Phaſianorum ovis nonnulli etiam non inſipidi palati homines ea praeferant: nobis certè non diſplicuerunt. Avenam autem quod adtinet, illa pecudes tantùm apud nos victitant. Priſcos tamen Batavos ea ſe olim inferſisſe, eò faciliùs credo, quòd videam Germanos hodie etiamnum veſci avena, ac pultem inde conficere, quam avidisſimè ſorbent. Suedi verò & Norwagi, Scoti, Finni, ac pleraeque Septentrionis gentes etiam panes ex avena conficiunt, quos in deliciis habeant. Minùs hoc mirum videbitur illis, qui in iisdem terris viderunt panes ex polline vento ſiccatorum piſcium, è corticibus arborum, aut etiam è ſcobe lignorum. Quis non exiſtimet dentes ferreos, & lapideum esſe ſtomachum illis, quibus lignei ſunt panes.

l. 84. *Otomegalos, quibus magnae aures*] Pintianus & alii *Panotios* vel *Panuſios* ex Iſidoro reponunt. In pluribus manu exaratis libris *Satmalos* ſcribitur, in aliis, & *Anulos*. An *Tanuotos* ſcripſit Mela? Porrò diverſis nominibus aurita haec monſtra appellantur Μεγαλούατοι, Ἐνωτοκοῖται, Πανώτιοι, Τανύωτοι, Ὠτόλικνοι. Omnes in eo conveniunt, aures iis tam patulas fuisſe, ut interdiu pro veſtimento, noctu pro ſtragula, aeſtus denique tempore pro umbraculo ipſis ſufficerent. Mirum quòd non etiam eos auribus volare prodiderint. Porrò ut ſolent miracula migrare, ita quoque & haec Midae progenies ex India in Septentrionem translata eſt à Graeculis. Qui enim primi auritae hujus gentis mentionem fecere, illi in India eam collocarunt, & ſanè illinc origo hujus fabellae eſt arcesſenda: conſtat enim apud omnes, quàm pandae & promisſae ſunt Malabarrorum aures. Ornatui aliquid deesſe exiſtimant, niſi utrinque humeros non contingant modò, verùm etiam latè flagellent.

l. 89. *In ea quòd ſol longè occaſurus exſurgit, breves utique noctes ſunt*] Si haec lectio ſana eſt, id voluit Pomponius, quia ſol diu ſupra horizontem exſtat, & longè admodum ſeptentrionem verſus abduci videatur, ideo breves esſe noctes in Thule inſula. Sed inepta haec eſt locutio. Libri meliores

meliores legunt, *quod ibi ſolo longè occaſus exſurgit*. Scribe, *Quod ibi ſol haut longè occaſus exſurgit*. Hoc pueri intelligunt. Quia ſol non longè occidit, vicina quippe ſunt puncta ortus & occaſus, ideo nox aeſtate brevisſima eſt. Manifeſtè itaque negativa particula addenda eſt. Porrò valde errant qui exiſtimant Melam hîc peccare in doctrinam ſphaericam, aut tranſponenda esſe verba, uti Pintianus. Nihil hîc eſt quod quemquam debeat offendere. Dicit in Thule inſula brevisſimas esſe noctes, nempe cùm ſol in borealibus ſignis verſatur. Sed verò hyeme noctes esſe illic aequè atque alibi obſcuras. Aeſtivas autem noctes dicit esſe claras, quia ſol non multùm infra horizontem ſit depresſus propter obliquitatem ſphaerae. Solſtitio verò nullam omnino esſe noctem, quia ſol non occidit, ſed obliquè deſcendens maxima tamen ſui parte ſupra horizontem exſtet. Nihil verius. Ex hac porrò deſcriptione ſatis apparet juxta hypotheſin Melae Thulen ſitam fuisſe ſub ſexageſimo ſeptimo latitudinis gradu.

l. 91. *Sed per hyemem ſicut alibi obſcurae*] Juxta opinionem Veterum non tantùm obſcurae erant noctes eorum qui in extremo degerent Septentrione, verùm etiam dies. Notum eſt quemadmodum Homerus Cimmeriorum regionem deſcribat, tectam nebulis & perpetuis damnatam tenebris. Nec tamen negabant ſemeſtrem apud illos esſe diem, ſed ut eſt apud Geminum, adeò profundas nebulas locis iſtis incumbere exiſtimabant, ut eas ſolis radii, obliquè tantùm incidentes, penetrare non posſent. Verùm nebulae iſtae merae ſunt fabellae. Experientia comperi, & docet ipſa ratio, in Septentrione minus esſe tenebrarum, atque ſit in calidis & temperatis regionibus. Si quis ſub polo vivere posſet, is in perpetua luce verſaretur. Nunquam iſtic ſol ſupra 23. gr. & min. 31. infra horizontem deſcendit. Verùm & hinc multum auferendum, nimirum quatuor aut quinque minimum gradus, propter refractiones circa polum maximas, quod experientia conſtat. Hinc apparet mera esſe ſomnia, quae de ſemeſtri nocte dicuntur, cùm ſub polo nulla ſit nox, ſed aurora & dies perpetuus. At verò Indis & Aethiopibus, qui ſolem pedibus ſubjectum habent, illis utique obſcurae ſunt noctes & nulla propemodum crepuſcula, unde colligitur hos in majoribus tenebris vivere, atque boreales populos, qui perpetua propemodum luce fruuntur.

l. 97. *Talca in Caſpio mari*] Perperam apud Plinium *Tazata*. Apud Ptolemaeum non rectè in editis Τάχαλκα ſcribitur, cùm in ſcriptis libris ſit Τάλκα.

# IN CAP. VII.

## DE OCEANO EOO ET INDIA.

l. 3. *Haec à Scythico promuntorio oppoſita primùm omnis ob nives eſt invia*] Foedè hic locus inquinatus eſt. Quis enim ſenſus in illis, *à Scythico promuntorio appoſita?* Ex Plinio lib. VI. cap. 17. ſatis colligi poteſt mendum hoc jam tunc fuisſe in exemplaribus Melae. Dicit enim orientale latus Aſiae extendi à Scythico promuntorio, nec addit quousque. Ut itaque reddamus veterem ſcripturam, reddenda eſt primùm lectio veterum librorum, quae haec eſt: *Ab his in eorum recurſus inflectitur, inque oram terrae ſpectantis Orientem pertinet. Haec à Scythico promuntorio appoſita prima omnis invia, deinde ob immanitatem habitantium inculta.* Qui aliquid in his litteris videt, fateatur necesſe eſt veram eſſe conjecturam noſtram: *Ab his in Eoum mare curſus inflectitur, inque oram terrae ſpectantis Orientem. Pertinet haec à Scythico promuntorio ad Colida. Prima omnis invia: deinde ob immanitatem habitantium inculta.* Latus Eoum Aſiae extendit à Scythico promuntorio usque ad Colida. A Colide verò promuntorio incipit latus Aſiae quod meridiem ſpectat, ut ipſe ſequenti capite docet Pomponius.

l. 5. *Scythae ſunt Androphagi & Sacae*] Supra Seras collocat quoque *Androphagos* quosdam Ammianus Marcellinus lib. XXIII. ubi vulgò *Alitrophagi*. In Ptolemaeo tamen, unde ſua hauſit Ammianus, vulgò Ἀνδρωποφάγοι nominantur. Sed & Plinius, qui Melam hîc deſcripſit, *Anthropophagos* pro *Androphagis* ſubſtituit: *Proxima inculta ſaevitia gentium, Anthropophagi Scythae inſident, humanis corporibus veſcentes.* Sic diſtingue, non ut Salmaſius, *inſident humanis corporibus veſcentes;* tanquam ſi ex vultûrum genere fuisſent Scythae iſti.

l. 8. *Usque ad montem mari imminentem nomine Tabin*] Omnia haec ex Mela expresſit Plinius lib. VI. cap. 17. qui ſimiliter *Tabin* vocat jugum imminens mari. Diſputant inter ſe Eruditi, utrum hic mons idem ſit atque promuntorium extremum Tauri, quod capite ſequenti *Tamum* vocat. Verùm ipſe Mela litem hanc dirimit, cùm ait, longè ab hoc monte Taurum attolli, & inter Tabin montem & extremum Tauri promuntorium ſitos esſe Seras. Serum itaque fines à Septentrione Tabis mons, à meridie verò Imaus

Tauri

Tauri promuntorium. Multus eſt Salmaſius in eo, ut oſtendat, Tabin montem ſitum fuiſſe ad ſeptentrionalem Oceanum, non verò ad Eoum ſeu Sericum. Verùm jam oſtendimus terminos Eöi ſeu Serici Oceani fuiſſe Scythicum & Colida promuntoria. Unde ſole clarius apparet, Virum illum inſigniter hallucinari.

l. 11. *Et commercio quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit, notiſſimum*] Atqui Solinus ait, quòd commercia abnuant Seres. Verùm hoc de commercio linguae accipiendum, non de permutatione mercium, cui unicè ſtudebant. Rectè itaque de Seribus Plinius lib. VI. cap. 17. *Coetum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia expetant.* Sic libri meliores; quibus tamen invitis legendum cenſet Salmaſius *commercia deſpectant.* Hoc tamen frigidum & indignum Plinio. Nihil juvat Marcianus Capella, cujus verba de hac gente ſic concipienda: *Hi aliarum gentium homines aſpernantur; & appoſitione mercium ſine colloquio gaudent implere contractum.* Qui commercia tranſigebant abſentes & absque colloquio, inde muti à quibusdam crediti fuere. Auctor *Peripli maris Erythraei* de his ipſis loquens: Τῷ μὲν σώματι κολοβοὶ καὶ σφοδροὶ, πλατυπρόσωποι; ἔννεοι, εἰς τέλος τε αὐτοὺς λέγεσθαι Βησάτας. Notant Viri docti primùm ſcriptum fuiſſe ἐν μοὶ; quod mutavimus in ἔννεοι, non σιμοὶ; uti vulgò. Verùm quia Auctor hujus *Peripli* morem iſtum Sinenſium antiquorum plenè deſcribit, cujus Mela & alii breviter tantùm mentionem faciunt; operae pretium eſt verba ejus examinare, idque eò magis, quoniam Eruditi fabuloſam eſſe exiſtimant totam illam narrationem. Ac primò quidem dicit quòd Sinae iſti παρομοιοῦσι ἡμέροις. Plinius verò ſcribit quòd ſint feris gentibus ſimiles. Idem tamen fatetur quòd ſint mites. Feri nempe & barbari, quia non admittebant hospites & peregrinos, idque ex lege politica; verùm ſi animum, ſi totam gentis hujus vitam ſpectes, nihil neque mitius, neque cultius, toto orbe reperiri unquam potuit. Rectè itaque hic dicuntur ſimiles eſſe manſuetis. Pergit dein Auctor *Peripli* ac refert Sinas ſive Seras iſtos extra limites ſuos procedere, cum conjugibus & liberis, onuſtos variis mercibus ac petronibus, quibus utantur ad involvendas merces: Sic namque legendum, βαστάζοντες φορτία μεγάλα πετρῶνας τ᾽ ἀμπελίνων παραπλησίας. Dicuntur verò iſti πετρῶνες à calamis malabathrinis, quos *petros* vocari ſcribit. Uti enim à κοῖτος κοιτὼν, μύλος μυλὼν, ἄμπελος ἀμπελὼν, ac ſexcenta ſimilia; ita quoque à πέτρος eſt πετρὼν; textum nempe quod è petris conſtat. Ubi verò ad locum permutationi mercium deſtina-

tum perveniſſent Sinae, omnia ſua illic exponebant venalia peregrè adventantibus Exteris. Ipſi verò aliquousque recedebant, ſolis contenti petronibus, quibus interea pro ſtratis utebantur. Dum verò advenae & peregrini merces iſtas examinarent, interea Sinae feſtos dies agebant. Sic enim malo legi hoc loco, ὀρτάζουσιν, non ἁρπάζουσιν, quod longè abeſt à moribus gentis mitiſſimae. Peractis nundinis, acceptoque mercium pretio, Sinae ad ſuos remeabant, relictis ſtoreis iſtis malabathrinis, in quas mox peregrini inſtitores involabant. Rectum verò iſtud: Οἱ δὲ ταῦτα δοκοῦντες τότε παραγίνονται ἐπὶ τοὺς τόπους, καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα. Ex his verò textis, exemtis prius calamis, folia in pilulas contorquebant. Ex majoribus foliis, fiebat malabathrum ἁδρόσφαιρον, è mediocribus μεσόσφαιρον, è minoribus verò μικρόσφαιρον. Pilulae malabathri crebro occurrunt apud Medicos. Folii pentasphaeri mentio fit in leg. XVI. *D. de Public. & vectigal.* Salmaſius hoc loco *cataſphaerum* legendum cenſet, eamque emendationem optimam vocat. Ego ne bonam quidem eſſe exiſtimo. Πεντάσφαιρον idem eſt quod ἁδρόσφαιρον. Πέντε enim in compoſitione auget & intendit ſignificationem, uti apparet in πεντεπενιχρὸς, πενταχυμία, πενταχόρωνος, aliisque vocabulis. Quamvis non abſurde credi poſſit, *pentaſphaerum* dictum quòd quinque pilularum pondus aut pretium aequaret, quemadmodum πεντάβολον pretium eſt quinque obolorum. Verùm quoniam occaſio ſeſe offert, oſtendamus breviter quid hic *Peripli* Auctor, quid alii Veteres per *malabathrum* intellexerint. Multi multa de hoc ſcripſerunt, nemo tamen veritatem, quod ſciam, adſecutus eſt. Nomen quod attinet, illud etiamnum manet inter Indos, ſiquidem *Betre* & *Tamalabatra* appellatur. Facultates & illae quodammodo conveniunt. Prorſus itaque non dubitandum, quin *malabathri* nomine intellectum fuerit olim *betre* hodiernum. Sed videamus an omnia quae de *malabathro* Veteres retulerunt, itidem de *betre* dici poſſint. Ac primùm Plinius, Dioſcorides & alii, ſcribunt *malabathrum* eſſe plantam aquaticam, ac lentis paluſtris more aquae innatare, absque ulla radice. *Betre* verò planè terreſtris eſt, piperisque inſtar arbores quaerit, quas amplectatur, quibusque ſe fulciat. *Malabathrum* apud Sinas & Seras copiosè proveniebat, ut ex memorato *Peripli* loco facilè colligi poteſt; at verò *betre* tantum in India naſcitur, & ferè apud Malabarros tantùm; apud Sinas verò nunquam: quamobrem Sinenſes ab Indis magno pretio illud emunt, ut prodit Acoſta. Sed & iſtud quoque quod adfirmat *Peripli* Auctor, tam copiosè *malabathrum*

*bathrum* apud Sinas provenire, ut eo pro ſtragulis, tegetibus & involucris mercium uterentur, id ipſum de *betre* minimè accipi poteſt, utpote quae ne apud Indos quidem adeò ſit copioſa. In officinis certè ſatis ibi care venditur. Ad tales praeterea uſus prorſus eſt inepta. Quid multis opus? Nullus dubito quin Veteres duas plantas confuderint, & per Sinenſe hoc *malabathrum*, ſive plantam quae aquae abſque radice innatat, illum florem intellexerint, quem Sinenſes *Lien* nominant. Naſcitur hic ubique, & praecipuè in provincia Kiangſi, in paludibus & ſtagnantibus aquis. Magnitudine aequat lilia, verùm decore & colorum varietate longè anteſtat. Folia habet ampla, incubant aquae, tam copioſo proventu, ut totos operiant lacus. Creſcunt in ipſis etiam atriis, in vaſis aqua repletis injecto quomodocunque ſemine. Non tamen carent radice, cùm nulla planta ea carere poſſit: nam quod de Stratiote narrant, illum Nilo abſque radice innatare, id falsò creditur. Qui plantam viderunt, referunt obſervasſe ſe filamenta & fibras tenuisſimas, quae ipſi ſint inſtar radicum. Ne lenticulae quidem paluſtres radice carent, uti multi credunt. Etiam abſque engyſcopiis radiculae illarum ſatis ſunt conſpicuae. Verùm quia hic flos è mediis ſurgit ſtagnis, foliaque ejus latè aquis incumbant, ideo eum radice carere exiſtimarunt, cùm tamen illa limo & tenuiori ſedimento adhaereat. Porrò plantae hujus fructus & flores ſiccati ad exteras etiam mittuntur regiones. E foliis ſiccatis fiunt tegetes & tunicae, quibus merces involvunt. Plura qui de hoc flore ſcire deſiderat, is adeat *Chorographiam Sinenſem* P. Martini Martinii.

l. 15. *Et hinc Tauri jugis*] *Hinc*, id eſt, à Seribus. Inde apparet malè eos feciſſe qui hîc novum caput incipiunt. Paulò pòſt pro *ſexaginta*, è libris repoſui *quadraginta*, quomodo etiam Plinius lib. VI. cap. 17.

l. 24. *Alit formicas non minores maximis canibus*] Herodotus & alii dicunt formicas Indicas esſe minores canibus, ſed majores vulpibus. Non puto ab illis recesſisſe Melam: itaque veriorem esſe cenſeo omnium ſcriptorum codicum lectionem, quam temerè mutarunt, *Alit formicas non minùs maximas canibus*. Dicit formicas non esſe minùs magnas, quàm ſint canes. Etiam alibi hic noſter ſuperlativis utitur pro comparativis, quòd ipſum & apud Salluſtium & alios Linguae Latinae Auctores ſaepe videre eſt. Mirum verò fabellam iſtam Herodoteam de formicis Indicis tot gravisſimis Auctoribus placuisſe, ac etiam illos, qui victoriarum Alexandri comites fuere, non puduisſe id ipſum affirmare.

 Sed

Sed Graeculi iſti valde ſibi caviſſe videntur, ut vel ſemel verum dixiſſe deprehenderentur. Quales quantaeque ſint formicae Indicae qui ſcire deſiderat, non opus eſt ut propterea Indos petat. Neminem pauló humaniorem eſſe arbitror, qui neſciat, ceram ſignatoriam, quam *Laccam* dicimus, à formicis Indicis excludi & allini ramis pomorum quorundam. In ea veró Lacca, quando pura eſt, qualis ad nos advehitur, non alae tantùm & cruſcula, ſed & integrae ſaepe formicae tumulatae conſpiciuntur. Minutae ſunt illae nec apibus majores. At veró etiam aliud formicarum apud Indos eſt genus, absque alis, digitum magnitudine aequans, rufum, ſylvis ac arboribus noxium. Hae agros tantùm & fruges populantur, non admodum urbibus infeſtae. Tertium idemque notiſſimum formicarum genus & ipſum ſine alis, omnium eſt moleſtiſſimum. Non illi multó noſtratibus majores, verùm Indis noctu & interdiu acrius cum his bellum eſt, quàm cum tigridibus. Quidquid adtingunt, praeda fit. Non cibus tantùm, ſed ne ſuppellex quidem ſervari poſſit, niſi aqua vallata fuerit. Nihil *illis niſi* alae deſunt, quas ſi dediſſet rerum Auctor, inhabitabilis eſſet India.

l. 27. *Immanes & ſerpentes aliqui*] In quibusdam veteribus ſic ſcriptum invenio, *qui ut elephantos*, in aliis, *ut aliqui elephantos*. Priſca ſcriptura forſan haec fuit: *Immanes & ſerpentes; ut qui elephantas morſu atque ambitu corporis conficiant.* Attamen non video quamobrem improbanda ſit lectio vulgata, *aliqui*, quam meliores ſervant codices: neque enim omnes Indici ſerpentes vaſti adeó & immanes ſunt.

l. 30. *Ut in ea mella frondibus defluant*] Strabo ex Eratoſthene lib. II. & alibi, dicit mella frondibus defluere in India, quia in arboribus alvearia fiant, ἐν τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖσθαι, καὶ τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖν μέλι. In multis calidae Zonae locis apes non tantùm in cavis & truncis, ſed etiam in culmine arborum favos ſuos conſtruunt. Verùm non puto propterea mella frondibus defluere, quin potiùs ſi quid in illis aut nativi, aut aërei ſit mellis, id protinus apes furantur. Quod ſi de caelo cadat, uti habet Aelianus *de Animalibus* lib. XV. cap. 7. cùm dicit apud Indos veris tempore in frondes arborum ſeu arundinum melleas decidere *pluvias*, ne tum quidem dicendum aliquid apud Indos fieri, quod ſit praeter ordinem naturae, cùm id ipſum multis in locis contingat, licet non tam copioſè, ut humores iſti ſponte ſua defluant, ac opus non habeant ab hominibus aut apibus colligi.

ligi. An verò Eratoſthenis, an alteram ſecutus ſit ſententiam Auctor hic, parum refert, illud certum eſt, ſi veritatis ſit habenda ratio, debere accipi de melle aëreo, quam *mannam* vulgò dicimus. Putant multi eam incognitam fuiſſe Veteribus, & Graecis praecipuè, quia nempe *mannae* vocabulum nusquam in illorum ſcriptis occurrit pro rore illo concreto, cujus hoc ſeculo tam frequens in medicinis eſt uſus, ſed tantùm pro mica thuris. Verùm de nomine nulla ſit quaeſtio, nemo enim eſt qui neſciat Hebraïcum eſſe vocabulum, dummodo res ipſa conſtet. Ipſi quin etiam fatentur locum Amyntae περὶ σταθμῶν 'Ασίας, qui eſt apud Athenaeum lib. XI. de *manna* hodierna eſſe accipiendum. Negant verò loca Ariſtotelis, Theophraſti, & Plinii de hac *manna* eſſe intelligenda, quòd videantur Auctores hi mel liquidum ibi deſcribere. Sed quia liquidus iſte humor, an ideo minùs *manna*? Nonne etiam Arabes duplicem agnoſcunt mannam, aridam nempe & liquidam, quam *teneriabin* vocant, utramque ex iisdem montis Libani cedris collectam. Adeone quisquam contentioſus ſit, ut neget mel cedrinum, cujus meminit Hippocrates libro *de ulceribus*, de hac ipſa manna *teneriabin* eſſe accipiendum? Sanè uti mel Aethiopicum quamquam multis in locis ſilicis inſtar ſit durum, non tamen deſinit eſſe mel, ita neque *manna* quantumvis liquida, *manna* eſſe deſinit. Eadem praeterea eſt ſubſtantia & liquidae & ſiccae mannae, utraque ex rore melleo compoſita eſt. *Manna liquida*, eſt ros melleus liquidus: *Manna concreta*, eſt ros melleus concretus. Nocturnis & matutinis frigoribus concreſcit, ſole verò orto liquefit, & niſi tempeſtivè colligatur evaneſcit. Hoc non tantùm Arabes & Syri Libani incolae, ſed & ſacrae produnt Litterae. Arida ciſtis, liquida verò amphoris includitur, & ſic venum exponitur. Neque id in Syria tantùm, ſed & toto fit Oriente, imò & in noſtra Europa, ubicunque exſtat manna concreta, reperitur quoque liquida. Abſurdum itaque fuerit exiſtimare Veterum aëromeli diverſum fuiſſe à manna hodierna, cùm illis liquida & concreta aequè atque nobis notae fuerint. Verùm alia, niſi fallor, eſt ratio, quamobrem hanc ab illa differre crediderint multi, nempe quia Veteres nihil de mellis aërei facultate ſolutiva ſcriptum reliquere. Nec falluntur hac in re, ſiquidem Veteres manna uſi non ſunt ad dejiciendam alvum, niſi ſerò admodum. Mannae tantùm Syriacae ſive mellis cedrini faciunt mentionem; haec verò alvum non ſolvit, ſed abſtergit tantùm, idque modicè adeò, ut ea pro cibo utantur Libani montis accolae.

Negat hoc Matthiolus, negant alii, & fieri non poſſe exiſtimant, ut aliqua reperiatur manna, quae facultate ſolutiva deſtituatur, ac pro alimento esſe poſſit. Mirum non advertisſe ea, quae Bellonius docet in ſcripto de arboribus coniferis, ubi prolixè oſtendit Syros ſe totos hoc mannae genere infercire, citra ullam alvi dejectionem. Ejusdem naturae eſt manna in multis Europae locis, ac praecipuè in Polonia. Haec affatim ad nos defertur, eaque maximè gaudent Judaei, qui inde placentas conficiunt, quarum tamen eſu nihilo laxiores habent alvos. Hinc apparet falli eos, qui putant mannam, quâ per quadraginta annos Israëlitae in deſerto victitarunt, aliam fuisſe atque illa, quae hodie & in Syria & paſſim alibi colligitur; nec rectè objici, ſi manna iſta ſimilis fuisſet hodiernae, laxa nimium futura fuisſe inteſtina Israëlitarum, ac idem ipſis eventurum, quod Arrio, ut fabulantur, evenit. Ex ſupradictis ſatis apparet, non esſe ubique ſimile mannae ingenium: ſed idem huic accidere, quod communi rori, qui ventrem modo ſolvit, modò non, pro diverſitate locorum & plantarum, in quas incidit. Neſcio verò quid mentis fuerit Salmaſio, cùm dicit Ariſtotelem mellis aërei non meminisſe, ac reprehendit hoc nomine Julium Scaligerum. Quid planius verbis Ariſtotelis lib. v. cap. 22. de apibus: Κηρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τοῦ δακρύου τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψη ἡ ἶρις. Haec ſic vertit Plinius lib. xi. cap. 12. de melle agens: *Venit hoc ex aëre & maximè ſiderum exortu, praecipueque ipſa iride ſplendeſit.* Sic ferè libri manu exarati, ſed profectò non diſplicet vulgata lectio, quam alii codices, & quidem meliores tuentur, *Sirio exſplendeſcente*, quomodo etiam cap. 14. ejusdem libri loquitur. Nam quod putat Salmaſius *Sirii* nullam mentionem fieri ab Ariſtotele, in eo fallitur. Cùm Ariſtoteles dicit ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς intelligit ortum canis & caniculae. Ἄστρον paſſim apud Xenophontem, Theophraſtum, & optimos quosque Auctores pro aeſtivo hoc ſidere accipitur, nunquam verò pro Vergiliis. Ipſa quoque docet experientia hoc praecipuè tempore rores melleos decidere & colligi. Praecipuè verò quamobrem ita exiſtimem, facit id, quòd Viri docti ad hunc Ariſtotelis locum annotarint, legi in Vaticanis libris: καὶ ὅταν κατασκήψη Σείριος, non Ἶρις, ut vulgò. Sequentia Ariſtotelis verba, quibus probat apes non mella facere, ſed colligere tantùm, ita in ſcriptis codicibus concipiuntur: Τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ ὥσπερ εἴρηται ἐκ τῶν ἀνθέων, τὸ δὲ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ διαφέρει τὸ πίπτον μόνον, σημεῖον.

μελῖον. Tempore illo quo mel aërium decidit, tum apes uno alterove ad ſummum die cellas ſuas implent. Verùm cùm etiam autumnali tempore flores proveniant & ros cadat, non tamen fiunt mella. Signum hoc manifeſtum eſſe dicit, apes mella non ex floribus, aut ex quolibet rore conficere, ſed colligere tantùm rorem iſtum melleum & transferre ad ſuas cellulas. Atque haec de manna ſive aëreo melle dicta ſuff.ciant. Unum tamen addam, Salmaſii emendationem alienam eſſe ab omni ratione, ἀλλὰ φέρει πιστὸν μόνον, ubi vulgò legitur πλεῖστον μόνον. Nam ſi tum tantummodo mel germanum & ſincerum faciunt apes, ergo alio tempore mel faciunt non ſincerum; atque Ariſtoteles contrarium dicit, eos omnino mel non facere alio tempore.

l. ead. *Lanas ſilvae ferant* ] Duplicem plantam, quae lanam ferat, deſcribit Theophraſtus lib. IV. alteram veram, alteram autem, ut creditur, fictitiam. Veram commemorat cap. 9. ac dicit folia habere viteis ſimilia, ſed parva, ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρόν. Manifeſtè *goſſypium* intelligit; hujus enim folia quoad figuram viteis ſimillima ſunt, ſed parva admodum ſi cum illis comparentur, utpote quae vix tertiam aut quartam earum aequent partem, in iis ſaltem plantis, quas nos vidimus. Apud Arabes tamen & Aegyptios aliquanto forſan majora ſunt, ſiquidem apud hos gosſypii frutices arboreſcunt, cùm in Syria, Cypro, & Creta, rarò ſeſquicubitum ſuperent. Verùm haec nota omnibus. Videamus quaenam ſit alia illa lanifera planta, quam Theophraſtus deſcribit cap. 5. ejusdem libri: Ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιοῦσι, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ, τὸ δὲ ὅλον φυτὸν τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους, διὸ καὶ πόρρωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. Haec ſic reddidit Plinius lib. XII. cap. 6. *Sed unde veſtes lineas faciunt, foliis moro ſimilis; calyce pomi, cynorrhodo. Serunt eam in campis, nec eſt gratior villarum proſpectus.* Sic concipienda verba Plinii, quae alii mirum in modum deformarunt. *Villarum proſpectum* poſuit pro *vinearum*. Et ſanè *villa* diminutivum ex *vinea*. Quod Theophraſtus duabus diverſis lanigeris tribuit arboribus, id Plinius uni tantùm tribuit. De goſſypii planta in Tylo inſula Theophrastus dicit, illam habere nucem, quae quàm diu clauſa ſit, ac lanam intus contineat, magnitudine aequet pomum vernum; ubi verò dehiſcunt tria illa putamina, quibus lana coërcetur, fit major ac deſinit eſſe nux. Plinius συμμεμυκὸς retulit ad μῆλον, ac *calycem pomi* interpretatus eſt, & conjunxit cum cynorrhodo alterius laniferae plantae. De loco

Plinii haec ſufficiant. Quaerunt verò Botanici, quaenam ſint plantae iſtae laniferae apud Indos, quas hîc Theophraſtus deſcribit, quae folia habent qualia morus, quae ſint inſtar cynorrhodi, quae ordinatim feruntur, ita ut procul viſae vites esſe putentur? Paucis expediam. Omnino haec de moris Sinenſibus capienda, in his enim omnia haec concurrunt: uti enim apud nos vites, ſic apud Sinenſes mori bombycibus deſtinatae feruntur. Non patiuntur illas in arbores excreſcere, ſed quotannis putare ſolent. E tenerioribus plantis & foliis ſubtilisſimum ac praeſtantisſimum fit ſericum. Tale eſt vernum, quod ideo apud eos pretioſius cenſetur aeſtivo. Porrò ex hoc Theophraſti loco manifeſtum fit quàm latè pateat *lanae* appellatio, utpote qua etiam *Sericum* comprehendatur. Sanè apud Veteres idem ſaepe eſt *bysſus*, *ſericum*, *linum* & *lana*: nemo tamen eſt, vel paulò litteratior, qui neſciat, quantum haec inter ſeſe differant, ſi vocabulorum non uſum, ſed naturam & originem tantùm ſpectemus. Facilè itaque adducor, ut credam, *lanam* hîc apud Pomponium non de *gosſypio*, ſed de *ſerico* accipi debere. Quid enim in tanta brevitate attinet memorare Indiam producere gosſypium ſeu lanam arboream, cùm ea aevo Pomponii, & in Aegypto & pasſim proveniret? Valde praeterea dubito, an olim Indi gosſypio uſi ſint. Sinenſes certè olim eo caruerunt, & ante quingentos demum annos ab Exteris illud accepere; cùm ſerico uſi ſint annis octingentis ſupra bis mille ante natum Chriſtum, ſi vera doceant ipſorum libri. Indi verò etiamnum gosſypio carent, nec alio utuntur, quàm quod à Luſitanis & aliis ad ipſos defertur. Quamobrem ſic ſentio, ubicunque apud Veteres aut lanae, aut lini, aut bysſi Indici mentio fit, intelligendum id esſe de ſerico. Notum hoc fuit omnibus ſeculis, quamvis non ſub nomine ſerici. A Seribus id habebant Indi & Taprobanitae, ab his Perſae, Syri, Arabes ac Romani. Multa de ſerico Veterum loca congesſit in ſuis pasſim operibus Salmaſius, longasque admodum contexuit disſertationes, in quibus tamen omnibus nihil docet quod novum ſit, vel quod Vetuſtati multum adferat luminis. Dum verò alienas inſectatur nugas, quot quantosque ipſe committit errores? Affirmant Ariſtoteles & Plinius, Pamphylam Platae filiam (ſic veteres Ariſtotelis codices Πλάτεω non Λατώου) primam texendi artem in Co inſula reperisſe. Salmaſius multis pertendit mulierem hanc Ceam fuisſe. Quamobrem rogo? Ratio manifeſta eſt. Coon & Ceam inſulam eandem esſe exiſtimavit. Vide interpretationem ejus *ad Inſcriptionem Herodis*, ubi

ubi ſe miſerè torquet, & Simonidem Ceum, ſemper Coum vel Ceum vocat, tanquam ſi Cos & Ceos eadem esſet, cùm illa Aſiatica, haec verò Europaea ſit inſula. Errat cùm putat *byſſum* nunquam accipi pro lana arborea Indorum. Contrarium docet Philoſtratus lib. II. cap. 9. & Pollux lib. VII. cap, *de byſſinis*. Verùm quo hoc apertius cognoſcatur, adſcribam ipſa Pollucis verba, non ut ipſe ea conatus eſt refingere, verùm uti ope optimi noſtri Codicis à nobis emendata ſunt: *Καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα καὶ ἡ βύσσος λίνον τι εἶδος, παρὰ δὲ Ἰνδοῖς· ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἔριόν τι γίνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λινοῦ μαλλῷ ἄν τις φαίη προσεοικέναι, πλὴν τὸ πάχος. ἔστι γὰρ παχυτέρα. Τῷ δὲ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται καρύῳ μάλιστα προσεοικὼς, τριπλῷ τὴν διάφυσιν, ἧς διαστάσης ἐπειδὰν αὐχυνθῇ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται τὸ ὥσπερ ἔριον.* Errat cùm negat Veteres ignorasſe ante tempora Juſtiniani ſericum à vermibus confici, quid enim manifeſtius loco Pauſaniac ubi bombyces deſcribit? Sed & Pollux, Servius, Simplicius, aliique complures earum meminerunt. Errat cùm negat Juvenalis tempore viros Sericum uſurpasſe, ac reprehendit Lipſium illud Juvenalis, *Cretice pelluces*, de ſerico interpretantem. Contrarium apparet ex lege ſub Tiberio facta, *ne veſtis Serica viros foedaret.* Quintilianus etiam togae ſericae virilis facit mentionem. Sed profectò nimis longi esſemus, ſi ſingula perſequeremur. Unum tantùm addam, quod annotasſe operae pretium fuerit. Nempe bombyces Coas, quas deſcribit Plinius lib. XI. cap. 23. non fuisſe ſimiles ſericis, ut putat Salmaſius, ſed fuisſe ex erucarum genere: erucis enim, non bombycibus, convenit ut villis inhorreſcant. Talium erucarum magnus apud Sinas eſt proventus in provincia Xantung. Docet *Chorographiae Sinicae* Auctor provenire id nullo etiam adhibito cultu. Siquidem erucas illic eructare fila, quae vento jactata dumis fruticibusque haereant. Illa à Sinis colligi, textaque inde facta, ſubtilitate quidem cedere nonnihil ſerico domeſticarum bombycum, firmitate verò multùm praeſtare.

l. 31. *Arundinum fiſſa internodia veluti naviculae, binos & quaedam ternos etiam vehant*] In ſcriptis codicibus legitur *veluti navita*. Inde Salmaſius faciebat, *veluti navicula*. Lego, *veluti navia*. Quid ſit *navia* docet Feſtus, cùm ſcribit eam ex uno ligno exſculpi ac esſe inſtar alvei, quo utuntur in vindemiis. Planè itaque idem eſt, *navia*, *linter*, ac *alveus*. Plinius hanc lectionem confirmat, ac *alveum* appellat id genus μονοξύλου, lib. VII. cap. 2. *Arundines verò tantae proceritatis, ut ſingula internodia alveo navigabili ter-*

*nos*

*nos interdum homines ferant*. Porrò iſtiusmodi lintrium creber etiamnum apud Indos eſt uſus in fluminibùs, ac deſcribuntur à variis, Garcia ab Horta, Chriſtophoro à Coſta, aliis. Arundinem, è qua exſculpuntur, dicunt esſe ſacchariferam, & vocari *Mambu* vel *Bambu*, crasſitudine aequare aut ſuperare femur humanum, altitudine populum. Verùm haec menſura non ſufficit ad capiendos homines, niſi forſan exiſtimarint Indos divaricatis pedibus inſedisſe arundinibus, quemadmodum ſolent cùm alii, tum praecipuè Afri illi, qui ad promuntorium, quod Luſitani vocant *Cabo Boiador*, habitant. Inequitant illi terni aut quaterni ſimul cymbis ſuis, dimisſis utrinque in aquam pedibus; his pro remis utuntur, ſeque ac *almadias* (ſic monoxyla iſtaec Hiſpani appellant) dirigunt ac propellunt. Verùm non Mela, non Plinius, non alii è Veteribus hoc voluere, ſed illorum verba intelligenda ſunt de fiſſis arundinum internodiis, quae homines capiant, non ab iis capiantur. Tales ſunt cannae, quae in ripa Gangis proveniunt tantae magnitudinis, ut ab homine ulnis ambiri nequeant. Craſſitudo corticis eſt dodrantalis, diſtantia verò internodiorum, hominis aequat ſtaturam. Sic lintres iſtos deſcribit Nicolaus de Comitibus, Venetus. Talis alveus ſufficere posſit vehendis duobus hominibus, niſi quòd arte opus ſit in dirigendo eo, ne vectores ſubvertantur. Atque has quidem arundinum, quae uſquam terrarum reperiantur, longè maximas esſe exiſtimo. Nam quod Strabo ex Oneſicrito prodit, arundines apud Indos reperiri, quarum altitudo ſit quinquaginta ulnarum, ſive ducentorum cubitorum, diameter verò aliquando cubitorum duodecim, id omnino fabuloſum esſe cenſeo. Forſan monoxyla navigia, quae Indi ex Coco arbore conficiunt, arundinea esſe exiſtimavit Antiquitas. Quod autem Solinus addit, ex arundinum harum radicibus exprimi ſuccum dulcem & melleum, in eo an rectè dixerit valde dubito, quamvis non deſint complures è Neotericis, qui id ipſum tradant. Nam qui cannas ſacchariferas tam prodigioſae magnitudinis viderit, hactenus inveni neminem. Ingentes quidem ſunt illae, quae ſaccharum Tabaxir producunt, quales etiam ad nos ſaepe deferuntur, verùm tamen illarum internodia non ampliùs uno à ſe invicem pede diſtant, cùm aliae iſtae, è quibus lintres fiunt, ad quinos aut ſenos minimum pedes diducta habeant internodia. Jam verò ut de arundinibus, quae Tabaxir ferunt, intelligantur verba Solini, obſtat iſtud, quòd ſaccharum Tabaxir non exprimatur è magnis iſtis cannis, ſed ſponte ſua concretum in illis inveniatur. Saccharum

autem

autem quod exprimitur, id ex iisdem olim, atque nunc, prodibat arundinibus, ut vel hoc uno argumento ſatis colligi poſſit, idem fuiſſe Veterum & hodiernum ſaccharum. Verùm quia multi Litterati & Botanici acriter & contumelioſè admodum de hac quaeſtione inter ſeſe diſputarunt, operae pretium eſt litem iſtam dirimere, ac paucis, ſed claris & certis argumentis controverſiae huic finem imponere. Hoc ut manifeſtum fiat, oſtendendum eſt, quaecunque Veteres de arundine ſaccharifera & ſaccharo dixere, illa omnia convenire arundini unde hodie etiamnum ſaccharum exprimitur, non autem mannae aëreae aut ſaccharo Tabaxir. Ac primùm quidem, illud libenter largimur, arundinem hanc magnam fuiſſe, & arboreae proceritatis. Deſcribit eam Varro Atacinus apud Iſidorum:

*Indica non magna nimis arbore creſcit arundo:*
*Illius è lentis premitur radicibus humor,*
*Dulcia cui nequeant ſucco contendere mella.*

In priore verſiculo aliquid eſſe quod aures non vitioſas offendat, nemo qui Latinè norit, diffitebitur. Auget, non ſanat ulcus Cl. Salmaſius, cùm legit, *Indica nam magna.* Scribendum:

*Indica non magna minus arbore creſcit arundo.*

At verò cannae ſaccharinae hodiernae, ajunt quidam, non ultra tres quatuorve ſurgunt cubitos. Sed falluntur inſigniter. Non me fugit cannas inſulae Maderae & alias, non ſuperare hanc menſuram, verùm id eò fit, quia quotannis putantur. Quae primùm à Luſitanis in ea inſula plantatae fuerunt arundines, ad decem cubitorum altitudinem ſurgebant. Hujus rei hanc volunt eſſe cauſam, quòd cùm inſula haec primùm coli coepit, majores in producendo vires habuerit. Quód ſi falces non immitterentur, ſed paterentur arundines ad multos annos adoleſcere, non ad decem tantùm cubitos, verùm ad multò majorem excreſcerent excelſitatem. Exemplo ſint cannae iſtae ſaccharinae, quae in ripis Argentei fluminis ſponte ſua proveniunt ad arboream magnitudinem. Ratio itaque quamobrem cannae vulgares non ſupra quatuor cubitorum altitudinem exſurgant, illa eſt, quòd exactis duobus à ſatione annis illico praecidantur. In inſula S. Thomae etiam priùs ſucciduntur, ſexto nempe à ſatione menſe. Alterum argumentum quo utuntur, qui Vete-

Veterum ſaccharum ab hodierno diſtinguunt, eſt illud; quòd Antiquorum ſaccharum, juxta teſtimonium Dioſcoridis, Plinii & Galeni, gummium & ſalis inſtar concretum in arundinibus reperiretur, cùm hodiernum liquidum ſit, & non niſi frequenti coctione denſetur & cogatur. Verùm hîc quoque errant. Utrumque cognovere Veteres & liquidum & concretum. Liquidi meminit Varro ſuprà memorato loco, & Lucanus, cùm dicit:

*Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.*

E tenerioribus cannis itaque ſaccharum olim aequè atque nunc exprimebatur, quamvis ars cogendi ſuccum in panes necdum comperta eſſet. Illam enim ſerò Indi invenere, à quibus didicere Arabes & Sinenſes, ut ipſorum teſtantur hiſtoriae. At verò in majoribus cannis ſuccus iſte ſponte ſua cogebatur. Quod hodie quoque fit apud utroſque Indos, praeſertim in arundinibus, quae non ſucciduntur. Tales provenire apud Argenteum flumen, arborum magnitudine, & quorum apicibus fruſtula ſacchari adhaereant, tradit Fernandeſius in ſcripto *de plantis Mexicanis.* Nempe quod ignis efficit in condenſando ſucco calamorum vulgarium, idem iſtud praeſtat ſol in adultioribus cannis & quae falcem neſciunt. Quin etiam è cannis caeduis, aperto earundem latere, profluere humorem, qui mox vi ſolis in ſolidum concreſcat ſaccharum, teſtis eſt non Matthiolus tantùm in *Epiſtolis*, & *commentario ad Dioſcoridem*, ſed & quotidiana experientia. Corruit itaque eorum ſententia, qui negant ſaccharum calamis foris accreſcere. Nec juvat eos argumentum, quod adferunt, Auctores veteres non meminiſſe ſucci arundinei ſub nomine ſacchari, ſed tantùm ſacchari concreti. Quis enim eſt adeò mentis inops, qui non videat id eo contigiſſe, quia ſuccus iſte ad ipſos non deferebatur liquidus, ſed demum à ſole coctus, & arundinibus adhaerens nucis avellanae magnitudine, ut & Plinius ſcribit, & hodiernis conſtat experimentis? Verùm ne ullum pateat effugium ſentientibus contrarium, conſideremus quoque ipſam ſacchari naturam, quo praecipuè argumento utuntur adverſarii, quia ſcilicet Dioſcorides & alii Veteres ſaccharo has tribuunt virtutes. Primò quod ſit εὐκοίλιον, id eſt, modicè alvum ſolvens. deinde quòd ſtomacho proſit, ac praeterea quòd ſitim auferat. At verò, inquiunt, in hodierno ſaccharo omnia his contraria reperiri, ſiquidem illud inimicum eſſe ſtomacho, inteſtinis, hepati; conſtipare hoc ventrem;

trem, ac ſitim efficere adfirmant. Quis tam claris non cedat teſtimoniis, ac manibus pedibusque in illorum non eat ſententiam? Satis tamen mirari nequeo, adeò eos liberaliter pronuntiare de virtute & facultate ſacchari, nulla habita differentia inter crudum ſuccum, & ſemel, bis, vel aliquoties coctum; inter liquidum denique, & jam vel modicè condenſatum, vel inſigniter durum? Quid multis opus, adſcribam vel unius tantùm teſtimonium, ſed qui multorum inſtar esſe posſit. Is eſt Julius Landus, qui diu in ea inſula exſul ab aula Romana vixit. Ejus itaque haec ſunt verba: *Arundines incolae maturas & recentes comedunt mane jejuni, voluptatis gratiâ, ac etiam his de cauſis, ut inquiunt, quòd ſolvunt ventrem, jecur refrigerant, ſitim auferunt, albos etiam faciunt dentes. Nimirum res eſt ſuavisſima, neque cum ſacchari arundinibus, quae Romae venundantur, comparanda. Puerperae etiam utuntur offa ex pane primùm torrefacto, deinde in ſucci arundinum ultima coctura poſito. Superaddunt vitellos, quod is cibus amiſſas vires maximè reficiat, ac ſtomachum & inteſtina recreet, ventremque paulatim molliat.* Hinc apparet facultatem iſtam adſtringendi, quae eſt in vulgari ſaccharo toties recocto, non esſe naturalem, ſed forinſecus accedere, ab igne nempe. Perit enim omnis ille humor, in quo praecipuè eſt vis ſolutiva, ac partim exſiccatur, partim unà cum ſpuma ejicitur. At verò in ſaccharo, quod foris arundinibus adcreſcit, manet humor, nihilque perit, ſed totus ſuccus vi ſolis gummium inſtar coagulatur, eandemque propterea cum ſucco incluſo arundini facultatem conſervat. Nulla itaque ratio eſt, quamobrem aliquis impoſterum exiſtimet, diſcrepasſe Veterum ſaccharum ab hodierno alia re, quàm ſola coctione. Verùm & illi, qui ſaccharum Tabaxir vel Sacar *mambu* interpretantur de ſaccharo Antiquorum quantopere fallantur, ſatis ex ſupradictis colligi poteſt. Quia nempe & haec materia in arundinibus naſcitur, ideo ſacchari nomine etiam cenſetur apud Indos & Arabes. Multùm tamen differunt inter ſe, cùm ſaccharum tabaxir parùm admodum, aliquando etiam nihil omnino, dulcedinis habeat. Hac propter lac arundinum concretum potiùs dicendum fuerit, quàm vel mel, vel ſaccharum. Sed & facultatum utriusque cùm tanta ſit diſcrepantia, non eſt quòd quisquam impoſterum tam disſimilia componat. Haec de ſaccharo & cannis, unde prodeat, haud intempeſtivè, ut arbitror, dicta ſufficiant. Multa de iisdem in *Solinianis* ſuis Salmaſius; ac ſeorſim in *commentario de ſaccharo Antiquorum*, in quo, uti audio, idem quod prius, adſtruere

ſtruere conatur, nempe ſaccharum Veterum eſſe medullam arundinum Bambu. Sed profectò, ſi verum liceat fateri, opus hoc quantumvis prolixum & laborioſum, neminem tamen, ut opinor, permovebit, & forſan ne paucis quidem, quae adduximus, argumentis & teſtimoniis comparandum.

l. 34. *Lino alii veſtiuntur, aut lanis quas diximus*] Sive pro eodem acceperit *linum* & *lanam*, & poſterius ſit interpretamentum prioris, ſive pro eodem, nihil eſt in his Melae verbis quod reprehendi poſſit. Omnino tamen puto, Pomponium haec diſtinxiſſe, & *linum* vocaſſe goſſypium, *lanam* verò ſericum. Verum hoc eſſe ex iis, quae jam ſuprà monuimus, apparet. Salmaſius carpit hîc Melam, & falſum eſſe dicit, cum *lanam* à *lino* diſtinguit. Verùm quàm id ſit à veritate alienum, ſatis nunc conſtat.

l. 57. *A Gange ad Colida Nyſii*] Et haec & ſuperiora ad fidem veterum exemplarium reduximus. Obſervatum id ipſum Pintiano, quem ſecuti ſunt alii. Salmaſius tamen hîc defendit *Nyſi* pro *Nyſii*, Indico, ut loquitur, typo. Verùm cùm jam *Nyſam* memoravit, quid opus *Nyſios*, vel ineptò vocabulo *Nyſos*, denuo recenſere? Abeſt *Nyſa* quàm longiſſimè ab hoc tractu. Denique quid ſibi volunt ſequentia, *ubi magis, quàm ut habitetur, exaeſtuat, atrae gentes & quodammodo Aethiopes?* Ubi non habitatur India, quomodo illic atrae ſunt gentes? Talia profectò haec ſunt, ut confutatione non egeant. Jam verò quod *Colida* adtinet, ejus promuntorii ſitum jam ſuperiùs oſtendimus. Praeter jam ab aliis allatos, meminit quoque illius Ptolemaeus in extimo Aureae Cherſoneſi cornu. Nam quo loco apud illum legitur: Μαλαίου κῶλον ἄκρον, legendum eſt Μαλαίου ποτ. ἐκβ. & deinde Κῶλον ἄκρον. Urbis verò huic promuntorio vicinae, nomen eſt Κῶλοι apud eundem Ptolemaeum. *Colon* itaque *Colis* & *Colias*, ejusdem promuntorii eſt nomen. Adſitus verò populus *Colici* & *Coliaci* dicebantur. Valde autem errat Salmaſius, quum *Coliacos*, Indorum gentem remotiſſimam, cum *Colis* Ponti Euxini accolis confundit. Quis enim non videat, verba iſta Stephani, Κῶλοι ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ &c. non poſſe de hac Indica gente accipi? Quid Caucaſo commune cum Aurea Cherſoneſo? Porrò de *Colis* & *Colica* Pontica vide quae ſuperiùs diximus.

l. 60. *A Colide ad Cudum recta ſunt litora*] A *Cudo*, ſive promuntorio, ſive oppido, populus Κούδητες Ptolemaeo dicuntur, vicini Sinis, ultra Colum vel Colicum promuntorium, Eoo adſiti litori. Verùm hoc in Ptolemaei tabulis non ſic ſeſe habet: iſtic quippe litus eoum, quod Sinae tenent,

nent, non in ſeptentrionem, ſed in auſtrum perperam vergit.

l. 62. *Tamos promuntorium eſt, quod Taurus attollit* ] Si ſincera eſt Plinii lectio, videretur hic *Tamus* in *Imaus* mutandum. Scribit enim is lib VI. cap. 17. extimum promuntorium Emodi montis appellari *Imaum*, quod nivoſum incolarum linguâ ſignificet. Eandem lectionem confirmat Strabo lib. XI. cùm Tauri montis extremum, *Imaum* vocari ſcribit. Idem tamen Τάμαρον appellare videtur, paulò pòſt. Nec ſollicitandam hanc esſe lectionem ideo exiſtimo, quia Oroſius, & ex eo neſcio quis Aethicus, *Samaram* vocant extremum Tauri promuntorium. Itaque ſic cenſeo *Imaum* quidem extremam Tauri partem fuisſe appellatum, ſed verò ultimum Imai promuntorium Tamum vel Tamarum fuisſe creditum. Ptolemaeo hoc promuntorium eſt Τάμαλα, uti habent vetera exemplaria, non Τήμαλα, ut vulgò.

l. 75. *Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cingit jugum* ] In multis libris veteribus ſcribitur, *ſaepe aliquot*. Hinc aliquis ſuſpicetur ſic Melam ſcripſisſe, *Pòſt ubi ſe per aliquod magnis flexibus egit jugum.* Maluimus tamen optimi codicis lectionem repraeſentare, *cinxit* nempe, non *cingit*, quod ſenſui adverſatur. Non enim quamdiu inter montes luctatur, ſed demum poſtquam evaſit, fit rectus & ſolidus.

l. 82. *Taprobane, aut grandis admodum inſula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur* ] Orbem alterum Plinius interpretatur Antichthonum hemiſphaerium auſtrale, de quo vide quae ſuperiùs diximus. Solinus de hac ipſa inſula: *diu orbem alterum putavere, & quidem eum quem habitare Antiſcythas crederent.* Sic putamus ſcripſisſe Solinum, idque optimi exemplaris ductu, in quo *tam ſcythas* inveni. Ἀντισκύθαι ſunt Scythae Auſtrales aliis Scythis oppoſiti.

l. 84. *Sed quia habitatur, nec quiſquam circum ea esſe traditur, prope verum eſt* ] Haec eſt ferè omnium librorum veterum lectio, ut manifeſtum ſit esſe ſcribendum, *circum eam isſe*, vel potiùs *circummeasſe*. Edidit verò haec Mela antequam Legati Taprobanenſium Romam venisſent, ut minùs mirum ſit, eum tam inexplorata de hac inſula ſcripſisſe. Inſulam tamen esſe jam Alexandri aevo Graeci cognoverant, ut planè errarit Mela, cùm id ipſum negat. Verùm cùm & occaſio & tempus non permittat tantùm, ſed etiam invitet, liceat nonnulla aliis indicta de hac inſula, nuper admodum Batavorum virtute parta, commemorare.

Meretur haec non Orientis tantùm, ſed etiam omnium totius Orbis inſularum longè pulcherrima, ne raptim & obiter dicta transmittatur. Quod ſi nullum crimen ſit, imò etiam laudabile, à trita nonnunquam ſemita ad amoena viarum pauxillum deflectere, dummodo ea digresſio non careat epanodo; in nobis ſaltem erit excuſatione dignum, ſi non in popinam aut trivialem villam, ſed in jucundisſimum viridarium, in beatorum inſulam, in locum denique paradiſi terreſtris titulo plurimorum jamdudum ſuffragio inſignem, pauliſper exſpatiemur. Dicemus itaque primùm de variis ejus inſulae nominibus, deinceps verò ſitum, ambitum, aliaque nonnulla explicabimus. Antiquisſima itaque hujus inſulae appellatio, ſi vera narrant Taprobanenſium annales, videtur fuisſe *Lamcab*, vel *Lamca*. Terram ſanctam id interpretantur Malabarri Taprobanenſium aborigines. Nomen id inſulae impoſitum à Vigiaraia primo ipſorum Rege, qui creditur quingentis ante Chriſtum annis floruisſe. Poſtea altera ſuccesſit appellatio, inſulaque ea dicta fuit *Ilanare*, aut juxta alios *Tranate*. Significat id regnum inſulare. A poſtremo hoc vocabulo videntur Graeci Taprobanam ſuam formasſe. Iterum deinde mutatum eſt inſulae nomen, nempe poſtquam Sinae ea potiti ſunt, ac dicta Παλαισιμούνδου, uti eſt apud Ptolemaeum, Auctorem *Peripli*, ac Marcianum Heracleotam, licet alibi Σιμούνδου ſimpliciter appelletur. Priùs, ut opinor, fuit Παλουσιμᾶν: *Palou* vel *polou* Indis eſt inſula. Παλουσιμᾶν itaque Siamenſium inſula, hoc eſt, Sinenſium, ut jam diximus. Perſae addiderunt τὸ δίου. *Diu* verò Perſis idem, quod Indis *polou*. Multis hoc inſulis & locis contigisſe, ut ab aliis gentibus alia vocabula idem ſignificantia addita fuerint, nemo eſt qui neſciat. Ceterùm non praedictis tantùm, ſed & multò pluribus nominibus inſula haec ab Indis cognoſcitur. Appellatur etiam *Hibenaro*, quod terram fertilem, nec non *Tenariſim*, quod locum deliciarum ſignificat. *Salicam* quoque dictam fuisſe è Ptolemaeo & aliis conſtat, à populis Salis, qui vulgò *Gale* ab indigenis nuncupantur. Novisſima denique inſulae hujus appellatio, quaeque etiamnum obtinet, eſt *Seilan* vel *Seran*, additoque Perſico *Dib* vel *diu*, quod inſulam denotat, *Serandiu*. Quàm antiquum ſit id vocabulum, liquet ex Auctore *Topographiae Chriſtianae*. Sive is ſit Cosmas Indopleuſtes, ſive alius, illud conſtat, ſub Juſtino Imperatore floruisſe. Hujus itaque, in deſcriptione Taprobanae, haec ſunt verba, *Παρὰ μὲν Ἰνδοῖς καλουμένη Σιελεδίβα, παρὰ δὲ* Ἕλλησι *Ταπροβάνη.*

Sed

Sed & Ammianus Marcellinus multò hoc antiquior, lib. XXII. meminit legationis miſsae à Divis & Serendivis. Chryſococae in canone praecipuarum urbium eſt Σαρακτὶκ, tribuitque eandem huic longitudinem latitudinemque, quam Ptolemaeus Taprobanae. De hac ipſa inſula accipienda ſunt Procopii verba lib. IV. *Gothicorum*, ubi tradit locum eſse in India qui *Serinda* diceretur, ad quem multae Indorum gentes convenirent: illic namque Sinae ſericum aliasque merces deferebant, à quibus dein accipiebant Romani. A Philoſtorgio lib. III. cap. 4. vocatur Δίβου. Verba ejus ſic ſcribenda: Δίβου γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χόρτων· Ἰνδῶν δὲ καὶ οὗτοι φέρουσιν τὸ ἐπώνυμον. Foenum Taprobaniticum eſt oryza, iſta ſiquidem tantâ illic copiâ provenit, ut elephantis aliiſque animalibus in pabulum cedat. Ab hac provinciae Batecalou nomen inditum. *Bate* ſiquidem vel *Pate* oryzam, *Calou* verò regnum ſignificat. Ne quid tamen diſſimulem locum hunc Philoſtorgii malim ſic legere, Δίβου γ' ἐστὶν αὐτοῖς νῆσος ἢ χώρα. Utrumque enim exprimit τὸ δίβου, & *inſulam*, & *regionem*. De vocabulo verò *Ceilan* vel *Seilan*, quum alii alia prodiderint, operae pretium eſt referre ipſorum Taprobanenſium ſententiam, qui à naufragio Sinenſium ſic dictam eſſe adfirmant. Quàm enim Sinenſes olim longinquis navigationibus incubuerint, & ex eo colligi poteſt, quòd aliquando ad oppidum Armuziae quadringentae ipſorum naves ſimul conſpectae fuerint. Quum verò inter alia loca, Taprobanam praecipuè cinnami gratiâ adirent, ac per multa ſecula admodum iis feliciter ceſſiſſet cataplus iſte, accidit tandem ut ingenti inſtructa claſſe, quâ dominium ſibi & hujus & aliarum inſularum adfererent, gravi damno mulctarentur: periere quippe in ſyrtibus & freto, quod inſulam à continente dirimit, naves octoginta, juxta alios ducentae. Ab hac Sinenſium jactura dictum putant portum *Chinilao* vel *Sinilao*, tanquam Sinenſium *nilao*, quod *naufragium* ſignificat. Supereſt etiamnum hoc vocabulum, ſiquidem vulgò portus & oppidum Chilao contractè appellatur. Haec inſulani in ſuis *Chronicis*. Si quis tamen *Seran-dib* vel *Seran diu* dictam putet, quaſi *Serum inſulam*, non adverſabor. De etymis non libenter litigo. Atque haec de nomine ſatis, & forſan nimia. Videamus porrò an quae nunc, eadem quoque olim menſura fuerit inſulae. Eratoſthenes longitudinem ejus prodidit ſtadiorum VII. millium, latitudinem verò quinque millium: hanc quoque menſuram recenſent Strabo, Plinius, Aelianus, ac alii, ne quis in numeris vitium

 eſſe

eſſe exiſtimet. Ptolemaeus aliquanto etiam longiùs eam extendit, ſiquidem nongenta paſſuum millia longitudini adſignat, latitudini verò ſeptingenta & viginti. Cum hoc convenit Cosmas Indopleuſtes, ſive quicunque alius Τοπογραφίας Χριστιανικῆς eſt Auctor. Atqui hodie, quâ longisſimè inſula iſta extenditur, non ultra ducenta & quadraginta paſſuum millia patet, maxima quippe ejus longitudò à ſexto latitudinis gradu usque in decimum porrigitur. Quisquis non omnino Geometriae ignarus fuerit, facilè hinc colligere poterit, juxta hunc calculum, quaterdecies aut quindecies olim majorem fuisſe, atque nunc ſit. Veterum opinionem ſtabilire & confirmare videtur ipſorum Taprobanenſium teſtimonium. Uno ore adfirmant & ipſi, & vicini ipſorum Malabarri, inſulam hanc vaſtam adeò olim fuisſe, ut Maldivis conjuncta, ac etiam ultra aequinoctialem circulum porrecta fuerit. Tantum terrarum abſorpſisſe Oceanum, hujusque violentiâ ad modicam adeò menſuram redactam eſſe inſulam. Quin etiam cauſam inundationis addunt. Nempe Malabarrorum regionem, etiamnum humilem & paluſtrem, crebrisque interruptam inſulis, olim totam mari fuisſe contectam. Defluente verò continuò materia è montibus Deli, terram ſe extulisſe ſupra undas; denudasſe tractum trecentorum fermè paſſ. millium, excusſo longè atque abacto Oceano: hunc, impetu verſo in oppoſita Taprobanae litora, devorasſe vaſtum, quod deſcripſimus, terrarum ſpatium. Haec Indi, quae ſi vera ſunt, nullum eſt dubium, quin id omnium Oceani facinorum longè, & ſplendidisſimum, & maximè memorandum fuerit. Quamvis autem argumenta haec talia ſint, ut non tantùm asſenſum impetrare, ſed etiam extorquere posſint, neſcio tamen quis me teneat genius, quo minus & ipſe tot Antiquitatis teſtimoniis, ac tanto gentium conſenſui non adſurgam. Movet me ratio, ac conſtans naturae ordo, ne hîc temerè adquieſcam, gnarus multorum auctoritatem ac conſpirationem, non veritatis normam, ſed potiùs errorum eſſe patrocinium. Ipſe Oceani fundus circumcirca Taprobanam aequè atque alibi profundus, teſtatur nullum magnum hîc factum eſſe terrarum naufragium. Malabarrorum regionem aliquando mare fuisſe, nec verum, nec veriſimile. Pleraque oppida, quae litus iſtud illuſtrant, antiquisſima eſſe, ipſe terrarum ſitus, & nominum convenientia evincit, uti alibi oſtendimus. Maldivas unam cum Taprobana conſtituisſe inſulam, nec hoc verum eſſe poteſt, quandoquidem earum meminerit Ptolemaeus,

maeus, cùm ſcribit ante Taprobanam ſitum eſſe agmen CIↃ CCCLXXVIII. inſularum Harum quoque manifeſtè mentionem facit *Topographiae Chriſtianae* Auctor: Περιξ δὲ Ταπροβάνης εἰσὶ νῆσοι μικραὶ, πολλαὶ πάνυ· πᾶσαι δὲ γλυκὺ ὕδωρ ἔχουσαι καὶ ἀργέλλια· ἀσσόταται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πᾶσαι εἰσίν. Palmarum Indicarum fructum vocat ἀργέλλια. *Nargel* Perſae appellant, Luſitani *Cocos*: horum nusquam neque major neque felicior eſt proventus, atque in inſulis Maldivis. Idem Auctor non multò pòſt ipſius quoque inſulae, ac regis Μαλὲ mentionem facit, additque piper in ditione ejus provenire. Unde apparet verum eſſe id, quod indigenae earum inſularum affirmant, nomen ſibi eſſe ab una inſula *Male*, in qua Rex, cui ceterae quoque parent. Errant itaque illi qui *Maledivas* putant dici quaſi mille inſulas, quia *male* mille ſignificat Lingua Malabarrica. Verùm etiam Ammianus cùm *Divos* & *Serendivos* recenſet, non dubito quin per hos Taprobanenſes, per priores verò Maldivenſes intellexerit. Ipſe praeterea ſitus docet, nihil hîc immutaſſe naturam. Tradit Plinius portum inſulae eſſe ad meridiem. Quis dubitet quin iſte ſit, quem *Gale* vulgò nominant, omnium non inſulae tantùm, ſed totius penè Orientis praeſtantisſimus? Clarum itaque Oceanum, cùm alibi praeſcriptos fermè ſibi limites ſervarit, nec hîc tantam ſtragem edidiſſe. Maneat ille qualis olim, talis nunc quoque, nec credamus inſulam hanc unâ cum Atlantide Platonica avolaſſe. Otio abundant qui iſtiusmodi Aegyptiorum fabellis, jam millies productis, totiesque recoctis, aurem commodant. Quàm conſtans & tenoris ſui obſervans ſit rerum natura patet è Boſporis, omnibusque omnium terrarum fretis. Iis cùm praecipuè marium & ipſius Oceani vis ſemper incubuerit, eadem tamen ubique à tot annorum millibus, & ab ipſo ut veriſimile eſt rerum exordio, ſervant intervalla. Currant licet ac recurrant undae, allatrent undequaque fluctus, fortius eſt elementum quod reſiſtit, quàm quod oppugnat. Exeſi ſcopuli ac vaſta maris antra, ſatis ubique oſtendunt, quantum Oceani impetus lapſu ſeculorum poſſit efficere: verùm haec ipſa quoque, quid non poſſit efficere Oceanus, multo clariùs oſtendunt. Videamus nunc quaenam maximè cauſa fuerit, quamobrem vaſtam adeò magnitudinem Taprobanae attribuerint Veteres. Primum quidem illud moneo, non defuiſſe, qui deſignando ejus ſpatio, minùs aberrarint. Hos inter meritò recenſendi ſunt Oneſicritus & Jambulus apud Diodorum Siculum, quorum uterque quin-

Ggg 3 quo

que millium ſtadiorum ambitum inſulae huic adſcripſerunt. Haec menſura licet juſto brevior, deeſt quippe in ea ferme triens, longè tamen minùs habet defectus, atque altera redundantiae. Omnem verò modum exceſſit Plinius, cùm de Legatis Taprobanenſium haec ſcribit: *Iidem narravere latus inſulae, quod praetenderetur Indiae, decem millium ſtadiorum eſſe.* Prodigioſa haec ſunt & inaudita, ſed ſanè ſic ſe res habet. Taprobanenſium Legati non de ſua inſula haec dixere, ſed de Serica regione: hujus autem latus unumquodque hanc menſuram proximè aequat. Sed & alia, quae iidem Legati narrabant, de Taprobana accipi nequeunt. Nullum in ea ſtagnum inſignis magnitudinis, nedum aliquod, cujus ambitus habeat CCLXXV. vel, uti eſt in libris pleriſque manu exaratis, CCLXXV. paſſ. mill. Sed & quingenta oppida, & ducenta millia ſervitii regii, ſtultum ſit in aliqua quaerere inſula. Quid de plebe urbana ſentiendum, ubi tam vaſtus regiae plebis eſſet numerus? Haec & alia planè evincunt Rachiam alioſque Taprobanenſium Legatos, iſta non de ſua narraſſe inſula, uti putabat Plinius, ſed de Seribus, quos nunc perperam Sinenſes vocant, de iſtis enim & haec, & alia majora dici poterant. Hunc errorem potiſſimam cauſam fuiſſe exiſtimo, quamobrem in magnitudine Taprobanae adeò decepti ſint Veteres, Plinio poſteriores. Quòd verò etiam alii nonnulli illo antiquiores nimiam huic inſulae menſuram adtribuerint, id hac videtur factum fuiſſe ratione, quòd ambitum, & praeternavigationem ejus, ex velificationibus Indicarum navium colligendam eſſe arbitrarentur. Quàm autem tardus illarum eſſet curſus, operae pretium eſt oſtendere, tum quòd non hoc alienum ſit ab inſtituto, tum quoque ut lucem & medicinam adferam affectis aliquot locis. Primùm itaque verba Auctoris, qui *Periplum Rubri maris* ſcripſit, adponam: Εἰς πέλαγος ἔκκειται πρὸς αὐτὴν δύσιν νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν Ταπροβάνη. Ταύτης τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἐστὶν ἥμερα, καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸν πλιουακιστίνει, καὶ σχεδὸν εἰς τὸ κατ' αὐτῆς ἀντιπαρακείμενον Ἀζανίας παρήκει. Salmaſius locum hunc ſic corrigit; καὶ διαπλεῖται τοῖς ἱστιοπεποιημένοις νηυσί. Quaſi aliquid mirum ſit naves velum habere. Legendum eſt, καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸ πλεῖον εἰκοστινῇ. Εἰκοστινῇ idem eſt quod εἰκοσταίᾳ. Trajectus è proximo continentis portu in inſulam viginti ad ſummum fiebat diebus, ſed Indicis navigiis, nam Romanis & Graecis navibus intervallum id facilè ſeptem diebus abſolvebatur. Sic Plinius, ſic Strabo, qui etiam

cauſam

cauſam tarditatis navium Indicarum addit: *Διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι, ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, κατεσκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς.* Sic lege. Salmaſius locum hunc ſic interpretatur, quaſi id Strabo voluerit, naves Taprobanicas coſtis & interamentis utrinque caruiſſe. Sed profectò videtur haec in Burgundia ſcripſiſſe, antequam ſciret, quid rei eſſet navis aut mare. Quis unquam vel animo concipere potuit navem absque coſtis? Longè aliud voluit Strabo, nempe naves has malè navigare quòd non rectè velis eſſent inſtructae, & quòd ita eſſent fabricatae, ut coſtae utrinque carerent firmamento. *Μήτρα* ſive *δρύοχος* id eſt, quod ſupra carinam compingitur, ita ut à carina aequaliter dividatur, nec plus uno quàm altero latere exſtet. Ab hoc navium fabricam auſpicantur naupegi, eſt enim velut baſis & firmamentum totius operis. Itali etiamnum vocabulum ſervant, *matéra* ſiquidem ipſis eſt. Huic firmiter inſeruntur & incaſtrantur, ut loquuntur architecti, coſtae ſive ſtatumina, quae Graeci *σταμίνας* vocant. Perperam apud Pollucem in vulgatis *σταθμίδες*. Itali corrupta voce nominant *ſtamenali*, quaſi *ſtatuminales*. Hoc fundamento deſtituebantur naves iſtae Indicae, quippe coſtae non dryocho, ſed carinae inhaerebant. Tales itaque erant Taprobanitarum & vicinorum Indorum navigia, malè & infirmiter fabricata, malè quoque velis inſtructa. At verò illa Romanorum & Graecorum, quibus ſeptem, ut diximus, dierum ſpatio fretum iſtud transmittebatur qualia fuerint, patet ex Plinio ubi de Taprobana agit. Verba ejus, quia inſigniter corrupta ſunt & medicinam expetunt, adſcribemus: *Mare intereſt vadoſum ſenis non ampliùs altitudinis ſpasſibus, ſed certis canalibus adeò profundum, ut nullae ancorae ſidant. Ob id navibus utrinque prorae, ne per anguſtias alvei circumagi ſit neceſſe: magnitudo alterna milia ad ferum.* Poſtrema verba quia nimis corrupta ſunt, omittuntur in omnibus editis exemplaribus, ſed comparent in ſcriptis. Salmaſius bene ſe conjeciſſe exiſtimat; cùm ita locum hunc refingit, *magnitudo alterna ilium ad forum.* Addit quin etiam in Graeco Scriptore ſic fuiſſe, *τὸ μέγεθος τῶν ἐγκοιλίων πρὸς τὸ κατάστρωμα παράλληλον.* Verùm hîc rogo, ſi hoc non ſit, quid demum ſit nugari? Quis Latina haec, quis item Graeca iſta aut intelligat, aut interpretetur, niſi qui & ipſe velit fucum facere? Quid multis opus, ſanè ſic ſcripſit Plinius, *Magnitudo ad terna millia amphorum.* Sic apud Ciceronem lib. XII. *Ep.* Lentulus facit mentionem

navium onerariarum, *quarum nulla minor erat duum millium amphorum.* Sic quoque apud Livium navis trecentarum amphorarum: capacitatem enim navium olim per amphoras aut per modios indicabant. Emendationem noſtram certam reddit Chariſius Soſipater, cum ſcribit Plinium lib. VI. *amphorum* dixiſſe pro *amphorarum.* Haec de navigatione & navibus, quibus Taprobana petebatur, dicta ſunto. Verum quid ſibi vult, quod Veteres produnt Indicas naves viginti, Romanas verò ſeptem diebus emetiri ſpatium, quod inſulam & proximam continentem interjacet, cum tamen fretum hoc adeò ſit anguſtum, ut videatur minùs ſeptem horis poſse transmitti? Ego ſic exiſtimo, Veteres fugisſe ipſum fretum propter inconſtantiam arenarum & ſyrtes periculoſisſimas, ac etiam nunc hoc nomine infames, trajectum verò computasſe intervallum quod eſt à proximo continentis portu, Callīana puta, vulgò *Caulan*, usque ad portum *de Gale*, quem ſolum cognovisſe ſuprà oſtendimus.

L. 86. *Contra Indi oſtia inſula eſt quae vocatur Solis, adeò inhabitabilis* ] Sic quidem Correctores pro ingenio ſuo, ſed nos veterem, &, ni fallor, veram quoque, reduximus ſcripturam. Quaecunque demum illa ſunt, quae oſtio Indi objacent, ſive una, ſive plures ſint inſulae, ſive exſtantes tantùm arenarum cumuli, quales multi huic adjacent litori, Soli illa conſecrata ſunt, ac Solis dicuntur inſulae. Duas autem Solis inſulas recenſet Plinius, alteram in freto Taprobanenſi, alteram haud procul ab ore ſinus Perſici. De hac poſteriore accipienda verba Melae. Nec eſt quòd quis putet Os ſinus Perſici, ac orientalisſimum Arabiae promuntorium, longiùs ab Indo abesſe, quàm ut haec inſula, quae non multum abeſt ab oſtio ſinus Perſici, Indo flumini contraria esſe dicatur. Non enim adeò vaſtum eſt hoc intervallum, atque putant illi, qui ſolo utuntur Ptolemaeo. Is enim, quod in multis aliis Orientis locis, idem quoque hîc fecit, ut duplam exhibuerit menſuram. Verba autem Plinii de hac inſula haec ſunt: *Inſula quae Solis appellatur & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum non animal abſumitur.* Non rectè ſentiunt, qui hîc mendum esſe ſuſpicantur, ac cum Salmaſio legunt, *cubile Nympharum unius.* Multò minùs credendum, Plinium hîc tam ridiculum fuisſe interpretem, qualem ipſe fingit. Nympharum Oceanitidum cubilia ſub ſole oriente, & in ipſis inſulis Solis, quid ni ejusdem ſint coloris atque illa Aurorae? hujus verò cubile quis neſcit modò *croceum*, modò *roſeum* dici à Poëtis?

Poëtis? Nec cubile tantùm, ſed & vultus, veſtis, thronus, brachia, omnia denique illic rubere dicuntur. Homerus & Poëtae Sinicam deſcribunt matronam, cum roſeos & miniatos Aurorae tribuunt digitos. Porrò inſulam hanc Arrianus *Noſala*, Philoſtratus verò *Selera* vocari ſcribunt. Addunt à Nympha quadam Nereïde inhabitari, ac ſi quis eò appellat, illum rapi ab ea, nec ampliùs cerni. Sed & ab Aurora qui rapiuntur, non ampliùs comparent. Tales erant qui ante tempus & diem moriebantur, quos ab Aurora raptos eſſe dicebant Veteres. Hinc apud eos morem permanſiſſe, ut pueri, & qui immatura morte periiſſent, mane ante ortum ſolis ſepelirentur, teſtis eſt Euſtathius *ad Homerum*.

l. 88. *Inter ipſa oſtia rara tenet regio*] Sic quidem libri manu exarati, attamen reſcribendum hîc eſſe, *inter ipſa oſtia Patalene*, jam alii viderunt. A *Patala* oppido inſula tota *Patalene* dicitur. Sic quidem Graeci, ſed verum apud Indos nomen fuit, ut opinor, non *Patala*, ſed *Patana*. Paſſim id vocabulum in Indicis appellationibus occurrit. *Patana* enim aut *Patan* inſulam ſignificat. Arrianus Δέλτα interpretatur, ſed non omnes inſulae ſunt triquetrae. Porrò totus hic locus ſic in manu exaratis libris concipitur: *Inter ipſa oſtia rara tenet regio, ob aeſtus intolerabiles alicubi cultoribus egens. Inde ad principia Rubri maris pertinet ipſa, invia atque deſerta humus, cineri magis fit quàm pulveri ſimilis.* Unde facilè apparebit malè hunc locum à Correctoribus habitum, veramque eſſe eam, quam reduximus, lectionem.

l. 92. *Humus cineri magis fit quàm pulveri ſimilis*] Locus hic nullo alio vitio, quàm ſola laborabat diſtinctione. Non rectè faciunt qui *pulverem* ac *cinerem* pro eodem accipiunt *Pulvis* non tantùm pro ipſa humo, ſed etiam pro arena accipitur, verùm cruda, ut cùm arenam Puteolanam *pulverem* vocant. Sed verò *cinis* nunquam ſumitur, niſi pro humo, arena, aliave materia combuſta. Itaque omnis quidem cinis pulvis eſt, verùm non omnis pulvis cineris vocabulò adfici poteſt, ſed toſtus tantùm.

l. 94. *Quorum Tuberonem & Aruſacen notiſſima accepimus*] *Tomeron* non *Tuberonem* vocat Arrianus. In melioribus Plinii codicibus *Tomberon* ſcribitur, non *Tonderon*. Sanè non aliter potuit ſcripſiſſe Plinius, atque Mela, quem ubique ſequitur. *Aruſacen* idem *Aroſapen* appellat. Salmaſius *Oroatin* reponit. Verùm inſigniter errat; *Oroatis* enim in Perſicum ſinum exit, hîc verò Arianen provinciam Indo contiguam deſcribit Auctor noſter.

# IN CAP. VIII.

## DE MARI RUBRO AC UTROQUE HUJUS SINU PERSICO ET ARABICO.

l. 6. *Et ut non intret interius, aliquantum patens ſinus erat*] Reſcripſimus ex optimis membranis, *arcuat*, ſenſu tam manifeſto, ut non egeat interprete.

l. 10. *Perſicus quà mare accipit*] Neſcio quî fiat ut in quibusdam manu exaratis libris *Elicus* legatur, non *Perſicus*. Non potuit tamen alio nomine ſinum hunc appellare Mela, atque ab omnibus appellatur. Unum tantùm inveni Theophraſtum, cui ſinus Perſicus etiam vocetur Arabicus. Verba ejus lib. IV. cap. 9. ſic concipienda ſunt: Ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ (κεῖται δὲ αὕτη ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ τῷ μὲν πρὸς ἕω) τοσοῦτον πλῆθος εἶναί φασι δένδρων, ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρίς, ὥστ' ἀπωχυρῶσθαι. Et ſanè nulla eſt ratio cur non aequè Arabicus, ac Perſicus nominetur ſinus, cùm portionem ejus majorem cingant Arabes. Ad diſtinctionem tamen alterius Arabici, Perſici ſibi cognomen adſcivisſe videtur.

l. 28. *Cethis per Carmanios*] Ex Plinio ſic repoſuerunt, quia huic *Cethis* eſt oppidum Carmaniae, cui dicunt cognominem fuisſe amnem. Prius ſcribebatur *Sethis*. Verùm optimus meus codex legit *Saecis*, unde libenter fecerim *Sabis*. Memoratur id flumen Plinio, eſtque idem quod alii *Saganum* vocant. Ptolemaeo etiam oppidum *Sabis* ad fluminis ripam. Utrumque etiamnum manet vocabulum; à Perſis enim *Jab* flumen, oppidum verò *Chabiz* nuncupatur. Sed & ipſius provinciae manet quoque nomen, *Kermon* enim appellatur.

l. ead. *Suprà Sandis & Choros effluunt*] *Sandin* hîc vocat, quem Ptolemaeus & Marcianus *Andanim*. Innumeris vocabulis modò additur, modò demitur littera iſta ſibilans. Idem itaque *Sandis* & *Andis*, vel *Andanis*. Posſit verò ſic legitorus hic locus, *Sabis per Carmanos, ſub Paſargadis Coros effluunt*. Ptolemaeus enim in Carmaniae promuntorio Paſargadas conſtituit, uti quoque, qui eum ſequitur, Marcianus Heracleota: Ἀπὸ Καρπέλλης ἄκρας εἰς Κανεάτιν πόλιν στάδια ϛ'. ἐνταῦθα παροικοῦσιν οἱ καλούμενοι Πασαργάδαι Καρμανῶν ὄντες ἔγγυς. Legit Salmaſius Κομβανῶν ὄντες ἔγγυς. Sed utique ſcribendum Καρμανῶν ὄντες γένους. Attamen in Pomponio alteram

teram praefero lectionem, quia Paſargadae longè hinc aberant, omninoque eorum ſitum ignoravit Ptolemaeus, cùm gentem hanc ad oſtia ſinus Perſici collocat, ipſum verò oppidum inter Briſoanam & Bagradam flumina. Veteres, qui Alexandri res prodidere, Paſargadas oppidum & gentem circa Perſepolin ad orientem deſcribunt. Haec verò à Perſis vocatur *Chilminaru*, quod *quadraginta columnas* Arabicè & Perſicè ſignificat. Superſunt enim illic quadraginta octo vaſtisſimae columnae; quarumdam altitudo ſeptuaginta ferme eſt pedum, etiam abſque baſi. Jam verò atria & ſigna immenſa, murorum incredibilis magnitudo, omnia denique ex atro aut candido marmore pulcherrimè exſtructa, clamant, hanc fuiſſe olim regiam Perſepolitanam. Accuratam ejus deſcriptionem aliàs dabimus, neque enim usquam terrarum (Sinenſium ſtructuras ſemper excipio) monimentum aut antiquitate aut magnificentia huic comparandum reperiri puto. Cùm itaque nullum relinquatur dubium, quin haec ſit Perſepolis, neutiquam etiam dubitandum exiſtimo, quin Paſargadarum, Cyri ſepulcro celebrata civitas, illa ipſa ſit, quae nunc *Xiras* appellatur. Cyri ſepulcrum etiamnum illic exſtat, ac deſcribit hoc Figueroa Hiſpanorum ad Perſas Legatus, quo nemo meliùs & accuratiùs res Perſicas explicavit. Situm quod attinet, in eo hactenus omnes errarunt, cùm nimium ſeptentrionalem eam faciunt, nimiumque à ſinu Perſico removent. Juxta accuratisſimam obſervationem Chilminara ſive Perſepolis habet in latitudine gradus viginti octo, ſcrupulos octo & quinquaginta; Paſargadae verò ſive Xiras, gradus viginti octo, ſcrupulos quatuor & quadraginta. Plinii ſeculo videtur Paſargadarum oppidum *Cyropolis* dictum fuiſſe. Quòd autem mari vicinam exiſtimarit Plinius, id eò factum credo, quòd ad illam è mari ſit ἀνάπλους, ſive adnavigatio. Jam verò quod Corum flumen attinet, iſtud eodem quidem, quo Mela, ordine recenſet Ptolemaeus, verùm hic nimis oſtio ſinus Perſici vicinum facit, cùm è Mela hoc tantùm colligi posſit, ſitum eſſe inter Euphratis & Andanis fluminum oſtia. Sed profectò videtur Ptolemaeus in Corii fluminis ſitu erraſſe, cùm *Corus*, *Corius* ſive *Cyrus*, idem ſit, atque is, qui vulgò *Brandemir* nominatur. Amnis verò, qui huic conjungitur, *Araxes* appellatur ab Auctoribus, qui Alexandri geſta ſcripſerunt. Nempe ubicunque Veteres Cyrum fluvium deſcripſere, illic quoque addidere Araxem aliquem & Cyropolin ſive Cyreſchatam, quod quàm multis locis contigerit apparet ex iis, quae ſuperiùs diximus.

l. 44.

l. 44. *Inde tenuis rivus, deſpectus emoritur*] Haec eſt priſca ſcriptura, quam temerè mutarunt Pintianus & alii. Quod dicit Euphratem non effluere, ſed in tenuem & deſpectum deſinere rivum, id accipiendum de alveo principali, qui quamvis in innumeros diſpergatur rivos, ac propterea totus penè deficiat, propriè tamen Euphrates dicitur. Sic quidem Mela, qui credidit Euphratem oſtio carere, verùm aliter alii. Illi quippe adfirmant eum aut in Tigrim flumen, aut in ſinum Perſicum effluere, verùm non ſimul. Hoc quo clariùs cognoſcatur, ſciendum eſt, inter Arabiae deſertae incolas, & Meſopotamitas ac Babylonios, aeterna fuisſe ac etiamnum esſe disſidia, utriſque ſibi hoc flumen vindicantibus. Naturalis quidem Euphratis alveus exit in Tigrim. Verùm Arabes latrones Euphratis accolae, qui ſiticuloſam habitant regionem, ut agris ſuis ſubvenirent, totum hoc flumen ſuffurati ſunt, obſtructoque naturali ejus alveo è paludibus, quas Euphrates exundans facit, foſſam duxere nomine Pallacopam. Ac tum quidem Euphrates nova oſtia habere coepit, non in Tigrim, ſed in ſinum Perſicum exeuntia, uti ſatis ex Plinio colligere eſt, quamvis Arrianus cum Mela concinere videtur, cùm dicit Euphratem caecis meatibus aliquando in mare effluxisſe. Nec hoc mirum cuiquam videri debet, cùm tam ſicca & arenoſa ſit terra iſtaec Arabum, ut ad irrigandam univerſam ne totus quidem ſufficiat Euphrates. Nusquam invenias regionem, quam potiori jure parvam dixeris Libyam. Porrò cùm aliis, tum quoque Alexandro antequam periret (ut gratificaretur Asſyriis) animus erat, obſtructo firmiter Pallacopa, Euphratem in priſtinum alveum reducere. Accuratè hiſtoriam narrat Arrianus lib. VII. ſed ſenſum verborum non asſecuti ſunt Interpretes, ita enim illa reddenda erant: *Itaque qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter oſtium ejus obſtruere propoſuit. Quumque ad ſtadia triginta progresſus esſet, petroſa occurrit terra, quamque interciſam fuisſe comparebat. Ea ſi continua fieret ac denuo conjungeretur, nequaquam ob ſui firmitatem aquam transmisſura esſe videbatur ad antiquam illam Pallacopae foſſam: atque ita praeſtituto tempore, quandocunque Alexandro placeret, non difficile futurum fluminis divortium.* Morte praeventus opus non perfecit, ſed perfecere alii, &, quod mirere, non invitis Arabibus. Genus iſtud hominum felicitatem ſuam collocat in miſeriis. Neſcias utrum ipſi, an verò agri ipſorum magis ſitiant. Flumina excludunt, ciſternas tenent raras, easque ſaepe foetidas & viroſas, non ut invitent, ſed ut abigant peregrinos; *ni-*

hilo-

hilominus beatos, ac omnium hominum nobiliſſimos ſeſe exiſtimant, tum quòd ab externis conjugiis immunes ſemper fuerint, tum etiam quòd omnibus ſeculis liberi & invicti perſtiterint, prorſus ut exemplo ceteris mortalibus esſe posſint, ſolam esſe paupertatem quae ſit ſecura, quaeque vinci non posſit. Diodorus tamen Siculus videtur credidisſe egeſtatem hanc ex parte fuisſe ſimulatam; dicit enim Arabas iſtos Scenitas habuisſe etiam puteos occultos ac ſolis notos indigenis. Verba ejus, quibus hoc ſignificat, exſtant haud longè ab initio libri ſecundi, ita verò ſunt concipienda: *Καθόλου γὰρ ἡ Ἀραβία δυσπολέμητός ἐστι ξενικαῖς δυνάμεσι, διὰ τὸ, τὸ μὲν ἔρημον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ ἄνυδρον καὶ διειλημμένον φρέασι κεκρυμμένοις καὶ μόνοις τοῖς ἐγχωρίοις γνωριζομένοις.* Sic quidem olim, quando nempe aliquanto cultior erat haec Arabia, ac habitationibus frequentior, verùm hoc noſtro ſeculo non fingunt paupertatem, nullaque eſt regio, cui deſertae cognomen melius conveniat. In interiore ejus tractu neo ferae, nec aves reperiuntur, & tamen vivunt illic, qui genus & proavos ad Noachum usque numerare ſciant.

l. 52. *Frontem, quae inter oſtia oſtenditur, ſilvae cautesque exaſperant* ] Et haec quoque depravarunt Correctores. Nos antiquam ſcripturam reduximus. *Oſtenditur* autem hîc non improbo, vide tamen num melius *obtenditur*. Quamvis haec vocabula ab iisdem veniant verbis, differre tamen ſignificatione etiam indocti ſciunt. *Frontem* verò Mela, quemadmodum etiam alibi, vocat *promuntorium*: illud nempe quod Ptolemaeus Aſaborum, ab Aſabis, aliì Macarum à Macis populis nominant. Vulgò *Moçandan* appellatur. Verum autem eſt id quod hîc dicit Mela, promuntorium id aſperum esſe cautibus ſilvisque. Nec promuntorium tantùm, ſed & totum Arabiae litus, quod ab intimo ſinus Perſici recesſu usque ad inſulas Curiamuria dictas extenditur, admodum eſt excelſum. Ipſum tamen promuntorium Moçandan, alterumque quod ſequitur Roſalgatae dictum, multo depresſiora ſunt reliquo litore, quod vaſtis, arduis & inacceſſis ubique adſurgit rupibus, quibus thurifera illa regio tanquam vallo armatur.

l. 54. *Ogyris quod in ea Erythrae Regis monimentum eſt* ] Sic quoque alii inſulam hanc nominant. Strabo *Ogyrinam* videtur appellare: Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχος καὶ Ὀρθάγορας, νῆσον Τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις, ἐν ᾗ τάφος Ἐρύθρα δείκνυται, χῶμα μέγα ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον. Salmaſius nullum in toto Strabone locum iſto

cor-

corruptiorum exſtare putat, quique felicius emendari potuerit, quàm hoc modo: Ἀπὸ δὲ Καρμανίας ἄκρας φησὶ Νέαρχος Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι. Addit etiam nullum fuiſſe Auctorem, qui *Orthagoras* dictus ſit. Verùm fallitur. *Indicorum Orthagorae* meminit ſemel iterumque Aelianus. Meminit etiam Philoſtratus lib. III. cap. 15. *de Vita Apollonii.* Facilè ſanari poteſt hic Strabonis locus. Scribe, νῆσον Ὠγυρίνην, vel mutatione minima, Γυρίνην. Sanè omnia Melae exemplaria habent *Gyris*, non *Ogyris*. In Ptolemaeo appellatur Ὄργανα, nonnulli tamen libri manu exarati legunt illic Ὤγυρις. Attamen Ὀργάνα etiam dicitur Arriano. Nimis autem longè à litore Carmaniae removent hanc inſulam Nearchus & Orthagoras, cùm bis mille ſtadiorum intervallum faciunt. Satis tamen bene cum hac menſura convenit Plinius lib. VI. cap. 28. *Inſula in alto objacet Ogenis, clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat à continente* CCXXV. P. M. Non dubito quin ita ſcripſerit Plinius, cùm ſic habeant codices ſcripti, ac Ὠγενὶς idem ſit quod Ὠκεανῖτις. Eandem menſuram exhibet quoque Ptolemaeus, ut facilè appareat, pleroſque unum eſſe ſecutos. Certum tamen eſt errasſe omnes. Quocunque enim nomine inſula haec appelletur, ſive *Ogyris*. ſive *Gyri* & *Gyrine*, ſive etiam aliter, omnino haec illa eſt, quae vulgò *Gerun* nominatur. Non amplius triginta ſex pasſuum millibus abeſt haec à continente, ac ſita in ipſo ſinus Perſici oſtio. Olim clara Erythrae regis ſepulchro, ſed nunc nobilisſimo totius Orientis emporio longè clarior. Hebes eſt, aut ſaltem indoctus, qui non intelligit de Harmuzia me loqui. Operae pretium autem eſt hîc monere, errare eos qui *Harmoziam* Antiquorum putant eſſe *Hormuz* hodiernum: olim enim continentis erat civitas, ac ſita in extimo Carmaniae promuntorio. Verùm anno redemtionis noſtrae MCCCII. aut juxta alios MCCLXXIII. cùm incolae à Turcis graviter premerentur, lares in oppoſitam inſulam *Gerun* tranſtulere, ductu reguli Ajaz Seyfin. Quod autem addunt; inſulae huic nomen obtigisſe à ſene quodam piſcatore, cujus conſilio regulus iſte uſus ſit in exſtruendo novo oppido, id fabuloſum imprimis videtur. Satis ex ſuperioribus colligi poteſt antiquisſimam eſſe appellationem hujus inſulae. Urbis verò antiquae nomen quod attinet, id à palmarum copia provenisſe Perſae adfirmant. *Hormuz* ſiquidem Lingua vetuſta Perſica *palmetum* ſignificat. Ridiculi ſunt qui à Graeco ἁρμόζειν illud deducunt. Quo magis autem appareat inſulam *Gerun* eſſe *Ogyrin* veterum, & hoc

quoque

quoque monendum, falli illos, qui *Queisſome*, Ogyrin interpretantur. Abeſt Queichome vel Queisſome inſula occidentem verſus, ſeptem circiter pasſuum millibus ab inſula Gerun. Omnium autem ſinus Perſici inſularum, ſi ſolam ſpectes longitudinem, longè eſt maxima, extenditur enim ad octoginta & amplius pasſuum millia. Verùm eſt anguſta admodum, nec plus decem millibus patet in latitudinem. Cùm Gerun olim deſerta, nunc verò opulento floreat emporio, haec è contrario vacua & inculta, cum prius habitatores & vicos habuerit frequentes. Solitudinem hanc efficiunt latrones Arabum Noutaquis & Nichelus, piratarum ſaevisſimi. Quamvis autem hodiernum nomen ſit *Queisſome*, à Perſis tamen & olim & nunc *Broct* appellatur. Hinc apparet esſe *Borochtam* Ptolemaei, docente hoc & nomine & ſitu. Aliis eſt 'Οαρέκτα, ſed Ptolemaeo, ut diximus, 'Ουορόχθα vocatur. Malè haec cum *Aracia* confunditur, cùm Plinius & Ptolemaeus manifeſtè utramque diſtinguant. Servat & haec quoque nomen, *Arec* quippe appellatur, aut *Larec* addito articulo. Non admodum magna eſt haec inſula, octo circiter pasſuum millia in longitudine habet, in latitudine tria. Olim culta, cum ſit εὔυδρος, nunc verò à ſupradictis piratis & ipſa in vaſtitatem redacta. Multa de his inſulis in *Solinianis* ſuis Salmaſius, verùm ita, ut non confundenda, confundat, diſtinguat verò non diſtinguenda. Ubi verò ſe expedire non poteſt, miramque fecit κυκεῶνα, conqueritur Veteres omnia miſcere & confundere.

l. 58. *Carrae & Arabia & Gandamus.*] Perperam haec mutavit Pintianus inſerendo nomina aliena ab inſtituto Melae. Ut in ſuperioribus, ita quoque hic proſequitur orae maritimae loca praecipua. Egresſus itaque oſtium ſinus Perſici, ea commemorat, quae ſita ſunt ad eam Arabiae partem, quae ſinui Arabico adjacet. Hujus autem ſinus principium faciunt, Mosſylicum Aethiopiae promuntorium, & alterum ei in Arabia oppoſitum, quod *Cabo de Fartaque* vulgò nominatur. Errant enim qui ſinus Arabici initium ponunt ad Babelmandel, ubi anguſtisſimus eſt. Promuntorio verò Fartaque adjacet oppidum Cane, ut manifeſtè ex Auctore *Peripli Erythraei* poteſt colligi. Meminere quoque hujus emporii Plinius & Ptolemaeus. Vulgò *Cayem* nominatur, nempe vicus ſubjectus oppido mediterraneo *Sartach*, (Sabbatha olim dicto) unde promuntorio nomen. Nullum dubium itaque quin *Cane* ſcripſerit Mela, non *Carre*. Arabia verò & ipſum emporium, ſed multò priori celebrius,

brius, cuique felicis cognomentum aequè atque toti regioni additum fuit, deſcribitur fusè ab ejusdem *Peripli* Auctore, è quo manifeſtè apparet esſe id *Aden* vulgò nominatum. Diſtat haec civitas à Cane juxta accuratiorem calculum ducentis & quadraginta pasſuum millibus, quae menſura cùm bis mille ſtadiis praedicti Auctoris ſatis bene convenit. Porrò civitatem hanc deſtructam fuisſe à Romanis, idque ſub Auguſto Caeſare, conſtat ex hoc ipſo *Periplo*. Poſtea instaurata ab iisdem, ut veriſimile, ac dicta Emporium Romanum, uti appellatur à Philoſtorgio, ac medii aevi Scriptoribus. Adane tunc erat regionis, in qua ſita eſt, nomen, cùm nunc non regio tantùm, ſed & ipſum quoque ſic vocetur oppidum.

l. 60. *Prima Beronice inter Herbopoliticum & Scrobilum*] Valde ſeſe hîc exercent, non multi tantùm, ſed & magni Viri. Tantum autem abeſt ut locum hunc obſcurisſimum illuſtrarint, ut potiùs denſas & impenetrabiles offuderint tenebras. Non longus tantùm, ſed & ſtultus esſet labor, illorum perſequi errores, cùm hos ipſos veritatis cognitio ſatis reddat manifeſtos. Hanc ut teneamus, ordine ſingula proſequemur. *Beronice* itaque, quam primam esſe dicit ab intimo angulo ſinus Arabici, non eſt illa quae ſolſtitiali ſubjecta eſt circulo, cujusque complures Auctores mentionem faciunt, ſed alia minus nota, cujusque praeter Melam, unus tantum, quod ſciam, meminit Joſephus VIII. *Antiquitatum*, ubi de clasſe Salomoniaca agit. Dicit ille aedificatam hanc fuisſe in portu Aſiongaber. Addit portum iſtum aetate ſua dictum fuisſe *Berenicen*, nec multum abfuisſe ab Aelana urbe. Ex hoc Pomponii & Joſephi teſtimonio cognoſcimus ſitam fuisſe *Berenicen* inter Heroopoliticum & Strobilum promuntoria. Heroopoliticum promuntorium eſt in ſinu Heroopolitico. Strobilum vocat quod Ptolemaeus & alii Pharan. Promuntorium hoc diſtinguit Heroopoliticum & Aelaniticum ſinus. Cognomen ei à forma inditum, nempe à ſimilitudine nucis pineae. Tralativum apud Graecos, ut montes & promuntoria στροβιλοειδῆ dicantur. Ipſum verò oppidum Berenices non poteſt aliud esſe, atque illud, quod Calzem ab Arabibus appellatur. Caedua materies ad exſtruendas naves illic copioſa, ideoque celebre adeò inter ſinus Erythraei accolas iſtud ναυπηγεῖον, ut ab illo toto ſinui cognomentum indiderint.

l. 61. *Deinde inter promuntoria Moronenon & Colaca*] Antiquae & meliores membranae ſic habent, *Deinde inter promun-*

*promuntoria maerenum & Coloca.* Legendum, *Deinde inter promuntorium Aënnum & Coloba.* *Aënni* meminit Plinius, ac recenſeri ſcribit à nonnullis ibidem loci ubi ſit Philotera. Si quis tamen hîc *Myoshormium* malit, ut id promuntorium dictum ſit à Myoshormo oppido, non multùm refragabor. *Coloba* vocat, quod Ptolemaeus τῶν Κολοβῶν ἄκρον: *Coloëni* verum hujus gentis fuit nomen: ſed quia è verporum erant genere, Graeci eos κολοβοὺς appellarunt.

l. 62. *Philoteris & Ptolemais*] *Philotera* & *Philoteris* utrumque rectum eſſe docet Stephanus. *Ptolemais* verò non ſimpliciter hoc oppidum dicebatur. Sed Πτολεμαῒς θηρῶν vel ἐπὶ θήρας. Plinius lib. II. cap. 72. cauſam nominis reddit: *Conſtatque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quatuor millibus* DCCCXX. *in eadem gente Ptolemaidè oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum eſt, hoc idem ante ſolſtitium quadragenis quinis diebus, totidemque poſtea fieri, & per eos nonaginta dies in meridiem umbras jaci.* Corrigit in *Solinianis* ſuis Salmaſius, *quod in margine Rubri maris primum, ad elephantorum venatus conditum eſt.* Quis hoc intelligat? Attamen emendationem hanc indubitanter veram eſſe adfirmat. Sed profectò vulgata lectio, quae etiam in ſcriptis exſtat codicibus, optima eſt & veriſſima. Confirmat hanc Agatharchides, in ipſo ſtatim Operis initio, referente Photio, Πτολεμαῖον φασὶ τὸν μετὰ τὸν Λάγου, πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συστήσασθαι. Quomodo hoc capiendum ſit, ipſe interpretabitur Ptolemaeus Rex in marmore, quod in portu Adulitico conſecravit. Exſtabat id etiamnum Juſtini Imperatoris tempore, ac deſcripſit hoc Auctor *Topographiae Chriſtianae*, qui in Florentina exſtat Bibliotheca, quemque olim evolvimus. Memorantur in eo geſta Ptolemaei Euergetae, verùm nos ea tantùm adſcribemus quae ad rem faciunt, unde manifeſtum fiet Ptolemaeum Philadelphum, filiumque ejus Euergetam, primos fuiſſe Graecorum, qui elephantorum venationem inſtituerint. Ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ δυνάμεων πεζικῶν, καὶ ἱππικῶν, καὶ ναυτικοῦ στόλου, καὶ ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν χώρων τούτων ἐθήρευσαν, καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον, κατεσκεύασαν πρὸς τὴν πολεμικὴν χρείαν. Porrò valde errant, qui hanc Ptolemaïda putant eſſe *Zuaschem*, celebrem hoc tempore ſinus Arabici portum. Certum eſt illam *Mazuan* hodie dici, cùm huic ſoli conveniant ea, quae Plinius & alii de Ptolemaïde ſcribunt. Inſula eſt hoc tempore, uno alteróque teli jactu à continente diviſa;

Olim peninſula erat, ſed Eumedes iſthmum ejus perfodit, ut eſt apud Strabonem lib. XVI. In hoc oppido Sole medium Leonem peragrante nullae fiunt umbrae. Unde colligitur declinationem ejus ab aequinoctiali eſſe graduum 16. min. 23. Ridiculè autem Salmaſius Plinii, quae adſcripſimus, verba interpretatur, tanquam ſi credidiſſet Plinius Solem per nonaginta dies fixum & immobilem ſtare ſupra verticem Ptolemaïtarum. Sed planus eſt ſenſus Plinii, tam in memoratis verbis, quàm in illis quae lib. VI. cap. 29. de hac eadem urbe occurrunt. Ptolemaïtae, Meroëtae, & quotquot ſub illo vivunt parallelo, quadraginta quinque diebus ante ſolſtitium & totidem poſt, Sole decimum quintum gradum in Tauro, ac dein decimum quintum in Leone tenente, nullas meridiano tempore habent umbras. Ejusdem tamen diei ceteris horis, umbrae quodammodo ipſis in meridiem cadunt, propter obliquitatem ſphaerae. Nam qui ſub decimo ſexto parallelo vivunt, iis Sol XV. Leonis gradum aut XV. Tauri peragrans oritur ad caeciam, occidit verò ad eorum. Unde liquet illo ipſo etiam die umbras ad meridiem tendere, ac verum eſſe id quod Plinius dicit, meridie conſumi, reliquis verò horis, & intermediis nonaginta diebus, umbras ad auſtrum cadere, cùm ceteris anni temporibus in ſeptentrionem porrigantur. Quamvis accuratiùs loquendo, non tunc demum, cùm ſidus vertici imminet, Meroëtis umbrae in auſtrum projiciuntur, verùm etiam diu antè. Idem nempe illis quod nobis contingit, licet minore menſura, propter minorem obliquitatem, ut Sole medium caeli tenente, in ſeptentrionem umbrae abeant, oriente verò & occidente in auſtrum declinent.

l. 63. *Arſinoe & alia Berenice*]. Haec eſt *Berenice* ἐπὶ Δειρῆς Plinio; Straboni verò & Ptolemaeo ſimpliciter Δειρὴ appellatur, quia in cervice promuntorii ſita eſt. Tria verò oppida ſic dicta adſita fuere ſinui Arabico, unum in oſtio, alterum quod ſolſtitiali ſubeſt circulo, tertium quod in intimo ejus receſſu ſitum fuiſſe docuimus. Plinius etiam quartam *Berenicen* recenſet ad hunc eundem ſinum, additque Πάγχρυσον dictam fuiſſe. Situm tamen non deſcribit, ac videtur ipſe haeſitare.

l. ead. *Tum ſylva, quae ebenum odoresque generat*] Plinius ad Ptolemaïda ἐπὶ θήρας ſylvas has collocat. Uterque rectè. Totus enim tractus, qui extenditur à porta *Zanchen* vulgò dicto, usque ad oſtium Babelmandel, & ultrà, adeò ſylvis eſt conſitus, ut neſcio an usquam terrarum, regio

gio umbroſior reperiatur. Praecipuè verò memorabilis eſt ſylva una & continua, quae totum intervallum, quod Ptolemaïda & portum praedictum interjacet, ſola occupat. Crebris ea adſpergitur fluminibus, licet nulla in mare exeant. Ferae illic omnis generis, etiam rhinocerotes & elephantes. Arborum mira fecunditas, & denſitas, adeò ut etiam mero meridie tenebrae non diſcedant, horrorem illum augente belluarum ſaevitia. Cùm olim frequentes ſylva haec ebenos produxerit, veriſimile non eſt hodie iſtic deficere, praeſertim cùm in aliis Aethiopiae locis ſatis copioſus ſit harum proventus. Sanè qui Aethiopiam proximè perluſtrarit Vincentius Blancus, etiam in hoc tractu ebenum provenire ſcribit. *Euate* vocant Abasſini, qui patinas aliamque ſupellectilem ex hoc ligno conficiunt. Eſt autem nigerrimum & eximiè ſplendens, adeò ut quis non lignum, ſed lapidem eſſe exiſtimet. Ebenus autem Aethiopica ad nos non advehitur. Sola Mauritii inſula, quam Luſitani à cygnis *do Cirne* appellant, praeſtat quidquid in Europam hoc ſeculo ebeni adfertur. Cùm autem tria quatuorve minimum genera arboris hujus, & in Aethiopia, & in praedicta inſula reperiantur, dabitur aliàs, ut ſpero, commodior de his diſſerendi locus.

l. 65. *Quòd ex Nili alveo diorygе abductus extra in ſinum verum inflexus*] *Diorycbe* legunt Eruditi. Sed ſciendum innumera Graeciae vocabula illud pati, ut cùm Latina fiunt, χ in g mutent. Vidè ſcriptum *de mutationibus litterarum* praefixum *Etymologico* Parentis. Hoc leve, illud verò mirum neminem attingere difficultatem longè maximam, quid nempe ſibi voluerit Auctor noſter, cùm foſſam è Nilo in ſinum Arabicum exeuntem, tam longè à ſuo verò ſitu abduxerit. Quis enim neſcit foſſae hujus oſtium fuiſſe in intimo ſinus Arabici receſſu? Paucis expediam. Verba haec Melae non accipienda de notiſſima illa, quam diximus, foſſa, ſed de ſegmento Aſtaborae, quod in ſinum hunc olim effluebat. Manifeſtè enim docet Strabo lib. XVI. poſtquam de Ptolemaïde egit, portionem quandam ab Aſtabora avulſam hic effluere, cùm majore ſui parte Nilum influat. Naturali autem ſuo curſu non exit Aſtaboras in mare; ſed cùm fluminis hujus pars aliqua mari admodum ſit vicina, apparet, illinc foſſam fuiſſe ductam, per quam è Nilo in ſinum Arabicum navigari poſſet. Rem ipſam tenemus; videamus nunc quomodo verba Pomponii, quae nullum continent ſenſum, conſtitui debeant. Sic illa concipiuntur in omni-

bus fermè, quae vidi, exemplaribus: *Tum ſylva, quae ebenum odoresque generat, & manu factus amnis ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus extra ſinum, verùm inflexu tamen etiam non modico. Rubri maris pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt, partem Panchaei habitant,* &c. Alii antiqui libri ſic habent, *veruntamen inflexu etiam non.* Omnino ſcribendum, *quod ex Nili alveo dioryge adductus. Extra ſinum, veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri maris, pars beſtiis infeſta ideoque deſerta eſt; partem Panchaei habitant.* Duos maris Rubri ſinus, Perſicum nempe & Arabicum, deſcripſit. Egresſus jam ſinum Arabicum, tertiam Rubri maris portionem ſubjungit, ſinum ſcilicet Barbaricum, & quidquid Mosſylicum promuntorium & Ceraunios ſaltus interjacet. Hujus ſinus accolas facit Panchaeos & Pygmaeos. De utrisque ſigillatim dicemus.

l. 68. *Partem Candaei habitant*] Ex Plinio hoc vocabulum inferſerunt, ejectis *Panchaeis*, uti omnia antiqua habebant exemplaria. Nos reduximus, idemque apud Plinium faciendum credimus, cùm Candaei nulli unquam in hoc tractu fuerint, ſed *Panchaei* vel *Panchaii*: utrumque enim ut dicamus, Grammaticorum leges permittunt, quamvis ego poſteriorem hanc diaereſin libentiùs in posſesſivis, quàm gentilibus admiſerim. *Thuris* autem *Panchaici* pleni ſunt Poëtarum loculi, illi ipſi tamen ignorant, undenam bonus iſte odor eos feriat. *Panchaiam* enim Arabiae Felicis portionem esſe exiſtimant, cùm tamen nulla *Panchaia* in tota unquam fuerit Arabia. Minimè tamen ea fabuloſa eſt regio, uti olim creditum Straboni, Plutarcho, & aliis; ſed alibi quaerenda, iſtic nempe, ubi *Panchaeos* hîc recenſet Mela. Ut omnia mentitus fuerit Euhemerus, quod tamen minimè puto, ipſum ſaltem *Panchaïae* nomen mentitus non eſt. Illum ſecutus eſt Diodorus Siculus, cùm Παγχαῖτιν regionem deſcribit, ac abundare dicit elephantis, leonibus, pantheris, aliisque animalibus. Manifeſtè hic ipſam continentem deſignat, ac illam Troglodyticae & Aethiopiae partem, quam hîc memorat Auctor noſter. Sed ut omnem prorſus tollam dubitationem, ſubjungam teſtimonium omni exceptione majus, Ptolemaei nempe Euergetae, Excerptum ex monumento Adulitico, in quo recenſentur gentes Aethiopicae, quas ipſe praeſens ſubjugavit. Inter alia itaque, haec quoque ibi leguntur: Ἔπειτα Λασίνε καὶ Ζάα καὶ Γαβαλὰ, οἰκοῦντας παρ᾽ ὄρεσι θερμῶν ὑδάτων βλύζουσι καὶ καταῤῥύτοις, Ἀταλμῶ καὶ Βέγα καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἔθνη πάντα. Παγχαΐτας τοὺς μέχρι τῶν

τῆς

τῆς Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας ὑποτάξας, πεζεύεσθαι ἐποίησα τὴν ὁδὸν, ἀπὸ τῶν τῆς ἐμῆς βασιλείας τόπων μέχρι Αἰγύπτου. Prodiit olim Romae haec Inſcriptio, ſed vitiosè admodum. Multò integrior exſtat apud Auctorem *Topographiae Chriſtianae*, qui in Florentina adſervatur Bibliotheca, cujusque ſuprà meminimus.

l. 71. *Fuere interius Pygmaei*] Minutum hoc genus, ut ſolent vagari fabellae, in omnes caeli cardines à Veteribus disſeminatum fuit: nam & in Indiam & in Aethiopiam, & denique in extremam Scythiam cubitales iſtos homunciones tranſtulere. Ne hoc quidem ſeculo nugari deſinunt, cùm apud Hyperboreos hos deſcribunt, vel quia hoc non ſatis ſuccedit, in ſubterraneis etiam eos locant fodinis. Dari integras nationes pumilionum, aequè falſum eſt, ac ſit illud, dari populos ubi plerique ſint gigantes. Brevis ſtaturae ſunt pleraeque illae gentes, quae intra arcticum vivunt circulum, uti Lappones, Samoyedae, ceterique. Idem nempe efficiunt aeſtus & frigus intentisſimum, quamvis diverſa ratione. Nam qui nimio ſole coquuntur, illi breves ſunt & exiles, praeſertim in ſiticuloſis regionibus, non tamen ἀσύμμετροι. At verò Lapponibus, Samoyedis, ac ſi qui iis magis ſeptentrionales, iſtis planè inconcinnum eſt corpus, & tanquam in nodum contortum. Non tamen propterea *Pygmaei* ſive cubitales ſunt; ad ternos ut plurimùm cubitos, nonnunquam altiùs excreſcunt. Vidi etiam qui quatuor cubitos, hoc eſt, juſtam ſtaturam, aequarent. Duplam itaque ad Lappones altitudinis proportionem habent freti Magellanici accolae quidam, quos ego omnium hominum vaſtisſimos esſe exiſtimo. Apud Lappones enim legitima ſtatura eſt trium cubitorum; at verò illi inſulani, freti, quod diximus, accolae, ut plurimùm ad ſex, nonnunquam etiam ad ſeptem cubitos exerunt ſeſe in altum, uti complures certi & oculati teſtes affirmant. Verùm ad *Pygmaeos* Melae veniamus, quos interiùs, nempe in confinio Troglodyticae & Aethiopiae, deſcribit. Ibidem quoque eos collocare videtur Ptolemaeus, ſi per Nubas intellexeris *Pygmaeos*, uti Heſychius, Νῶβαι, Πυγμαῖοι, neque enim de aliis quàm de his accipi posſit locus iſte Heſychii. Ariſtoteles lib. IX. *de Hiſt. Animal.* eos ad fontes Nili traducit. Verba ejus ſic concipiuntur in libris manu exaratis: Οἷον οἱ γέρανοι ποιοῦσι, μεταβάλλουσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν πεδίων, εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, οὗ καὶ λέγονται τοῖς Πυγμαίοις ἐπιχειρεῖν, οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος. Quod narratiunculae huic

 fidem

fidem adſtrueret Philoſophorum ſummus, id concoquere non potuit quisquis vulgatae lectionis auctor fuit; ac propterea verba illa de pugna Pygmaeorum cum gruibus ſuo modo reformavit. Quamvis autem fabella haec excuſa ſit à Graeculis fingendi & fabulandi ſemper cupidis, ratio tamen quamobrem hoc in tractu *Pygmaeos* collocarint Veteres, hanc fuisſe exiſtimo; quòd Troglodytarum & Aethiopum multi esſent κολοβοὶ, ſive recutiti. Hinc tot Coloborum gentes in Aethiopia. Idem verò Ariſtoteli & aliis nonnullis κολοβὸς, & Pygmaeus, ſive nanus. Κολοβοὺς enim lib. II. *de generat. Animal.* circa finem & alibi, vocat non illos tantum, qui uno aliquo membro esſent mutilati, ſed eos etiam, quorum univerſae corporis partes in utero matris oblaeſae & juſto esſent breviores. Tales ſunt nani ac pumiliones, quorum corpuſcula, quamvis partium ad ſe invicem proportio conſtet, non tamen videntur integra, quia ad debitam non ſurgunt menſuram. Eapropter rectiùs eos homines in compendium redactos, quàm totos dixeris homines. Atque haec quidem Ariſtotelis fuit ſententia. Idem tamen in *Problematis* ſectione decima, alias adfert rationes quamobrem Pygmaei fiant. Sed ut ingenuè fatear liber is, quamvis non indignus Ariſtotele, non tamen videtur genuinus. Duo autem illic deſcribuntur modi, quo formantur nani; anguſtia nempe loci, aut alimenti inopia. Hoc poſtremo efficitur, ut membra puerilem ſemper ſervent ſtatum. Idem nempe quod potus aquae vitae, id ipſum quoque praeſtat victus penuria. Qui ſic formantur, ii abſolutam habent corporis ſymmetriam. Sive itaque pueri ſint, ſive catelli, quorum corpuſcula hoc pacto coërcentur, illi & olim, & nunc quoque in pretio habentur. At verò quorum membra ſcriniis, locorumque comprimuntur anguſtiis, quia non poterant creſcere διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμὸν, ut eſt apud Longinum, illorum longè diſpar eſt ratio. Hi tetro ſunt adſpectu, idemque evenit iis, quod catellis, qui olim in coturnicum caveolis nutriebantur, ut nempe diſtortos & incurvos habeant artus, praeſertim ſi faſciis non adſtringantur. Qualia autem ſint eorum corpora, eleganti ſimilitudine docet ibidem Ariſtoteles, cujus verba ſic vulgò concipiuntur: Ὥσπερ οὖν οἱ ἐπὶ τῶν καπηλίων γραφόμενοι, μικροὶ μέν εἰσι, φαίνονται δὲ ἔχειν πλάτη καὶ βάθη, ὁμοίως συμβαίνει καὶ τοῖς Πυγμαίοις. Fruſtra quaerunt Viri eruditi, quaenam ſint illae tabernarum picturae, quae effigiem hujusmodi Pygmaeorum exhibeant. Scribendum, οἱ ἐπὶ τῶν καναβίων γραφόμενοι, vel ſi

mavis

navis χαμυκηλέων idem ſignificante vocabulo. Tales ſunt Pygmaei, quales videntur eſſe imagines, quae in curvis & ſinuoſis tabulis repraeſentantur. Nam prout tabellae fuerint vel cavae, vel convexae, vel etiam ſtriatae, tales quoque èx obliquo contemplantibus apparebunt formae, quae in illis depinguntur. Hinc rectè *curvatum* dixit Propertius lib. IV.

*Nanus & ipſe ſuos breviter curvatus in artus*
*Jactabat truncas ad cava buxa manus.*

Sed & *truncas manus* quare dixerit, ex ſupradictis ſatis colligi poteſt: vulgò enim haec non rectè interpretantur.

l. 88. *Oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat* ] Aliter habent veteres aliquot codices, ſic nempe, *extra Aegyptum portat.* Utrumque rectum poſſit videri: nam Heliopolitanus nomus & Heliopolis, quo Phoenix nidum ſuum deferre credebatur, à quibusdam Aegypto, ab aliis verò Arabiae attributa fuit. Hinc error Stephani, qui duas putavit eſſe Heliopoles, alteram in Aegypto, alteram in Arabia, & quidem Ἀρωματοφόρῳ, ne longè quaerenda eſſet materia, quibus Phoenix rogos ſuos ſuffiret. Similiter ſenſit Plinius, qui Heliopolin in Panchaia collocat, cùm alibi in toto Opere nunquam Panchaiae mentionem fecerit, ut vel inde ſatis appareat, eum ignoraſſe ſitum hujus regionis. Erat quidem Panchaia Arabiae Troglodyticae pars, verùm non in ea Troglodyticae parte, qua eſt Heliopolis, verùm iſta, quae oſtio ſinus Arabici adjacet. Errare enim eos qui Panchaiam Arabiae Felicis portionem faciunt, jam ſuperiùs oſtendimus. Rectè itaque ſeſe habent verba Plinii, in quibus emendandis multum ſeſe torquet Solinianus Interpres. Ceterùm ut ad Melam redeamus, potior nobis alia videtur lectio. Si enim Heliopolis non ſit in Aegypto, juxta Melam, fruſtra hîc Aegypti fiat mentio. Ita ſenſit, Phoenicem in Arabia naſci, mori in Aegypto. In hoc omnes ferè conveniunt. Solus tamen Anonymus de Phoenice ſcribit, illum concinnatis cineribus paternis contendere ad Ortum. Sed omnino apud illum ſcribendum, *contendit Solis ad urbem*, non *ortus*, ut vulgò. De origine major eſt controverſia; alii enim Aethiopiae, nonnulli Indis natales ejus adſcribunt. Sic ſolent migrare fabellae. Adeò tamen graphicè & ſuis coloribus avem hanc nobis depingunt, ut putes vivam ac ſpirantem viſam ab iis fuiſſe. Obvia ſunt paſſim Poëtarum & Hiſtoricorum loca, unius tantùm Ezechieli,

chieli, veteris Tragici, verſus adſcribam, & quia minus no·i, & quòd multis inquinati ſint mendis. Exſtant illi apud Euſebium *de Praeparat.* lib. IX. ac praeterea apud Euſtachium *in Hexaemeron*, ſed utrobique corruptiſſimè; ſic verò legendi;

Διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος ἀετοῦ σχεδὸν
Πτεροῖς δὲ ποικίλοισιν ἤπερ χρώμασι
Αὐτοῦ κέκασται σῶμα πᾶν· στῆθος μὲν οὖν
Τὸ πρῶτον αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνετο,
Σκέλη δὲ μιλτόχρωτα, καὶ κατ' αὐχένα
Κροκοπίνεσιν μαλλοῖσιν εὐτρεπίζετο.
Κάρη δὲ κοττοῖς ἡμέροις παρεμφερής.
Καὶ μηλίνη μὲν τῇ κόρῃ προσέβλεπε·
Κύκλῳ κόρῃσι κόκκος ὡς ἐφαίνετο.
Φωνὴν δὲ πάντων εἶχεν εὐπρεπεστάτην,
Βασιλεύς τε πάντων ὀρνέων ἐφαίνετο
Ὥστε πτοῆσαι πάντα γὰρ τὰ πτῆν' ὁμοῦ
Ὄπισθεν αὐτοῦ δολιχεύοντ' ἐπέσσυτο.

l. 89. *Atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens*] Et hîc quoque Correctores loquuntur, non Mela. Priùs ſic legebatur, *Atque in urbe, quam Solis appellant fragrantibus archiobuſtis inferens, ſeſe.* Divide vocabulum ac lege *archio buſtis*, & veram habebis lectionem. *Archium* eſt ἀρχεῖον. Utrumque enim rectum *archium* & *archivum*, uti *odium* & *odivum*, *muſeum muſivum*, *dium* & *divum*. *Archium* autem noli hîc accipere pro tabulario, ut ferè apud Latinos *archivorum* vox accipi ſolet, ſed pro ipſo templo uti Graeci, vel potiùs pro adyto templi, ubi congregabatur magiſtratus ſacerdotum. Dicit Phoenicem oſſa parentis ſui, vel potiùs ſui ipſius, incluſa myrrha in Aegyptum deportare, atque in archeo ſeu adyto templi Heliopolitani buſtis ea fragrantibus inferre, ac ſic ſemet ipſum memorando funere conſecrare. Sic quoque alii, niſi quòd in modo geſtationis paululum à ſe invicem abeant. Qui enim patrios cineres in pilam à Phoenice cogi ſcribunt, illi pilam iſtam pedibus geſtatam fuiſſe dicunt. Sed verò alii, qui totum nidum ac integrum cadaver ab hac ave in Aegyptum devehi tradunt, illi id dorſo factum fuiſſe exiſtimarunt. Sic Tacitus *Annalium* lib. VI. cùm dicit, Phoenicem *patrium corpus ſubire*. Sic quoque Artemidorus in *Oneirocriticis* intelligendus, cùm dicit, eum, qui per ſomnum Phoenicem

alcem viderit, eò paupertatis redactum iri, ut parentis cadaver, more Phoenicis, propriis humeris efferre cogatur. Errat itaque Salmaſius cùm *ſubicere* apud Tacitum legendum conjicit.

l. 92. *Ipſum promuntorium quo id mare clauditur, Ceras Auſtri. ultrà invium eſt*] Sic quidem Pintianus, ſed nos priorem reduximus lectionem, quam omnia quotquot vidimus exemplaria antiqua confirmant. Fefellit virum inſignem quòd neſciverit, Ceraunios montes, etiam in Africa memoratos fuisſe. At verò illorum mentionem facit Diodorus Siculus lib. III. ubi agit de Cornu Amalthéae. Quamobrem autem *Ceraunii* dicti fuerint, ſatis colligi poteſt ex Hannone, & ex iis quae infrà ſumus dicturi.

## IN CAP. IX.

## DE AETHIOPIA.

l. 1. *Aethiopes ultrà ſedent, Meroën habent*] Locum hunc ſic corrigere conatus eſt Salmaſius in *Solinianis: Aethiopes ultrà. Sed & Meroën habent, eam quam Nilus primo ambitu amplexus inſulam facit,* Sed ſanè ridiculus fuisſet Mela, ſi ſic ſcripſisſet. Quid enim mirum quod & Meroën habuerint Aethiopes, cùm ea in media ſit Aethiopia? Nullus dubito, quin ſic concipiendus ſit hic locus: *Aethiopes ultrà. Sedem Meroën habent, terram quam Nilus,* &c. Sedes hîc eſt regia. Sic quoque Curtius lib. IV. de Jovis Ammonis Oraculo agens, *Accolae ſedis ſunt ab oriente proximi Aethiopum,* Sed & apud alios Linguae Latinae Auctores vocabulum hoc abſolutè in illa ſignificatione poſitum reperitur, quemadmodum etiam ἕδρα & ἕδος apud Graecos. Jam verò, Meroën esſe regiam Aethiopum, notum eſt. Vitruvius lib. VIII. cap. 2. Meroën inſulam vocat *Aethiopum meridianorum regnum.* Plinius *Meroën, caput Aethiopum;* Herodotus, Strabo, Heliodorus & alii *metropolin* appellant.

l. 6. *Pulchri forma, aequi corporis parumque veneratiores, veluti optimarum alumni virtutum*] Ad hunc locum mirum quàm multi impegerint. Nulla penè eſt littera, quam intactam reliquerint. Librorum manu exaratorum haec eſt lectio: *Pulchri forma & qui corporis parumque veneratiores veluti optimarum alii virtutum.* Meliores codices ſic ha-

bent, *aliis veluti optimarum virtutum.* Ultimam obſcuriſſimo huic loco manum imponere conatus eſt Cl. Salmaſius in *Plinianis* ſuis. Sic verò legit, *Pulchri forma, aequi cultores, juſtitiaeque veneratores, velut optimae aliarum virtutum.* Scilicet in tanta brevitate operae pretium fuit monere, gentem eſſe in Aethiopia, ubi juſtitia pro optima virtute haberetur. Quid demum in Auctoribus difficile, ſi tam longè & à verbis, & à ſenſu, liceat recedere? Vide quàm facili opus ſit medicina, ut veram teneamus lectionem. Scribe, *Pulchri forma, aequi corporis, parumque venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum.* Ex Herodoto haec habet; is namque poſtquam de Automolis egit lib. II. genus quoddam Aethiopum deſcribit, incolentium urbem, in qua omnes esſent aequali magnitudine. Verùm & Mela, hoc ipſo capite, lectionem hanc confirmat, cùm de Aethiopibus Heſperiis dicit, eos non esſe, *ita corporibus ſimiles*, atque iſti, de quibus hic agit. Sequentia verba & ipſa manifeſta ſunt. Dicit ab Aethiopibus contemni aurum & argentum, tanquam quae nihil faciant ad veram beatitudinem. *Alius optimarum virtutum* proba locutio, pro *alienus ab optimis virtutibus*. Sic Horatius lib. II. *Serm. Sat.* III. dixit *ſpecies alias veri*, pro ſpeciebus alienis à veritate. Sed & Graeci ſic loquuntur, ut cùm Plato ait ἕτερον τοῦ ἀληθοῦς, pro eo quod minimè verum eſt. Uſus obtinuit, ut potius alienus apud Latinos, & ἀλλότριος apud Graecos cum genitivis conſtruantur, nihil tamen hoc obeſt, quominus & alterum rectum ſit. Porrò haec verba, non de Automolis, ſed de Aethiopibus, qui praecesſere, accipienda ſunt; aliter enim ſi intellexerit Mela, erravit. Attamen ne ſic quidem omni culpa vacat Auctor noſter, quod manifeſtum fiet, ſi quis & hujus, & Herodoti verba de Automolis, Macrobiis, & minoribus quidem, ſed tamen ſimilis ſtaturae Aethiopibus, conferre operae pretium cenſuerit. Fieri etiam posſit ut alios ſit ſecutus Auctores, qui & ipſi Macrobios & alios iſtos Aethiopas confuderint. Macrobios Aethiopas omnium hominum maximos & pulcherrimos esſe tradit Herodotus. Etiam hoc ſeculo ex parte id verum esſe, teſtantur complures. Aethiopem & Aethiopisſam, tertia fui parte exſtantes ſupra ordinariam hominum ſtaturam, vidit & menſus eſt Petrus Vallenſis nobilis Romanus, addens Aethiopes, quos in Aegypto vidit, ut plurimùm proceros fuisſe. Verùm de pulchritudine nihil addidit, formarum aliàs ſpectator diligentisſimus.

l. 13. *Et quibuslibet veſci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν appellant* ] Sic quidem Pintianus, cùm priùs legeretur, *&* *quia ut libet veſci volentibus licet*. Ego nihil mutandum cenſeo. Quia communis eſſet omnibus haec menſa, ideo Solis appellatur: Sol enim omnibus lucet.

l. 19. *Ut folia etiam proximis deciſa frondibus* ] *Decuſſa* legit Salmaſius, & ante illum Pintianus, vel etiam *decidua*. Ego vulgatam probo lectionem. Non enim in Aethiopia quemadmodum apud nos folia decidunt, aut ramis decutiuntur. Pleraeque ferè arbores ſemper iſtic virent; creſcunt earum folia, quamdiu ipſa creſcit arbor: hinc fit ut non tenuia ac mollia ſint, ſed denſa, dura, ac longa admodum, quaeque ramorum inſtar amputari neceſſe habeant. Sanè non minima pars Indicarum & Aethiopicarum arborum omnino carent ramis, ſed vice eorum ſolis comantur foliis. Minùs hoc mirabuntur illi, qui etiam integras arbores ex foliis compoſitas viderunt.

l. 21. *Sed peſſum penitus accipiat* ] Sic ex libris repoſuimus: priùs enim ineptè ſcribebatur, *peſſum & penitus*.

l. 23. *Sunt mirae aves cornutae Tragopanes* ] Sic rectè hunc locum emendavit Salmaſius, & ante illum Turnebus. Τραγόπανες ut αἰγίπανες & ἑρμόπανες apud Arcadium Grammaticum. Sed & Κυνόπανες dixit Tertullianus lib. 1. *ad Nationes*; *Planè tertium genus dicimur: Cynopanes aliqui vel Sciapodes, vel aliqui de ſubterranea antipodes*. Idem *Apologetico*: *Alia nos, opinor, natura, Cynopanes aut Sciapodes*. Sic utrobique legendum; malè enim vulgo *Cynopennae* & *Cynophanes*. Qualia verò monſtra fuerint canes iſti cornuti, curioſi inquirant, nobis veram indicaſſe lectionem ſufficit. Κυνοπεῖναι Salmaſii, ſic enim apud Tertullianum ſcribendum eſſe cenſet, planè ſunt explodendi. Nec vocabulum placet; nec rationi conveniens eſt, ut canina fame laborantes, monſtra dicantur; & merum figmentum eſt Κυνοπείνους eſſe eosdem, atque ſint Ἡμίκυνες.

l. 25. *Ceterùm oras ad eorum ſequentibus nihil memorabile occurrit* ] Sic Pintianus ex Plinio emendandum eſſe hunc locum exiſtimabat, ſed nos priorem ſcripturam reduximus, quae ſenſui Pomponii longè eſt convenientior. Deſcribit hîc oram Africae orientalem, quae egreſſis ſinum Arabicum occurrit. Illam verò Veteres fermè omnes, non in auſtrum, uti hodierna docuit experientia, ſed primò in eurum, dein in ortum Solis tendere, ac ſic deinceps Sinis & Seribus conjungi crediderunt; quod ſatis ex iis quae ſuperiùs

perius de Nili fontibus diximus, colligi poteſt. Verùm non ea Melae fuit opinio, is enim Eudoxi ſententiam probavit, & aliquatenus quidem Aethiopiae litus auſtrum verſus porrigi exiſtimavit, tandem tamen flexum in occidentem & corum dirigere, donec Mauritano litori jungeretur. Videamus nunc Plinii locum, unde hunc reformare conatus eſt Pintianus. Verba ejus haec ſunt lib. VI. cap. 29. *A Moſſylico promuntorio Atlanticum mare incipere vult Juba, praeter Mauritanias ſuas Gades usque navigandum coro.* Juba auſtraliſſimum Africae promuntorium Moſſylicum eſſe exiſtimabat, itaque ab eo Chaurum verſus litora inflecti, donec iterum Mauritaniae ſuae conjungerentur. Haec non Jubae tantùm opinio fuit, ſed & omnium eorum, qui Libyam trapezio compararunt. In eo autem peccavit Plinius, quòd contrarium ventum poſuerit, *corum* nempe pro *euro*; niſi potiùs Librariorum hanc eſſe culpam exiſtimemus. A Mauritania usque ad Moſſylicum promuntorium ſolo coro vento navigari poſſe, Juba ſcripſit, non verò à Moſſylico Mauritaniam. Valde autem hîc ridet Plinium Plinianus Exercitator, ac prolixam admodum de hoc loco diſſertationem inſtituit: ſed neque Jubae, nec Plinii mentem percepit. Operae pretium eſt hoc paucis oſtendere. Dicit itaque Plinius poſt ea quae attulimus verba, *Cujus tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt.* Quia nempe ad rem non facit, integram Jubae ſupputationem recenſere, ſed ſaltem illam partem, quae pertinet ad praeſens inſtitutum, id eſt, ad menſuram ſinus Arabici, ſive totum Africae latus orientale juxta hypotheſin Jubae. Sic verò computat intervalla: *A Promuntorio Judaeorum quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto curſu praeter Exuſtam ad Malchu inſulam quindecies centena millia paſſ. eſſe. Inde ad locum, quem vocant Stenon*, CCXXV. M. *Inde ad inſulam Adanu centum quinquaginta mill. paſſ. Sic fieri ad apertum mare* XVIII. LXXVII. M. P. *Reliqua omnes propter Solis ardorem navigari poſſe non putaverunt.* Locus hic jam diu ante Solinum inquinatus fuiſſe videtur, quod libenter, ut puto, agnoſcet, quisquis & Plinii & Solini verba contulerit: feliciter verò à nobis, ita ut illum hîc exhibuimus, eſſe reſtitutum, nemo niſi malignus, aut ignarus inficias iverit. Lepteacra ſive Drepanum promuntorium in intimo ſinus Arabici receſſu etiam à Ptolemaeo ponitur, quamvis is perperam diſtinguat. Judaeorum verò hoc appellat, quia in Judaeorum ditione, illa ſinus Arabici pars ſita olim fuit. Ob eandem rationem

Joſe-

Joſephus lib. VIII. Berenicen Hebraeorum vocat portum. Exuſtam inſulam & inſulam Malchi recenſet eodem ordine Ptolemaeus & Auctor *Peripli*. Locus *στενῶν*, ſunt anguſtiae aliis *τὰ στενὰ*, hodie *Babelmandel*. Malè vulgò *Sceneos* vel *Sceneon*, ut eſt apud Solinum. Inſulae Ἀδάνου meminit quoque ex Plinio Solinus. Ptolemaeus duas recenſet Adani inſulas, ſed utramque intra anguſtias ſinus collocat. Verùm illum errare apparet ex hoc Jubae loco, & ex ipſius rei veritate. Quis enim dubitare poſſit impoſterum, quin Adani inſula ſit famoſa illa peninſula, quam vulgò *Aden* appellamus? Verum eſſe quod dicimus, docebit quoque Auctor *Peripli*, qui ab anguſtiis iſtis praedictis, usque ad Arabiam Felicem, Emporium, quam *Aden* nunc vocari ſuperiùs oſtendimus, numerat ſtadia mille ducenta, quae menſura cum illa Jubae convenit quàm exactiſſimè. *Apertum* verò *mare* appellavit Juba quidquid eſt ultra Adani inſulam & oppoſitum ei in Aethiopia Moſſylicum promuntorum. Eò enim usque ſinus Arabicus extenditur, & aliquanto etiam longiùs juxta alios, ut ſuperiùs docuimus. Verùm haec de his Melae & Plinii verbis dicta ſufficiant, quae ideo lubentiùs admonuimus, quia vaſte admodum de hoc loco differit Salmaſius, & prodigioſam Plinio caecitatem & plusquam barbaricam inſcitiam adfingit.

l. 27. *Ripae potiùs ſunt quàm litora*] *Rupes* pro *ripis* hic ſubſtituit Turnebus, idque videntur confirmare praecedentia, cùm dicit, omnia praeciſa eſſe vaſtis montibus. Sed nec ipſe, nec alii percepere mentem Pomponii. Hoc dicit, mare non quidem deficere, ſed ita anguſtum fieri, ut contrarium eveniat ei, quod de fluminibus canit Ovidius, ut liberiori ſpatio receptae pro ripis litora pulſent: hic enim putat, mare ita in arctum redigi inter duas terras, nempe hanc noſtram, & oppoſitam antichthona, ut litora ripae fiant, quemadmodum in Magellanico contingit freto. Hanc non Pomponii tantùm, ſed & plurimorum Veterum opinionem fuiſſe, ſatis ex iis, quae ſuperiùs diximus, colligi poteſt.

l. 30. *An exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet*] Haec eſt veterum librorum ſcriptura, unde variae variorum conjecturae promanarunt, quas recenſere & confutare non longùs tantùm, ſed & ſtultus labor. Scribe, *an exhauſto fluctu*. Ipſe hanc lectionem probat Mela, cùm Hannonis auctoritate teſtatur, mare non deficere.

l. 32. *Verùm & ſi Hanno Carthaginenſis*] Particulam *ſi* redundare putant Viri magni, ideoque eam expungunt. Verùm

rum ſequentia ſatis oſtendunt, cum absque damno ſententiae abeſſe non poſſe. Si hic idem valet, quod *poſtquam*, *quia*. Sic quoque apud Virgilium & alios particula haec accipitur. Paulò poſt reſcripſimus, *Non ſe mare ſed commeatum defeciſſe memoratu retulerat*. Sic legendum eſſe, obſervatum jam olim Auctori *praetermiſſorum ad Melam*, quem Pinciani *Caſtigationibus* ſubjunxit optimus Schottus. *Memoratus*, vocabulum rectè ſeſe habet. Plinius pro hoc commentarium ſubſtituit. *Memoratus* idem eſt quod *memoratio*, διήγησις. Et ſic, niſi fallor, rectiùs poſſit appellari *Periplus* iſte Hannonis, qui hodie etiamnum exſtat, & brevem quidem, ſed tamen veriſſimam commemorationem continet. Nam quod Ariſtides & alii nonnulli è Veteribus, & multi è Recentibus, fabuloſam exiſtimant hanc Hannonis narrationem, in eo quàm illos fefellerit ratio, fuſiùs *ad ipſum Hannonem* oſtendemus. Dignum eſt enim hoc monumentum quod cura illuſtretur, non tantùm veritatis ergo, ſed & gratia antiquitatis, cùm id omnibus Graecorum monumentis longè ſit vetuſtius. Huc & illud quoque accedit, quod adeò paucorum manibus ſcriptum iſtud teratur, ut multi ne exſtare quidem exiſtiment, cùm tamen ſemel iterumque Baſileae prodierit. Sanè Salmaſius non nos tantùm eo carere putat, ſed ne Plinii quidem ſeculo *Periplum* hunc ampliùs exſtitiſſe adfirmat. Mirum quoque quid ipſi mentis fuerit, cùm Solinum reprehendit, quòd Hannonem Xenophonte Lampſaceno fecerit antiquiorem, quaſi verò ante Hannonem alter iſte haec loca adiiſſet. Non tantùm Lampſaceno iſtoc, ſed & ipſo Homero & Heſiodo antiquius eſt monumentum illud Hannonis. Unde enim potuit promanaſſe fabella de tribus Gorgonibus; niſi ex tribus iſtis Hannonis Gorgidibus? Vide locum Hannonis, & confer cum iis quae Poëtae canunt, & fatebere huic ſolo fundamento totam iſtam niti fabellam. Ne nomen quidem ducis Poeni abeſt; ſed fluvio attributum. Annonem enim vocant Palaephatus aliique Mythologi fluvium Gorgonum inſulae vicinum. Verùm nihil efficimus, niſi etiam *alio* argumento antiquitatem *Periphi* hujus oſtendamus. Docet Strabo Phoenices paulò poſt tempora belli Trojani extra columnas Herculis progreſſos in media Libya urbes condidiſſe. Sed ipſum lib. 1. loquentem audiamus: Θρυλλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία, οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. Stultum fuerit exiſtimare Phoenices alios

ante

ante Hannonem has oras acceſsiſſe, ac ibi urbes condidiſſe, cùm ex ipſo Hannone contrarium conſtet. Hinc quoque invicto argumento oſtendi poteſt, quantum falluntur illi, qui Carthaginem à Didone conditam exiſtimant, cùm Appianus memoriae prodiderit, etiam quinquaginta annis, antequam caperetur Ilium, fuiſſe Carthaginem.

l. 40. *Ideo ejus orae nota ſunt aliqua*] Si Eudoxus univerſam iſtam oram circumnavigavit, jam non aliquae tantum partes, ſed univerſum hoc litus aequaliter ipſi notum fuit. Paulò itaque naſutior facilè viderit legendum eſſe, *ideo ejus orae notae ſunt aliqua.* Sic quoque infrà loquitur, *aliqua credibile eſt;* pro aliquatenus, aut aliqua parte. Hoc locutionis genus non ſemel apud Terentium, Virgilium, alioſque occurrere norunt, qui Latinè ſciunt. De Eudoxo verò quod hîc ſcribit Auctor noſter, id meritò ridet Strabo. Iſte Eudoxus merus fuit impoſtor, ut ex narratione ejus apparet, quae ne umbram quidem habet veritatis. Quidquid alii contradicunt, certum eſt Veterum neminem fuiſſe, cujus quidem exſtet memoria, qui Bonae Spei promuntorium vel acceſſerit, nedum praetervectus ſit. Occidentale Africae litus, quo usque Hanno legerit, id infrà docebimus. Orientalem oram ſulcavit Auctor *Peripli*, cujus auctoritas majoris eſt facienda, quàm ceterorum omnium, utpote qui ſolus veritati conſentanea ſcripſerit. Verùm is non tam longè progreſſus fuit, quàm vulgò exiſtimant. Terminus navigationis ipſius fuit Menuthias inſula & Rhaptum promuntorium. Menuthias illa eſt inſula quae nunc Zanzibar appellatur. Huic enim omnia conveniunt quae Veteres de Menuthiade ſcribunt, non inſulae S. Laurentii, quae planè ignota fuit Graecis ac Romanis, ut pleniùs aliàs oſtendemus. Rhaptum verò promuntorium eſt illud, quod Quiloae vicinum eſt. Quae dein ſequuntur, ea innavigabilia eſſe prodit Auctor *Peripli*, propter crebra brevia. Comprobat id ipſum hodierna experientia; nimium enim notae ſunt Syrtes & Charybdes innumerae continentem inter & Madagaſcar inſulam ſitae, tot Batavicarum ac Luſitanarum navium naufragio infames. Non dubitandum quidem, quin ſaepius navigatio ea tentata fuerit, ſed facilè ſolent abſtinere homines ab iis locis, unde vel nullus, vel difficilis eſt regreſſus.

l. 44. *Niſi quòd ſub naribus etiam fiſtula eſt*] Et haec narratiuncula non uni tractui affixa eſt. Aſtomos populos tam in India, quàm in Libya Veteres deſcribunt. Fabula, forſan exinde

exinde nata, quòd gentes quaedam os operiant lino aut panno, quem cibum ſumturi removent, quemadmodum etiamnum faciunt Nigritarum ultra Atlantem complures, quibus ſola in facie eſt pudor, cùm reliquo corpore abſit. Plinius juxta Megaſthenem in India gentem hanc collocat lib. VI. cap. 2. *Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantùm habentem, anguium modo loripedem, vocari Syrictas.* Salmaſius legendum cenſet hoc loco, *vocari Syrtas*: quia nempe traherent pedes, ὑπὸ τοῦ σύρειν. Sed rectè ſeſe habet lectio vulgata. Qua enim fiſtula ſorbebant, eadem etiam ſibilabant. Confirmat hanc lectionem Aelianus, *de Animalibus* lib. XVI. cap. 22. Ἔστι δὲ καὶ Συρικταὶ πέραν Ἰνδῶν ἔθνος καὶ τοῦτο, καὶ εἰσι σιμοὶ τὰς ῥῖνας, εἴτε οὕτως ἐκ βρεφῶν ἁπαλῶν ἐν θαλάσσῃ τῇ τῆς ῥινὸς διαμείναντες, εἴτε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τίκτονται. Malè vulgò Σκιρᾶται. Sed & ſequentia quis intelligat? Ridiculè verterunt Interpretes: *Sunt & Stiratae gens ultra Indiam, ſimi naribus, ſive ita nati, ſive à teneris aſſueti in mari degere, & urinando naſum offendere ad ſaxa.* Profectò ſcripſit Aelianus ἐνθλάσει, non ἐν θαλάσσῃ. Haec vera eſt cauſa, quamobrem Mauri & variae Indorum & Aethiopum gentes ſimas habeant nares, quia nempe recens natis naſus infringitur. Ludicra eſt ratio eorum, qui ſcribunt fieri id ex alliſione ad dorſum & occiput matrum bajulantium. Sed nec illi benè argumentantur, qui negant, infringi vultus hoc ſeculo à Mauris matribus, infantes enim illic naſci ſimos, non fieri. Ut ut hoc concedatur, vera tamen manet altera ratio. Verſa eſt nempe conſuetudo in naturam, quod etiam Macrocephalis olim contigiſſe, auctor eſt Hippocrates. Quanto iis longius eſſet caput, tanto generoſiores habebantur. Infantum itaque ex utero demum prodeuntium capita primò manibus, deinceps etiam faſciis comprimebant, ut ſphaerica & naturali exuta, oblongam inducerent figuram. Hoc ut fieret, primò arte opus fuit, deinceps verò conſuetudo abiit in naturam, ac etiam abſque curatura capita inſtar columellae longa habuere. Nec aliam exiſtimo eſſe rationem nigritiei Aethiopum. Qui non omnino erant atri, quod eſt turpe illis, ſuccis & unguentis nigricantibus (haec ſunt Aethiopum ceruſſae) fuſcum colorem atro permutarunt. Tranſiit & hîc ars in naturam, quique olim erat artificialis, is nunc eſt naturalis color.

l. 45. *Fiſtula eſt, per quam bibere avenis*] Sic rectè Salmaſius, & ante illum Nunneſius & Ciacconius, è quorum

*Notis*

*Notis* excerpta ſunt *praetermiſſa in Pomponium*, quae Pintiani *Caſtigationibus* ſubjunxit And. Schottus: ea enim non prodiiſſe ex cerebello Schotti, qui naſum habet, facilè divinabit.

l. 52. *Grandis litoris flexus, grandem inſulam includit*] Ubi deſinit cognitio, ibi fingendi incipit licentia. Uti fluvius iſte falſus, qui hanc noſtram, & oppoſitam Antichthonum terram interjacet juxta opinionem Veterum, fictitius eſt, ita quoque quaecunque referuntur de monſtroſis populis in ora iſta auſtrali ſitis, mera ſunt figmenta. Hîc demum vera incipiunt, & ipſa tamen falſis interpolata, dum non unum ſequitur Hannonem, ſed illos quoque Graecos, qui Hannonis *Periplum* variis inquinarunt fabellis. Rectè quidem ac ordine illic incipit, ubi deſinit Hanno, verùm non rectè Hannoni adfingit, inſulam hanc habitari à feminis ſolis, & quidem ſua ſponte fecundis, cùm Hanno contrarium dicat. Utriusque enim ſexus homines in ea inſulà fuiſſe ſcribit, quamvis multo plures feminas, quae hirtae erant ac Γοργίδες ab Interpretibus Lixitis vocabantur. Viros quidem capi non potuiſſe, quòd praerupta peterent, ac ſe lapidibus tutarentur; mulieres captas fuiſſe tres, quia verò unguibus ac morſu ductoribus ſuis esſent infeſtae, ideo fuiſſe occiſas; pelles verò earum Carthaginem delatas. Atque haec quidem inſula terminus fuit navigationum Hannonis. Ex deſcriptione verò ejus manifeſtè apparet eandem eſſe, atque ſit illa, quae hodie Palmifera, ab aliis verò S. Annae inſula appellatur. Dari verò integros populos toto corpore hirtos, ſatis oſtendunt cùm alia loca, tum praecipuè terrae illae ſupra Japoniam ſitae, non ita pridem à noſtris detectae.

l. 59. *Mons altus, ut Graeci vocant* Θεῶν ὄχημα] Non dicit Hanno montem hunc perpetuis ignibus flagrare, ſed noctu tantùm talem apparuiſſe; verba ejus haec ſunt: Τέτταρας δὲ ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν φλογὸς μεστήν· ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβατόν τι πῦρ τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρων· τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον. Minimè verò fabuloſa ſunt, quae hîc tradit Hanno. Mons iſte hodie appellatur *Sierra Liona*: adeò altus ut à ducentis & ampliùs pasſuum millibus nonnunquam ſit conſpicuus. Latera ejus perpetuò virent odoratis omnis generis arboribus. Vertex aeternis incingitur nebulis, quas ne ardentiſſimus quidem Sol unquam diſpellere ac vix perrumpere poſſit. Hinc fit ut continuis fulminibus ac tonitruis

noctu praeſertim percutiatur, quorum fragor à navigantibus ad quinquaginta etiam paſſuum millia exaudiri poteſt. Sonitum iſtum Luſitani aſſimilarunt leonum rugitui, ac ea propter monti nomen indidere *Sierra Liona.*

*l. 64. Hinc opinio ea fidem cepit*] Prior lectio fuit, *hinc opinio cauſae fidem cepit*, quod non erat mutandum. *Cauſa* pro *re* hîc accipitur, uti ſaepe. De Panibus verò Satyriſque quae hîc prodit, ea ex aliis hauſit, non ex Hannone, qui nullam horum facit mentionem. Tantùm is prodit noctu in litore pernoctanti ſibi crebros & ſparſos apparuiſſe ignes, ac frequentes audiviſſe ſonitus. Utrùm verò Aethiopes interdiu fugientes, noctu autem ſe colligentes, ac facibus, clamore, tympanis ac incenſis pyris belluas abigentes, ut etiamnum apud ipſos fieri ſolet, cauſam huic ſpectaculo dederint; an verò naturali hoc factum ſit ratione, ex apparitione nempe ignis illius quem *fatuum* appellamus, qui adeò frequens eſt in Zona torrida, ut toti in Aethiopia campi noctu ceu ſtellis colluceant, id verò non addidit. Ego poſtremum verum eſſe exiſtimo. Interim obſervatu dignum eſt, quod aliàs fieri ſolet, ut fabulae non ex nihilo oriantur, ſed plerumque veritatem pro fundamento habeant, id ipſum quoque hîc contigiſſe. Minimè enim dubitandum, quin quae Diodorus Siculus & alii de Amazonibus, Heſperidibus, Gorgonibus, ac ſimilibus in Libya figmentis ſcribunt, ea omnia ex hoc Hannonis fonte promanarint, ac huic uni *Periplo* tanquam baſi innitantur, ut jam ſuperiùs oſtendimus.

l. 71. *Nec jam dites, ut hi, quos diximus, nec ita corporibus ſimiles*] Libri vetuſti habent, *nec jam dites, quos diximus.* Recedit hîc ab Herodoto; is enim Aethiopes iſtos Heſperios omnes aequalis facit menſurae; in eo verò convenit, quòd minores eos eſſe ſcribat. Vide quae ſuperiùs de Macrobiis annotavimus. Verùm Herodoto adverſatur vetuſtiſſimus iſte Auctor, quem ſub Scylacis nomine olim dedimus, is enim Aethiopas Heſperios pulcherrimos eſſe dicit, ac majores quàm quadricubitales. Paulò pòſt non rectè priùs legebatur, *ac nomine Heſperio.*

l. 74. *Quem Nili eſſe aliqua parte credibile eſt*] Alii *aliquatenus:* quidam *aliquando:* nonnulli verò libri *aliqua ergo.* Legendum *aliqua credibile eſt.* Sic quoque paulò antè, *notae ſunt aliqua.*

l. 75. *Nulucli ab incolis dicitur*] Mira conſtantia veterum librorum, ſic ſcribentium, *& nunc ab incolis dicitur.* In uno tantùm repperi, *Nihil ab incolis dicitur. Nilidem* appellat

pellat Plinius, ſi vera eſt ſcriptura, libri enim meliores manu exarati *Nullidem* hoc loco habent aut *Niludum*, quemadmodum etiam in optimo noſtro Solini exemplari à prima manu ſcriptum fuisſe videtur. Julius Orator, qui vulgò Aethicus dicitur, Nilotin vocat: *Fluvius Nilotis naſcitur in Atlante, procurrens lacum efficit, qui Nilotis appellatur ſine aliquo exitu. Currit millia* CL. Sic codex antiquiſſimus Thuanaeus, multo quidem vulgari auctior, verùm etiam illic aequè ineptus Auctor. Oroſius, quique eum ſequitur Anonymus qui Aethico ſubjungitur, Nuchul hic habent, *Fontem Barbari Dura nominant, ceteri verò accolae Nuchul vocant.* Si haec lectio proba eſt, utique ſic ſcripſit Mela, *Nuchul ab accolis dicitur.* Syris & Arabibus נחל *flumen* dici, notum eſt. Ut tamen verum fatear, ne huic quidem fido vocabulo, cùm mirum in modum varient exemplaria. Interim ſi de appellatione nihil certi adfirmari posſit, res ſaltem conſtat. Sive enim lacus, ſive fluvius, ſive fons vocetur, idem etiamnum nomen obtinet, atque olim Oroſii aevo. Dara quippe & regio, & flumen cognominatur. Oritur ex Atlante, tendit in meridiem donec Zanhagae regnum contingit. Ibi lacum efficit, nec effluit, ſed deficit, quod ipſum quoque faciunt multa alia flumina ex Atlante quaquaverſum profluentia. Statis temporibus in aequoream excreſcit amplitudinem: aliàs verò ex flumine fit rivus, aut vallis potiùs. Vide de hoc prae ceteris Leonem Afrum. Paulò pòſt malim, *ſed à barbaro ore corrupto.* Nempe nomen *Nili* corruptum à Barbaris in *Nuchulis* aut *Niludis.*

l. 77. *Alit & flumen & minora quidem ejusdem tamen generis animalia gignens*] Valde deformatus locus. Priùs ſic legebatur, *aliter pirum & minora quidem ejusdem tamen generis animalia fert.* Unde legendum videtur, *alit papyrum.* Attamen cum optimi & antiquiſſimi codices habeant, *aliter putant*, omnino ſic ſcripſisſe Melam exiſtimo, *alit & pudam, & minora quidem, ejusdem tamen generis animalia. Puda* vel *buda* eſt papyrus. Arabes enim & Aegyptii plantam hanc *berd*, vel potius *burd* appellant. Hinc *burda veſtiti* apud Auguſtinum & in *Vitis Sanctorum.* Crebrius tamen *budam* dicunt; accipiturque hoc vocabulum pro ſtragulis, tomentis, ſtoreis, aliaque ſuppellectili quae è papyro conſtat. Verum & ellychnia ex buda ſive papyro olim fiebant, uti liquet ex epigrammate necdum, quod ſciam, edito:

*Ut devota piis clareſcant lumina templis,*
*Niliacam texit cerea lamna budam.*
*Congrua votiferae ſubmittit pabula flammae,*
*Quae caſtis apibus praebuit ante domos.*

Idem paulò antè, *Lenta paludigenam veſtivit cera papyrum* Graeci φλόμευς vel φλώμους talia vocant ellychnia, teſte Polluce, quamvis vulgò φλογμὸς apud illum legatur. Hoc non de verbaſco vulgari recipiendum, neque enim puto poſſe ex eo fieri ellychnia, ſed de phleo ſeu ipſa papyro, unde etiam veſtes ſibi conficiebant Aegyptii. Sanè vetus Scholiaſtes *ad Hexahemeron Baſilii*, ubi de urſis agit, φλόμον interpretatur papyrum. Verum de his aliàs, quando de papyro agemus. Porrò *pudae* vocabulum exſtat quoque apud Ennium quamvis non intellectum. Citatur à Varrone lib. VI. *de L. L.*

*Areopagitae quid dedere quam pudam.*

Sic Turnebus in ſuis, ſic quoque nos in noſtris reperimus codicibus. Inter minutas merces, quae ex Aegypto Athenas deportabantur, erant etiam ellychnia ex papyro. Significat itaque Areopagitas ad feſti celebrationem nihil praeter ellychnia dediſſe. Frivola ſunt quae ad hunc locum annotavit Scaliger.

l. 78. *Et minora quidem ejuſdem tamen generis animalia*] Ut ſuperiora omnia ex Hannone, ita haec ex Jubae Regis *de Libya Commentariis* hauſit Auctor noſter. Animalia ejuſdem generis, atque illa in Nilo, vocat crocodilos, hippopotamos, ſiluros, coracinos, alios. Quòd minora dicat, & hoc rationi eſt conſentaneum. Oſtendimus enim fluvium vel fontem hunc Atlanticum Dara vulgò vocari. Iſte verò, cùm exitu careat, ac nonnunquam totus penè deficiat, non nimium benignus crocodilis eſſe poteſt, qui vaſtis & piſculentis gaudent alveis, ac propterea oſtia potiſſimum obſident, ubi copioſior piſcium venatus. Hinc fit ut illic hominibus minus inſidientur, cum in mediterraneis, licet minores, propter alimenti inopiam, longè tamen infeſtiores ſint hominibus. Ac hanc veram eſſe rationem, quamobrem in hoc Atlantis torrente minora ſint haec animalia, etiam exinde colligi poteſt, quòd flumina, quae in eodem Libyae latere in Oceanum effluunt, uti Zanaga, Gambra, Niger, crocodilos & hippopotamos ferant nihilo Niloticis inferiores.

Nempe

Nempe quod alibi ferè evenire ſolet, ut magni fluvii piſces ferant magnos, id ipſum quoque hîc contingit. Nuſquam majores & plures hippopotami atque in Zaire, fluvio Congenſis regni, qui iisdem ac Nilus oritur fontibus, omniumque Africae fluminum eſt maximus, ſi latitudinem & aquarum copiam ſpectes: hujus quippe beneficio ad octoginta nonnunquam pasſuum millia dulcis in mari eſt hauſtus. Illic hippopotami non fluviales, ſed marinae fiunt belluae; ac genuinis, quos utrinque cornuum inſtar altè exſerunt, longè Niloticis ſaeviores. Sed & crocodili quoque, & iſtic & per univerſam Africae oram Zonae fervidae ſubjectam, non pares tantem Niloticis, ſed & ſaepe majores. Superioribus annis Luſitani ad Cuama, qui & ipſe vaſtisſimi alvei eſt fluvius, iisdemque ac Zaire oritur fontibus, quamvis in contraria fluit, invenere cadaver crocodili ad ſexaginta pedes porrectum: medii corporis ambitus triginta circiter erat pedum. In vaſtis novi Orbis fluminibus affirmant Hiſpani viſos à ſe crocodilos, qui ad centum pedes excrevisſent. Cum his comparati Nilotici, lacerti posſint videri.

l. 93. *Contra eosdem ſunt inſulae Gorgades*] Dum non unum tantum Hannonem, ſed alios quoque ſequitur Auctores, iterum peccat. Monuimus ſuperius, oram Africae Atlanticam, antequam arma Romanorum eò pervenirent, ex uno tantum notam fuisſe Hannone. Is vero inſulam, in qua *Gorgides* vel *Gorgones* esſent feminae, tridui navigatione ultra Θεῶν ὄχημα collocat. Quomodo ea hoc noſtro ſeculo appellatur, ſuperiùs indicavimus. Hîc verò per *Gorgonum inſulam* intelligenda eſt *Cerne*; nam in hac *Gorgones* habitasſe retulere Palaephatus, Diodorus, & alii, confundentes eam cum vera *Gorgonum inſula*, quam multo esſe remotiorem manifeſtè ex ipſo Hannone colligi poteſt. *Cerne* verò hodie eſt *Arguin*, inſula dulcibus ſcatens aquis, ad commercia cum Aethiopibus valde appoſita, ac ob hoc ipſum à Luſitanis commendata. Diximus de hac nonnulla ſuperiùs, & plura *ad Hannonem* ſumus dicturi.

l. 95. *Promuntorio, cui* Ἑσπέρου κέρας *nomen eſt*] Plinius ut ſaepe, ita quoque hîc malè ſenſum Auctoris noſtri percepit; non enim à ſeptentrione in meridiem, ſed à meridie ſeptentrionem verſus procedit. Hinc factum eſt, ut lib. v. cap. 1. Heſperium Ceras ſive promuntorium decem dierum navigatione meridionalius esſe ſcribat, atque ſit Theôn ochema. Multo verò rectiùs Mela noſter, ut ex ipſo liquet Hannone. Eſt vero Ἑσπέρου κέρας promuntorium illud famo-

ſum, quod *Viride* appellatur. Valde hallucinatur Salmaſius cum hoc negat, ac *caput Palmarum* interpretatur, eo enim usque non eſt progresſus Hanno, ut jam oſtendimus.

## In Cap. X.

### DE ATLANTICO MARI AC HUIC ADSITAE AETHIOPIAE AC MAURITANIAE PARTE.

l. 5. *Exuſtis inſulae oppoſitae ſunt, quas Heſperidas tenuiſſe memoratur*] Ut in Gorgadum, ſic quoque in harum inſularum ſitu variatur. Prima harum cognitio ex Hannonis *Periplo* promanavit. Ex eodem fonte Heſperidum horti aliaque, quae omnia Graeci fabellis ſuis inquinarunt, ut ſuperius monuimus.

l. 6. *In arenis mons eſt Atlas densè conſurgens*] Scripti libri aliter, ſic nempe, *In arenis mons eſt ſatis densè conſurgens.* Forſan hic novum caput incipit, cujus inſcriptio fuit, *Atlas & Atlanticum Pelagus.* Itaque non opus fuit vocabulum *Atlantis* repetere.

l. 12. *Contrà Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis*] Quia in numero Fortunatarum non conveniunt Veteres, ideo non addidit quot ſint inſulae, quae titulo hoc gaudeant. Sex recenſet Ptolemaeus: Marcellus vero in *Aethiopicis*, apud Proclum lib. I. *in Timaeum*, decem numerat, ſeptem Proſerpinae ſacras, ac tres alias, Plutoni, Ammoni ac Neptuno conſecratas: Duas memorat Plutarchus in *Sertorio*, nec plures nominat Seboſus apud Plinium lib. VI. cap. 32. Poſtquam enim Junoniam, Pluvialiam, Caprariamque recenſuit, addit: *Ab his* CCL. *Fortunatas contra laevam Mauritaniae in* VIII. *Oram Solis vocari in valle à convexitate, & Planaſiam à ſpecie convallis, circuitu* CCC. Infeliciter admodum & ſe, & Plinium exercet Interpres Solini, ut aliquid ex his verbis excudat. Utique ſcribendum: *Ab his* CCL. *Fortunatas contra laevam Mauritaniae in* VIII. *horam ſolſt. Vocari Convalliam à devexitate, & Planaſiam à ſpecie. Convalliae circuitum* CCC. Dicit Fortunatas inſulas abesſe à praedictis inſulis CCL. P. M. contra laevam Mauritaniae in octavam horam ſolſtitialem. Miſer eſt in litteris qui haec aut non intelligat, aut non probet. Duae itaque juxta Seboſum ſunt Fortunatae Convallia & Planaria.

ria. Sic quoque ſenſiſſe Jubam auctor eſt Plutarchus, qui totam hanc de Beatis inſulis hiſtoriam ex Juba ſe hauſiſſe profitetur. Plinius tamen, quod miror, ſex Fortunatas ex Juba deſcribit. Fieri ergo non poteſt, ut non vel Plinius vel Plutarchus errarint, tam diverſam Jubae ſententiam adfingendo. Pro Plinio videtur ſtare Ptolemaeus, quum & ipſe ſex numerat. Quae *Pluvialia* eſt Ptolemaeo, Plinio *Ombrios* idem ſignificante vocabulo appellatur. Sequentium nomina ſic apud Ptolemaeum ope veterum librorum refingenda, Καπραρία νῆσος. Καναρία νῆσος. Νιγγουαρία νῆσος. *Ninguariam* etiam vocant vetera Plinii exemplaria, non *Nivarium*. Junonias duas recenſet Plinius, Ptolemaeus inter Fortunatas unam tantum, ſed hujus loco adjecit Ἀπρόσιτον νῆσον, id eſt, *inſulam inacceſſum*. Eadem haec poſſit videri, atque illa quae ab Hiſpanis appellatur *la incantada*, & *la non trovada*, ac inſuper *S. Borodonis inſula*, de qua multi multa nimium narrant. Proculdubio ex Inacceſſa hac Ptolemaei altera iſta nata eſt fabella. Quamvis enim etiam illi, qui haec maria ſulcarunt, hanc deſcribant, ac non deſint quoque qui ſe eminus eam vidiſſe adfirment, quique naturam ſoli ac incolarum ſtatum commemorent, haec tamen omnia efficere non poſſunt, quo minus inſula haec fabuloſis non ſit accenſenda. *Borodonis*, *Brondonis*, *Brendaonis*, adeò enim diverſis hoc vocabulum concipitur modis, manifeſtè ex S. Brandano corruptum eſt. Iſte vero Brandanus aut Brendanus Scotus fuit, & quidem Sanctus, ut fabulantur. Longa in *ejus Vita* occurrit hiſtoria de inſula quadam inacceſſa & irreperibili, quam ipſe ſolus, ſi benè memini, adierit. Ut autem ſolent vagari fabellae, non uno haec inſula deſcribitur loco. In ipſa *Brandani Vita*, quae nunc non eſt ad manum, niſi me fallat memoria, circa Hiberniam alicubi deſcribitur. Nonnulli in Indico eam collocant Oceano, ultra Caput bonae Spei orientem verſus ducentis leucis. Alii alibi in eodem Oceano. Plurimi verò hanc in Atlantico collocant mari, centum circiter leucis remotam à Canariis inſulis Zephyrum verſus. Verum Ptolemaeus aliquanto continenti propiorem facit, ac Fortunatis annumerat, & rectius quidem mea ſententia. Cauſam ſiquidem fabellae hanc eſſe exiſtimo. Ἀπρόσιτος ſive Inacceſſa & Ninguaria eadem eſt, licet illas diſtinguat Ptolemaeus. Ninguaria verò ſive Nivaria, utrumque enim rectum eſſe norunt qui Latinè ſciunt, non poteſt alia eſſe ab illa, quae hodie *Tenariffa* vocatur: nam cum in ceteris Canariis nullae

unquam nives compareant, haec ſola iis abundat. Adſitis quippe inſulis modicè ſupra mare exſtantibus, una haec in tantam ſurgit altitudinem, ut etiam nivium natalibus locis non ſe inſerat modò, verùm illa excedat quoque, omniumque orbis inſularum celſiſſima esſe credatur. A ducentis & ſexaginta pasſuum millibus conſpicua eſt navigantibus, verùm non ſemper, ſed aurorae tantùm tempore, & demum ſole occaſo. Illo enim orto & praecipuè meridie, non cernuntur ea quae procul admodum abſunt, quia vapores adeò condenſantur, ut aër oculis non ſit pervius. Veriſimile eſt, idem quoque illis contigisſe, qui primi in hanc inſulam penetrare conati ſunt; viderunt eam à tam vaſto intervallo tanquam propinquam, haec verò orto ſole evanuit. Ipſum hoc poſtera & tertia luce evenit. Nautae & vectores intervalli immenſitate decepti, oculorumque judicio ſe nihil aut parum admodum proficere arbitrati, ventis licet ſecundis, aut curſum ſuum teneri, aut inſulam perpetuò fugere exiſtimarunt. Ex hoc ſpectaculo, quod ſaepe experiuntur navigantes, originem habuit *Inacceſſa* Ptolemaei, ac tot aliae ejusdem naturae inſulae.

l. 15. *Una ſingulari duorum fontium ingenio maximè inſignis*] Plinius ex Juba meminit quidem fontis in inſulis Fortunatis, verum diverſae virtutis. De Ombrio inſula ſcribit, *habere in montibus ſtagnum, arbores ſimiles ferulae, ex quibus aquae exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda.* Salmaſius & alii de cannis ſaccharinis haec Jubae verba accipienda esſe contendunt; nempe quia ſaccharum in inſula Madera provenit. Sed olim aliter fuit; una perpetuaque fuit ſylva tota haec inſula, eaque denſa ac impervia. Luſitani flammas admoverunt; hinc inſecutum ſeptem annorum incendium. Sic demum patefacta terra, ſacchariferas cannas intulere Luſitani. In aliis tamen Fortunatis ſaccharum, ante Hiſpanorum adventum, provenisſe non negaverim, praeſertim in illa quae dicitur Canaria magna. Sed nequaquam de ſaccharo accipi posſe hunc Jubae locum, libenter, ut puto, admittet, qui vel aliquid ſaltem inaudierit de famoſa illa arbore in Ferro inſula, cujus ſtillatitia aqua univerſis ſufficit inſulanis, quamvis unica ſit. Eſt illa in ſummitate montis, è medio ſurgit ſtagno, eſt generis ferulacei, potum verò praeſtat jucundisſimum. Olim, ut videtur, ſolitaria non fuit, ſed veriſimile eſt inſulanos ſuccidisſe ceteras, cùm una ſufficeret. Porrò quamvis haec arbor miraculis meritò accenſeri debeat, non tamen caret

exemplo. In Divi Thomae inſula media mons eſt excelſus admodum, cujus vertex opaca ſemper & amoena viret ſilva: huic perpetuò incubant nubes. Ab hoc mutuo amplexu fit, ut rami foliaque arborum tam largos exſudent imbres, ut illi ad irrigandam vaſtam illam ſacchariferarum arundinum copiam ſufficiant. Sed etiam apud Orientales Indos inter Paleacatam & Narſingam vallis eſt, quae ſtillantibus id genus arboribus abundat. Has, qui viderunt, adfirmant ſimiles esſe ſycomoris.

l. 17. *Riſu ſolvuntur in mortem*] Abſunt duo poſteriora vocabula à melioribus libris: quare illa ſuſtulimus.

l. 20. *Himantopedes inflexi lentis cruribus*] Legit Salmaſius, *fluxi lentis cruribus*, conjectura minimè probabili. Utique ſic ſcripſit Mela, *Himantopodes inflexis lenti cruribus*. Hoc loripedum proprium eſt. Cauſa verò quamobrem Aethiopum quidam loripedes fuerint, hanc fuisſe exiſtimo, quòd illis genuum conchae amputarentur. Origenes *Philocalia* cap. 22. Καὶ πάλιν τῶν δέ τινων τῶν ἐν Αἰθίοψι τοῖς δὲ τὰς κόγχας τῶν γονάτων περιαιρεῖσθαι. Rectè itaque inflexa vocat Aethiopum iſtorum crura, ablata enim patella necesſariò retro incurvabantur. Idem de Scritofinnis retulere nonnulli, nempe illis abesſe genuum conchas, ac crura habere in utramque partem flexilia, ideoque esſe celerrimos. Sed mera haec eſt impoſtura. Illud verum, gentes hyperboreas, uti Lappones, Scritofinnos, ac praeſertim Samoyedos, continentem Tartariae ex adverſo novae Zemblae habitantes, genua habere extrorſum flexa, ſuras verò è directo oppoſitas. Sive id naturae beneficio, ſive conſuetudine perticarum, quibus ſuper glaciem & nives feruntur, ſint adſecuti, alia fuerit quaeſtio; illud conſtat, minimè his deesſe patellas quas vocant. Verùm quia, ut diximus, genua habent extrorſus flexa, idcirco eorum crura in utramque partem quadamtenus moventur, antrorſum nempe & retrorſum. At verò ſi genua ipſorum fulcro patellarum carerent, aequè ac Aethiopes iſti esſent loripedes. Hoc tamen minimè verum eſt, quin potiùs curſu incesſuque immenſum quantum prae ceteris mortalibus valent. Quia verò genua extrorſum flexa habent, ideo cùm currunt, non rectà, ſed obliquè cancrorum more feruntur. Ut verò ad Aethiopes redeamus, abſurdum fuerit exiſtimare; gentem aliquam adeò unquam ſtultam fuisſe, ut ſponte ſua loripedes esſe voluerint. Fugitivis proculdubio & furibus talis conſtituta fuit poena, quo minus ad maleficia promti ac parati esſent.

l. 22. *Pharuſii aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites, nunc inculti, &c.*] Otioſas habuere manus, qui haec interpolarunt. Plinius lib. v. cap. 8. *Pharuſii quondam Perſae, comites fuisſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis.* Salmaſius hoc loco legit, *per ſe comites*, & interpretatur, *ſua ſponte*, prorſus ridiculè. Vulgatam lectionem veram esſe apparet ex Salluſtio: is enim in *Jugurthino*, ubi de Herculis exercitu in diverſas oras dilapſo agit, addit: *Ex eo numero Medi, Perſae & Armenii navibus in Africam transvecti, proximos noſtro mari locos inhabitavere: ſed Perſae intra Oceanum magis, hique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere.* Nempe Perſas iſtuc conceſſisſe ſcribit, ubi hîc Pharuſios deſcribit Pomponius.

l. 25. *Amoenique ſaltus terebintho arbore abundant*] Non veriſimile eſt, Auctorem noſtrum unam tantùm terebinthum inter delicias Africae retulisſe, cùm ea arbor alibi quoque ſatis ſit frequens. Meliores manu exarati libri ita habent, *Beroteberini ebore abundant.* Aliorum conjecturas commemorare non eſt noſtri otii, ego ſic ſcribendum conjicio, *ebeno, terebintho, & ebore abundant. Ebur* hîc accipi posſit pro fosſili ebore, verùm malo id ſimpliciter intelligere de elephantis. Sic Plinius de hoc ipſo tractu lib. v. cap. 1. *cum ebore citroque ſilvae exquirantur, omnes ſcopuli Gaetuli muricibus ac purpuris.*

l. 28. *Purpura & murice efficacisſimis ad tingendum, & ubique quae tinxere clarisſima*] Fruſtra ſemetipſos inquietant nonnulli in hoc loco reformando, cum optimè ſeſe habeat. Pertinent haec ad laudem purpurae Gaetulicae, quam adeò efficacem esſe dicit, ut ubique locorum gentiumque Gaetulica pro optima & clarisſima habeatur. Laudat quoque illam Plinius verbis paulò antè memoratis. De hac ipſa etiam purpura accipiendus eſt Petronii locus, qui mirum quantum omnes exercuit Criticos:

*Heſperia concham laudabat miles in unda,*
*Quaeſitus tellure nitor certaverat oſtro.*

Salmaſii conjectura, quam aliquot locis proponit, abeſt multum à veteri ſcriptura, ac merum facit frigus. Quis enim credat, Satyricum de profligatisſimo ſeculi ſui luxu verba facturum, à minio & cocco Hiſpanico, omnium, ut teſtatur Plinius, vilisſimo, ordiri voluisſe? Illa verò lectio, quam hîc exhibemus, non recedit à libris veteribus, ac ſenſum

ſum exhibet veriſſimum. Dicit nempe eò creviſſe luxuriam, ut jam ſordeant Tyriae Theſſalicaeque purpurae; conchas jam peti ex unda Heſperia, ſive mari Atlantico; oſtrum verò, quod maria largiuntur, jam in tellure quaeri. Prior verſus accipiendus eſt de purpura, ut diximus, Gaetulica; alter verò de cinnabari. Utrumque proveniebat in ditione Jubae, ſub cujus principatu Gaetulica purpura Romanis primum innotuit. Hinc *Purpurariae inſulae* ex adverſo Autolum ſitae, quas praedictus Rex purpurarum tincturae deſtinarat, ut teſtatur Plinius. Ex iiſdem quoque inſulis cinnabari Romam advehebatur. Sanè hodie etiamnum frequens eſt ſatis inſulis Fortunatis arbor illa, quae cinnabarin gignit. Vulgò *ſanguinem draconis* appellant, nec quidquam notius hoc ſeculo mulieribus, illis praeſertim quae formam ſuam non negligunt. Gingivis enim & dentium nitori prodeſt quàm plurimum, ſive in pollinem comminutus, ſive malvae bacillis illitus fuerit. Quamvis autem Veterum complures hanc arborum lacrimam, ſaniem eſſe draconum arbitrati ſint, non defuiſſe tamen qui rectè ſenſerint, apparet ex *Periplo maris Erythraei*, unde apparet arborem hanc frequentem fuiſſe in inſula Dioſcuriade. Deſcriptionem ejus vide apud Cluſium. Copioſè quoque apud Mexicanos, & alibi terrarum provenit.

l. 35. *Sed quaedam profundat etiam ſponte nata*] Veteres membranae legunt, *ſed quaedam profundat etiam nata*. In aliis eſt *etiam nota*. Utique verum eſt quod repoſuimus.

l. 41. *Et donec effoſſa repleantur eveniunt*] Aliter *deveniunt*. In uno tantum codice abeſt hoc vocabulum, & ſic ſcribitur totus hic locus, *Inde aliqua pars eruta eſt, ſolent imbres ſpargi, donec effoſſa repleantur*. Sanè poſtremum hoc vocabulum redundare videtur.

l. 45. *Gilda, Volubilis, Priſciana*] Ex veſtigiis veterum membranarum haec correximus. *Gilda* verum eſt nomen hujus oppidi, non Σίλδα, uti perperam apud Ptolemaeum. Sic quoque habent Stephanus & Antoninus. *Volubile* & *Volubilis*, ac *Volubilienſes* populi memorantur à multis. *Priſcianae* ſolus quod ſciam meminit Ptolemaeus. Sed apud illum perperam Πισκίανα aut Πτισκίανα vulgò legitur, pro Πρισκίανα.

l. 46. *Et Lixo flumini Lynxo proxima*] Haec lectio proximè accedit ad illam, quae in veteribus libris compa-

ret,

nex, ac confirmat eam Stephanus, qui docet ex Artemidoro oppidum hoc vocari Λύγξ. Aliis eſt *Linx* & *Lixa*. Valde autem errant, qui hanc cum *Tinge* confundunt, ac Strabonem teſtem advocant. Non ſemel iſtic loci impingere Strabonem ad *Hannonem* docebimus.

---

## FINIS OBSERVATIONUM AD LIBRUM TERTIUM.

# JACOBI PERIZONII

## ADNOTATA

AD

# POMPONIUM

## MELAM.

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO VIRO,

# JACOBO PHILIPPO D'ORVILLE,

*S. P. D.*

## CAROLUS ANDREAS DUKERUS.

*Jacobum Perizonium, Virum Clariſſimum, non ita multo ante quam diem ſupremum obiit, cepiſſe conſilium* Pomponium Melam *edendi, nemo eſt Hiſtoriae literariae paullo curioſior, qui ignoret: quum id ex laudatione funebri, qua defuncti memoriam proſequutus eſt Celeberrimus Schultingius, & ex Ephemeridum literariarum Scriptoribus, dudum omnibus innotuerit. Hujus conſilii ſe hanc rationem habere dicebat, quod, etſi ſatis multae Editiones Melae à ſuperioris temporis & ſuae aetatis Viris Doctiſſimis publicatae eſſent, tamen eum nondum ſatis emendatum legi, & in primis recentiores Editores ſaepe ab exemplaribus tam ſcriptis, quam olim editis, non juſtiſſimis de cauſis diſceſſiſſe exiſtimaret. Itaque ut eum quam emendatiſſimum dare poſſet, multa non ſolum MStorum Codicum, verum etiam priſcarum Editionum, adjumenta conquiſierat, & quum ſe his ſatis inſtructum putaret, jam manum operi admovere coeperat. Verum quum relictis aliis, quae meditabatur, totus in eo eſſet; ſupérveniens vixdum quarta parte abſoluta morbus, & hunc aliquot poſt menſibus inſequuta mors, conatus illius cum magno literarum humaniorum damno deſtituit. Nam, ne de aliis, quae parabat, dicam, quam integer ac ſplendidus elegantiſſimus Scriptor ex manibus illius, ſi ei fata in unum alterumve annum vitam propagaſſent, prodituruſ fuiſſet, ſatis ex hoc, quamvis imperfecto, & nondum curis ſecundis expolito, ſpecimine intelligi poteſt. Nunc opus egregium morte illius abruptum pendet, nec facile quiſquam, niſi iiſdem ingenii ac doctrinae copiis, & librorum ſcriptorum editorumque auxiliis ſuccinctus, telam a tam perito artifice inchoatam rite videtur poſſe detexere. Commendaverat quidem mihi, quum paucis ante obitum hebdomadibus ad aegrum viſendum veniſſem, hanc ſuam lucubrationem, petieratque ne intercidere eam paterer, & quae deerant, quod poſſem, ſupplerem ac perficerem. Verum quum deinde poſt libri primi caput* XVI. *in quo verſantem morbus oppreſſerat, praeter paucas conjecturas in Voſſii & Gronovii Editionum marginibus, nihil, quod ad Melam illuſtrandum vel emendandum pertineret, ab eo ſcriptum collectumve inveniſſem, mihi perdifficilem ſane hujus mandati exſequendi*

quendi rationem fore videbam. Nec tamen ſtatim omnem illius rei curam dimittebam, ſed multas ob cauſas aliquantiſper differendam ratus, interim circumſpicere, ſi quid ad novam Editionem ornandam conferre poſſem, incipiebam. Verum ita cunctanti, ac diem de die differenti, deinde etiam ſubſidia aliunde Perizonio ſubmiſſa, nonnulla quidem mea culpa, ſed maxime convicio atque importunitate odioſiſſimi flagitatoris, cui ea a me repetendi negotium datum fuerat, detracta ſunt. Quo facto tam neceſſario inſtrumento privatus, abjecta omni de Mela edendo cogitatione, mihi nihil aliud, quam occaſionem in publicum proferendi, quae ad eum commentatus erat Eruditiſſimus Perizonius, exſpectandam decrevi. Eam nunc tua humanitate nactus, Clariſſime d'Orvilli, qui Te curaturum, ut iis in his Obſervationibus Miſcellaneis locus daretur, promiſeras, hanc, quam vides, illarum partem ad Te mitto; reliquam itidem curae tuae commendaturus, quamprimum omnia, lituris plerumque deformata & impedite ſcripta, in mundum redacta & extricata habebo. Nec dubito, quum antea poſtumum hoc Celeberrimi Auctoris ſcriptum, particula inſpecta, judicio tuo probaveris, & luce publica dignum habueris, quin nunc quoque non tantum communium ſtudiorum, verum etiam mea cauſa mihi in hoc adjutor officii futurus ſis, ut fidem Perizonio datam, quoniam plene non poſſum, ſaltem ex parte liberem.

Quoniam autem in Perizonianis his fortaſſis erunt, quae non omnibus ita perſpecta ſunt, ut ea plane intelligant, mihi, ne quid illa legentes morari poſſit, viſum fuit faciendum, ut paucis, quibus ille adminiculis nixus novam Melae Editionem dare adgreſſus fuerit, exponerem.

Habebat, quum ad ſcribendum ſe accingeret, libros ſcriptos ſeptem, Lipſienſem, ſuum, & quinque Voſſianos ex Bibliotheca Academiae Leidenſis, ex eademque Editionem Baſileenſem Cratandri, Anni cIↄ Iↄ xxii. quam cum aliquot MStis comparaſſe dicebatur Iſaacus Voſſius. Nactus praeterea erat exemplar Editionis Juntinae A. cIↄ Iↄ xxvi. cum Codicibus ſcriptis Bibliothecae Vaticanae, item aliud Edit. Gronovii A. cIↄ Iↄ clxxxvi. cum alio MSto collatum, nec non Editiones aliquot vetuſtiſſimas: quae omnia ei Lipſia miſſa fuerant. Harum Edd. unam Anni cIↄ Iↄ ii. Vercellenſem ſaepe dicit, non quod illi conſtitiſſe putem eam Vercellis prodiiſſe, neque enim, ſi recte memini, nomen loci adſcriptum habet, ſed quod per Albertinum de Liſona Vercellenſem impreſſa erat. Hunc autem Venetiis artem typographicam exercuiſſe, ibique, A. cIↄ Iↄ ii. libros nonnullos emiſiſſe, in Mattairii Annalibus Typographicis invenio. In ipſius Bibliotheca autem

praeter

*praeter alias tum antiquas, tum recentes Edd. Melae, duae vetuſtae ſine indicio loci, anni, ac typographi erant. Harum altera quondam Petri Danielis fuerat, qui etiam Prooemium & quatuor Libri primi Capita cum ſcripto contulerat, de quo non dubitandum fuerat Perizonio: nam eadem manu & nomen Danielis & varias lectiones ſcriptas eſſe, ſingulas literas earumque ductus intuenti apertum eſt. Hanc* Hermolai Barbari, *alteram illam* Camertis, & Viennenſem *vocare ſolet, neſcio an alio argumento, quam quod in illa Hermolai Praefatio ad Alexandrum* VI. *Papam, in hac Camertis Epiſtola ad Theobaldum Offenburgenſem A.* cIↄ Iↄ XII. *ſcripta legitur.* Toriniana, *quam ſaepe laudat, prodiit Pariſiis A.* cIↄ Iↄ VII. *apud* Jo. Petitum, impreſſa per Aegidium Gourmontium; & recognita per Godofredum Torinum Bituricum, *qui ſuam in Mela emendando operam ſatis magnifice praedicat, nec ſe tamen libris ſcriptis in ea re uſum, quod credebat Perizonius, dicit. Quum autem in principio harum Adnotationum aliquoties* quatuor MStos Bibliothecae Regiae Pariſienſis *memorat, ne quis putet eum integras illorum collationes habuiſſe, quae tantum Prooemii & primi Capitis ſunt; quorum varias lectiones ex his ſcriptis; & Edd. Venetis Ann.* cIↄ CCCCLXXVII. cIↄ CCCCLXXVIII. & cIↄ CCCCLXXXII. *ejusdem Bibliothecae ei excerpſerat Vir Clariſſ. Arnoldus Drakenborch.* Nunneſii & Ciacconii Adnotata ad Melam, *quae ut Schottum Voſſius ad* III. 9.32. *ita Voſſium quoque clam compilaſſe ipſe arguit, ſibi ex Bibliotheca Academiae Leidenſis deſcribi curaverat, & additis paſſim Notis Editioni ſuae adjungere in animo habebat. Illa ut nunc in* Vol. VII. Tom. II. Obſervationum Miſcellanearum *publice legantur, tua, Clar. d'Orvilli, opera factum eſt: haec ante hos* XIV. *annos cum Mela publicavit Vir Clar. Abrahamus Gronovius. Sed duo habebat Perizonius horum exemplaria, quorum utrumque cum maxime ante oculos habeo; unum, Adnotata in* IX. *Capita Libri* I. *ſatis adcurate digeſta, nec multum ab editis diſcrepantia; alterum, in totum Melam, ſed pleraque plane confuſa & perturbata, complectens. Haec Perizonius putabat* Collectanea *eſſe, e quibus videlicet Ciacconius Adnotationes, quales in* IX. *Capita Libri* I. *compoſuit, conficere voluerit, ac de iis haec praeterea ſcripſerat:* Ciacconii notulae inconditae ex margine ſunt excerptae, ubi ſparſim fuerant ſcriptae, prout quid novi inciderat. Hinc ab indocto homine conjuncta ſaepiſſime, quae diverſiſſima erant, & ad alias pertinebant notas, & de eadem re ſaepe bis vel ter in aliis notis agitur. *Hanc rudem & indigeſtam molem ille tamen a Capite* X. *usque ad* XVII. *ex ſuo ſenſu & judicio diſpoſuerat, & in ordinem ſaepe alium ab eo, qui*

*in Edit. Clar. Gronovii eſt, adduxerat.* Holſtenii Obſervationes, *ad quas Cap.* 2. *in extr. reſpicit, an usquam editae ſint, non ſcio; ſcriptas inter ceteras chartas inveni ſub hoc Titulo:* Obſervationes in Pomponium Melam Edit. Antverp. cIↃ IↃLXXXII. (*ea eſt Editio Schotti*) in Caſtigationes Hermolai Barbari: in Pintiani Notas: in Andr. Schotti Obſervationes: in Edit. Henr. Stephani cIↃ IↃ LXXVII. *Sunt autem non plures, quam quae ſex, aut ſummum ſeptem, harum Obſervationum paginas implere posſint, nec Holſtenii nomen praeferunt; ſed hunc earum Auctorem esſe ex alia charta didici. Scripturam* Codicis membranei in Bibliotheca Collegii Novi apud Oxonienſes, *quam ſaepe in imis paginis nomino, debeo humanitati Viri Reverendi ac Doctisſimi F. Smit, nunc divinorum Oraculorum Interpretis in Lillo, a quo in Britanniam profecturo quum petiisſem, ut inquireret, ſi quid ibi librorum ſcriptorum Melae esſet, Vir officioſisſimus mihi integrum Auctorem ex illo codice deſcriptum miſit, quo nomine hic quoque illi debitas gratias ago. Conſentit hic Codex plerumque cum Vosſiano tertio, quem cur tanto opere contemnat Perizonius, non video, quum aliquot locis ſolus ex libris Vosſianis veram, & ipſi probatam, ſcripturam exhibeat, nec pluribus ferme, quam ceteri, mendis inquinatus ſit.* Editionem Norimbergenſem Anni cIↃ IↃXI. *vel ſequentis, literis Gothicis in quarto, ut vulgo dicunt, impresſam ipſe habebam. Haec nullam loci, anni, ac typographi notam habet, ſed quia eam ad uſum Auditorum ſuorum publicavit Joannes Cocleus, ludi literarii Laurentiani apud Norimbergenſes Praefectus, & duabus A.* cIↃ IↃXI. *e ſchola ſcriptis Epiſtolis Antonio Kreſs, Laurentianae Eccleſiae Praepoſito, ac Bilibaldo Pirkheimero commendavit, ei* Norimbergenſi *nomen feci. Is autem plerumque Editionem Torinianam, &, ubi ab ea abit, quod ipſe profitetur, Venetam, neſcio quam, ſequutus eſt; ſed libros ſcriptos adhibuisſe non videtur. Haec habui in praeſentia, Clarisſime d'Orvilli, quae Tibi de poſtumo hoc Doctisſimi Perizonii foetu ſcriberem, quo in lucem educendo utrumque noſtrum harum literarum ſtudioſis rem neque injucundam, neque inutilem, facturum mihi perſuadeo. Vale. Iſelſteini a. d. 4. Id. Novemb.* cIↃ IↃ CCXXXVI.

*Paene oblitus fueram monere me, quae de ſcriptura librorum Vosſianorum, & aliorum quorundam, in imis paginis adnotavi, ex collectione Variarum lectionum, quam a Cap.* II. *usque ad* XVIII. *perduxerat Perizonius, accepisſe: nam ipſe nullum eorum vidi, praeter Lipſienſem.*

JACO-

# JACOBI PERIZONII ADNOTATA AD POMPONIUM MELAM.

## AD PROOEMIUM.

l. 3. E*x gentium locorumque nominibus*] *Ex* repudiatur a MSStis & noſtris, & Pariſienſibus Regiae Bibliothecae omnibus, & Lipſienſi, ac primis Editionibus, (1) & ideo recte deletur. Ceterum Vadianus refert haec ad aſperitatem nominum, non Graecorum modo Latinorumque, ſed & Barbarorum. Aſt Mela reſpicit ſterilitatem materiae, quae in continua Nominum qualiumcumque ſerie non admittit facundiam & ſtyli ubertatem.

l. 7. *Sine ope ingenii orantis*] Quid quaeſo hic eſt, quidve notat, *ingenium orans?* quis umquam ita reperitur locutus? Adhibetur quidem *oratio* paſſim & promiſcue pro omni ſermone; ſed & de Hiſtoriarum ſcriptore dici recte poſſit, *eum oranti, quam res geſtas narranti ſimiliorem:* at ut *orare* & *ingenium orans* usquam non de Oratoria dictione, ſed de ſimplici facundia in enarrandis & exponendis variis rebus fuerit adhibitum, id vero idoneis velim exemplis videre probatum. Livium dicit Tacitus *eloquentiae praeclarum*, Quintilianus *mirae facundiae virum*, ac tribuit ei *lacteam ubertatem*, at neutiquam *ingenium orans.* Fateor tamen in omnibus, quos vidi, Codicibus cum ſcriptis, tum editis me vulgatum reperiſſe. Verum quum facillima emendatione, atque

(1) Abeſt etiam a MS. Oxonienſi. & Edit. Norimbergenſi. Nec in editis, quos habeo, ante Viennenſem Camertis invenio. quam deinde ſequuti ſunt Baſileenſes. & poſt eos alii. Nec tamen id primus intruſit Camers: nam inter chartas Perizonianas in brevi ſchedula ſcriptum erat ita eſſe in Edit. Veneta A. 1482. in 4. Vir doctus, qui Londini A. 1719. Melam cum Tabulis Geographicis publicavit, rurſus excluſit. Oxon. paulo poſt *longa magis eſt, quam h. m.*

atque unica modo litera adjecta, illud in genuinam plane & elegantisſimam posſit reſtitui locutionem & ſenſum, non puto haeſitandum, quo minus ab iis hic diſcedamus, & legamus *ſine ope ingenii ornantis.* Proprium enim illud huic ſententiae & facundiae eſt verbum, quod & vulgatisſimus Manilii verſus de ſimili plane argumento, Aſtronomia, declarat, *Ornari res ipſa negat, contenta doceri.* Et *munus ornare verbis* apud Terentium Eun. II. I. 8. Similiter Cicero de Finib. III. 8. *Poteſt id quidem fuſe & copioſe, & omnibus electisſimis verbis gravisſimisque ſententiis rhetorice & augeri & ornari.* Et Famil. II. 15. *Ornavit res noſtras divinis laudibus.* Et IX. 21. *Privatas cauſas & tenues agimus ſubtilius, capitis, aut famae ornatius.* Sed & pasſim idem *ornate dicere;* immo *ornatum orationis* tribuit Caeſaris Commentariis, nihil oratorii utique, ſed multum genuinae facundiae habentibus. Unde & illum *ornatum* exponit dein *puram & illuſtrem brevitatem*, qua *nihil in Hiſtoria ſit dulcius*, in Bruto cap. LXXV. Facile jam ex his apparet, quam conveniens ſit huic loco *ingenium* illud *ornans*, ſcilicet rem, ſeu opus, quod tractatur, & quam pulcher inde evadat & opportunus verborum Melae ſenſus. Barthium miror, qui Adverſar. XIV. 17. ita quoque emendandum cenſuit Auctorem, ſed mox maluit utrumque, *orantis* & *ornantis*, aeque contextu excludi, nulla profecto ratione, quum nihil concinnius ſit eo, quod retinendum cenſemus (1).

l. 8. *At ipſa ſui contemplatione* ] Vocula *at* adeo conſtanter in omnibus hic reperitur Codd. ut haud dubiam dederit corrumpendi hujus loci cauſam, dum non tantum in quibusdam MStis, ſed deterioris notae, verum etiam in antiquisſimis quibusque Edd. Anonymis, Veneta, Hermolai, Aldi, Phil. Juntae ſeu Anton. Francini, Vineti, Schotti, aliorumque, pro *ſine* legitur *ſi non*, quod illis requirere videbatur ſequens haec vocabula *at.* Verum recte illud *ſine* ex melioribus MStis primus reſtituit Vosſius, ſed idem male hinc ejecit penitus τὸ *at*, quaſi *nullum hic locum habere*

(1) *Ornantis* hic legendum esſe jam aliquot annis ante, quam haec ſcriberentur, monuerat Graevius ad Orat. Ciceronis poſt reditum in Senatu cap. I. ex emendatione, ut ait, Virorum doctorum. Non ſcio quos dicat, niſi fortasſis Barthium, vel potius J. Fr. Gronovium, quem in ſcholis domeſticis, in quibus Melam Auditoribus ſuis exponebat, ita emendasſe accepi. Sed mihi certum eſt Perizonium ignorasſe hanc emendationem ab aliis occupatam. Neque enim is erat, qui ſe plumis alienis exornare vellet, aut necesſe haberet. Mira eſt conjectura Barthii L. XXXVIII. Adverſar. 2. & XLI. 2. *ingenii rorantis.*

*habere poſſit, nec, ſi admittatur, cohaereant haec cum ſuperioribus.* Ignoravit ergo Vir doctiſſimus, vel potius non animadvertit primum (nam in Appendice prudentius loquitur) maximam eſſe hujus particulae emphaſin in oppoſitione, in primis poſt *ſi*, *ſin*, & negationem, quae certe ineſt voculae *ſine*. Atqui uſitatiſſimum illud. Cicero Famil. v. 12. *Ad properationem meam quiddam intereſt non exſpectare te, dum ad locum venias, at ſtatim* (1) *cauſam illam totam arripere.* Pro Domo cap. 50. *Eſſes omnia, ſi minus re, at verbis conſecutus.* Livius I. 28. *Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, at tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere.* Et cap. 41. *Si tua re ſubita conſilia torpent, at tu mea ſequere.* Vide Gronovium Patrem ad Liv. XXIV. 37. Virgil. IV. Georgic. 206. *Ergo ipſas quamvis anguſti terminus aevi Excipiat —— At genus immortale manet.* Reſtitui ergo particulam ex Codd. antiquis in hunc locum, unde male in poſtremis Edd. erat expulſa (2).

l. 10. *Nunc autem ut quaeque erunt clariſſima*] Sic omnes ante Voſſium Editiones, quas vidi. Ille autem ex ſuis Codd. ut ait, expunxit *autem* & *erunt*. Fides ſit penes ipſum. Ego abeſſe ab uno illa reperi Voſſiano, at minime a reliquis. Sed & in mea Hermolai Barbari Editione, cujus prima capita cum MSto ſunt collata, video illa notata, ut quae in MS. non exſtent; neque illa tantum, ſed & prius *autem*, quorum alterutrum, ſi mei res ſit arbitrii, deleri malim, reliquis retentis. Sed rectius forſan Lipſienſis codex, qui pro priore *autem* legit *tamen* (3). Ceteroquin non auſim

(1) Neſcio quam Editionem Epiſtolarum Ciceronis ſequutus ſit. Lambinus, Gruterus, Graevius & Gronovius ediderunt *ac ſtatim*, nec quisquam ibi ullam varietatem ſcripturae adnotavit.

(2) *At* habet etiam Oxon. & forſitan omnes Edd. praeter Voſſianam, & illa poſteriores duas Leidenſes. Quae de *ſine* hic diſputat Perizonius, firmiora eſſent, ſi locum aliquem probati Scriptoris protuliſſet, in quo *ſine* poſt ſe habet *at* ea ſignificatione, quam hic locus poſtulat, id eſt, ut valeat *ſaltem*, vel *at tamen*, *Si non*, *ſi minus*. *ſi parum*, *at* quam plurimis locis ita dicuntur. *Si non* eſt in tribus ſcriptis Reg Pariſ. in eo, cum quo collata erat Ed. quam Hermolai Barbari vocat Perizonius, in Lipſ. & Oxon. omnibusque, opinor Edd. ante Voſſianam. *Sine* in uno Pariſ. & duobus aliis in margine Edit. Cratandri. Credo *ſine* potius ortum eſſe e compendio ſcribendi *non*, quam *ſi non* ex *ſine*.

(3) Sic etiam unus in marg. Edit. Cratandri, & unus Pariſ. ſed in marg. *autem*. Lipſ. praeterea non habet *erunt*. Paullo poſt Perizonius volebat edi, ut in Edd. Voſſ. & Gron. *atque habitentur*. Et ſic, tres Pariſ. & ſcriptus in marg. Edit. Hermolai, item quatuor in marg. Ed. Crat. *atque habitentur* unus Pariſ. Lipſ. Oxon. & Edd. vett.

auſim ego receptam olim & conſtanter lectionem adeo mutilare, niſi graviora adferantur argumenta.

l. 12. *Quae ſit forma totius*] Sic fere infra cap. 4. extr. *Haec ſumma noſtri orbis, hae maximae partes, hae formae gentesque partium.*

l. 16. *Atque ut ea ſubit ac circumluit pelagus*] Referunt haec Viri docti, Vadianus & Ciacconius, ſeparatim ad Mare Mediterraneum, quod *ſubeat* & intret terras, ac ad Oceanum, quod eas *circumluat*. At vero loquitur Auctor de *omni pelago*, quum Mediterraneum appellet *noſtrum pelagus* cap. 4. extr. & de *omnibus oris ac littoribus* quae *ſubit* pelagus, quando ſinus facit ſive in Mediterraneo ipſo, ſive in Oceano. *Circumluit* vero omnia promontoria & terras continentis excurrentes, ſive intra, ſive extra ſint. *Subit* terras totum Mediterraneum per fretum Gaditanum, ac dein per partes & ſinus ſuos in Adriatico, ut & in Ionio & Aegaeo mari verſus Corinthum; *circumluit* vero Peloponneſum & extrema Italiae, praeter promontoria variarum regionum. Similia de Oceano dici posſunt.

## CAP. I.

l. 1. *Omne igitur Hoc*] In MStis & Edit. primis legitur *id* proxime poſt, non *quicquid*, ſed *unum*, quod & Vosſius in ſuam revocavit. At concinnius viſum aliis, Camerti, Vadiano, Olivario, Eliae Vineto, Schotto, legere: *Omne igitur Hoc, quicquid id eſt, cui Mundi Coelique nomen indidimus, unum eſt.* Sed venuſtiorem licet praeferat ſenſum hic verborum ordo, & probata a Ciacconio ſatis ſuperque ſit ipſa locutio, repugnant tamen MSti non Noſtri tantum, ſed & Pariſienſes. Turbat vocula *id*, quae haud dubie ab hoc loco eſt prorſus aliena, in qua opinione me confirmat Codex, cum quo collatum eſt meum Hermol. Barbari exemplar, ut & quos vidit Ciacconius, in quibus *id* non legitur. Scripſisſe itaque Melam putem, ut ſolet conciſe loqui, *Omne igitur Hoc, quicquid eſt, cui Mundi Coelique nomen indidimus, unum eſt, & uno* (1).

l. 6. *Qua decurrit*] Miror Vosſium haec explicantem *deorſum currit, deſcendit*, & increpantem Viros doctos, qui hoc

(1) Oxon. ut plerique alii ſcripti. Lipſ. *unum idem & uno. Idem*, quod puto voluisſe ſcribam, & *id eſt* ſaepe permutari multi adnotarunt, Paullo poſt *complectitur* marg. Edit. Hermolai.

hoc non intellexerint, licet eo *nihil* ſit *manifeſtius*. At vero nihil falſius eſt hac interpretatione. Nec enim Mela ſpectavit hic quidquam devexi, aut deorſum verſi, ſed ſimpliciter id unum, quod Europaeis in Septentrionali plaga habitantibus Sol ab Ortu ad Oceanum decurrat ſemper per Meridiem. Quocirca hic *τὸ de* in *decurrere*, nihil aliud notat, quam curſum & ſpatium ſuum abſolvere, plane ut in *debellare*, *decantare*, & *deſaltare canticum*. Sic Plautus Sticho I, 2. 14. *Decurſo aetatis ſpatio*. Phaedrus III. 20. *Qui natus eſt infelix non vitam modo triſtem decurrit*. Hinc *decurſio campeſtris* ſub armis inter exercitia militum vel praecipua erat. Sic ergo & hic Sol curriculum ſuum decurrit quotidie, qua autem parte aut via decurrit, ab ea parte nobis eſt Meridies. Vide & Ciacconium.

l. 7. *Hujus medio terra ſublimis*] MSti omnes Voſſ. & Meus, ut & Pariſienſes (1) habent *Huic*, quod & antiquiſſimae retinuerunt Editiones Venetae, tum anonymae, ac Barbari, Aldi, Juntae, Torini. At Vadianus, Vinetus, Olivarius, Schottus, Voſſius maluerunt *Hujus*, quod ipſum poſtremus ille in Appendice ex Vaticano & melioribus libris confirmat. Si ita iſtic legitur (nam Ampliſſ. Goetzius nihil varietatis ad Juntinam ex iis annotat) res bene habet. Sed dubito, quum in nullis Voſſianae Bibliothecae Collationibus id repererim. Attamen alterum illud duriſſimae eſt locutionis. Quid enim acquiritur *Coelo* vel *Mundo*, *cui medio terra ſublimis cingitur mari?* In Cod. collato cum Hermolai Edit. legitur *Hinc*. Sed & ita Lipſ. Mihi arridet Camertis Editio, quae neutrum, nec *Huic*, nec *Hujus* agnoſcit. Et poteſt omitti pro ſtylo Auctoris pasſim elliptico. Sed legerim tunc *in medio*, ſcilicet mundi coelique. Ceteroqui retinuerim *Hujus*, ut ex quo per compendium ſcripturae in ultimis literis ortum ſit *Huic*.

l. 8. *Eademque in duo latera, quae hemiſphaeria nominantur*] Plerique & ſcripti & editi Codd. offerunt hanc lectionem. At Vaticanus, teſtante quidem Voſſio, tum ille cum Hermolai Ed. collatus, denique & unus ex Voſſianis noſtris praeferunt *eodemque*. Sed & ita jam olim Vinetus ediderat, & confirmavit Ciacconius. Recte ergo id Voſſius revocavit, quippe quum Melae vere haec fuerit ſententia, Totum terrarum orbem mari, quod eſt ultra Africam, dividi in duo late-

(1) Etiam Oxon. & ex Edd. Vett. Norimbergenſis, quae plerumque ſequitur Torinianam.

latera, quae *hemiſphaeria* appellat, unum noſtri, alterum incogniti Orbis; quod ſatis jam probatum dederunt Interpretes. Nam Nunneſius magis ex Macrobio, quam ex Mela, cujus unius ſententiae congruere haec debent, diſputat. Miror autem, quum iidem tres MSti non infimae notae exhibeant nobis *nominant*, non *nominantur*, nullam ejus rei factam a Voſſio mentionem. Frequens enim Latinis ſcriptoribus haec eſt ellipſis, ut intelligatur *Homines* ante tertiam pluralis verbi perſonam. Vidi Sanctii Minervam IV. 4. in v. *Homines*, & quae ibi num. 39. tradidi.

l. 14. *Illius ſitu ob ardorem*] Quum omnes MSti (1) fatente ipſo Voſſio, & antiquiſſimae Edd. Anonymae, tum Veneta, Hermolai, Aldi, Juntae, Torini, habeant *illius ſitus ob ardorem intercedentis plagae incognitus: hujus dicendus eſt*, quae, quaeſo, dabitur juſta ratio haec mutandi in *ſitu incognito*? Proprium utique hoc eſt Melae & perpetuum breviſſimas periodos facere, & alteram alteri ſine nexu pronominis relativi, aut conjunctionis jungere. Sic paulo ante, *Partibus differt*. mox, *ſuis locis illa referentur. Hoc primum*. Similia paſſim. Mox MSti legunt *ad Occaſum*; ſed in Arundeliano invenit Voſſius *in Occaſum* (2). Nihil intereſſe putem, immo, ſi quid diſcriminis ſit, contrarium plane Voſſio cenſeam. Nam breviſſima poteſt eſſe tellus, quae *ab Oriente ad*, hoc eſt, verſus, *Occidentem extenditur*: at quae *in Occidentem*, ea vero porrecta dicitur in ipſum Occidentis Solis locum, ſeu regionem. Sic minus eſt veniſſe *ad Urbem*, majus *in Urbem*.

l. 16. *Et quia ſic jacet*] Ita omnes, quos vidi, cum ſcripti, tum editi (3). Caſaubonus ad Strabonem lib. 1. pag. 64. *loqui* ait *Melam* περὶ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης, *eamque* dicere *longiorem eſſe, quam latiorem. Quia ſic jacet, hoc eſt, quia in longum porrigitur ab Ortu ad Occaſum: hoc enim ſignificare* τὸ *jacet*. *Sic apud Virgilium Aeneid.* I. 228. *Servium terras jacentes interpretari in longum expoſitas*. At voluit, ut opinor, Servius *in longum latumque expoſitas*; certe nihil aliud ea interpretatione notari cenſeo, quam ſpatii amplitudinem. Immo & aliam ille, & ſpecioſiorem, addit expoſitionem, ut notet terras depreſſas & immotas, ut adeo nihil inde elici queat in ſolius longitudinis ſenſum. Deinde vero,

(1) Etiam Lipſ. & Oxon. & Ed. Norimb.
(2) Sic quoque duo Pariſ.
(3) Ab Oxon. abeſt *et*.

ro, quae tandem ratio haec eſt? *quia ab Ortu ad Occaſum porrecta jacet, ideo longior eſt* Nulla in his eſt conſequentiae vis. Sed & idcirco nonnulli haec verba delenda cenſuerunt, ut liquet ex Notis Ciacconii. At mihi rejiculum neutiquam eſt, quod Pintianus leviſſima mutatione voluit, *& qua.ſic jacet*, hoc eſt, qua parte, linea, extenſione jacet terra ab Ortu ad Occaſum porrecta, ea parte multo eſt longior, quam qua parte porrigitur a Septentrione ad Meridiem, cui idcirco tribuitur latitudo, quae etiam *qua*, ſeu *ubi latiſſima eſt*, nequaquam aequat alterius porrectionis longitudinem. *Qua* autem eodem modo hic accipiendum, quo mox, *qua venit*, *quaque diſpergitur*, *qua diffunditur*. Et cap. ſeq. *qua recedit*.

l. 29. *Ingens iterum magnae paludi* ] Sic ediderunt Vinetus & Schottus. At Veneta Ann. 1482. tum Camers, Olivarius & Vadianus *ingens iterum & magnum*, *& paludi*. Hermolaus ſecutus eſt pleroſque MStos, dum edidit *ingens iterum & magno & paludi* (1), quod & Torinus expreſſit, ac duae Venetorum Edd. Ann. 1477. & 1478. ut & Vercellenſis, ac Anonyma. Longe ab his receſſit Aldus & Juntae, apud quos lego *ingens iterum & magno ſe extendit ambitu*, *& paludi caeterum exiguo ore conjungitur*. Hoc ſecutus eſt Voſſius relicto Vaticano Codice, quem ipſe *omnium longe antiquiſſimum* dicit, ſubnixus tamen Arundeliano, cui addo duos Pariſienſes. Sed recte, ut jam olim Pintianus, ita & nunc Clar. Gronovius haec rejecit. Nam in quatuor MStis noſtris & Lipſienſi reperi Hermolai lectionem, quod & de duobus Pariſienſibus teſtari poſſum. In Vaticano varia videtur fuiſſe lectio, ſiquidem in eo annotavit Voſſius in Collationibus ſcriptum eſſe *magno*. Sine dubio reperit ſcriptor in alio Codice *magnae*, quod & ego inveni in Voſſiano omnium optimo, qui diſerte habet *ingens iterum & magnae paludi*. Hoc ipſum & in ſuo reperit is, qui Hermolai exemplar contulit. Ut adeo non dubitaverim reſtituere genuinam Melae lectionem, quam Vinetus & Schottus exhibuere, expuncto etiam τῷ *&*, quod Melae ſtylus repudiat, vel non requirit, & ex corruptela ſemel jam coepta videtur ortum, ut alia plura deinceps inde ſunt orta. Certe ab

(1) Sic etiam Oxon. *Et magno ſe extendit ambitu, caeterum exiguo ore paludi conjungitur.* Fl. Optima eſt lectio Florentina. Marg. Crat. Paullo ante in marg. Ed. Hermolai *etiam arctius, quam fuit, in ſpatium exit.*

ab eo Melae ſtylo lacinia Aldi abhorret penitus, quippe quae nihil aliud dicit, quam quod continetur jam eo *ingens iterum*. Rectisſime autem, concinno plane nexu & oppoſitione, dicitur ipſum mare *ingens* paludi *magnae* conjungi, *ceterum exiguo ore*.

l. 35. *Se arctat*] In omnibus, quos adhibui, MStis ſic reperi, excepto Lipſienſi, in quo *coarctat*, quod editi oſtentant, praeter Aldinum & Florentinum. Sed & Vaticanus, & ille cum Hermolai Edit. collatus, lectionem, quam reſtitui, tuentur. Idem ex ſuis quoque jam monuit Clar. Gronovius (1).

l. 41. *In tres partes universa dividitur*] Sequor heic lubens Clar Gronovium, qui ex tribus MStis reſtituit *universa*, & recte explicat. Addo ego omnes, quos vidi, ſex numero, ut & marginem Hermolai Edit. & Codicem Vaticanum ab Ampl. Goetzio collatum, denique Fl. Vinetum (2). Minime itaque crediderim Voſſio affirmanti in hac lectione *univerſum* conſpirare Vaticanum & plerosque ſuos libros. De plerisque ſuis libris, quibus ego nunc utor, quod ait, certisſime eſt falſum, & Viro plane indecorum. Refertur autem *univerſa* ad ſuperiora illa, *Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occaſum*, ſcilicet noſtra Zona habitabilis. Inane eſt, quod opponit Voſſius, rogitans *quaenam ſit ea Zona, quae ab Auſtro in Septentrionem procurrat?* At nemo hoc dicit; ceterum porrigitur haec Zona ab Ortu ad Occaſum inter ultimum Septentrionem & Auſtrum, ſeu ejus Zonam torridam.

l. 46. *Ad Nilum Africam, ad Tanain Europen*] Haec verba uncis incluſi, quia ab ipſo Mela nequaquam videntur, ſed prorſus a Gloſſatore orta, & ita ex margine in textum irrepſisſe, ut ex Vaticano codice liquet, qui ea non agnoſcit, ſed poſtea demum aliunde adſcripta margini oſtentat, ut Voſſius nos docuit. Sed neque in Lipſ. neque in Pariſienſium chartaceo quidem, at neutiquam pesſimae notae, codice illa reperias. Neque vero in duobus ea MStis invenit Ampl. Goetzius. Quod vero idem Voſſius maluit paulo ante *ex adverſo*, pro *ex diverſo*, id vero nullis nec editis,

(1) Unus Pariſ. *coarctat*, ceteri, non *arctat*, ſed *artat*. Et ſic alii in marg. Crat. Eodem modo Lipſ. paullo ſuperius *in artum*, & Oxon. *artius*.

(2) Accedit Oxon. Mox idem, duo Pariſ, ſcriptus, cum quo collata eſt Ed. Hermolai, & alii in marg. Crat. tres vett. Edd. Venetae, & Hermol. *Maecotidam*. Torin. & Norimb. *Meaotidem*.

editis, nec ſcriptis, quos quidem ego vidi, confirmatur. Duos tamen Pariſienſes ſic ſcriptum exhibere hunc locum didici, licet duo alii alteram tueantur lectionem (1). Sed & longe rectius eſt dictum, ac diſertius mentem Auctoris exprimit vulgatum illud, quam quod Voſſius voluit. Lubens tamen ſequor illum in eo, quod voculam *&* ante *ex diverſo* omiſit, quam & a quibusdam MStis abesſe comperi (2), ex varia lectione aut repetitione τοῦ *ex* haud dubie ortam.

## CAP. II.

l. 5. *In latitudinem effundit*] Miror MStos pleroſque ingerere hic nobis *altitudinem* (3). Sed pro argumento id accipio, ex quo liqueat, quam non ſemper illis ſit credendum. Certe Edd. etiam antiquisſimae, Veneta, Vercellenſis, Barbari, Camertis, Aldi, Juntae, Vineti, & aliae exhibent rectius *latitudinem*. Anonymarum tamen una, & Pariſienſis Torini ſequitur MStos.

l. 15. *Ora ejus cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in pelagus*] In nullis ego nec ſcriptis, nec editis reperio voculam *&* (4). Voſſius eam addidit, licet conſtantem & ipſe agnoſcat lectionem, quae eam reſpuit. Tanto magis miror ſecutas perverſam hanc Voſſii conjecturam Editiones ultimas. Quod ſi copula omnino foret opus, opportunius fuisſet legere *cum alveo Nili amnis ripisque deſcendit*, ut hic *Nili* vox aeque ad *alveum*, ac ad *ripas* referatur. Et facilius elidi iſtic potuisſet *que* ſequente *deſcendit*, quam *&* priore in loco. Sed priſcae Edit. Camertis, Vercellenſis, tum Aldi, Juntae, Vineti, Vadiani diſtinguendo ante *ripis* aliter ſe haec accepisſe declarant; nempe, Oram Aſiae cum Nili alveo pariter in *ripis*, vel per *ripas*, hoc eſt, ruptas & praeciſas flumine terras, deſcendere in pelagus. Sic paulo poſt ora Aſiae ad Tanaim dicitur *fieri ripa*. Et cap. 3. *Qua ripa eſt dicti amnis*. Et maxime III. 9. de oris Africae: *Vaſta omnia, vaſtis praeciſa montibus. Ripae magis ſunt, quam littora,*

(1) *Ex adverſo* Fl. Marg. Crat. Mox *quot terrarum jacent* Lipſ. *qui t. ſ.* alii in marg. Crat.

(2) Abeſt a Lipſ.

(3) *Latitudinem* Oxon. quod etiam ex Voſſ. tertio adnotavit Perizonius.

(4) Ante *Nili*. Abeſt etiam ab Oxon.

*littora*, hoc eſt, terrae abruptae. Frequens autem eſt Melae unius fluminis unum etiam latus plurali numero *riparum* deſignare. I. 6. *Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.* cap. ult. *Ripas ejus* (Tanais) *Sauromatae & ripis haerentia poſſident.* II. 2. *Tum Neſtos fluvius, & ripis ejus adjacens Maronia.* III. 3. *Germania hinc ripis* Rheni *obducta eſt.* Neque vero in conſtructione quidquam eſt, quod nos moretur, quum Mela amet hunc elliptici ablativi uſum. Sic cap. ſeq. *Ora ejus forma littorum.* Vide Me iſtic. Non ergo hic auſcultandum Pintiano, aut aliis contra MStos.

l. 21 *Ab eo iterum obliquat ad Boſporum, iterum iterumque ad Ponticum latus curva*] Miror hic ſane incuriam Voſſii, qui in Notis ait Codices meliores legere, *ab eo iterum obliqua ad Boſporum. Iterum iterumque ad Ponticum latus curva*, & addit, *poſtremum hoc verbum in multis libris non comparere.* At τὸ *curva*, quod poſtremum utique eſt, in omnibus plane libris comparet, nec in ipſis Voſſii, neque in Ampl. Goetzii collationibus usquam abeſſe notatur. Verum abeſt a plerisque (1), prius illud in his poſtremis *iterum*. Nam repertum eſt mihi tantum in uno Voſſiano, tum Vaticano, & cum quo collata eſt mea Hermolai editio. *Obliqua* autem in omnibus, praeterquam in Lipſienſi, ſcriptum exſtat, eosque recte ſecutus eſt Vinetus. At Voſſius retinuit *obliquat*, & inculcat in contextum Melae *iterum iterumque*, utrumque contra fidem plurimorum Codicum. Neque vero debuiſſent ultimae Editt. Voſſianam hic ſequi. Mox recepi & ipſe ex Voſſiana *ipſam*, quum ſcripti & Edd. antiquiſſimae habeant *ipſa*, at poſteriores Vercellenſ. Camertis, Vineti, Vadiani, Olivarii, & aliae *inde eam*, neſcio unde. At *compreſſa* pro *complexa*, quod huic loco vel maxime eſt congruens, nusquam mihi occurrit.

l. 29. *In ea primos hominum accepimus ab Oriente Indos, Seres, & Scythas*] Sic vulgo. At ex MStis optimis reſtitue: *In ea primos hominum ab Oriente accipimus Indos, & Seras, & Scythas* (2). Ordinem hunc verborum praeferunt Vaticanus, omnes Voſſiani, Lipſ. ac meus. *Accipimus* habent Vaticanus, Voſſiani duo, & Lipſ. tum antiquiſſimae

(1) Etiam ab Oxon. in quo *abliqua* eſt vitio ſcribentis. Quae de *compreſſa* hic ſcribit Perizonius, ad Appendicem Obſervationum Iſ. Voſſii ad Melam pertinent.

(2) Ab his nihil diſcrepat Oxon. niſi quod *Seres* habet. Lipſ. *primos homines ab Oriente a.* In eo, cum quo collata eſt Edit. Hermolai, non erat *hominum*. *Seras* etiam unus in marg. Crat.

mae Edd. Anonymae, & Venetae, Barbari, Aldi, Juntae, Camertis, Torini, Vadiani. *Et* agnoſcunt omnes ſcripti. *Seras* probant Vatic. & Voſſ. 2. ac Lipſ., quod & voluit Clar Gronovius, atque ex Mediolanenſi Cod. firmavit. *Primos hominum* autem dicit Mela non reſpectu temporis & originis, ſed ſitus & initii Aſiae ab Oriente deducendae. Sic II. 1. *Hominum primi ſunt Scythae*, in Europa ſcilicet ad Tanaim. Et mox cap. 4. *Tum primos ab Oriente Garamantas —— audimus:* quod ultimum ita ponitur, ut hic *accipimus.*

l. 27. *Indi & Scythae ultima*] Ab omnibus, quos habeo, Codd. ut & primis Edd. abſunt illa *& Scythae* (1). Addiderunt ea jam ex Anonymis una, ut & Camers, Vadianus, Olivarius, Vinetus, Schottus. & recte. Nam in ſequentibus nominatim de utrisque agitur, eosque *ultima* Eoae partis incolere oſtenditur. Neque refugit Auctor, ut liquido omnia & diſtincte percipiantur, eadem ſubinde repetere propria nomina. Si quis tamen malit Clar Gronovii conjecturam hic amplecti, legentis *illi ultima*, habebit me non valde reluctantem; licet τὸ *Indi* in omnibus diſertisſime repererim ſcriptum, & pene crediderim, ſi a vulgata recedendum ſit lectione, delendam hic illam *Scytharum* mentionem, ut *ambo* mox de Seribus & Indis ſit accipiendum, quibus jam expoſitis adjiciuntur deinde Scythae ad Septentrionem ſiti. Sed tamen vel ſic praetulerim vulgatam.

l. 30. *Niſi ubi aeſtus inhabitabilem efficiunt*] Neſcio unde hanc hauſerint lectionem Editores. Nam in MSto Voſſiano praecipuo, tum meo, denique Edd. duabus Anonymis, Veneta Barbari, & Torini nota exprimitur ( ꝗ ) quae *quod* ſolet ſignificare. Et ita diſerte prorſus interpretantur Vaticanus & Voſſ. 3., ac Lipſ. (2). At Aldus & Francinus Juntae *qua*. Hoc arripit Clar. Gronovius. Voſſius legit *quoad:* utrumque optimo ſenſu. Lectoris eſto arbitrium. Mox *diu* abeſſe ait Voſſius in quibusdam libris. Sed in praecipuis reperitur; in aliis non tam abeſt, quam corruptum viſitur. Certe in uno Voſſ. pro eo exprimitur

*oram*,

(1) Etiam ab Oxon. & a Fl. in marg. Crat.

(2) Eadem nota eſt in Oxon. *Niſi quod* praeter Vaticanum etiam alius ſcriptus in marg. Crat *niſi qua* F. Ibidem. Perizonius tamen voluerat edi *quoad:* nam ita in margine Ed. Schotti, quam a ſe emendatam typographis exprimendam daturus erat, ſcripſerat. *Quod & quoad* ſaepe permutantur. Vid. Terent. Eun. II. 1. 8 Varr. 1. de Re ruſt 27. Add. Interpretes Ciceronis in 12. Epiſt. ad Attic. 7. & XII. 48. *Diu* habet Oxon.

oram, in Lipſ. eam, in altero Voſſ. ut & in meo oiu, vel eas, vel oni. An voluerunt librarii homini, idque cum proximis prioribus conſtructum? An vero ortum illud ex repetitione proximarum ſyllabarum, hinc unt vel ont, inde eas per errorem facta? Poſſet, fateor, ex hac jam corruptela dein illud diu videri ortum. Sed tamen, quum hoc clare praeferant aliquot MSti notae melioris, & priſcae Edd. omnes, ſed & commodus plane hinc exoriatur ſenſus, neutiquam ego id rejicere velim, nedum Ciacconio auſcultare criſin immodicam hic exercenti. Nam habitarunt quidem Indi ab Oriente uſque ad Indum fluvium: at Indicum pelagus longius verſus Occidentem ſe extendit. Et ideo recte dicuntur Indi *oram Indici maris non totum*, ſed *diu* incolere & occupare.

L. 35. *Ariane*] Vere incerta hic ſunt omnia, ut liquet vel ex tam diſcrepantibus Interpretum ſententiis. Verum haec incertitudo oritur non tantum ex varietate lectionum, quum MSti & primi editi exhibeant *Ariacline*, *Ariadne* (1), *Arianne*, *Ariacne*; ſed & ipſorum veterum, qui in remotis adeo regionibus ſuo loco collocandis ſaepiſſime in diverſa abeunt. Accedit, quod regionibus ad Indi fluminis Occidentem ſitis tribuuntur variae gentes, quarum nomina ab hac Codicum ſcriptura haud longe recedunt: veluti *Ariani*, *Arii*; *Ariaſpae*, *Ori* vel *Oritae*, *Arbies* vel *Arbii*. Quid eliges Lector? Mea haec eſt ſententia Melam, quia quatuor tantum gentes commemorat inter oſtia fluv. Indi, & ſinum Perſicum, nominaſſe igitur potiſſimum eas, quae ibi maxime illuſtres fuere & potentes, ac ſimul latiſſime patentes. Has inter fuerunt *Ariani* latiſſimae regionis, & qui fluv. Indo ad Occidentem, in Oceani potiſſimum littore, fuerunt proximi, ſi credimus Straboni & Plinio, quos inter mediae aetatis fuit Mela. Ille lib. xv. pag. 723. ex Eratoſthene, ὁρίζεσθαι τὴν Ἀριανὴν ἐκ μὲν τῶν πρὸς Ἕω τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ. Sed & ſic Plinius VI. H. N. 23. *Infra haec omnia* (ad ſuperiora Indi fluv. ſita) *ora ab Indi* (ſic enim legendum puto, vulgo legitur *Indo*) *Ariana regio ambuſta fervoribus, deſertisque circumdata, multa tamen interfuſa opacitate.* Liquet ex his *Arianen* fuiſſe Indis, ſeu Indo fluv. proximam in littorali tractu verſus Occidentem. Quam late patens & potens fuerit haec regio, et

(1) In Oxon. & Lipſ. ſed in hoc recentior manus deleverat *d*, & e *Cedroſis* fecerat *Gedroſis*. *Cedroſis* etiam margo Ed. Hermolai.

ex iiſdem Auctoribus aliiſque conſtat, & probavit Salmaſius ad Solinum pag. 794. & 982. Vide & Strabonem lib. xv pag. 729. ubi exponit quam longum ſe extendat nomen *Arianes*. Sequitur hanc *Oritarum* regio, quae & Ichthyophagos continet, & *Gedroſiis*, ut hic apud Melam proxima jungitur. Vide Salmaſium d. l. pag. 1176. & 1177. & Cellarium Geograph. Ant. III. 22. pag. 850. Sunt tamen iſtic etiam *Arbies*, ſeu *Aribes*, ſeu *Arbii*, ſeu *Arabii*. Vid. Cellarium l. d. Ut adeo conſideratis probe omnibus legerim apud Melam: *Indis proxima eſt Ariane, deinde Oritis*, vel *deinde Aribes*, ſeu *Arbies*, *& Cedroſis & Perſis*. In MStis autem omnibus reperi, ut & in plerisque primis Editt. *Cedroſis*, non *Gedroſis*.

l. 43. *Candari*] Adeo corrupta & confuſa hic iterum ſunt omnia, ut nihil certi inde expediri queat, facili librariorum errore in ignotis adeo nominibus. Sed neque multum nos juvant ipſi Veteres inter ſe collati, quum ejusdem, vel non valde diverſi nominis populos alii aliis regionibus tribuant. Unde Ptolemaeus *Maſſagetas* in *Sacis* & *Morgianis*, *Tocharos* in *Bactrianis*, *Tachoros*, qui ſane iidem videntur, in *Sogdianis* ponit. Plinius VI. H. N. 17. de Scythis: *Nec in alia parte major Auctorum inconſtantia, credo propter innumeras vagasque gentes*. Neque vero multi haec ſunt uſus, quum in Hiſtoriis ipſis nulla, vel rariſſima plerorumque hujus partis populorum occurrat mentio. Optimum ergo fuit viſum, ſi bona fide ſcriptorum Codicum lectionem hic exhibeam, ut, qui velit, conferendi eas cum aliis exprompptam habeat facultatem. Sex ergo Codd. quos vidi, ut & ille cum Barbari editione collatus omnes hic nobis offerunt, *Gandaros*, *& Parianos*, *& Bactros*, *Subſianos* (1). *Gandari* Sogdianis a Ptolemaeo VI. 12. a Stephano Scythis adſcribuntur, unde is in v. Ῥῶν dicit eam eſſe urbem τῆς Γανδαρικῆς Σκυθίας. *Parianos* Plinius *Paricanos* nominat. Sed utraque lectione manent aeque iſti ignoti. Vide an ex *Nariacis* vel *Anariacis* fuerint orti. Sed hos Strabo magis ad Occidentem & Hyrcanum mare demittit. Pro *Subſianis* malunt Editores vel *Suſianos*, vel, quod haud dubie rectius eſt, *Sugdianos*. Sequuntur apud Melam *Pharmacotrophi*, ut habent omnes MSti, niſi quod Vaticanus 5. habeat

(1) Sic quoque Lipſ. & Oxon. hos vocant. Sed *b* in *Subſiani* manu recentiore deletum erat in Lipſ. in quo ſequentium populorum nomina ſunt *Pharmacotrophi*. *Bomaraci*, *Choamani*, *Roganes*; in Oxon. *Pharmacotrophi*, *Comare*, *Coamani*, *Raphanes*.

habeat *parmarotroſi*, & nonnulli vocem quaſi in duas ita dividant *Pharma cotrophi*, quod forſan non ita temere factum, quum itidem, ut Nunneſii codex, Voſſianus 3. legat *Fariani Coropli*, Vatic. 3. *Faſſiani Corophi*. Apud Plinium tamen hic una quoque voce memorantur *Harmatotrophi*. *Bomarei*, qui ſequuntur, etiam in Plinii Edd. & hic in Vatic. 4. reperiuntur, at reliqui Codd. Melae ingerunt nobis *Thomarae*, *Chomarae*, *Gomarae*; *Comare*. Forſan *Choraſmii* hic deſignantur, quos *Sogdis*, ſeu Sogdianis jungit Herodotus III. 63. & Dionyſ. Perieg. v. 746. at Plinius Gandaris & Parianis, & quos ceteroqui Mela non memoravit, quum mox ſupra Caſpium Sinum collocet denuo *Comaros*. Plinius tamen hic loci & *Chomaros* & *Bomareos* nominat, ac dein *Choraſmios*. Sed *Chomaros* tuetur & in Bactriana locat Plolemaeus, immo & fluvium iſtic *Chomaram* memorat. *Coamani*, qui Plinio *Comani* (ſed & iſtic in vett. Codd. aeque ac in Mela, reperias *Coamani*) videntur dicti ab *Amano*, Perſarum Deo, cui templum in Sacis conditum video apud Strabonem lib. XI. pag. 50 niſi malis cum Voſſio *Comanos* legere, & ab urbe *Comis*. (Ptolemaeo Κῶμοι) juxta Chomaros in Bactris ſita, nomen illud derivare. Ptolemaeus etiam in Sacis *Comaros* & *Comedas* nominat, quae non longe recedunt a *Comanorum* nomine. At *Ropanes*, ut in ſex legi Codd., ignoti plane ſunt, nec usquam a quoquam Interpretum inveſtigati: atque ideo non improbabile mihi, quod Voſſius acute conjecit *Paropaniſii*, ut intelligantur populi in Septentrionali maris iſtius latere habitantes, quibus fere *Dahas* ſubjicit ad Occidentem Ptolemaeus.

l. 45. *Dahae ſuper Scythas*] Longe majoris momenti eſt vera hujus loci lectio & diſtinctio. Peſſime enim in omnibus, quas contuli, Edd. praeter Vineti & Venetam (1), maxima diſtinctione a ſuperioribus ſeparantur, *ſuper Scythas Scytharumque deſerta*, & cum ſequentibus conjunguntur per voculam *ac*. Debuiſſent hic utique obtemperaſſe Pintiano, veriſſime monenti conjunctim haec cum ſuperioribus ſcribenda ac dein legendum *At ſuper Caſpium*. Hoc licet ipſe rerum & ſcripturae ordo expoſtulet, nemo tamen praeter Vinetum accepit. Voſſius *at* recepit, ſed reliqua corrupit turpiter prorſus, dum legit & edidit propria periodo, *ſuper Scythae*, quod factum ſine ullo MStorum conſenſu, in quibus

(1) Adde Torinianam & Norimb, quae tamen retinent *ac*. *Scythas* etiam Oxon.

bus omnibus, aeque ac in editis, reperi *Scythas*. Ipſe tantum uno nititur Vaticano, quem tamen non *Scythae*, ſed *Scytha* habere ait. Tanto magis miror ſuſtinuisſe ultimas quoque Edd. inſcitam hanc & perverſam Voſſii conjecturam in textum admittere. Quae vero Pintianus, Ciacconius, ac Nunneſius de vocibus *ſuper* & *ultra* notant, parum mihi ſe probant, & recte Pintianus agnoſcit haec non eſſe perpetua. Etenim utraque vox a Mela adhibetur maxime ad notandum progresſum in ea linea, vel ſerie, quam ſibi propoſuit. Manifeſtum id ex hoc ipſo Capite, ubi ab Oriente ad Occidentem, linea per Septentrionem ducta, primi memorantur *Scythae*, tum *Caſpiani* illis proximi, *ultra* hos *Amazones*, & *ultra* has *Hyperborei*. Ubi non ad Septentrionem ſupra Caſpianos declarantur ſitae Amazones, ſed ad Occidentem in eadem fere linea progrediendo: nam hae ſunt Amazones, non illae in Cappadocia habitantes, ſed in Septentrione, quae a Plinio VI. 13. & ipſo Mela III. 5. ideo dicuntur *Amazones Sauromatides*. Similiter & Hyperborei eadem ratione verſus Occidentem tendebant ultra Amazonas. At e contrario *ſuper* hic quidem notare videtur populos in interiora terrarum ab *Scythis*, a *Caſpio ſinu*, ab *Amazonibus & Hyperboreis* tendentes; ſicuti mox Parthi & Asſyrii *ſuper Perſicum ſinum esſe* dicuntur. At aliunde ſatis liquet ſimplicem notare progresſum quamcumque in partem. Sic II. 6. in Hiſpania littus legens ad Mare Mediterraneum, initio a Pyrenaeis ducto, nominat primo Cervariam, Emporias &c. inde Tarraconem, quam Sulcis fluv. attingit, tum addit, *ſuper ingens Iberus Dertoſam attingit*, hoc eſt, ulterius littus legendo verſus Occidentem. Manifeſtum ex eo perperam hic Ciacconium, &, qui eum & Nunneſium paulo poſt ad vs. 42. clam compilavit, Voſſium tradere *ſuper* non dici de illis, qui littora tenent, ſed tantum de illis, qui interiores terras incolunt. Rurſus II. 7. poſt enumeratas jam Aegaei maris inſulas pergit: *Super eas jam in medio mari Crete.* Et III. 1. in Hiſpania exteriore littoris Occidentalis, *Cetera ſuper Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi*, hoc eſt, cetera, quae ſuper jam memorata in iſtius littoris ſunt progresſu. Ita vero & hic notat τὸ *ſuper* utrimque ab littoribus Aſiae progreſſum in ejus interiora. Ceterum in Voſſ. 1. & eo, qui cum Barbari Edit. eſt collatus, reperi *ad ſuper Caſpium*, in alio *at ſuper Caſpium* (1). Sed

(1) Hoc ex Voſſiano 2. adnotarat.

& ita in eo ſcriptae ſunt *c* & *t*, ut vix diſtingui poſſint; unde error eſt ortus. Certiſſimum enim eſt legi debere *At ſuper*.

l. 48. *Iberes*] Omnes, quos confero, Codd. habent *Iberi*, vel *Hiberi* (1). Neque aliter editi ante Voſſium, qui primus mutavit ſine cauſa. Sed & omnes habent non *Caduſii*, ſed *Caduſi*, quod & Hermolaus exhibet, ac Veneta, & duae Anonymae.

l. 49. *Cimmerii, Ciſſianthi, Achaei*] Profecta ſunt haec a Voſſio. Priores Edd. habent *Cimmerii, Scythae, Heniochi*. Unde acceperint *Scythas* neſcio, niſi forte ex Plinio: nam in nullis inveni Melae Codd. Hi enim conſtanter ſatis legunt *Cimmerii, Ciſſi*, vel *Cyſſi* (2), *Anthiachae, Georgili*. Voſſius vero ſuam ex Nunneſii Notis arripuit emendationem, auctoritate Plinii adjutis, qui lib. VI. 13. *Ultra eos* (Hyperboreos & Arimphaeos) *plane jam Scythae, Cimmerii, Cicianthi, Georgi*. At quinam ſunt *Cicianthi* vel *Ciſſianthi*? Nusquam alibi reperiuntur, rejecti idcirco etiam ab ipſo tandem Nunneſio. Quid ergo? Legendum videtur in Mela, ſimul & Plinio *Cimmerii, Zygi* (unde Melae & Plinii Codices fecerunt *Cici* & *Cyſſi*) *Heniochi, Georgi*. Sed de his mox agemus. At Ζυγοὺς, & hinc Ζυγιανοὺς memorat Stephanus Byzant. & collocat ad *Boſporum Aſiae*. Sed operae pretium eſt ut audiamus Strabonem, qui lib. II. pag. 129. & XI. pag. 492. poſt Boſporanos in Aſia collocat *Achaeos, Zygos, Heniochos*, dein *Colchos ſub Caucaſiis & Moſchicis montibus*. Neque tamen, ſi quis malit reponere in Mela & Plinio *Zygiani, Achaei*, quae poſterior vox videtur ſane latere in poſteriore parte τοῦ *Anthiachae*, multum refragabor. Forſan & huc pertinent Ζίγχοι, quos Ptolemaeus X. 9. apud Maeotim in Aſia ponit, ſed quod nomen ex Ζυγοῖς videtur corruptum. Tum Κισσιανοὶ, quos Euſtathius ad Dionyſ. v. 820. ſupra Armenios & Matianos locat. Nulli enim alii iſtic *Ciſſii*, vel *Ciſſiani*. Fuit quidem illius nominis populus in Suſiane, ſed quae longiſſime hinc eſt remota. Ceterum de *Zygis* videndus ipſe Dionyſius v. 687. ubi eos *Zygios* nominat, & poſt *Cimmerios, Cercetas, Achaeos, Heniochos* memorat.

l. 50. *Georgi*] Nusquam hi, in hoc certe tractu memorantur, niſi apud Melam & Plinium, ut monuit jam Nunneſius.

(1) Voſſ. 2. *Iberii*. Lipſ. *Hiberii*. Voſſ. 4. *Hyberii*. Oxon. *Iberi*.
(2) *Cyſſi* ſolus Voſſianus 1. ceteri, & Lipſ. Oxon. marg. Hermolai *Ciſſi*.

neſius. Nec abſurdum, quod ille ſuſpicatur, fuiſſe non tam Gentis nomen, quam certorum Scytharum, qui non tam Nomadicae vitae, quam agriculturae ſe dediderint. Certe enim ita Maeotas Strabo XI. pag. 494. diſtinguit in *Nomadas* & *Georgos*, & ipſe Mela Scythas Europaeos II. I. de quibus & Strabo videndus VII. pag 311. Sed tamen quum hic MSti habeant *Gorgiti*, *Gorgili*, *Georgili* (1), *Georgilli*, & proprium certae Gentis nomen hic deſideretur, Vix dubito quin legendum ſit *Gorgippi*, qui, pars ultima Sindicae, *Achaeis*, *Zygis*, *Heniochis* junguntur a Strabone XI. pag. 495. Hinc Stephanus Byzant. Γοργιππιὰπολις Ἰνδικῆς. Sed legendum iſtic Σινδικῆς certiſſimum.

l. ead. *Coraxi* ] Sic Voſſius & ultimae Edd. Sed MSti legunt conſtanter *Corſitae*, vel etiam *Chorſitae*. Vix itaque dubito quin recte correxerit Pintianus *Cercetae*, vel *Cercetii*, qui a Strabone, Plinio, Ptolemaeo, Dionyſio Perieg. immo ipſo Mela infra cap. 19. proxime juxta *Heniochos* & *Achaeos* collocantur.

l. 51. *Pterophori* ] Nihili haec vox eſt, excogitata primum a Nunneſio, & inde hauſta a Voſſio. At MSti habent *Phoriſtae*, quod & ipſum omnium conſenſu eſt corruptum, quum nullus iſtius nominis populus apud quemquam reperiatur. Et tamen MSti in perverſam hanc lectionem conſpirant, niſi quod Vatic. 3. legat *Phorſitae*. Hinc ſuſpicio mihi oborta, eſſe id forſan ex varia lectione vocis proxime praecedentis *Corſitae* vel *Chorſitae* ortum, utrumque vero, licet aeque corruptum, in textum dein illatum. Sed tamen non opus putem eo decurrere, & legendum vel *Opharitae*, quos ex Plinio VI. 7. ubi is de Aſiaticis gentibus circa Maeotin agit, hauſit Nunneſius, ſed & rejecit; vel potius *Toreatae*, quos Strabo, & ipſe Mela cap. 19. inter Maeoticas gentes a Boſporo ad Tanain, ſupra Sindos & Cercetios opportuniſſimo nobis tractu collocat. Plinius VI. 5. in extremo, Stephanus Byzant. ac Dionyſius v. 682. *Toretas* vocant, & juxta *Pontum* & *Cercetas*, vel *Cercetios*, interque eos & *Achaeos* ponunt. Nam apud Dionyſium pro Κερκέτιοί τέ, Ὀρέται τε, καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοὶ, legendum eſſe Κερκέτιοι, Τορέται τε, καὶ ἀ. Ἀ. oſtenderunt jam eruditi ejus Interpretes. Ptolemaeus quoque in hoc tractu memorat v. 9. Ταρετικῆς ἄκρα, pro quo recte Interpretes Τορετικῆς. Ceterum nihil propius *Phoriſtis*, iſti certe loci, reperiemus.

l. ead.

(1) Ita Oxon. & mox *Corſithe*, *Foriſte*, *Rimphaces*.

l. ead. *Riphaes*] Hoc ipſum quoque ex Nunneſio ſumpſit, & ſibi vindicavit Voſſius. Ille vero ex Stephano id arripuit, qui in v. Ῥιπχία ſic appellari ait montes Hyperboreorum, unde gentile formetur Ῥιπαῖος, & dein Ῥιπαιεύς. At quum MSti hic omnes, quos, & quorum collationes vidi, legant *Rimphaces*, mihi proximum vero videtur reſtituere hic loci *Arymphaeos*, litera tantum *A* praemiſſa, & *ce* in *eo* mutatis, quod facillime fieri potuit. Ipſe Mela cap. 19. in extr. eos memorat, infra montes Rhipaeos. Similiter Plinius VI. 13. proxime ſupra *Cimmerios*, *Ciſſianthos* (Zygios, Heniochos) *Georgos* ponit. Sunt tamen magis remoti verſus Septentrionem, ſed infra Hyperboreos & Rhipaeos montes. Et videtur Auctor ex illis populis, qui eo usque excurrunt, hos ſolos nominasſe, quia maxime illuſtres erant propter morum ſanctimoniam. Vid. infra d. l. ſi quis tamen ex Ptolemaeo *Tyrambae*, qui inter Maeotidi vicinas gentes ab eo collocantur, maluerit, per me liceret, niſi longius a ſcripta hic lectione abirent.

l. 52. *Mati*, *Antibarani*] Sic omnes MSti (1), & Edd. antiquisſimae, niſi quod nonnulli Illorum aſpirationem literis addant, nonnulli etiam legant *Antibazani* facillimo inter *R* & *Z* lapſu: Harum Veneta, tum Aldina & Juntina *Mari* perperam legant. Recte hinc formavit Nunneſius *Matiani*, *Tibarani*, quod Voſſius arripuit, & pro ſuo nobis venditavit parum decore. Nihil certius hac conjectura puto, quum eo nos ducant ipſae literae MATIAN TIBARANI. Neque movere quemquam debet, quod ceteroqui poſteriores *Tibareni* dicuntur, quum promiſcue hae formae in iisdem vocibus ſaepe adhibeantur. Quin illud ipſum *Ibarani*, quod hic ſubſtituitur, ſi maxime genuinum esſet, quod non eſt, idem utique hic dicendum foret, ſiquidem in loco Stephani, quo uno probari posſe creduntur, legitur *Obareni*. *Tibaranos* vero reperias apud Ciceronem Famil. XV. 4. ſi non eosdem plane populos, at ejusdem haud dubie nominis & originis. Sic Euſtath ad Dionyſ. v. 767. οἱ Τιβαρηνοὶ, οὓς ἡμεῖς Τιβρανούς φαμεν. Sed & ipſe Strabo lib. 11. pag. 129. Τὰ Τιβαρανικὰ ἔθνη iſtic memorat, ubi habitarunt Tibareni. Quin diſertisſime utique Stephanus in v. Βόσπορος cum alia nomina, tum hoc ipſum *Tibaranos* & *Tibarenos* promiſcue dici nos docet. Vide & mox *Matianos* & *Matienos*. Sed vel

(1) Etiam Oxon, *Mari* Edit, Hermolai, *Mardi* Camers, & poſt eum alii.

vel maxime ſitus gentium confirmat hanc lectionem. Etenim *Matiani* inter Mediam & Armeniam exſtitere, atque ideo a nonnullis Mediae verſus Occidentem tribuuntur, Strabo XI. pag. 509. qui tamen & a Medis diſtinguit pag. 514. & 523. & lib. I. pag. 49. ut & Stephanus. Alii Armeniis eos jungunt ſupra Euphratem, Dionyſ. Perieg. vs. 1002. & ibi Euſtathius, quem & vide ad vs. 820. Herodotus I. 72. eos ad fluv. Halyn fere extendit, & appellat cum iſtic, tum VII. 72. aeque ac Dionyſius, *Matienos*, alibi etiam *Mantienos*, ex quorum montibus oriri ait Gynden & Araxen, cap. 189. & 202. Vide & Cellarium III. 18. In eodem jam tractu *Tibareni* egerunt prope Trapezuntem, Strabo XII. pag. 548. & 555. & prope Chalybas, Dionyſ. v. 768. Stephanus Byzant. & ipſe Mela I. 19 Dicuntur autem hi populi & ſequentes pariter jam ſiti *ubi in noſtra maria tractus* Aſiae *excedit*, hoc eſt, ubi jam Aſia procurrere incipit verſus noſtra maria, inter meridianum latus Euxini, & Cyprium ac Pamphylium, usque in Aegaeum. Editur *atque ubi in noſtra*, at in Voſſ. 2, deeſt *ubi*, in alio legitur *niſi*. An voluit Auctor? *utque in noſtra*, &c.

l. ead. *Et notiora jam nomina Medi*] Valde hic miror Voſſium, qui temere prorſus huc intrudit *Amardos*, unius atque alterius Codicis auctoritate, in quibus *A* ex ſuperiori voce videtur repetitum, & inde factum poſtea *Amardi* pro *Amedi*. Certe ego clariſſime in ſex MStis & Ampl. Goetzius in quatuor Vaticanis ſcriptum reperit *Medi* (1), cui lectioni ſuffragantur etiam antiquiſſimae Edd. Unus tamen ex Vaticanis, ſed inferioris notae, praefert Voſſianam. Sed & requiruntur hic *notiora jam nomina*, ſicuti & ſunt ſequentia, praeter *Murranos*, quod omnium conſenſu eſt corruptum.

l. 54. *Murrani*] In Voſſ. 1. exſtat *Mirorani*, in 2. *Maurani*, in uno ex Vatic. *Nurari*, in reliquis *Murrani*. At vitioſa eſt haec vox, certe minime nota. Proximum vulgatae ſcripturae *Muriani*, quod Clar. Gronovius poſt Vadianum ex Ptolemaei Armenia minore, cujus praefecturam ille nominat *Murianen*, eruit, & cum *Gurunis* comparat, quos Strabo lib. XI. pag. 531. ſupra Armeniam prope Medos collocat. ſed neutrum eſt ejus generis nomen, ut inter *notiora*

(1) Nec aliter Oxon. Idem & Lipſ. *Armeni*, quod etiam Torin & Norimb. Edd. dederunt.

notiora referri poſſit. Longius recedit a Codd. ſed notius vere eſt nomen *Maryandini*, quod Voſſius maluit. Nec multum me movet ordo ſitus, quem Mela non ita accurate ſemper obſervat. Vide mox hoc ipſo Capite Nunneſium de Lycia & Pamphylia. Certe melius his nihil habeo, niſi quis praeferat *Moſſynas*, qui in hoc tractu habitarunt, & ſatis fuerunt celebres, atque a Mela ipſo cap. 19. deſcribuntur, dicti ab eo *Moſſyni*, quod & fit à Plinio VI. 4. qui *Tibarenis* proxime jungit. Alii eos *Moſynaecos* appellant. Judicet Lector. Ego facile aſſentior Pintiano hoc ὀβελίζοντι. Ceterum ſequens nomen *Veneti* in omnibus Codd. ſcriptum reperi *Vegeti* (1), quod vitioſum haud dubie; unde tamen ortum ſit, divinare nequeo. Conjectent acutiores.

l. 55. *Gallograeci*] Non debuerat jactari nullum MS. Codicem integrum hoc agnoſcere, etiam poſtquam Voſſius in Appendice diſerte affirmaverat in ſuo optimo Codice integris literis id exſtare: quod verisſimum eſſe hiſce oculis ipſemet vidi (2). Forſan in aliis excidit τὸ *Gallo*, quia unica litera G fuerat notatum, quum ſatis cogniti Romanis eſſent *Gallograeci*, in Ponticis his ſiti.

l. 57. *Eaedem gentes interiora littora tenent*] Mira ſane res eſt, quod MSti legant *eaedemque*, vel *& denique*. Priorem lectionem ſequuntur antiquisſimae quaeque Edd. etiam Juntina, ut ex ea proinde aliud quid exhiberi non debuerit (3). Camers, Vadianus, aliique dein recte emendarunt *eaedem*, quod verisſimum eſt. Τὸ *que* videtur ortum ex *denique*, quod ita, ſed certisſimo errore, primum fuerat ſcriptum ab iis, qui *eaedem* obſcure exaratum repererant. *Eaedem* vero *gentes* ſunt, quae Indis proximae littora maris Indici usque ad ſinum Perſicum habitabant, & quas initio hujus Capitis jam expoſuit Auctor, quae ſint. Hae ipſae nunc dicuntur etiam *interiora littorum* tenere, ſeu mediterranea Aſiae, in meridiana ejus parte. Perperam ergo ultimae Edd. usque a Voſſio exhibent *interiora & littora*, quod ipſum tamen

(1) Sic quoque Oxon. & Edd. Vett., quas vidi. Voſſius, an alius, primus ediderit *Veneti*, non ſcio.

(2) Credibile eſt etiam ita fuiſſe in ſcripto, cum quo collata eſt Editio Hermolai, in qua eſt *Gallograeci:* nam qui collationem illam inſtituit, ad hanc vocem nihil adnotavit, quum alioqui ne minutisſima quidem praeterierit. In Lipſ. manus recentior adſcripſerat *Gallo*.

(3) In ea eſſe *eae denique* ſcribit hic Clar. Gronovius. Sane Juntina anni 1526. habet *eaedemque*. Sic quoque ea, quae A. 1519. prodiit. In duabus Camertis Edd. quae nullum loci, anni, & typographi indicium habent, eſt *eaedemque*, nec non in ſcripto Oxon.

men ille ex Ciacconio clam ſumpſit. Etenim littora jam ante in hoc utique Capite perſecutus fuerat Mela usque ad ſinum Perſicum. Perperam & Vinetus edidit *eaedem gentes: quae interiora littora tenent*, contra fidem codicum; ſed hauſit id ex Salmanticenſi Editione. Nunneſius haec exponit de littoribus interioris, ſeu Mediterranei, maris, ſed pesſime nam eo nondum pervenerat Mela. Quocirca uni asſentior ſine ulla haeſitatione Pintiano legenti *interiora littorum*, quod ſcriptum fuisſe videtur *littorū*, vel, ut ſolet, *littoru* (ω), unde alii fecerunt *littora*. Voſſ. 3. *littora* (1). Modeſtius hoc puto & rectius, quam prorſus exturbare hinc *τὸ littora*, quod Idem Pintianus ſuſpicabatur faciendum, & arripuit Schottus. Fateor, ſi abſit, non deſiderem. Sed tuentur omnes MSti, qui & *τὸ tenent* ſervant: unde mirari ſubit, quid impulerit pleraſque primas Edd. illud ut omitterent.

l. 59. *Super illum alterum Babylonii*] Sic MSti & priſcae Edd. niſi quod illorum nonnulli pro *alterum* legunt *alium*. Diverſis tamen conjecturis haec tentarunt Pintianus, approbante Ciacconio, & Schottus. At vulgatam olim defenderunt Nunneſius, Holſteinius (2), & eos clam compilans ſuo more Voſſius. Verum quicquid illi dicant, minus accurate ſic locutus eſt Mela. Nam revera Babylonii ſuper Perſicum potius, quam ſuper Arabicum habitarunt ſinum, ab eo diſcreti Arabia Petraea, quae ad ſuperiora iſtius ſinus eſt ſita, atque adeo ſatis longe remoti non tam verſus Septentrionem, quam Orientem. Neque vero *Arabibus* illi fuerunt *proximi a Septentrione*, ut ait Holſteinius, ſed ab Oriente. Quin ipſe Mela III. 8. multo rectius utrumque ſinum deſcribit, & eorum accolas etiam *ſuper* eos. Sed tamen videtur vere ita heic locutus, quia Babylonios ceteroquin hoc capite nuſquam nominaverat, nominavit autem jam

(1) Et Oxon.
(2) In Obſervationibus ad Caſtigationes Pintiani, puto, ubi haec leguntur: *Ego nequaquam mutaverim vulgatam lectionem. Nam certum eſt, cum de Mediterraneis agat Mela, non recenſere gentes, quae proxime utrumque ſinum cingunt, quas jam ſuperius commemoravit, ſed eas, quae ſunt ſuper Perſas & Arabas, dictorum ſinuum accolas.* Super Perſas *igitur ponit Parthos & Aſſyrios*, ſuper Arabes *Babylonios: nam ut iſti Perſis, ſic hi Arabibus a Septentrione proximi, atque ita ab altera parte ſinus Arabici* ſuper Aethiopas *Aegyptii. Intelligit autem Aegyptios ſuperiores: inde ad oram interni maris accedit. Schottus peſſime locum tractat: qui Arabes hic iterum inſerit.*

jam *Arabas*, & mox iterum nominabit, ut & *Syros*, q[ui] proximi huic ſinui verſus Septentrionem & Orientem, poſt quos demum Babylonii. Ergo hoc potius hic expreſſit, quam illos, de quibus alibi in hoc capite ex profeſſo egerat, & acturus erat. De voce *ſuper* vide me in ſuperoribus.

l. 61. *Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii poſſident*] Omnes Voſſiani, tum Meus, & quos Ampl. Goetzius contulit, ut & cujus excerpta in margine Edit. Anonymae, ſeu Hermolai invenio (1), habent *ripis*, ſolus Lipſ. *ripas*. Non multum interduim utro legatur modo. Sed tamen illud, quod & in omnes, priſcas, poſtremas, Edd. eſt receptum, longe concinnius puto, quam ſi *τὸ proxima* ad ſolum referatur *mari*. Neque hic agitur de Terra ad utrasque Nili ripas ſita, ſed de ea tantum, quae cis Nili ripas ex Aſia reſtabat. Unde ſupra hoc cap. *Oram ejus* (Aſiae) *cum alveo Nili ripis deſcendere in pelagus* ait. Et cap. 9. ubi Aſiam ex profeſſo deſcribere incipit Mela, ejus *primam partem Aegyptum* dicit, & *Africam* quoque cap. 4. *Nilo terminari ab Orientis parte*. Qui vero ripis proxima, etiam ipſas ripas poſſident. Nam & *ripas* in plurali etiam de uno fluminis latere dici, jam ſupra oſtendimus. Dein omnes iterum MSti, etiam collati, habent *proximo*, praeter Lipſienſem, qui diſerte exprimit *proxima*. Edd. priſcae, Hermolai, Aldi, Juntae, Vercellenſis, legunt *proximi*. At reliquae omnes, etiam Anonymae, & Veneta antiquiſſima, tum Camertis, Torini, Vineti, &c. receperunt *proxima*, quod & veriſſimum eſt. *Proximo* videtur ortum ex errore librarii, qui ſcripſerat, quod & reperi in Voſſ. 2. *ex mari proximo*. Denique *Aegyptii*, licet ab omnibus agnoſcatur, ex gloſſa ortum, vel ex eadem voce paulo prius poſita repetitum cenſeo. Nec enim Melae ſtylus ita ſupervacua plane admittit. Schottus male expunxit prius *Aegyptii*, & hic *iidem*.

l. 69. *Omnes uno nomine Pontici dicuntur*] Recte Clar. Gronovius monuit a MStis abeſſe ultimam vocem. Nam & ego in nullis eorum, quos vidi, praeterquam in uno Voſſ. 3. (2) qui deterioris eſt notae, eam deprehendi, neque Ampl. Goetzius in praecipuo Vaticano, neque in ſuo is, qui Hermolai Edit. contulit. Sed neque ſenſus, neque Melae

(1) Nec non Oxon. qui etiam *proximo* habet.
(2) Cum eo conſentit Oxon. Idem mox cum vulgatis *omnes uno nomine*.

Melae ſtylus eam deſiderat. Nec denique agnoſcit eam elegantisſimus Vinetus. Reliqui Editores quo jure eam receperint, viderint ipſi. Recte etiam Voſſius alio ordine, *uno omnes nomine*, haec ſcribi in Codd. tradidit, quod & ego in omnibus ita ſcriptum reperi.

## CAP. III.

l. 4. *Ora ejus forma litorum a Tanai*] Multum ſuſpicionis parit, quod ab omnibus MStis noſtris, etiam Vaticano primo atque optimo, ac Lipſienſi (1), atque ideo etiam a primis Edd. abeſt praepoſitio *a*. Hinc nonnullae Edd., Anonyma, Aldina ac Juntina exhibent nobis, *Ora ejus forma littorum. Tanais ad Helleſpontum.* Sed in eo nullus eſt ſenſus. Neque enim ad Tanaim referri poſſunt, quae hic dicuntur. Ciacconius & Schottus deleri volunt, alter *forma littorum*, alter *ora ejus*. Ego potius crederem aliquid amplius hic excidisſe. Poteſt tamen recepta jam dudum lectio etiam recte explicari, non quidem ut voluit Vadianus, *Ora ejus eſt forma littorum a Tanai*, ſed ut *forma* poſitum accipiatur pro *in forma*, & ſenſus ſit, Ora Europae in forma littorum a Tanai ad Helleſpontum contrariis littoribus Aſiae ſimilis eſt. Solet ſic Mela uti ablativis ellipticis, ut mox, *qua Propontidi & Helleſponto latere adjacet*, ubi Ciacconius τὸ *latere* itidem ejicit, ſed male. Et ſupra cap. 2. *Ora* Aſiae *cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in pelagus.* Infra cap. 9. *Eteſiae actas a Septentrione nubes ſuper principia Nili imbre praecipitant.* Mox pro *qua*, *qua*, *qua*, toties habent Voſſiani omnes, praeter quintum, qui ab hoc capite incipit, vel diſerte *quia*, quod ideo una ex Anonymis eſt ſecuta, vel *quae* (2). Etiam Vaticanus habet notam poſterius hoc notare ſolitam, ſed quod indicio eſt MStos Melae valde esſe corruptos. Quaedam etiam Edd. contra fidem Codicum legunt mox, *qua flexum paludis ad Boſporum redigit*, *qua Ponto*, *Propontidi & Helleſponto:* quod viderint Editores, inter quos ipſe eſt Vinetus, & Camers, & unus ex Anonymis, qui probent. Ciacconius recte haec rejicit, &

(1) Et Oxon.

(2) Voſſ. 1. 3. & Oxon. omnibus locis *quia*, Voſſ. 2. 4. priore loco *quia*, deinde bis *quae*. Codex, cum quo collata erat Edit. Hermolai. *qua* - *q2* - *q2*. Edit. Torini omnibus locis *quia*. Norimb. bis *qua*, tertio loco *quia*.

& conjectura ſane non inepta tentat. Nam & ego in Codd. (1) *Ponticum* reperi, ſed & in pleriſque primis Edd. Anonymis, Veneta, Aldina, Juntina, Toriniana, Vercellenſi. Sed tamen quia Voſſ. 1. & 2. *Pontum* retinent, & quia ſaepe in his eſt peccatum, unde paulo ante pro *ad Helleſpontum* plerique Codd habent itidem *Helleſponticum* (2), retinui & ego *Pontum*. *Fluctibus*, quod dein reperiſſe ſe ait in Vaticano Voſſius, ego in nullo reperi, quum omnes tam ſcripti, quam editi, quos ego vidi, tueantur *Frontibus*.

l. 13. *Qua procurrit*] Neſcio profecto qua fide Voſſius in Appendice affirmet, voculam *qua* in melioribus libris exſtare, quum ego eam in omnibus deſiderari deprehenderim, etiam ipſis Voſſianis, praeter unum chartaceum, & ſerioris ſcripturae codicem, qui tamen legit *quae procurrit*; etiam ex ejus Collatione in Vaticano optimo, & alio vet. Cod. (3). Sed & in Edd. Anon. ac Torini. Aliae antiquiſſimae legunt *quae procurrit*. Reliquae dein *qua procurrit*. Sed & rectiſſime diſtinxerunt haec omnia jam olim unus ex Anonymis, Camers & Vinetus, ne quis putet hanc novam eſſe diſtinctionem, aut ab ſe nunc demum inventam. Retinui & ego eam. Vocula *qua* per negligentiam librariorum videri poteſt excidiſſe, ut paulo ante praepoſitio *a*. Sed ſi omitti debeat, ſequar tunc alteram diſtinctionen Clar. Gronovii, in quae itidem praeëuntem ſibi habuit Torinum. Eam ergo, ut MStis proximam, recepi in textum. Sed, ut verum fatear, delere malim etiam ipſum illud *procurrit*, ut ex inepta ortum gloſſa, quia legebatur *ad Septentrionem*.

l. 19. *Graji Tyrrhenum*] MSti omnes (4), etiam Vaticani, his praemittunt voculam *quem* mirifico errore contra Grammaticam. Editiones primae, ne a Priſciano ſibi dica ſcriberetur, maluerunt *quod*. Sed rectius poſteriores omiſerunt utrumque, id quod & ſenſus & Melae ſtylus poſtulabat. Similiter MSti, & iterum male, pro *Tyrrhenum* ingerunt

(1) In Voſſ. 3. 5. Lipſ. & ſuo. quibus accedit Oxon.

(2) Hoc adnotarat e Voſſ. 1. 3. Lipſ. & ſuo. Adde Oxon. qui ſimiliter in fine praecedentis Capitis habet *usque ad Helleſponticum*, & *circa Ponticum*. Et mox hoc Cap. *ab Helleſpontico latere*, quod etiam in Voſſ. 5. eſt. In Camertis Edd. legitur quidem *ad Boſphorum*, ſed non item *Ponto*, quod & ab omnibus ſcriptis abeſt. *Frontibus* habet etiam Oxon. Pro *in alium ſe magnis frontibus evehit* ex Voſſ. 1. 2. 4 Lipſ. & ſuo *ſe in altum m. f. e.* volebat edi Perizonius. Conſentit margo Ed Hermolai.

(3) Deſideratur etiam in Oxon. & eo, cum quo collata eſt Ed. Hermolai.

(4) Abeſt tamen ab eo, cujus variae lectiones in marg. Ed. Hermolai ſcriptae ſunt: Sed in eo erat *Graeci*. Mox Oxon. *Tirenum*.

gerunt hic nobis *Tyrrhenicum*, praeter Voſſ. 4. qui illud retinuit.

l. 21. *A Tanai in media*] Recte ſic emendavit Vinetus, Ciacconius, & ex eo accepit Voſſius. Ceteroqui MSti *a Tanai media*, vel *ad Tanaim media*. Prius ſecutae ſunt primae Edd. Unus ex Voſſianis, chartaceus quidem, ſeu quartus, ſed neutiquam pesſimae notae *a Tanain media*. Hinc patet fons & origo vitii. Scilicet pro *Tanai in* ſcripſerunt *Tanain*, vel *Tanaim*. Sic excidit vocula *in*. Alii dein fecerunt *ad Tanain*.

l. 22. *Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia. Huic Macedonia adjungitur*] Quas hic lites ſerunt Viri Doctisſimi de diſtinctione, utrum maiore, an minore, haec membra ſint ſeparanda, nullius profecto ſunt momenti, quum ſenſus utroque modo ſibi ſatis conſtet. Vellem potius nos docuisſent, quo ſubſidio nitantur illa, *Huic Macedonia*, niſi conjectura Pintiani (1), quam adoptavit Schottus. Ceteroquin omnes MSti, *Hinc in Aegaei partem pertinens* (*procedens* Voſſ. 2.) *Thraciae ac Macedoniae adjungitur*. Neque aliter primae Edd., quas vidi, omnes etiam Olivarii ac Vadiani, niſi quod quaedam pro *pertinens* nobis obtrudunt *continens*. Quocirca quum animum ad haec ſerio attenderem, volebam, *Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia Macedoniae adjungitur*. Sed vidi haec jam ita emendaſſe praeclarum Vinetum, cujus auctoritate inductus etiam in textum haec recepi, praeſertim quum proxime accederent ad MStos, & priſcam lectionem.

l. 28. *Haec in Occidentem denique etiam*] Pleraeque Edd. priſcae nobis exhibent τὸ *denique*. Nec repudiaverim Latinitatis nomine: nam ſic pasſim Florus & alii, etiam de duabus tantum rebus. Tanto magis miror Pintianum maluisſe pro eo *eademque*, Ciacconium vero & Schottum *dehincque*. MSti autem omnes (excipio iterum Voſſ. 5. chartaceum, qui retinet *denique*) etiam collati legunt *diuque*, optimo ſenſu. Secuti ſunt eos Editores, Anonymus, Tolinus, Vinetus, denique Voſſius & Gronovius. His ut me adjunxerim fecit MStorum conſenſus. *Diverſis* autem *frontibus* hic neutiquam cum Ciacconio interpreter de Septentrione & Meridie, ſed de Septentrione & Occidente.

l. 31.

(1) Etiam Oxon. Mox Voſſ. 3. & Perizonian. *Aegaeumque Ionio mari dirimit*, ubi alii *ab Ionio mari*. Oxon. *Aegaeum ac Ionio dirimit*, cum gloſſa inter verſus l. *mari*. quae forſitan vera ſcriptura eſt. Virgilius IV. Aen. 211. *Inſulae Ionio in magno*. Horat. II. Carm. 16. 1. *In patenti Prenſus Aegaeo*. Add. Propert. III. 9. 71. & Ovid. IV. Faſt. 565.

l. 31. *Hac neque promiſſa*] Miror hic pertinaciter adeo inter ſe diſcrepare MStos & Editiones. Illi omnes reliquerunt nobis *permiſſa*: at Hae a primis ad poſtremas *promiſſa*. Etiam Ciacconius teſtatur in ſuis ſe MStis reperisſe *permiſſa*, idque probat ex alio Melae loco. Debuisſet hunc Vosſius ſequi, ut alias ſolet. Neque enim ulla eſt ratio, cur ſcriptam lectionem aſpernaretur, quae elegantem nobis ſervavit locutionem, & Melae uſitatam. Nam ſic quoque 1. 19. in extr. *regio ad Arymphaeos usque permittitur*. Similiter Livius XXX. 11. *Primo barbari*, qui modo *effuſe invehebant ſe in Romanos*, *ſegniter permittere equos*, *deinde ſtare*. Vide & Gronovium Patrem ad Liv. XXIX. 2. & maxime in Obſervat. II. 13. Adde ex Gellio VI. 16. *Qui tumultuariis & inconditis linguae exercitationibus ad famam ſe facundiae permiſerat*. Mox ultima hujus Capitis verba, *Haec de Europa*, quae in aliquot Edd. adjiciuntur, delevi una cum Vosſio, quum in nullis mihi MStis occurrerint (1).

## Cap. IV.

l. 1. *Terminatur*] Repoſui *terminata*, quod utique omnes habent MSti (2), & Edd. ante Vosſium, praeter Viennenſem, & illam Olivarii.

l. 3. *Quia nec usquam Aſiae*, *& non totis hujus littoribus*] Sic legunt omnes Edd. ante ultimas. Una tamen eſt Vercellenſis, quae Vosſianae conjecturae *nec usque Aſiae*, hoc eſt, non ſemper, ut Vosſius vult, favet. At MSti fere omnes *nec usquam Aſia eſt*, *& non totis*. Voſſ. 2. *usque Aſiam eſt & non totis*. Voſſ. 3. (3) ut & Vaticanus, ſi fides Vosſio, priſcis Edd. plane asſentiuntur. Hoc itaque fundamento nixi, & quia ex reliquorum Codd. verbis nihil elici poterat, quod propius accederet, & ſimul concinnioris esſet diſcriminis, dum Africa dicitur nusquam Aſiae, & non totis Europae littoribus obtendi, primi Editores receptam de in lectionem nobis dederunt, quam & nos ſervandam cenſuimus. Sed minus accurate ſic loquitur Mela, quia vere ultima Africae verſus Orientem, & Aſiae verſus Occidentem ſibi

(1) Abſint etiam ab Oxon., qui itidem habet *diuque*, & *permiſſa*.
(2) Etiam Oxon. *Terminatur* poſt Olivarium aliae quoque dederunt, cum Scholiis illius publicatae.
(3) Item Oxon. *Totius* eſt in Edd. Cameris, & quibusdam cum Scholiis Olivarii.

ſibi invicem aliquantum obtenduntur. Vide hic Vadianum ex Ptolemaeo, potius quam Schottum. At Africae initium ducit Mela a Cyrenaica, & Aegyptum adſcribit Aſiae; atque adeo tunc exigui ſpatii, quo Cyrenaicae extrema Cariae & Ioniae in Aſia obtenduntur, nullam voluit habere rationem, quum Europa ab Aegaeo mari usque ad paludem Maeotin longe ultra Africae longitudinem revera in Orientem excurreret, & Aſiae litoribus obtenderetur. Voſiana emendatio & explicatio nullius revera eſt momenti: recte autem *totis* reſtituit ex MStis, & plerisque priſcis Edd., rejecto *totius*, quod Schottus ex paucisſimis Edd. receperat, vel retinuerat.

l. 8. *Faſtigatque ſe molliter*] Schottus edidit *caſtigat*, quod in uno reperi Lipſ. codice. At reliqui omnes vel *faſtigiat*, vel *fatigat*, niſi quod Voſſ. 3. (1) recte legat *faſtigat*. quod verbum librarii videntur ignoraſſe & rejeciſſe quaſi minus Latinum, quum ſit vel maxime. Sic infra II. 1. *Poſt ſpatioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigat.* III. 1. *Quia lata ſede procurrens paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, Cuneus ager dicitur.* Et cap. ult. *In finem ſui faſtigantis ſe Africae.* Livius XXXVII. 27. *Ipſe collis eſt in modum metae in acutum cacumen a fundo ſatis late faſtigatus.* XLIV. 9. *Faſtigatam, ſicuti tecta aedificiorum ſunt, teſtudinem faciebant.* Similiter in Caeſare ſaepius occurrentem hanc vocem ultimi Editores recte reſtituerunt, nec debuiſſet iſtic vulgatum tueri Dionyſ. Voſſius. Vide omnino hic Ciacconium, & Iſ. Voſſium, tum Gronovium Patrem ad Liv. I. 38. *Molliter*, ſic Tacitus German. 1. *Molli & clementer edito jugo.* Vide & infra I. 19. & Feſtum in v. *Lingua*, & *Pectuſcum*, ſed maxime Ciacconium ad h. l.

l. 11. *Eximie fertilis*] Lipſ. *eximiae*, & ſic tam Edd. antiquisſimae, quam Hermolai duae, & Vercellenſis. Voſſ. 2. *eximiae fertilitatis*, cui concinit Voſſ. 3. Non male forſan. Vide quae de elliptico genitivi uſu notavimus ad Sanctii Minervam IV. 4. 27. ipſe Auctor infra III. 7. de India in initio periodi, *Tam pinguis alicubi, & tam feracis ſoli.*

l. 12. *Sitim coeli*] Lipſ. & Voſſiani tres habent *ſitum*, quod miror ſecutos Aldum & Juntam. *Sitientes Afri* vel ex prima Ecloga Virgilii notisſimi.

l. 17. *Ab ea parte, quae Libyco adjacet, proxima eſt Nilo provincia*] In ſolo hanc Voſſ. 3. (2) non optimae notae reperi

(1) Et Oxon.

(2) Oxon. *Ab ea parte, quae Libyco adjacet, proxima Nilo, provincia eſt quam Cirenes vocant.* Lipſ. in illo.

peri lectionem, niſi quod *τὸ eſt* negligitur, quam tamen neſcio unde hauſtam priſcae Edd. exhibent omnes. Nam MSti reliqui, tum quos ego contuli, tum quos Ampl. Goetzius, legunt, *In ea parte, quae Libyeo adjacet, proxima in illa provincia, quam.* Recte videntur Editores poſteriora haec emendasſe, niſi quod *eſt* praeter Codd. auctoritatem immitti non debuerat. At quare pro *in ea parte* maluerint contra Codd. conſenſum *ab ea parte*, nullâ erat ratio. Ego inhaeſi MStorum fidei, quod & faciendum cenſuit Vosſius infra.

l. 19. *Nigritae ſunt & Pharuſii*] Sic omnes ferme Edd. etiam antiquisſimae. At MSti uno conſenſu *Tigritae*, & dein *Caruſii*, quod & una ex Anonymis Edd. exhibet. Vosſius ex vet. Cod. in margine Schotti annotavit *Cigritae*, quod & apud Torinum reperio (1). Sed rectius hic editi, quam ſcripti Codd. De *Nigritis* & *Pharuſiis* vide Cellarium in Africa cap. VIII.

l. 25. *Libyes Aegyptii ſunt*] Vosſius, & qui eum ſequi ſolent, una voce ediderunt *Libyaegyptii*, quia ſic alii Auctores eos vocent. Sed MSti Melae & Edd. priſcae legunt diviſis vocibus *Libyes Aegyptii*, vel *Libyes Aegypti* (2). Prius adoptant Edd. nec ulla eſt ratio, quae nos hic cogat alios potius ſequi, quam ipſius Melae MStos, qui diſertius & explicatius hos populos voluit deſignare. Minus recte autem hunc locum accepisſe reor Clar. Cellarium, qui in Africa cap. VIII. pag. 222. haec & ſequentia in unam confert lineam ab Oriente ad Occaſum, & ideo miratur Gaetuſos poni ad Orientem Garamantum; quum hic procedat Mela ab Aquilone in Auſtrum, ut ultra littoralem tractum ponantur *Libyes Aeyptii* & *Leucoaethiopes*, & *Gaetuli*, tum verſus Meridiem occurrat terra inhabitabilis, denique ultra eam ab Oriente in Occaſum *Garamantes* primo, dein *Augilae* & *Troglodytae*, denique *Atlantes*.

l. 31. *Poſt Augilas*] Voculae *poſt* diſtinctionem ſubjeci vitandae ambiguitatis cauſa, ne quis ab ea regi putaret *Augilas*. Mox recte *τὸ intra* tuetur Ciacconius, quum omnes id praeferant MSti, & ſaepe ita loquatur Mela.

l. 34. *Blemmyes*] Miror ita in textu etiam nunc editum reperiri, quum MSti praeferant *Blemies*, ut monuit jam Vosſius, & Poëtae primam corripiant docente Pintiano. De populis ipſis vide infra cap. 8.

l. 39.

(1) Oxon. *Tigritae ſunt & Caruſii*, & inter verſus *ab Zigrita*.
(2) 1.2 Voſſ. 2. 3. 4. 5. Lipſ. Perizon. Oxon.

l. 39. *Sine tectis paſſim ac ſedibus vagi*] Non eſt, quod propter verborum ordinem haec ſollicitemus, quum MSti omnes, quos vidi, ſeptem numero (1), tum Vaticanus, aliique, denique Aldina & Juntina, ut jam tradidit Voſſius in Appendice, legant hoc ordine *ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi*, quod & ego recepi.

l. 43. *Quae mare attingunt*] Verum eſt, quod Voſſius monet, MStos omnes, etiam Vaticanum, legere, *quae in mare attingunt*, ſi unum excipias Voſſ. 3. (2) qui τὸ *in* omittit. Et ſane jungitur aliquando verbis compoſitis in conſtructione etiam alia praepoſitio, quam cum qua ſunt compoſita, ut oſtendi ad Sanctii Minervam III. 3. 9. ſed tamen neſcio quid duri & inſoliti praefert illud *attingere in mare*, quum & ipſe Auctor paſſim, etiam hoc ipſo in capite, aliter loquatur. Secutus ſum itaque hic priſcas Edd. quae vulgatam lectionem nobis reliquerunt.

## Cap. V.

l. 2. *Contingeret*] Dubito ſi ſatis recte iſta vox ſe habeat, quum magna ſit Codd. varietas. Voſſ. 2. & 5. legunt *contingit*, 3. *continget*, 4. *contingere*. An ſcripſit Auctor, in quo ſaepius peccarunt librarii addendo, quae putabant ſenſum clariorem reddítura, quam detrahendo quid, *Dictum eſt Atlanticum Oceanum terras ab Occidente contingere*. Sed non multum in his ſitum eſt, & idcirco facile ea relinquo cujusque arbitrio.

l. 4. *Primae partes illae Europae, hae Africae*] Egregium ſe nobis hic praeſtat Voſſ. 1. qui diſerte, *illa Europae, haec Africae*. Sed & in margine Schotti notavit Voſſius ex vet. cod. *haec*, quod & Torinus in ſua Edit. exhibet. Denique in ſuis quoque Codd. veram lectionem inveniſſe videtur, qui certe jam ante Voſſium ſic edidit.

l. 11. *Parma elephantino tergore exſecto ingens*] Hic vero haeſito utrum eundem Codicem nunc quoque ſequar, an rejiciam. Certe legit ille *tergori exſecta*. Poſterius hoc arripuit Voſſius, neglecto priore *tergori*, quod tamen iſti emendationi ſuffragari videtur, & in quinque Voſſianis ac meo (3) reperitur; niſi hoc quoque Vir glorioſus *Magiſtellis*, ut mox

(1) Add. Oxon. & marg. Edit. Hermolai, in quibus itidem eſt *Blemies*.
(2) Oxon.
(3) Et Oxon. *tergore execto* Lipſ. & Edd. *exſecta* nusquam eſt niſi in Voſſ. 1. Paullo ſuperius Perizonius ex Voſſ. 4. & Lipſ. adnotarat *Mauretania*.

mox loquitur, reliquerit. Sed tamen etiam vulgata lectio reliquorum Codd. & Edd. defendi ſic ſatis poteſt. Nam *parma* haec dicitur *ingens*, quod confecta ſit ex elephantino tergore exſecto ex tota elephanti pelle. Frequens hic eſt uſus ablativi cum ellipſi praepoſitionis *ex*. Virgilius III. Georg. 26. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto Gangaridum faciam — ac navali ſurgentes aere columnas.* V. Aeneid. 259. *Auroque trilicem Loricam.* Et mox ibid. 266. *Tertia dona facit geminos ex aere lebetas, Cymbiaque argento perfecta.* Vide quae notavi ad Sanctii Minerv. IV. 4. 5. Neque vero obſtat quod, ut paulo ante diximus, in pleriſque MSS. legatur *tergori*, quum promiſcue in *e* vel *i* deſinat ablativus tertiae declinationis. Vide ad Sanctii Minerv. I. 6. 4. & ipſum Sanctium II. 7. Denique, quod palmarium eſt, parma non ſolebat exſecari ex tergore animantium, ſed tergus in uſum formari parmae ex tota animantium pelle, quae in elephantorum ventre mollis erat, at in tergo duriſſima. Plinius VI. Hiſt. Nat. 12. *Duriſſimum dorſo tergus, ventri molle.* Et XI. 39. *Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habent.* Unde vides ex ipſis tergoribus dorſi reliquae pelli exſectis fieri cetras, ſive parmas. Haec autem Antaei, Herois antiquisſimi & validisſimi, quae *ingens, & ob magnitudinem nulli nunc habilis* dicitur, toto tergore pelli exſecta conſtabat haud dubie; ſicuti Hercules totam pellem leonis Nemei pro ſcuto ſimul & victoriae monumento geſtabat. Praefero itaque vulgatam lectionem, quum inſuper in Voſſiana valde inutiliter langueat τὸ *ingens*. Perperam haec quoque tentavit Pintianus.

l. 13. *Nulli nunc uſuro habilis*] Non quaeritur hic utrum *uti parma* recte dicatur, ſed utrum vox *uſuro*, hic retineri debeat, quum, ut ait Voſſius, manu exarati libri aliquot eam rejiciant. Certe & Ampl. Goetzius in uno ex MSS. Vaticanis non reperit, & Ego in Voſſ. 2. pro ea *Viro* inveni. Videntur haec orta ex gloſſa, nec certe deſiderari. Quocirca & Ego abesſe eam malim.

l. 19. *Addit fama nominis fabulam*] MSS. & priſcae Edd. ita legunt ſane. At Pintianus maluit *nomini*, quod Schottus recepit, Voſſius vero rurſus rejicit, & qui eum ſequi ſolent. Mihi, ut vere dicam, valde arridet Pintiani conjectura. Etenim Auctor *nomen*, quod erat *Herculis Columnae*, jam memoraverat: huic *nomini*, ait, *fama addit* quoque Hiſtoricam *fabulam*, ſeu factum fabuloſum, quod cauſam nominis declaret. Sed renitentibus MSS. mutare nihil

in

in textu ſum auſus. Mox ex omnibus MSS. praeterquam uno Voſſ. 3. (1) reſtitui *Hic jam mare* &c. Sed & *ſubmotae*, pro *ſummotas*, in tribus reperi.

l. 31. *Fratres nuncupantur*] Non poſſum equidem ſatis mirari, quid moverit Editores ante Voſſium omnes, ut ederent *vocantur*, quum utique hoc verbum paululo ante praeceſſerit, atque adeo ſtyli elegantia, quae varietate quadam delectatur, eam minime neceſſariam repetitionem hic reſpuat; &, quod maximi eſt in his momenti, quum MSS. mei omnes (2) legant diſerte *nuncupantur*: quod recte idcirco revocavit Voſſius.

l. 32. *Tamuada & Ruſicada*] Voſſius ex Plinio repoſuit *Tamuda* & *Ruſadir*. Audax ſane factum. Debuiſſet ſaltem MStorum Melae codicum lectionem exhibuiſſe, ut cum aliis Auctoribus conferri poſſet. Nam quis nobis aſſeverabit ipſos Auctores peregrina haec & barbara vocabula non diverſis ſcripſiſſe modis, ut paſſim faciunt? Sic, ne longe abeam, in verbis Strabonis apud Ciacconium videmus unam urbem a Barbaris *Tinga*, ab Artemidoro *Linga*, ab Eratosthene *Lixon* appellari. Quid ergo? Habent hic MSS. omnes, & plerique diviſis vocibus *tum vada*, (3) qui tamen certiſſimus eſt error ex uno barbaro vocabulo duo Latina facientium. Pro altero *Ruſicada* Vatic. habet *Ruſica*, Lipſ. *Ruſiga*, Meus *Riſigada*, Voſſ. 1. 4. 5. *Ruſigada*, Voſſ. 2. *Suſigada*, Voſſ. 3. tuetur vulgatum. Vide an verum nomen fuerit *Ruſcadir*, vel *Ruſgadir*, quod nec a Melae, nec Plinii, nec Ptolemaei ſcriptura longe abſcedit: immo quam proxime accedit ad Itinerarium Antonini, ubi *Ruſſadder* nominatur. Poſſit tamen apud Melam ſcripta lectio retineri. Solebant enim Graeci & Romani peregrinis & barbaris nominibus mutare terminationes, ut ex Hiſtoriis Aſiaticis conſtat. Sed & ſic in Africa Carthaginis terminatio longe alia fuit ſua in lingua, & qui a Latinis *Bocchus* dicitur, verum nomen habuit *Bocchar*. Vide Livium XXIX. 30. denique ſic *Mulucha* fecerunt Latini ex *Malochat*, ut mox videbimus. Similiter ergo Mela ſcripſiſſe potuit *Ruſcada*, vel *Rusgada*, pro *Ruſcadir*.

l. 31.

(1) Cum eo Oxon. & Edd. vetr. conſentiunt.
(2) Et Oxon.
(3) Sic omnes Voſſ. Periz. Oxon. & Edd. Torin. Norimb. Ald. Junt. *Tumuada*, Lipſ. *Tamuada* Edd. Hermol. & Cam. Sed ſuſpicor etiam in plerisque aliis ſcriptis eſſe *Tumuada*, ut in Lipſ. Mox *Ruſicada* etiam Oxon.

l. 34. *Mulucha ille* ] Sequitur Auctor Salluſtium, qui ſaepius Mulucham ait *Jugurthae Bocchique regnum disjungere*. Vid. in Jugurth. cap. XCII. Bocchus enim Mauritaniam tenebat, Jugurtha Numidiam omnem. Ibid. cap. XIX. & CX. Sub Numidia continebantur tunc Maſaeſyli, quod regnum Syphaci capto ademptum ceſſit Maſiniſſae, & duin Jugurthae. Hinc jam Plinius v. H. N. 2. *amnem Mulucham* ait eſſe *Bocchi Maſſaeſylorumque finem*, hoc eſt, finire hinc regnum Bocchi, inde Maſſaeſylorum. Eodem modo loquitur Strabo lib. XVII. pag. 827. & 829. niſi quod fluvium appellat Μολοχὰθ, quem illic ait ὁρίζειν τὴν Μαυρουσίων καὶ τὴν Μασσαισυλίων γῆν, *finire Maurorum & Maſſaeſyliorum terram*. Hic poſt *Maurorum terram* ait eſſe illam *Maſſaeſyliorum, quae initium capiat a flumine Molochat*. Sic ſatis hinc liquet Strabonis *Molochat*, unde incipiat Maſaeſylorum regnum, eſſe eundem plane fluvium, quem Salluſtius, Mela, Plinius *Mulucham* appellant, quod male hic, & certo errore negavit Voſſius, ut jam monuit Cellarius in Africa cap. VI. Decepit forſan Voſſium, quod Strabo non ita continuum ſemper ſequatur locorum ordinem, ſed primum plerumque agat de latitudine & finibus regionum plurium, ac dein demum de praecipuis earum urbibus, neque ſic ſemper ita accurato ordine. Neque vero contradixerim iis, qui cenſent Strabonem confudiſſe *Molochat* Ptolemaei juxta Metagonium cum hoc Mulucha, quem tamen vel ſic iſtis verbis revera deſignavit. At recte reprehendit Voſſius Pintianum, qui Plinii verba v. 2. non ſatis recte videtur intellexiſſe, & ideo omnia in eo pervertiſſe. Dicit Plinius *Sigam* eſſe *oppidum alterius jam Mauritaniae*. Hoc ille interpretatur de Maſaeſylis; nam dicit *Mulucham*, qui *finis* dicitur *Bocchi & Maſaeſylorum, eſſe terminum inter duas Mauritanias*; quae interpretatio a Plinii mente eſt alieniſſima, & recte id dici poteſt de Malva fluvio, non de Mulucha. Ideo tamen miratur Pintianus a Plinio, qui ab Occaſu procedit verſus Orientem, Sigam poni ante Mulucham. Atqui duae Mauritaniae Plinio ſunt illa extima, ſeu Bogudiana; & illa Caeſarienſis, ſeu Bocchi. In hac ponit Sigam, & ab ea incipit iſtam Bocchi Mauritaniam deſcribere, quod declarat vocula JAM. Si haec ergo fuit altera Mauritania reſpectu Bogudianae, ad quam pertinent omnia a Plinio jam ante memorata; & ſi Siga iſtic fuit, Mulucha autem fuit iſtius Bocchici regni finis verſus Maſaeſylos & Orientem, cum vero Mulucha debuit omnino poni poſt Sigam. Sed videtur

tur Plintianus duas Mauritanias accepiſſe de regno Bocchi & Maſaeſylorum, unde omnis error & confuſio orta. Sed & in his Plinii verbis erravit haud dubie Doctiſſ. Cellarius cap. v. extr. dum *alterius jam Mauritaniae* Sigam dici putat, quia regio iſta & urbs *antea non Mauritaniae fuerit, ſed Numidiae*, ſed *jam* tempore Plinii fuerit Mauritaniae alterius facta.

## Cap. VI.

l. 1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae* ] Unde Voſſius haec hauſerit, quae in nonnullis Codd. ait reperiri inſerta, *a Graecis appellata* Μεταγωνῖτις, neſciebam: nam in nullis nec ejus, nec aliis, inveni, ut neque in priſcis Edd., ſed tandem illum ex Notis Ciacconii ineditis ea ſumpſiſſe vidi. Ceterum omnes MSS. legunt *Ampſaci*, (1) quo etiam modo Vaticani, & ex Edd. una Anonyma, tum Veneta & Torini. Sed & ſic editum ante Hermolaum, qui primus id mutavit. Vide ejus notulas. Ego vero retinendum id cenſui, ut ſic liqueat, quomodo Mela, vel ejus Codd. hunc fluvium nominarint; quum apud diverſos Scriptores ſaepe aliter atque aliter talia nomina occurrant ſcripta.

l. 4. *Quas habet* ] Non tamen infra illos limites: nam ultra Ampſagam verſus Orientem remota eſt Cirta.

l. 5. *Nunc Sittianorum colonia* ] Lipſ. & Voſſ. 2. & 5. aeque ac Ciacconii liber, *nunc Romanorum colonia*; ſed reliqui *Siccianorum*, vel *Sittianorum*, (2) quod praefero: quum & Plinius, qui Melam ſequi ſolet v. 3. dicat, *Colonia Cirta, Sittianorum cognomine*. De P. Sittio Nucerino, Catilinae ſocio, & Sittianis vid. Salluſt. Catil. xxi. Ciceronem pro Sulla, Auctorem Belli Africani, ſed maxime Appianum Bell. Civil. iv. pag. 620.

l. ead. *Quondam Regum domus Jubae & Syphacis, quum foret opulentiſſima* ] Inſigne nobis documentum praebet hic locus quid, & quantum in recta diſtinctione ſit ſitum, & quantos ea non animadverſa moveat fluctus. Ediderunt ita jam priſci Editores, qui crediderunt, quum *Regum* domus dicatur, debere ergo duos minimum nominari, atque ideo immi-

(1) *Amſaci* Voſſ. 3. *Ampſati* Oxon. Ex Edd. *Ampſaci* etiam Norimb.
(2) *Sitianorum* Oxon. *Sicianorum* Edit. Torini, quod Norimb. corrupit in *Siccianorum*. *Sittianorum* caeterae Edd. vett.

immiſerunt *Jubae* nomen, quod tamen in nullis occurrit MSS. praeterquam in Voſſ 5. chartaceo infimae notae. Sed neque Edd. agnoſcunt illud, Anonyma, tum Torini, & Vineti. Quae, & quanta porro hic Salmaſius tentaverit ad Solinum, vide hic in Notis Voſſii, qui vere & docte eum refutavit. Ciacconius veram MStorum lectionem, ſed male diſtinctam, explicatione voluit juvare, ut *Regum* de antiquiſſimis Regibus in univerſum accipiatur, ac *Syphacis* nomen, tanquam omnium celeberrimi, nominatim fuerit additum. MSSti conſtanter legunt *quondam Regum domus, & Syphacis quum foret opulentiſſima* (1). At Vatic. & Voſſ. 1. habent, *& quum Syphacis foret opulentiſſima*. Hoc arripuit poſt eximium Vinetum & Voſſius, ſed ſua fide dixit, *Vaticanum aliosque omnes notae melioris ita legere*, quum in nullis ejus hunc ordinem, niſi in Voſſ. 1. ut dixi, invenerim. Neque opus hic ulla mutatione, quam facit contra Codd. legendo *ſed*, pro *&*. Optimus enim & planiſſimus eſt ſenſus, ſi recte diſtinguas, *quondam Regum domus, &, Syphacis quum foret, opulentiſſima*, hoc eſt, quondam fuit Regum domus, & quidem opulentiſſima tunc, quum Syphacis foret. Sic in ſeqq. *aliquando ignobilis, nunc quia — illuſtris*. Solet ita paſſim Mela praemittere, vel interponere rationem rei ante adjectiva. Vid. Henr. Stephani prolegomena ad Melam & Solinum. Mox *Jola* habent omnes ſcripti, etiam Vaticani; ſed forte *a* adhaeſit huic nomini ex ſequenti voce *ad*.

l. 10. *Cartenna & Arſenaria*] Sic ediderunt magno conſenſu ex Plinio. Nam MSS. legunt *Cartinna & Arſinna* (2), quod & in Edd. Anonyma, Veneta, & Torini exſtat; immo & in aliis ante Hermolaum, qui mutavit, ut ex Notis ejus liquet. Nec opus eſt in edendo Mela Codices ejus faſtidire. Vide & Voſſium.

l. 11. *Ampſa caſtellum*] Sic editi ante Voſſium. Sed quum MSS. habeant plerique *Aviſa*, praeter unum (3), qui *Aniſta*, & alium, qui *Anſaſa*, recte Voſſius emendavit *Quiza caſtellum*. prout Plinius & Ptolemaeus id nominant, & hic loci collocant.

l. ead.

(1) Nec aliter Oxon. niſi quod habet *conſoret*. Norimb. Editor deſerto Torino perperam ex Veneta addidit *Jubae*.

(2) Non tamen conſtanter: nam in Var. lect. ex uno adnotatum inveni *Arſina*, & ex alio *Cartimia & Arſimia*, quod etiam Oxon. habet. Torinum ſequutus eſt Norimb.

(3) Voſſ. 2. *Anſaſa*, in quo ſcriptum eſſet, non addiderat. *Aviſa* Oxon.

l. ead. *Lathurus ſinus*] Ignotus plane aliis, & ideo ab Interpretibus hic pro derelicto habetur. Crediderim tamen conferendum eſſe cum Ptolemaei *Lagnuto*, oppido hujus tractus juxta Cartennam cis Jol, a quo oppido ſinus, ut ſolet, videtur ſuum traxiſſe nomen: in quo incertum eſt, utrum Ptolemaei, an Melae codices aliquantum peccaverint. *Sardabalen* fluvium memorat & Plinius.

l. 12. *Ultra monumentum*] *Ultra* ſcil. Jol, ſicut ante memoraverat, quae *citra hanc* erant ſita. Ceterum magnam hic contra omnes Codd., ut ipſe fatetur, ſuo unius arbitratu fecit Voſſius mutationem, de qua licet jactet, *libenter iſtam admiſſuros medicinam, quibus vel aliquid ſit judicii:* nullus tamen dubito, quin omnes eam ſint rejecturi. Certe ego, ſi pari codicum auctoritate utraque probaretur lectio, vulgatam longe praeferrem. Flumina, quod tamen hic nullum memoratur, *munimenta* recte poſſunt dici *communia* terrae, gentis, regni, non ita abſolute *communia* ſolius *regiae gentis*. *Monumenta* vero *communia*, hoc eſt, ſepulcra ſolent regiae familiae homines habere. Neque vero hic intelligendi omnes Numidarum Reges, ſed ſoli iſtius regni, aut terrae. Sic Auguſtus ſibi & Caeſaribus condidit ac reliquit commune Mauſoleum. Sed ſatis refutatam hanc Voſſii medicinam jam dedit Clar. Gronovius, cui, quae Ille repoſuit in Appendice, inania plane ſunt. Neque ſatis recte Pintianus, & ex eo Schottus, *τὸ deinde* tranſpoſuit, ut Icoſium ita faceret illud monumentum. *Monumentum* hoc fuit haud dubie locus inter Jol & Icoſium, in quo intervallo Ptolemaeus ponit Tipaſam & Ouiam, ſeu Viam.

l. 13. *Icoſium & Uthiſia*] Sic pleraeque Edd., paucae habent *Icoſium Ruthiſia* (1). MSS. vero magna varietate *& Ruthiſia*, *Ruthiſcia*, *Xuthiſcia*, *Ruthyſia*, *Ruzhizia*. Satis hinc liquet vocabulum eſſe corruptum, tanto magis, quia nusquam ita apud alios reperitur Auctores. Quum vero apud Plinium v. 2. & Ptolemaeum inter Icoſium & Ampſagam, ſeu Ampſacum, hujus regionis terminum, occurrat nobis *Ruſazus, colonia Auguſti*, atque adeo Melae ſatis haud dubie nota, putem illud nomen, quod in Itinerario Antonini ſcribitur *Ruſaxis*, huic loco convenire, & corrupto *Ruthiſiae*, vel *Ruthiſciae*, ſubſtituendum. Accedit, quod inter Icoſium,

(1) Sic Torin. ſed Norimb, addidit *&*: quod tamen abeſt a Voſſ. 2. 3. 4. a Lipſ. & Oxon. *Utiſia* habent Voſſ. 2. & 3. & ſic in Lipſ. fecerat manus recens deleto *R.* Oxon. *Rutixia*.

ſium, & hoc controverſi nominis oppidum reperiantur fluvii, qui inter eas in mare quoquo modo effluunt. Nam pro *Anco* MSS. meliores (1) legunt *Aucus*, teſte Voſſio, & Ampl. Goetzio, qui & ipſe ex Vaticano optimo id annotavit. Crediderim ergo hunc eſſe fluvium, quem Ptolemaeus proxime poſt Icoſium ponit, & nominat *Sauum*, in quo nomine littera *s* forſan aliunde eſt adſcita: vel potius, quod malim certe ego, ex Mela excidit, quia etiam eſt ultima vocabuli proximi ſuperioris *eas*: & quia Ptolemaeus d. l. bis eodem modo, in littore & in mediterraneis, hunc fluvium nuncupat. *Aves* Voſſius unde probet, viderit ipſe. *Nabar* etiam apud Plinium d. l. iisdem literis ſcribitur, ſed tribuitur *interiori* Numidiae cum *Sardabale*, quae forte cauſa, quare eorum ἐκβολαὶ ,*oſtia*, a Ptolemaeo in ora littorali non memorentur, quum in alium delabantur fluvium, & in eo ſuum nomen amittant. Plane ut apud Nos Moſa & Vahalis posſunt dici inter Hollandiam & Brabantiam ferme effluere, licet *Vahalis* nomen in interiore tantum tractu maneat, & ipſe fluvius cum Moſa conjunctus infra Gorcumum ſuum nomen plane perdat, & una cum Moſa in mare effluat. Sic ergo & *Sauus*, qui jam in mediterraneis accepit fluvium Trimphaebium, potuit prope littus etiam recepisſe Nabarem, & ita illi duo pariter inter dictas urbes dici in mare effluxisſe. Forſan quis huc trahat Ptolemaei Νασαύα, ut feciſſe videntur Bertius & Ciacconius. Et ſane facilis eſt mutatio inter Νασαύα, quem ignotum amnem Cellarius in Africa cap. VI. dicit, & Νάβαρα. Sed obſtabit forſan, quod poſt Ruſazuntem collocetur, quamvis haec diſcrepantia non adeo magni ſit in Geographis momenti; quum ſaepe illi non ſatis juſtam ordinis rationem habuerint, aut ſaepe in eo aberraverint. Utut ſit, totum hunc locum ſic emendaverim: *Deinde Icoſium & Rutaſcia* (vel *Ruſazus*) *urbes, & effluentes* (2) *inter eas Saucus* (vel *Sauus*) *& Nabar, aliaque.*

l. 18. *Oſtreorumque*] Ita, neſcio quare, maluerunt pleraeque Edd. etiam ultimae, quum MSS. omnes (3), etiam Vati-

(1) Hic ex ſuis nihil adnotarat Perizonius. Lipſ. *Ancus*. Oxon. *Aneus*. *Nabar* in nullo nec ſcripto, nec edito ante Voſſium, inveni. Lipſ. *Anabar*, quod correctum fuerat inducto *R*.

(2) *Urbes effluentes* Voſſ. 1. 4. Lipſ. *urbes effluentes*. Voſſ. 2. Perizon. *urbes fluentes*. Voſſ. 3. Oxon. *urbes & effluentes* Voſſ. 5. & ita ex Edd. Ald & Junt *urbes effluentes* Hermol. Torin. Norimb. Cam.

(3) In Voſſ. 5. tamen videtur eſſe *oſtreorumque*: nam hunc inter eos qui *oſt...orumque* habent, cum quibus conſentit Oxon., non nominat.

Vaticanus, habeant *oſtrearumque*, idque ſequuntur ex Edd. optima Anonyma, Toriniana, Aldina, & Juntina. Quid ergo? an reliqui crediderunt minus hoc esſe Latinum? Ego vero id Latinius & antiquius esſe crediderim. Sic Plautus Rud. II. 1. 8. *Echinos, lepadas, oſtreas... captamus*. Paulo ante mirum mihi accidit, nec temere prorſus factum, quod in quibusdam Codd. Vaticano, Voſſ. 4. & 5. legatur *altiore* pro *a littore*. Miraculum enim in eo ſitum eſt, quod in locis non tantum a littore remotis, ſed & in editis, atque ipſis montibus haec reperiantur. Oroſius I. 3. *Fuisſe* (tale diluvium) *etiam illi conteſtati ſunt, qui praeterita quidem tempora, ipſumque auctorem temporum neſcientes, tamen ex indicio & collectura lapidum, quos in remotis montibus, conchis & oſtreis ſcabros, ſaepe etiam cavatos aquis viſere ſolemus, conjiciendo didicerunt*. Vide & Syncellum pag. 85. & hic Notas Ciacconii.

l. ead. *Saxa attrita*] Sic Editores, niſi quod Aldus & Junta exhibent *fragmenta ſcisſa & attrita*, in quo ſuffragantes ſibi habent Voſſ. 2. & 5. ut & Arundelianum, quod notamus, ut rem aliis expendendam relinquamus. Mox ex MSS. melioribus (1) reſtitui *& alia hujusmodi*. Varia hic expellit Schottus & Ciacconius, ſed ſine ulla ratione.

## Cap. VII.

l. 1. *Regio, quae ſequitur a Metagonio*] Regio haec esſe debet proxima Ampſagae juxta Melam, qui ſuperioris regionis terminum ſtatuerat hunc fluvium. *Metagonium* autem eſt manifeſte Graeca vox, quae notat terram poſt angulum, aut promuntorium aliquod ſitam. Atque ideo potuerunt, & videntur ſane Graeci hoc nomen variis locis, aut littoribus Africae impoſuisſe. Nam certe Ptolemaeus in extima Mauritania ad Occaſum fluvii Malvae *Metagonium* locat, & populum *Metagoniten*, in quo conſentientem habet Strabonem, qui duo promontorium hoc, quod Mela heic *Metagonium* dicit, appellant *Tretum*, vel *Tritum*. At Melae, ne eum temere in jus vocemus, adſentitur Plinius v. H. N. 3. ubi itidem terram Ampſagae fluvio proximam ad

(1) Ex Voſſ. 1. 2. 3. quibus accedit Oxon. & ex Edd. Ald. Junt. *Et alia ejusmodi* Voſſ. 4. 5. Periz. Lipſ. *Alia & hujusmodi* Edd. Hermol. Tygin. Norimb. Cam.

ad Ortum dicit *Metagonitin a Graecis appellari.* Nam minus recte Clar. Cellarius in Africa IV. 7. aliud putat *Metagonium* Melae, aliam *Metagonitin* terram Plinii. Saepe autem hoc accidit in Africa, ut in diverſis regionibus reperiantur loca iisdem nominibus inſignita. Sic *Ruſicaden* habemus hic in Africa proprie dicta apud Melam, & ſupra, certe in MSS., cap. 5. in Mauritania. Sic porro Mulucham, vel *Molochat*, fluvium apud Ptolemaeum in Mauritania Tingitana cis Malvam, ejus terminum, lib. IV. cap. I. & dein in Mauritania Caeſarienſi cap. 2. Denique ſic apud eumdem *Apollinis promontorium* in eadem Mauritania Caeſarienſi, & in Africa proprie dicta cap. 3.

l. 2. *Philaenorum*] Aliter haud dubie ſe habuit hoc nomen, ſi verum illorum hominum id fuit. Sed credo Graecos, quum Punicum nomen difficulter exprimere ſua lingua posſent, dedisſe iis de ſuo hoc nomen, Φιλαινοὺς, ut ſignificarent *laudis ſtudioſos.* Id quod abunde probat eorum hiſtoria in extremo hujus Capitis memorata, & maxime a Salluſtio Jugurth. cap. LXXIX. ac Valerio Max. V. 6.

l. 4. *Tabraca*] Urbs ſatis nota in hiſce finibus. MSS. Lipſ. & Voſſ. I. 4. ſcribunt, ut Ptolemaeus, *Thabraca*, Voſſ. 2. 3. 5. *Tabraca* (1). Meus *Tabracha*, ut Plinius.

l. 8. *Quod littori ejus appoſitum eſt*] Sic omnes, quos ego vidi, Codd. (2) & priſcae Edd. Voſſius tamen edidit, *qui appoſitus eſt*, praefatus ſic nonnulla vetera exemplaria habere; quod tamen in ejus codicibus, aut collationibus non reperi. Sed Ampl. Goetzius invenit in uno ex Vaticanis, verum non illo optimo. Quocirca receptam lectionem retinui, ut plurium & meliorum Codd. auctoritate firmatam, quum utrumque bene & Latine dicatur. Intelligitur enim *oppidum.* Vide Sanctii Minervam.

l. 9 *Caſtra Laelia*] Sic Schottus & omnes ante eum. Sed MSS. omnes, etiam Vatic (3). *Caſtra Delia*, quod idcirco & recte reſtituit Voſſius. De gente *Dellia* vide Torrentium ad Horatium Od. II. 3. Qui *Laelia* ſubſtituerunt, videntur reſpexisſe *C. Laelium*, primum P. Cornelii Scipionis Magni in Africa Legatum. Vid. Livium lib. XXX. tanto magis, quia proxime ſequuntur *Caſtra Cornelia*, quae ab illo ipſo P. Cornelio Scipione nomen hoc habere creduntur, &

(1) Et Oxon.
(2) Cum illis facit Oxon.
(3) Et Oxon. mox *Bagrad.* Voſſ. I. & 4. ceteri omnes & Edd. ante Schottum, quas vidi, *Bragada.*

& deſcribuntur a Livio XXIX. 35. adde Lucan. IV. 658. Flumen, quod ſequitur, in plerisque MSS. exaratum inveni *Bragada*, in quibusdam etiam *Bagrada*. Et ſic plerique alii Auctores illud nominant. Mox ante *Utica* Voſſ. 1. interponit *urbes*, quod ab hoc loco minime videtur alienum.

l. 17. *Abrotonum, Taphrae*] MSS. noſtri, & ab aliis collati, habent *Abromacte*, *Habromache*, *Abromatte*, & dein *Phire* conſtanter (1). Sed & priſcae Edd. ante Hermol. Barbarum. Hic ex Plinio ſubſtituit vulgatam dein lectionem, ſed quae longius a MSS. ipſius Auctoris recedit. Verum difficile prorſus ex eſt illis vera Auctoris verba eruere, quum haud dubie corrupti ſint, & ipſe haudquaquam ſervet in his locorum nominibus ordinem, quem ſitus eorum praeſcribit. *Abrotonum* certe longe ultra Tritona & Cinypha fluvios eſt remota verſus Orientem, quum hic memorentur loca cis hoſce fluvios ad Syrtim minorem ſita: ut adeo mallem hic reponere *Aphrodiſium*, quae urbs eſt ſita paulo ſupra Adrumetum ad Syrtim minorem. Sed malim *Carpi*, oppidum non longe ab Clupea, *Taphrure*, quod poſterius voluit & Voſſius, & reperimus ſitum, ut oportebat, cis Tritona. Sed & facile id nomen in *te phyre* potuit corrumpi. *Neapolis* autem, quae ſequitur, rurſus repetenda eſt ex regione ad Clupeam ſupra Adrumetum jacente.

l. 19. *Syrti ſinus eſt*] Valde miror ita edi ab omnibus, ſi ab Aldo, Junta, & Vineto diſcedas. Nam ii legunt *Syrtis ſinus eſt*, quod & voluit Ciacconius. Confirmat hanc lectionem Voſſ. 2. nequaquam peſſimae notae codex, ſed vel maxime ſenſus ipſe & locutionis ratio: *Syrtis eſt ſinus, accipit mare & cingit*, ut recte iſtic jam reſtituit Voſſius ex MSS. (2), quum vulgo ederetur *cingitur*. Vide & mox ut loquatur de Syrti majore.

l. 24. *Super hunc ingens palus*] Hoc eſt, progrediendo ulterius ab Occaſu verſus Ortum, quam ſibi propoſitam habet progrediendi ſeriem. Vide Me ſupra ad cap. 2. Palus haec dicebatur *Tritonis*, ad quam quia genita credebatur Minerva, hinc & ipſa dicebatur Tritonia, & Graece vel maxime

(1) *Habromache Phire* Oxon. Quae in fine hujus adnotationis leguntur, nonnihil obſcuritatis habent. Sententia eſt, primam ſyllabam vocis *Taphrure* adhaeſiſſe fini praecedentis, & ex *phrure* factum eſſe *Phire*. Sed hoc, & ſi qua alia ejusdem generis in his Adnotationibus ſcripta ſunt, Eruditisſimus Auctor deinde relegendis iis, quae primo impetu ſcribendi in chartam conjecerat, *emendaturus*, *ſi licuisſet*, *erat*.

(2) Ita habent Voſſ. omnes, Lipſ. Periz. & Oxon.

maxime Τριτογένεια apud Polyaenum 1. 30. 1. Heſiodum in Aſpide, & Homerum paſſim. Vide Euſtath. ad Iliad x. pag. 1265. Ed. Rom. & ad Dionyſ. Perieg. vs. 267. ubi & Herodotus ab illo citatur, qui locus occurrit lib. iv. cap. 180. ubi is non ſane ludicram, ſed veram, fuſtibus, vel clavis & ſaxis inter decertantes has virgines pugnam usque ad vulnera & caedem committi tradit, & cap. 188. ubi eam praecipue ab illis coli ait. Pauſanias quoque ab hac palude arceſſit in Boeoticis cap. xxxiii. iſtam Minervae appellationem.

l. 35. *Borion* ] Nullam profecto exputare poſſum mutandi hujus vocabuli rationem, quum & MSS. omnes, quos vidi (1), praeter Voſſ. 1. qui legit *Botrion*, diſerte vulgatum praeferant, quum neque in collationibus ullam repererim varietatem, quum omnes Edd. a primis usque ad Voſſianam illud retineant, quum denique palam Strabo, Plinius, Ptolemaeus hoc ipſum promontorium *Borion* vocent, immo ipſe Ptolemaeus *Bruön* littus a promontorio hoc & nomine eodem in loco memoret, & diſtinguat, ne quis errorem hic interceſſiſſe putet. In ſequentibus optime Voſſius, ſed praeëunte Ciacconio, illud *pertinax*, quod unde Edd. acceperint neſcio, emendavit in *pertinet*; quod liquido habent MSS. Lipſ. Meus, tum Voſſiani quatuor, & ipſe Vaticanus optimus. Pro *Phicunta* quidam Codd. legunt *Phiconta*. Vide Ciacc.

l. 40. *Chenaicos* ] Neſcio quid ſibi velit tanta in hoc vocabulo varietas Codd. Alii *Cyrreneos*, *Cyrrenicos*. at Lipſ. Voſſ. 1. 4. 5. *Cyreneicos*, (2) quod & Anonyma, & Torini Edd. ſervarunt. Aliae priſcae *Cyrenicos*, at poſteriores *Cyrenaicos*. In cap. ſeq. itidem omnes Codd. *Cyreneica*, excepto uno Voſſ. 3. qui *Cyrenica*. Ceterum a *Cyrene* eſt *Cyrenaeus*, & hinc *Cyrenaicus*, ut ab *Achaeo Achaicus*, ab *Judaeo Judaicus*, a *Ptolemaeo Ptolemais* & *Ptolemaicus*, a *Grajo Graicus*, *Graecus*. At *Cyreneius*, ſi in uſu eſſet, foret a *Cyreneus* formatum. Sed minime magni eſt haec res momenti, memorari tamen digna iis, qui analogiae derivationem attendunt.

l. 44. *Concurrerent* ] MSS. Meus, & Voſſ. 1. 2. 3. 4. (3) *concurrerant*, Lipſ. *concurrant*, ſed quod ex illo eſt ortum. Ceterum miror hic Voſſium, qui Auctorem minus recte

(1) Etiam Oxon. idemque & Lipſ. *Phyconta*. & *pertinet* Oxon.
(2) Sic & Oxon. & Cap. ſeq. cum Voſſ. 3. *Cyrenica*.
(3) Add. Oxon.

recte percepit. Nam neque deeſt hic ipſum pactum, ut bene monuit contra Olivarium, qui brevitatem Melae non intellexit, neque ſimplex aut unicum hic memoratur pactum, ſed duo, quae proinde conjungi non debent, ut fecit Vosſius in Notis. Prius eſt, quod *convenerat* inter ipſos populos, ut termini eorum ſtatuerentur, ubi legati concurrerant, certo tempore utrimque dimisſi. Alterum eſt *de integro*, & jam inter ipſos Legatos factum, quoniam Cyrenenſes litem intentabant Philaenis, & conventis ſtare nolebant: nimirum, ut Philaeni, ſi vellent, quod inter hunc locum & Carthaginem interjectum esſet, ſuis cedere, vivos ſe iſtic obrui paterentur, idem ſubituris Cyrenenſibus eo loci, quo ipſi tunc vellent progredi. Acceperunt hanc conditionem Philaeni, & ſic ea pacti ſunt, ut ſuis cederet, quod citra hos limites ipſis esſet. Decepit Viros Doctisſimos quod vel neſciverunt, vel non animadverterunt verba *paciſci* & *pangere* aeque de una parte accipi, ac de duabus. Sic Livius XLII. 62. Legati pollicebantur, *vectigal, quantum Philippus pactus esſet, daturum Perſea Romanis*, hoc eſt, promiſisſet per pactionem. Plautus Bacchid. IV. 8. 25. *Paciſcere ergo obſecro quid tibi lubet*, hoc eſt, promitte ut mox ipſe Auctor ibidem exponit. Pſeudol. I. 2. 89. *Paciſci modo ſcis, ſed quae pacta es, non ſcis ſolvere.* Sed & pro poſtulare aliquid ſub promisſa conditione, ut hic. ſic Ovidius V. Metam. 28. *Nunc ſine* illum *Ferre, quod & meritis & voce eſt pactus.* Sic etiam *pangere* pasſim. Livius I. 11. *Pepigisſe* Tarpejam, *quod in ſiniſtris manibus haberent* Sabini. Sueton. Caeſ. XXIX. *Cum adverſariis autem pepigit, ut dimisſis octo legionibus Transalpinaque Gallia, duae ſibi legiones, & Ciſalpina concederetur*, hoc eſt, obtulit, ac de ſe promiſit ſub iſta conditione; nam pactio nulla eſt facta *adverſariis negantibus ullam ſe de Republ. facturos pactionem.* Gellius V. 10. Diſcipulus *daturum ſe promiſit mercedem, quantam Protagoras petiverat, mediumque ejus jam tum dedit, pepigitque ut reliquum dimidium daret, quo primo die* — hoc eſt, poſtulavit & promiſit.

## CAP. VIII.

I. 2. *Ammonis oraculum*] Pleríque Codd. ſcripti & Edd. priſcae

priſcae habent *Hammonis* (1), quod verius puto, & origini ſuae propius. Sed tamen Graeci aſpirationem plerumque repudiant, quos multi Latinorum ſequi ſolent.

l. 6. *Arenaſque quaſi maria agens*] A MSS. omnibus, quos vel ego, vel alii contulerunt, ut & ab optima Ed. Anonyma, tum Torini & Vineti abeſt vox *aequor*, ſed quam aliae, etiam antiquae Edd. addunt (2), neſcio unde, niſi ex conjectura, hauſtam. Et ſane hic aliquid vitii latere videtur. Ciacconius ut tentaverit locum, ex ejus Notis liquet. Sed nimis ille multa eradit & delet. Maluiſſem *arenaſque quaſi maria agens ſic ſaevit iis, ut fluctibus*. At Voſſius legit, & in contextum immiſit, *ſiccis ſaevit fluctibus*. Specioſa haec eſt, & ingenioſa ſane conjectura. Et ſecutus eſt eam ac recepit Clar. Gronovius. Volui ergo & ipſe eam potius retinere, quam τὸ *aequor* contra Codd. auctoritatem. Nec tamen pro rejicula plane habendam putem meam emendationem, quae certe ad ſcripturam Codd. propius accedit, & perſpicui eſt ſenſus. Nam ſicuti *arenas quaſi maria agere* dicitur ventus, ſic *ſaevire arenis, ut fluctibus*. Sed de his Lectorum ſit arbitrium.

l. 8. *Mox & paulatim*] Sic omnes fere Codd. (3). At Voſſ. 2. *perpaulatim*, cui accedit unus ex Vaticanis. Adde, quod Plinius, Melam ſequi ſolitus, II. 103. diſerte iiſdem de fonte Solis utitur verbis, *mox paulatim tepeſcens*. Quidni ergo ſequar auctoritatem Codicum? Atque adeo neque illud *perpaulatim*, neque Voſſii *ſed paulatim* admiſerim. Mox recte Voſſius diſtinxit, quando conjunxit *frigidior ſubinde*. Multi immo Codd. Lipſ. Meus, Voſſ. 1. 3. 4. legunt mutato ordine *ſubinde frigidior*.

l. 15. *Heſperia*] Vellem ſane faverent MSS. Ciacconio legenti *Heſperis*. quod Voſſius pro ſuo venditat, ſed ſimul praeclare oſtendit a pleriſque Veterum iſtic potiſſimum locatos *Heſperidum hortos*. Verum habent omnes *Heſperia*, praeter Voſſ. 1, qui *Heſperi* legit. Nec ab Ampl. Goetzio quic-

(1) Hoc adnotatum erat ex Voſſ. 4. 5. Lipſ. & Periz. *Hamonis* ex Voſſ. 5. cum quo conſentit Oxon.

(2) Edd. Hermol. Cam. Norimb. Ald. Junt. *ſavit, ut aequor fluctibus*. MSS. Lipſ. Oxon. *Sic ſaevit ut fluctibus*. Ab omnibus abeſt *iis*. Ex ceteris ſcriptis nihil adnotatum erat, niſi a Voſſ. 1. 2. 3. 4. & Periz. abeſſe *aequor*. Incertum ergo videtur, unde ſit poſterior pars vocis *ſiccis*. Eam Voſſium ex ultima litera τοῦ *ſic*, & prima τοῦ *ſaevit* exſculpſiſſe ſuſpicor. *Sic ſaevit ut fluentibus*, quod idem in libris manu exaratis legi ſcribit, eſt in Voſſ. 1.

(3) Etiam Oxon. Et mox *ſubinde frigidior*.

quicquam varietatis hic annotatum reperio. Alii tamen ſunt Scriptores, qui & ipſi urbem hanc *Heſperida*, & maxime in plurali *Heſperidas* vocarunt. Ceterum urbs ipſa dein *Berenice* fuit dicta, ſicuti quae olim *Barce*, dein *Ptolemaidis* nomen accepit. Vide Plinium v. 5. & Servium ad Virgil, IV. Aen. 483.

l. 21. *Cultu Deorum*] Recte ex MSS. reſtituit Clar. Gronovius *Deûm*. Nam & ego in MSS. ſic inveni vel plane omnibus literis in Lipſ. & tribus Voſſianis (1), vel contracte *dum*, in meo & Voſſ. 4. *Dm̄*. Sed & accedit Vaticanus ab Ampl. Goetzio collatus, qui itidem *Deum* exhibet. Solus Voſſ. 1. habet *diu*. Viderit ergo Voſſius qua fide dicat ſe reperiſſe in optimo *Dm̄*, ſed quod videtur feciſſe ex illo *diu*, orto tamen haud dubie ex *dm*, ut fere in Voſſ. 4. legitur. At in nullis ipſius Codd. reperi *dium*, vel *divum*, quod ille tamen palam affirmat. Neque vero intellexit ſatis phraſin *ſervare Deos*, quam interpretatur *obſervare & religioſe colere*, & ideo nihil eſſe mirum, quod *tamen tanquam rem miram referat Mela, fuiſſe in Libya gentem, quae Deos patriae coluerit.* At vero oppoſitio hic ſit inter hoſce, qui, ut linguam patriam, ſic ſacra & Deos patrios ſervarant, ſeu retinuerant, & illos, qui abjectis patriis moribus, & cultu Deorum, ad Romanorum maxime ritum jam erant morati. Sed neque *ſervare Deos patrios* ſignificat eos obſervare & religioſe colere, verum acceptos a majoribus retinere, aeque ac linguam. Sic Phaedrus Prol. lib. II. *Equidem omni cura morem ſervabo ſenis*, ſcil. Aeſopi. Petronius: *Quum fortuna manet, vultum ſervatis amici.* Cicero Famil. v. 20. *Putavi eſſe viri boni quum populus* (abſens & ignarus) *ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot civium*, hoc eſt, ſuum retineret, haberetque ſalvum & integrum. Sed res eſt certiſſima.

l. 22. *Proximis nullae quidem*] Minime abhorrerem ab eo, quod Pintianus conjecit, & recepit Schottus, ac pluribus probavit Ciacconius. *Proximis nullae quidem urbes, ſtata tamen domicilia ſunt. Stata* enim *domicilia* opponuntur vitae Nomadum, qui vagi ſequebantur pecora, & ſua ſubinde promovebant tuguria, a pecoribus quaſi ducti: urbes vero conſtant ex ſtatis domiciliis. Verum haec domicilia diſtinguuntur tamen hic ab urbibus, quia ſparſa erant, nec in unum locum conjuncta. Verum utcumque haec blandiantur,

(1) Add. Oxon.

tur, tamen contra Codicum auctoritatem, qui omnes (1) habent, *Proximis nullae quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt*, recipere illa non ſum auſus, quum & haec commodum habeant ſenſum, & *domicilia* per ſe aliquid amplius, & magis ſtatum notent, quam *tuguria*. Sed tamen crediderim veram eſſe Pintiani conjecturam, ut Melae ſtylo congruentem.

l. 25. *Sagis velantur*] Quae habebant formam fere pallii, & ſuperiora tantum corporis velabant. Hinc Tacitus de Germanis German. cap. XVII. *Tegumen omnibus ſagum fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum.* Cetera *intecti*. Poterant illud expandere, ut pallium, unde ludicri genus, ut *diſtento ſago impoſitos in ſublime jactarent*, apud Suetonium Oth. cap. II. Diſtinguuntur tamen *ſagati* & *palliati*, Id. in Caeſ. cap. XLVIII. Illi erant milites, hi Graeci, & Philoſophi.

l. 29. *Nam gregibus (quia id ſolum opimum eſt) quoad poteſt*] Recte Pintianus *opimum* maluit, quod & tuentur MSS. (2) nulli illud *optimum*, quod Editores ſubjecerant. Sed & miror omnes, etiam ultimas, Edd. ſcribere *quoad poteſt*, quum MSS., quos viderim, omnes, etiam Vaticanus ab Ampl. Goetzio collatus, legant vel diſerte & plene, vel per notas, *quod poteſt*. Phraſis haec eandem habet vim, & elegantisſima eſt. Nam ponitur pro *quantum poteſt*, ſcil. parci illis. Vide, quae notavi ad Sanctii Minervam III. 6. 1. Pesſime autem Voſſius *gregibus parcitur* exponit *abſtinetur a gregibus alendis*; quum manifeſte hic agatur de gregibus non ita facile & ſaepe mactandis in cibum, qui idcirco iis erat *caro ferina* potisſimum. Plautus Caſin. II. 8. 65. *Argento parci* nolo.

l. 37. *Liberi agnatique*] Egregius hic eſt locus ad illuſtrandum Jus Civile in hereditatibus ab inteſtato. Notisſimum eſt Jure Romano vocari ad hereditatem primum *ſuos heredes*, hoc eſt, filios in poteſtate patris agentes, dein *agnatos*, denique *gentiles*. At in XII. Tabulis tantum *agnatorum & gentilium* fit mentio, aeque in cauſa tutelae, ac hereditatis legitimae. Nempe olim *agnatorum* nomine continebantur etiam filii. Unde JCtus l. 12. D. de ſuis & legitim. *filium patri eſſe agnatum* PROXIMUM dicit, & Imp. Theodoſius l. ult. C. de Codicill. *liberis usque ad quartum gradum agnationis vincula* tribuit. Nempe *agnati* dicti ſunt vel

(1) Nec aliter Oxon.
(2) Etiam Oxon. in quo deinde eſt, *quo poteſt*.

vel omnes filii, quod patri agnaſcebantur, vel proprie filii minores, qui primogenito in eandem hereditatem & familiam patris agnaſcebantur. De patre quod dixi, probatur ex eo, quod apud Turnebum Adverſar. XXVII. 15. in *Vocabulario*, ut ait, *perquam vetere*, occurrit, *Agnatio* ἐπιγέννησις, *Agnatus* ἐπιγεννηθεὶς, ἐπίγονος. Plane ut in Hiſtoria urbis Thebanae ἐπίγονοι proprie fuerunt appellati priorum ſeptem Ducum filii. Sed & hinc Theophilus §. 1. Inſtit. Quib. mod. teſtam. infirm. quod illic dicitur adoptione etiam rumpi teſtamentum, *quaſi agnatione ſui heredis*, vertit καινοῦ Σούου ἐπιγενομένου. De minoribus filiis diſertus eſt locus Taciti German. cap. XIX. *Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur*, hoc eſt, natis poſt primum filium, vel poſt finitum liberorum numerum. Hinc ergo factum, in primis poſtquam filii & ſui heredes ab agnatis coeperunt diſtingui, ut hac *agnatorum* voce fratres potisſimum deſignarentur. Unde apud Auctorem ad Herennium I. 13. frater minor Malleoli, qui damnatus teſtamentum fecerat, hereditatem ejus *ſuam vocat lege agnationis*. Sed & extenſa eſt paulatim haec agnatio usque ad ſextum vel ſeptimum gradum. Hinc jam apud Melam h. l. cujus tempore latius jam ſumebatur haec vox, *aliquot ſimul conjuges ſingulis, & ob id plures liberi agnatique* fuiſſe dicuntur. Hi enim *agnati* referuntur ad *familias* ab uno minimum avo vel proavo ortas, *in quas pasſim diſperſi* agebant. Ultra illos autem gradus qui erant remoti, appellabantur *gentiles*, qui certe in habili, ſeu qui facile exilere poterat, caſu debuerunt olim fuisſe poſiti, quum aeque ac agnati, ſed poſt eos, non ad hereditatem modo, ſed & ad tutelam vocarentur. Unde *gentiliciae hereditates* etiam apud Suetonium Caeſ. cap. 1. memorantur. Et ſtulti a Varrone I. de Re ruſt. 2. *ad agnatos & gentiles* dicuntur *deducendi*. Scio media Jurisprudentia tandem haec aliter conſtituta: ſed de quo alias forſan uberius. Nunc digredi nimis longum εἰς ἄλλο γένος, ab his Notis alienum puto.

l. 38. *Nusquam pauci degunt*] Ultima vox a MSS. (1) prorſus abeſt, & ideo recte eam Vosſius in ſua Edit. expunxit. Intelligitur autem *ſunt* ex proximis, vel *exiſtunt*. Posſis etiam diſtinguere, *tamen*, *quia* (ſic enim optimi Codd.) *ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique, ſunt nusquam pauci*.

l. 39.

(1) Oxon. quoque eam non habet.

l. 39. *Atlantes*] Hos Nicolaus Damaſcenus de Moribus Gentium apud Stobaeum vocat *Apharantes*. Certe iis tribuit, quae Mela *Atlantibus*.

l. 46. *Apud Garamantas etiam armenta*] Mirifice omnia conturbaverat, & aliunde alia praeter omnium codicum fidem addiderat Pintianus, tantum ut Melam, ſuffragio licet Plinii firmatum, in concordiam redigeret cum Herodoto, quem ſequitur quidem Mela ſaepe, ſed aliquando etiam ſive per incuriam, aut memoriae vitium, ſive conſulto relinquit. Vide hic Ciacconium & Voſſium. Ceterum quod iidem legunt *apud Garamantes jam armenta ſunt*, concinni ſatis eſt ſenſus. Sed tamen, quum in omnibus ſcriptis (1) & olim editis Codd. repererim *etiam*, nolim id mutare, quum & ſenſum praebeat commodum. Vult enim dicere Mela apud Garamantas, licet non multo opulentiores ſint vicinis ſuis Troglodytis, ut qui habitant itidem in terra feris frequenti, atque homines alios, eorumque commercium fugiunt, ut tradit Herodotus IV. 174. apud illos tamen etiam armenta ſunt, quae apud Troglodytas non erant. Si cui tamen magis arrideat Ciacconii conjectura, non multum ſane refragabor.

l. 50. *Quos pro ſuis alant*] Hoc itidem a Pintiano ortum, licet MSS. omnes & Edd. priſcae habeant *colant*. Ciacconius vero maluit *tollant*, quia patres infantes, quos pro ſuis agnoſcebant, & educari volebant, humi depoſitos tollere ſolebant. Secutus id primo eſt Voſſius, ſed dein ex uno Hieronymi loco, quem & ipſum ex Ciacconio habuit, praetulit conſtantem MSStorum lectionem. Verum uſus ille verbi *colere* non ex ſolo Hieronymo erat probandus, quum ex longe melioribus Latinae linguae auctoribus probari poſſet. Sic Salluſtius Jugurth. cap. LXXXV. *Nec milites arcte colam, me opulenter.* Livius II. 22. de ſervis bello captis: *Pergunt domos eorum, apud quem quisque ſervierant, gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate ſua.* Gellius III. I. Illum *in ſe colendo non aeque eſſe parcum.* Salluſt. Jugurth. cap. V. de liberis: Micipſa *Jugurtham eodem cultu, quo liberos, domi ſuae habuit.* Livius XLV. 28. Paulus *filiam* Perſei *cum minore filio omni liberali cultu habuit.* Suetonius Aug. cap. LXV. Pater *relegatae uſum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit.* Livius I. 39. de Servio, captivae filio, *quem tam humili cultu educamus.* Tacitus

(1) Conſentit cum iis Oxon. qui & paulo poſt habet *colant*.

citus I. Hiſtor. 88. Otho inter comites expeditionis habuit L. Vitellium *eodem, quo ceteros, cultu, nec ut Imperatoris, nec ut hoſtis fratrem.* Hinc *vitam* bene, aut male *colere.* Plautus Caſina II. I. 12. *Faciam uti proinde, ut eſt dignus, vitam colat.* Poenul. Prol. v. 13. ad praeconem: *Exerce vocem, per quam vivis & colis,* ſcil. vitam tuam. Satis ex his patet, *τὸ colere* notare etiam educare, ſuſtentare, tractare.

l. 52. *Augilae Manes tantum Deos putant*] Manifeſtum deſignari hic certorum tantum hominum, qui mortui ſunt, veluti juſtisſimorum & fortisſimorum hominum, ut & majorum ſuorum animas, ſeu Deos Manes. Sic Tacitus III. Annal. 2. de unius Germanici funere: *Obvii victimas atque aras Diis Manibus ſtatuentes lacrymis & conclamationibus dolorem teſtabantur.* Saepe tamen haec vox notat etiam in univerſum omnes Deos inferos. Vide Me ad Sanctii Minervam IV. 16. 3. & ipſum Sanctium de hoc quoque Melae loco iſtic agentem, ut & Salmaſium ad Solinum pag. 412. Plinius autem & Solinus dicunt *Augilas tantum inferos colere*, ſatis profecto ambigue. Nam certe quando haec ſimpliciter ita, ſeu generaliter leguntur, ut leguntur, nemo non illorum verba accipiet de omnibus in univerſum Diis inferis, quae certe mens Melae, quem illi ſequuntur, non fuit. Ceteroquin non negaverim posſe etiam *Inferos* vocari defunctorum animas. Veluti in eleganti Epiſtola Servii Sulpicii ad Ciceronem IV. Famil. 5. de mortua ejus filia: *Quod ſi quis etiam inferis ſenſus eſt, qui illius in te amor fuit pietasque, hoc* (ut te triſtitiae dedas) *certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae.*

l. 64. *Vultus in pectore eſt.*] Hoc eſt, os & oculi, ut loquuntur Plinius, Solinus, & Martianus Capella. Vide Ciacconium.

l. ead. *Satyris*] At hi fuerunt animalia ex majorum ſimiarum genere, quae, ut ipſe Plinius ait VIII. 54. *hominis figurae* erant *proximae.* Et XI. 44. *perfectam hominis imitationem continent facie, naribus, auribus, palpebris.* Vide quae notavi ad Aelian. Var. Hiſt. III. 40. 4. De *Aegipanibus* vero vid. hic Vosſium, & maxime Salmaſium ad Solinum pag. 413.

## CAP. IX.

l. 12. *Alteraque ex parte*] Delevi *ex*, quod abeſt ab omnibus melioris notae Codd. certe quatuor Voſſ. tum Lipſ. & Meo (1) & quos alii adhibuerunt, denique ab optimis Edd. Anonyma, & Torini. Paulo ante Ciacconius & Voſſius pro *& cum diu* legunt *ſed cum diu*. Maluisſem *at cum diu*. Verum quum omnes MSS. retineant &, mutare id nolui, praeſertim quum Mela hac vocula in connectendo multum utatur.

l. ead. *Aſtaboras, altera Aſtapus*] (2) MSS. uno conſenſu *Aſtabores* & *Aſtape*, niſi quod Meus literam *r* inſerit ſecundae ſyllabae, ſed perperam. Plinius v. 9 *Aſtapum*, quo nomine Nilum in Aethiopia ait dictum, diſtinguit ab dextero alveo Meroës, quem vocat *Aſtuſapen*.

l. 15. *In immanem lacum*] Quis fuerit iſte lacus incertum, quem apud alios reperiri negat Voſſius. Nec tamen ideo velim contra MSS. & Edd. cum ipſo hic legere *locum*. Valde enim id languet, & ab ingenio Melae alienum eſt *immanem locum* dicere ita ſimpliciter, ſine ulla immanitatis iſtius ratione addita. Quod ſi maxime fiat, nihil aliud tunc intelligi tamen posſet, quam locus aut tractus vaſtae ſolitudinis & magnitudinis. Sic mox hoc cap. *ex immanibus Aethiopiae jugis*, hoc eſt, maximis. Et ſic alibi pasſim. At Voſſius intelligi his verbis vult Cataractas Nili inferiores, ſeu minores, de quibus Seneca Natural. Quaeſt. IV. 2. *Excipiunt eum Cataractae, nobilis inſigni ſpectaculo locus.* At quae ratio movisſet Melam, ut Cataractas memoraturus nec alia deſignatione, quam generali iſta & nimis laxa *immanis loci* uteretur? Adde, nondum pervenisſe eum ad illos maxime celebres Cataractas paulo ſupra Elephantinen urbem, quum lacum hunc collocet in locis infra Meroën inſulam, & ſupra Tachempſo urbem, ſeu inſulam, quae longe etiam ſupra hos Cataractas a Ptolemaeo & aliis ponitur. Sed *lacus* iſte apud nullum alium invenitur Scriptorem, ut ait Voſſius. Quid vero mirum vel alios in Aethiopicis

(1) Et Oxon. qui etiam cum aliis *& quum diu*.

(2) Haec eſt lectio Edd. Hermol. Cam. & aliquot recentiorum. Ald. & Junt. *Aſtaboras* & *Stapus*. Voſſ. & Gron. *Aſtaboras* & *Aſtapes*. Torin. & Norimb. *Aſtabores* & *Aſtape*. MSS. Oxon. & Voſſ. 3. *Aſtaborus* & *Naphe*.

picis hiſce, tam parum olim exploratis, aliquem praetermiſiſſe lacum, vel Melam Hiſpanum in iis aliquid humani memoriae vitio paſſum? Sed non opus ut eo delabamur. Nam Seneca d. l. paulo ſupra Philas & Cataractas hos Nilum ait *in paludes diffuſum*. Inter *paludes* haſce potuit fuiſſe *lacus* hic. Sed quid multa? Ipſe utique Herodotus a Ciacconio jam laudatus II. 29. infra Meroën ſupra Elephantinen juxta inſulam Tachempſo collocat λίμνην μεγάλην, *magnum lacum, in quem Nilus* iſtic *effundatur*. Sine dubio reſpexit hunc locum Mela, ut ſolet Herodotum ſequi; ſicuti & ex eo, aeque ac Stephanus, *Tachempſo inſulam*, quam alii dicunt urbem, nulla *inſulae* mentione facta, nobis memorat. Ita vero habemus iſtic loci, ubi a Mela collocatur, *lacum* adeo rejectum a Voſſio & aliis.

l. 16. *Tachempſo*] Mira hic varietas codicum. Lipſi Meus, Voſſ. 2. 3. legunt *Talenſo* (1), Voſſ. 4. *Talemſo*; at Voſſ. 1. *Thalem*. voluit *Talempſo*. Similiter Vaticani *Talenſo*, vel *Talemſo*, vel *Thalempſo*. Omnes tamen conſpirant in literam *l*, ſive ea ſit culpa librariorum, ſive ipſius Melae incuria, decepti forſan corrupto codice Graeco, in quo Λ ſcriptum pro Χ vel Κ, quae literae facile inter ſe permutari poſſunt. Ptolemaei *Metacompſo* cum Ciacconio corruptum arbitror. Librarii Graeci plerisque Barbarorum vocabulis Graecam ſpeciem addere ſtuduerunt. Hinc illud Μετα in hoc nomine videtur ortum. Sed & videtur in eodem Capite ad Occidentalem partem Nili idem hoc nomen ſcribi *Tachorſa*. Fuit enim *Tacempſo* duplex ad utramque partem Nili. Hinc Plinius VI. 29. *Ex Africae latere tradita ſunt eodem nomine Tacempſos altera, ſeu pars prioris.* Vox autem haec quam diverſae revera fuerit ſcripturae apud veteres, ex Stephano de Urbibus plane manifeſtum. Nam de eadem tribus locis agitur ſub nominibus Τάκομψος, Ταχέμψω, & Χομψώ. Quid? an forſan verum fuit nomen Χομψὼ, & pro eo, quia urbs fuit duplex cis & ultra Nilum, Graeci dixerunt τὰ Χομψὼ, quae in unam demum vocem *Tachompſo*, vel *Tachempſo*, coaluerint? Sic plane apud Strabonem lib. XVI. pag. 753. legitur Ταξύμιρα, pro τὰ Σίμυρα, Mox *Elephantilem* habent plerique Codd. Melae. Quocirca non poſſum praeterire hic Voſſii incuriam. Reponit ille *Elephantidem, & ita libros habere* ait. At falſum hoc eſſe ajo, quippe qui

(1) Sic quoque Oxon. & ex Edd. Torin. & Norimb. Mox iidem *Elephantilem.*

qui illam vocem in nullo prorſus Voſſiano codice reperi. Sed & ex Vaticanis Ampl. Goetzius *Elephantilem* notavit. Neque aliter ſcriptam hanc vocem legas in Edd. antiquiſſimis, Anonyma, Veneta, & Torini. At Voſſ. 1. ille omnium optimus diſerte praefert *Elephantinem*, quomodo & alii plerique ſcriptores hanc urbem nominant. Quod ideo & ipſe, ut voluerat jam olim Pintianus, recepi, tanto promptius, quia mox in fine hujus cap. haec ipſa urbs in quibusdam MSS. vocatur *Elephantine*, vel *Elephantin*.

l. 19. *Jam pene navigabilis*] MSS. omnes, quos adhibeo, legunt *bene navigabilis* (1). Unde neſcio qua ratione ducti Editores fecerint *pene*. Excipio Vinetum, quem ſecutus eſt nuper Clar. Gronovius, ab ſuis quoque Codicibus monitus. Sic Cicero XVI. Famil. 8. *bene firmus*. & Epiſt. 13. *quum te bene confirmaris*. XII. 13. *Caſſii claſſis bene magna*. Sic alibi & alii.

l. 21. *Deinde iterum iterumque diviſus ad Delta & ad Melin*] Hanc ait Voſſius *eſſe Vaticani, & omnium, quos viderit, Codd. conſtantem lectionem*. Reſpicere eum puto poſtrema. Nam ceteroquin illud prius *iterum* in nullis nec Voſſii ipſius, nec aliis facile reperietur. Abeſt certe ab omnibus, quos ego vidi, & quos Ampl. Goetzius; ſed & a primis & optimis Edd. Anonyma, Veneta, Torini, Aldi & Juntae (2). Reliquae interpoſuerunt *ſemel*, quod & probavit Ciacconius. Voſſ. 2. habet *dein iterum diviſus*, quod forſan alicui arridere poſſit. Sed crediderim potius excidiſſe unum *iterum* propter ipſam repetitionem, legerimque cum Salmaſio, quem in eo Voſſius ſequitur, *iterum iterumque*; tanto magis, quia mox Nilus *in ſeptem ora ſe ſcindere* dicitur, quo unice isthaec verba, non ad duplicem tantum diviſionem, reſpiciunt. Sed major difficultas eſt in illis *ad Delta & ad Melin*, quae cum Ciacconio & Schotto credere malim ex margine, vel gloſſa imperiti hominis irrepſiſſe in textum, quam duras adeo & abſonas variorum Interpretum recipere conjecturas. Etenim ad Delta & oppidum Cerca-

(1) Cum his conſentit Oxon.
(2) Abeſt etiam a MSS. Oxon. & Edd. Hermol. Norimb. & Cam. In ſequentibus valde variant tam ſcripti, quam editi. Voſſ. 1. *ad Delta & ad Melyn it per.* Voſſ. 2. 4. 5. *ad Deltam e. a. Melim i. p.* Voſſ 3. *ad. Deltam & Melim. it .p* Lipſ. & Perizon. *ad Deltam e. a. Melin it p.* Oxon. *ad Deltam, ad Melin, it per.* Ex Edd. Hermol. & Cam. *ad Delta & ad Metilin it per.* Ald. *ad Delta & ad Melim per.* Junt. *ad Delta & ad Melin per.* Torin, *ad Deltam & ad Melin & per.* Norimb. *ad Deltam & ad Melin it per.*

Cercaſorum triplex, jam fit Nilus, atque adeo non dividitur poſtea demum & denuo ad Delta, quippe ad cujus κορυφὴν, acumen, ſitum erat illud ipſum *Cercaſorum* oppidum, hic a Mela nominatum. Hinc Herodotus II. 15. Nilum ait dividi *κατὰ, apud Cercaſorum*, at cap. 16. *κατὰ τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα, apud acumen Deltae*. Sed & cap. 97. conjungit ideo tanquam unius loci *acumen Deltae & oppidum Cercaſorum*. Liquet hinc primam diviſionem Nili fieri ad Delta ipſum, non ſecundam. Ceterum hac ratione rejicio quoque Pintiani conjecturam legentis *a Delta & Memphi*, & ita pro *Melin* reponentis *Memphin*, ſed quae eſt ſupra Cercaſorum, ubi Nilus adhuc alveo continetur uno: non ergo inde incipit diviſio prima, nedum ſecunda, nec inde it per omnem Aegyptum diviſus & diſperſus. Dein & Voſſii, qui legit *ad Deltae acumen*, quaſi iſtic poſt primam diviſionem in triplicem alveum *iterum* dividatur. Sed hanc Voſſii conjecturam exploſit ſatis Clar. Gronovius, aeque ac Voſſius ipſe Salmaſianam, ſed quae longe eſt ſua melior. Legit ille ad Solinum pag. 478. *Dein iterum iterumque diviſus a Deltae meta* (hoc eſt, acumine, initio, *κορυφῇ*) *it per* —— Nihil iſtic reperitur, quod Geographiae ratio, & Nili deſcriptio non admittat. Nec longe abſcedit, quod ex ſuis Codd. profert Salmaſius, (*ad Deltam & a Melin*) ab ipſis Voſſianis, niſi quod hi & plerique alii, ut & optimae ex priſcis Edd. habeant *ad Melin*, *Melim*, *Melyn*, ut adeo tam duram hoc nomine increpationem Voſſii non fuerit meritus. Sed tamen, fateor, minus Latine videtur dictum *Deltae meta*, pro ipſo acumine, ſeu *κορυφῇ*. Neque vero ullam vocabuli *Melim* rationem Salmaſius habet. Quid ergo? Niſi verba haec ſint prorſus ejicienda cum Ciacconio, ſicuti ſalvo plane ſenſu abeſſe poſſunt, ſiquidem illa *iterum iterumque diviſus*, referenda ſunt ad *diſperſionem per omnem Aegyptum* & *ſeptem ora*, quae ex iſta diviſione oriuntur: niſi ergo haec ita ſint, legerim *a Delta ad pelagus it per* —— Certe mentionem maris, vel pelagi, videtur ſenſus requirere; tanto magis, quia mox, quaſi jam facta eſſet, per ellipſin omittitur, dum Nilus ſimpliciter dicitur *evolvi*, ſcil. in mare. Sed a voce *Melim*, quae tamen omnino valde videtur corrupta, longius, fateor, recedit hic meus conatus, & ideo Lectorum judicio eum lubens permitto. Hermolaus legit *ad Metilin*, vel *Metelin*, quod multae Edd. poſt eum receperunt. Sed longe nimis remota eſt haec urbs ad mare & occidentale latus τοῦ Delta, nec ad eam fit ulla diviſio Nili. Maluiſſem *Talyn* reponere, qui fluvius ex Nilo

per Bolbiticum oſtium exit in mare. Sed eandem in partem eſt & illa nimis remota. Rejecit quoque illam Hermolai lectionem Pintianus, ſed & ſuam ipſius poſtea de *Memphi*, & maluit corrupta mutare in *ac Delta medium*, eaque dein loco ſuo movere, & in alium transferre. Sed, quod itidem magnae eſt audaciae, ſine ullo cujusdam MStorum auctoritatis veſtigio. Retinui itaque verba corrupta, vel plane ſuſpecta.

l. 28. *Praeter id quod ſcatet piſcibus*] Sic ſcripti & editi. Ciacconius tamen in vet. cod. legi ait *praeter quod*, unde reponendum ſuſpicatur *praeterquam quod*. Sed ſi ita habet iſte codex, & aliunde ſi confirmaretur, retinerem ſcriptam lectionem. Nam aeque recte dicitur *praeter quod*, ac *prae quod* apud Plautum Stich. II. 2. 38. *Omnes res relictas habeo, prae quod tu velis*, hoc eſt, prae eo, quod. Sic ergo *praeter quod* dicitur pro *praeter id, quod*; quo modo loquitur & Plinius Panegyr. cap LIX. *Nam praeter id, quod eſt arduum, duas, easque, ſummas, ſimul capere poteſtates, tum ineſt utrique nonnulla diverſitas.* Mox plerique MSS. legunt *hippotamos crocodrilosque*, vel *crocodrillosque*, ſed & ſic antiquisſimae Edd. Anonyma ac Torini. Voſſ. 1. *corcodrillos*. Sed recte Voſſ. 4. vocabula haec expresſit ita, ut ſcribi ſolent (1).

l. 34. *Accipientia ſpiritum*] Pro *ſpiritum* etiam Voſſ. 2. legit *ſpeciem*, idque etiam in uno ex Vaticanis reperit Ampl. Goetzius. Sed alterum praeferunt reliqui & meliores.

l. 36. *Terrea*] Incertae prorſus eſt auctoritatis, utique in proſa, haec vox. Ubi in Edd. reperitur, MSS. legunt *terrena*. Certe hic ita omnes habent Codd. tum quos ego, tum quos Ampl. Goetzius vidit (2) Neque aliter optimae illae Edd. Anonyma & Torini. Quid, quod ipſe Voſſius ex vet. cod. & ipſo Vaticano annotavit *terrena* in ſuis collationibus? ut adeo valde mirer eum hic illud *terrea* reliquiſſe prorſus intactum indictumque. *Terrenus* paſſim occurrit, immo plane ut hic, coeleſtem & igneum vigorem, qui hominibus ineſt, dicit hebetari *terrenis artubus*, Virgilius VI. Aen. 732.

l. 41. *In aeſtate tunc altius abit*] Neſcio unde illud *in aeſtate* acceperint Editores, non primi usque ad Aldum & Jun-

(1) *Hippotamos cocodrillosque* Oxon. In poſteriore voce Ed. Norimb. ſequitur Torinianam, ſed pro *hyppotamos*, quod in hac eſt, habet *hyppopotamos*.

(2) Adde Oxon. a quo itidem paullo poſt abſunt illa *in aeſtate*.

Junta, ſed medii inde usque ad Voſſium. Nam in Vatic. Lipſ. meo, & Voſſ. omnibus neutiquam reperitur, neque in primis, ut dixi, Edd. ſine dubio ex gloſſa ad voculam *tunc* eſt ortum, quae non videbatur habere, quo referretur, quum tamen referri recte queat ad *magnos aeſtus*, eorumque tempus: ſicuti quod continuo ſequitur, *per ea tempora*, hoc eſt, tempora magnorum aeſtuum, quibus exundat Nilus.

l. 43. *Eteſiae aut actas —— aut venienti obvii*] Omnes MSS. quos novi (1), & Edd. primae usque ad Aldum & Juntam habent *obviae*, poſteriores demum *obvii*. Decepti hic videntur librarii corrupta lectione quorundam Codd. qui legunt, *aut actae a Septentrione, aut a meridie nubes ſuper principia ejus imbres praecipitant.* Sed male. *imbre* abſolute ponitur. Vide me ſupra ad cap. 3. Inde vero librarii reſpicientes ad vocem *nubes* formarunt nobis illud *obviae*, niſi per ipſam terminationem *Eteſiarum* decepti eam feminini eſſe generis crediderint.

l. 48. *Fitque major vel —— quam debet amittit*] Suſpecta haec omnia habet Pintianus, ut quae ex margine in ipſum devenerint contextum. Verum ea in re nec Schottum, nec Voſſium ſibi habet ſuffragantes. Voſſius *non videre* ſe ait, *quid in his verbis abſonum ſit & inconcinnum.* Sed neque MSS. favent Pintiano, ut adeo, ſi quae corruptela huic loco adhaeſerit, antiquam fuiſſe oporteat. Crediderim tamen juſto judicio illum verba haec νοθείας arguere. Nam quid quaeſo in illis ineſt, quod non dictum ſit in proximis ſuperioribus? quid, niſi brevis repetitio & explicatio trium cauſarum, quare Nilus ſolſtitio creſcat, ſeu fiat major? Immo quid diſcriminis eſt inter haec ipſa, *creſcit, fitque major*, ſine ulla particula, quae vel repetitionem clariorem, vel concluſionem, aut effectum cauſarum denotet? Quod *nihil ex ſe amittit*, eo reſpicitur ſecunda cauſa, qua Sol altius abiens ſinit Nilum *integrum, & ut eſt plenisſimus, ſurgere*. Quod *plus quam ſolet accipit*, eo declaratur prima cauſa a nivibus ſolutis petita. Tertia vero ab Eteſiis ſumpta ultimis hujus periodi verbis exponitur. Aliena haec videntur a Melae ſtylo & ingenio. Sed meam ego dixi ſententiam, de qua Lector ſuo arbitratu exſtimet velim.

l. 53. *In illis terris*] Voſſius delet ultimam vocem, quia, ut ait, abeſt in veteribus libris. At abeſt tamen in Voſſ. 1. ac 3. in reliquis reperitur. Sed & illi valde hic cor-

(1) Non abit ab iis Oxon.

corrupti ſunt. Certe Voſſ. 1. habet, *in illis ortum amnem tibi ſubter maria ex eo alveo.* Multi alii pro *in illis* habent liquido *nullis* (1). Exponit Voſſius *in illis*, ſcil. Ἀντίχθοσι; at quomodo ſupplebit ea, quae ſequuntur, & ad haec reſpiciunt, *in noſtris?* Quum ergo hic intelligi neceſſario debeat *terris*, & in ſuperioribus exprimatur a plerisque, etiam Vaticanis, unde certe nihil annotavit Ampl. Goetzius, nihil ego hic mutaverim, aut, ſi Voſſio accederem, legerim quoque *in noſtro*, ſcil. *orbe*, quod praeceſſit.

l. 63 *Sua ſede occupat*] Aliquid hic vitii haerere declarant MSS. qui legunt omnes fere *quae*, vel *que*, vel *qua*, quod in uno ex Vaticanis certe reperit Ampl. Goetzius, (2) *ſede occupat*. Voſſ. 1. *quae cede occupat*. Voſſ. 2. *quae ſedem occupat*. Arripuerunt hoc nonnullae Edd. priſcae, inque iis Aldina & Juntina. At antiquiſſimae, Anonyma, Veneta, Torini, Camertis, aliorum Codd. lectionem retinent, *quae ſede*. Aliae tandem Camertis ſcilicet, Vineti, ac reliquae dein omnes *ſua ſede* ediderunt, id quod mihi non eſt rejiculum, quum minimae ſit mutationis & ſenſus optimi. Neque vero ſpreverim, quod Pintianus primum voluit, *qua ſedet*, hoc eſt, in ipſo ſolo, ut opponatur illis, quae ſequuntur, *totidem in altitudinem erigitur*. Certe longe ego hoc praetulerim, quam quod ille dein maluit, audaciſſime multa Melae aſpergens, quae in nullis ejus Codd. reperiuntur, & errans inſuper dum Herodoti *plethra* vertit *jugera*, & inde Melae ac nobis obtrudens *octona jugera*. De his *plethris* & *jugeribus* vide Me ad Aeliani Var. Hiſt. III. 1. 3. Optimus ille Codex, qui olim fuerit Latini Latinii, & quem hic tanquam ſuum citare videtur Voſſius, eſt Ciacconii. Verum is ex eo profert, non *quo cedat*, ſed *qua ſedat*. Voſſius in collationibus ſuis notat V. C. *quae*, lego *qua*. Verum hoc videtur poſtea rejeciſſe, quia a Pintiano videbat praeceptum. Nam maluit dein conjectura ex illo Latinii codice formata, *quoque latere*. Non male & illud, ſi addicerent ulli codices. Ciacconius ex eodem cod. legit *qua ſedat*, quod tamen vitium ſcripturae putem pro *ſedet*. Ego vulgatum retinui, quod & ipſe Voſſius fecit. De Pyramidibus vide Me in Aegyptiacis cap. XXI.

l. 65. *In circuitu*] MSS. Lipſ. Meus, & Voſſ. optimus, ſeu 1. & 4. denique & Vaticanus, annotante Voſſio, legunt

(1) Ita Oxon. Voſſ. 2. 3. 4. Lipſ.
(2) *q ſede*, Oxon. *quae ſede*, Ed. Norimb.

legunt *in circuitum*. Utrumque poſſit dici. Nam ut hic, ſic fere Suetonius de Gallia in Caeſ. cap. xxv. *Patetque circumitu ad bis & tricies centum millia paſſuum.*

l. 68. *Domos ter mille*] Omnes MSS. quos vidi, ignorant *ter*: neque aliter Edd. omnes ante Pintianum, etiam illa Vineti, neque in ullis id reperi collationibus. Quid ergo? ſequemurne in Mela recenſendo potius Herodotum, an illius Codicum conſenſum? Putem poſterius, & de priore in Notis monendum. Sed & Herodotus tantum cIɔ Iɔ. ſupra terram ſe vidiſſe tradit, reliquas fuiſſe ſub illis infra terram, in quas admiſſus non fuerit. Potuit ergo Mela ſuperiores & inferiores domos habuiſſe pro iisdem, & tantum ſuperiorum voluiſſe numerum exprimere, eumque rotundum, ut dicitur, quia ſatis amplum forſan credidit. *Pſammetichi* autem nomen mire hic corruptum eſt. At proximus vero Voſſ. 1. *Pſammetici*, quod & voluerunt Meus, & Voſſ. 4. legentes *Pſaminetici*. Alii vero *Pſaminetie*, vel *Pſaminentie* (1). Prius quoque oſtentant antiquiſſimae Edd. ante Hermolaum.

l. 76. *Magno & inexplicabili tamen errore*] Neſcio unde illud *inexplicabili* acceperint Editores. Nam antiquiſſimae & optimae Edd. Anonyma, & Torini legunt *magno & explicabili*. Hoc ipſum omnes MSS., etiam collati, exhibent (2); niſi quod Voſſ. 8. optime, ut puto, habeat, *magno, explicabili tamen errore*. Ceteroqui legerem *magno, at explicabili tamen errore*. Non rejecerim tamen, aut ſolis Poëtis conceſſerim vocem *inexplicabilis*, ut facit hic Voſſius, quum & Plinius xxxvi. 13. de labyrinthis agens bis ea voce in uno hoc Capite utatur, *Quae itinerum ambages, occurſusque ac recurſus inexplicabiles continet.* Et dein: *Perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem.* Quid, quod ipſe Cicero paſſim, tum Livius xxxvii. 52. & Tacitus iii. Annal. 73. vocem hanc adhibuerint? Recte autem Voſſium hic putem prius *ſubinde* rejeciſſe, quod etiam ex textu ipſo excluderem, ſi MSS. paterentur.

l. 78. *Fimo obliti*] Ciacconius ex Herodoto ii. 85. & Diodoro lib. i. pag. 46. legit *limo*. Liquet inde, unde Voſſius eam hauſerit conjecturam, quod diſſimulare non debuerat. Res ipſa, ſeu ritus ille convenit cum eo, quod in S. Scriptura legimus, Iſraëlitas quoque in ſummo luctu, vel metu,

(1) *Pſaminecle* Oxon. ab eodem abeſt *ter*.
(2) Etiam MSS. Oxon. & Ed. Norimb.

metu, pulverem ſibi conjeciſſe in caput & faciem. Vide Joſuae VII. 6. ubi Joſua & ſeniores dicuntur *immiſiſſe pulverem in caput ſuum.* Et 2 Sam. XV. 32. ubi quum David fugeret Hieroſolymis, dicitur ad eum in fuga ſe contuliſſe Huſai lacerata veſte, *terram habens in capite ſuo.* Sic alibi. MSS. tamen omnes hic habent *fimo*, niſi quod Voſſ. 1. *fumo* (1).

l. 81. *Suis literis perverſe utuntur*] Nolim hic Pintianum ſequi expungentem *ſuis*. Vult dicere auctor, habere eos proprias ſibi literas, certe a Graecis diverſas, easque ſcribere ἐπὶ τὰ λαιὰ, hoc eſt, ab dextra verſus ſiniſtram, quum Graeci & Romani contra facerent, quibus *perverſum* ideo videbatur illud ſcripturae genus.

l. 84. *Parentes quum egent, illis neceſſe*] Omnes MSS. etiam optimus Vaticanus, legunt continua ſerie *illis mulieribus ſcilicet* (2). Manifeſta haec quidem eſt gloſſa, ex margine in contextum illata, ſed quae unice a me annotatur, ut liqueat omnes noſtros Codices, etiam optimos, ex uno antiquiſſimo exemplari pariter derivatos, unde tam inanem gloſſam omnes receperint, quod & alias obſervaſſe mihi videor, unde & tam pertinax corruptela in propriis ſaepe reperitur nominibus.

l 91. *Exſtincta ſint*] Voſſ. 3. & 5. *exſtincta ſunt*, quod, ſi reliqui aſſentirentur, praeferrem (3).

l. 95. *Coitu pecoris*] Exputare nequeo, quem Voſſius hic deſignet *optimum ſuum librum, in quo a prima manu ſcriptum* fuerit *pecoris*, quod ideo vult retineri. Nam certe in omnibus Voſſianis, etiam in illo, quem ceteroquin optimum vocat, diſerte, & ſine ulla mutatione reperi ſcriptum *pecudis*, niſi quod Voſſ. 3. (4). *peculum* habet. Sed & Meus, & Lipſ. itidem praefert *pecudis*. Sed neque in Juntina Ed. quae pariter cum Aldina *pecudis* legit, ullam reperio ad hanc vocem lectionis varietatem ab Ampl. Goetzio annotatam, qui tamen eam diligenter cum Vaticanis contulit. Viderit ergo Voſſius, qui ſuam hic fidem tueatur. Sed & inepta ſatis eſt altera ratio, quod Columella & alii boves quoque

(1) Oxon. quoque, & omnes Edd. *fimo.*

(2) Lipſ. *illis mulieribus neceſſe eſt, his.* Oxon. *illis ſcilicet mulieribus neceſſe eſt, his.* Edd. vett. gloſſam excluſerunt. *Eſt* ante *his*, & deinde ante *alere* habent Lipſ. Oxon. & omnes Voſſiani, praeter ſecundum, a quo poſterius abeſt. Camers omiſit prius. Ceterae Edd. vett. utrumque expreſſerunt.

(3) Adſentitur Oxon.

(4) Et Oxon.

quoque & equos *pecora* vocent. An ergo relinquemus idcirco conſtantem ſcriptorum Codicum lectionem? An minus illi *pecudes* appellantur? Immo vero longe frequentius. Ipſe Cicero conjungit cum belluis, equis & bubus I. de Offic. 30. *Quantum natura hominis pecudibus, reliquisque belluis antecedat.* Et II. 3. *Expertes rationis equi, boves, reliquae pecudes.* Suetonius Caeſ. cap. LXXVII. *Nec pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet*, de victima ſollennis ſacrificii. Sulpic. Severus Hiſtor. Sacr. I. 31. *Quum oneri boves feminas ſubjeciſſent, vituloſque earum domi retinuiſſent* Philiſtaei, *iter nullo duce in Judaeam pecudes direxerunt.*

l. 98. *Trecentos & triginta Reges* ] Valde hic haeſitant Interpretes, ut Melam cum Herodoto in utroque numero XXXIII. & XIII. millium concilient. Nec mirum, quum receptam lectionem conſtanter in his numeris tueantur MSS., eaque ab Herodoto, quem tamen Mela videtur ſequi voluiſſe, palam recedat. Reſpexit autem Mela non Herodoti II. 100. ut putat Voſſius, quum iſtic CCCXXX. Reges non *ante Amaſin*, ſed *ante Seſoſtrin* exſtitiſſe memorentur, atque hic ideo illis ſucceſſiſſe. Verum reſpexit manifeſte Herodot. II. 142. ubi tamen is Reges CCCXLI. fuiſſe ait, & *aetates*, γενεὰς, quae faciunt undecim millia & CCCXL. annos: neque haec omnia *ante Amaſin*, vel certe non uſque ad Amaſin, ſed ante Sethonem jam exſtitiſſe tradit. Sequitur jam iſtic de Sole quater curſus ſuos mutante inter illas aetates, ſed quod itidem liberius reddidit Mela. Quid ergo hic dicendum eſt? Vel Melam negligentius hic adhibuiſſe Herodotum, ſive memoriter, ſive ex Excerptis incurioſe factis ea repetierit, & nonnulla inſuper de ſuo ex conjectura, aut errore, liberius adſperſerit; vel emendandum hic eſſe ad fidem praeëuntis Herodoti, praeter ſuorum codicum auctoritatem, legendumque *trecentos & quadraginta Reges ante Amaſin, & ſupra undecim* —— Sed prius putem veriſimilius.

l. 99. *Supra tredecim millium annorum aetates* ] *Aetates* hic notat γενεὰς, quo verbo Herodotus hic utitur, quodque exponit diſerte prorſus ita, ut tres aetates faciant centum annos. Senſus ergo eſt, referunt certis annalibus tot aetates, unde tot millia annorum oriantur. Habent autem codices quidam *milium*, quidam *milia*. Atque ita conſtructio eſt vel, *aetates millium annorum ſupra tredecim*, vel, *aetates annorum ſupra tredecim millia.* Sic Suetonius ſaepe. In Caeſ.

Caeſ. cap. xx. *Campanum agrum diviſit ad* xx. *millibus civium*, hoc eſt, diviſit millibus civium usque ad viginti, ſcil. millia. Aug. xxxviii. *ſuper* xxx. *Ducibus juſtos triumphos decernendos curavit*, hoc eſt Ducibus ſuper xxx. ſcil. Duces. Hic quoque Voſſ. 2. & 3. diſerte habent *ſuper*. Sed & MSS. ſemper *milia*, *milium* &c. unico *l*. & recte haud dubie (1).

l. 102. *Quater curſus ſuos vertisſe ſidera*] Haec explicanda ex ſequentibus. Nam de ſolo *ſole* hoc dicit Herodotus. Neque vero opus ut Pintiani ſupplementum Melae ingeramus ex Herodoto, in quo ipſo illud eſt ſupervacuum, quod recte jam monuit Ciacconius. Ceterum ſi Sol bis ita paulatim mutavit curſus ſuos, ut tandem occiderit, unde nunc oritur, etiam bis neceſſario eos rurſus ita mutavit, ut denuo oriretur, unde nunc oritur; atque ita *quater* ſuos curſus vertit. Voſſ. 1. habet *quartum curſus*.

l. 104. *Viginti millia urbium*] A MSS. noſtris abeſt *millia*. Alii legunt xx. *urbes*, ut Meus, & Voſſ. 1. Reliqui xx. *urbium* (2). Sed certus is eſt error. *Millia* per unum *M* ſolet notari, & ideo excidit. Confer Herodotum ii. 177. De potentia autem Amaſis, quam nimiam faciunt Herodotus, Diodorus, & qui eos ſequuntur. Vide Me in Aegyptiacis cap. xxiv. in extr.

l. 107. *Thebae, utique ut*] Locus hic eſt, in quo aliquid haeret obſcuri, immo & vitii, & ideo ab Interpretibus adhuc, ut puto, nequaquam intellectus. Nam, ut cetera mittam, quo pertinet, aut referri debet illud *ſolitasque ſingulas* &c. Voſſius edidit, ſed ſine ope Codicum, *utique quae*, quod tamen etiam ultimae Edd. receperunt. Ciacconius, & ex eo Schottus, voluit *quae*, & deinde *habuit*. Sed nihil in τῷ *utique* (3) mutandum, quod ex optimorum Auctorum uſu notat etiam *praeſertim*, *praecipue*, vel *maxime*. Livius xxxvii. 33. *Id multo, quam de navali victoria, laetius fuit, utique poſteaquam eo venerunt* —— Petronius cap. cxxxiv. *Quid vos in cellam meam, tanquam ante recens buſtum veniſtis, utique die feriarum, quo etiam lugentes rident?* Suetonius Tiberio cap. xlvii. ſpectaculis *rariſſime interfuit, ne quid expoſceretur, utique poſtquam comoedum*

(1) *Super* xiii. *milia annorum*. Oxon. Idem mox *milibus*, & ſic ubique.

(2) Sic Oxon.

(3) Hoc habet Oxon. & videntur habere omnes alii, praeter Voſſ. 3. & Lipſ. in quibus eſt *utque*. *habent* Voſſ. 1. 3. 4. Lipſ. Oxon. Perizon.

*moedum Actium coactus eſt manumittere.* Sed & ipſe Mela III. 2. *Jactat navigantes atrociter, utique ſi alio ventus, alio unda praecipitat.* Et cap. 5. *Silvae aliaque dira animalia, verum & tigres ferunt, utique in Hyrcania.* Haec nunc ad hunc locum applicari velim. Nominat iſtic Auctor *clarisſimas* tantum urbes iſtius tractus, &, quum quinque nominasſet, addit ultimam, ſed omnium etiam harum longe clarisſimam, & quae vel maxime nominari deberet. Rectisſime ergo dixit phraſi ſibi ſolita, *& Thebae utique*, quae idcirco male ab ſe invicem diſtinguuntur a Schotto, Vosſio, aliisque, licet aliter praeiverint Veneta, Hermol. Barbari, Vercellenſis, Aldina, & Juntina. In ſequentibus jam MSS. legunt *habent*, neque aliter primae Edd.; at poſteriores ediderunt *habens*. At tu totum locum ſic reſtitue levisſima mutatione in planisſimum & genuinum maxime ſenſum, *Thebae utique, quae (ut Homero dictum eſt) centum portas, ſive (ut alii ajunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, ſolitaeque ſingulis, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Tὸ *quae* excidit propter praecedens *utique*, atque adeo ejusdem ſyllabae repetitionem. Optimus porro eſt conſtructionis nexus, *quae habent ſolitaeque* ſcil. ſunt. De *denis armatorum millibus*, quae perperam & audacisſime contra Codd. conſenſum hinc ejecerat Pintianus, eumque ſequi ſolitus Schottus, vide hic Vosſium. Ceterum poſtquam haec ita jam ſcripſeram, & meo Marte conſtitueram, deprehendi ab Illuſtri Viro, Gronovio Patre, I. Obſervat. 16 haec non in eadem quidem verba, ſed eundem plane ſenſum & nexum redacta ac emendata; id quod a Clar. Filio ita plane in duabus Edd. praetermisſum ac neglectum, ut vere dicam, ſatis mirari non potui.

l. 114. *Ipſas oras ſecant*] Sic MSS. (1) non *ſecat*, ut Schottus, & aliquot alii. Sed recte jam olim Pintianus, & deinde Vinetus haec junxere ſequentibus. Hic vero non obtemperasſe Pintiano, cui ceteroquin, etiam ubi non debebat, auſcultare ſolet, Schottum, quis non indignetur? Sed & Vosſio turpe eſt hanc Pintiani emendationem ſprevisſe, vel neſcivisſe, & quum dein ea in memoriam ipſi a Clar. Gronovio revocaretur, vel in oculos ingereretur, tamen pertinaci faſtu, quia antea eam ipſe non animadverterat, & perplexa prorſus diſputatione repudiasſe, & ita manifeſta

(1) Voſſ. 1. 3. 4. Periz. Lipſ. Oxon.

nifeſta nimis contumacia contra liquidiſſimam veritatis lucem inſurrexiſſe; quod indignum eſt Viro erudito. Rectius longe primum Gronovius Pater 1. Obſervat. 16. Pintiani ſententiam agnovit, probavitque. Deinde & Filius, non tamen ſuam nunc *tandem*, ſed *veterem jam*, in textum recepit, ut oportebat.

l. 116. *Mendeſium*, *Phatmiticum*, *Tanicum*] Turbatus hic primum fuit ordo, quum praemitti debuiſſet *Phatmiticum*, ex auctoritate MStorum Melae, & primarum Edd. Accedit ſitus locorum, qui idem poſtulat. Verum hoc jam curavit Voſſius. *Phatmiticum* alii vocant *Phatnicum*, at Melae Codd. *Pathameticum*. Voluerunt idem, quod Ptolemaeus, qui hoc oſtium vocat Παθμητικόν. Sed longe major eſt difficultas in eo, quod ſequitur. Debuit iſtic omnino *Tanicum*, vel *Taniticum* oſtium memorari. Sed Auctor videtur alio & ignoto quidem vocabulo illud deſignaſſe. Nam MSS. Vaticani, etiam optimus, notante Ampl. Goetzio, *Cataphryſtum*, optimus Voſſ. 1. *Capatyſtum*, Voſſ. 2. *Cap cataptiſcum*, 3. & 5. *Cataptiſtum*, 4. *Cataptyſtum* Lipſ. *Captatiſcum*, Meus *Captatiſtium* (1). Voſſius male ait in Vatic. optimo legi *Captatiſcum*, at in ſuo optimo *Captatiſtum*. Crediderim pene haec vitio operarum in ejus Notis ſic ſcripta, quum certe aliter iſtic legi ex ipſis exemplaribus, quae ſuperſunt, alterum in Vaticana, alterum in Leidenſi Bibliotheca, cuilibet conſtare poſſit, nec falſitas illarum lectionum faveat Voſſio. Ceterum ille ex hac ſcriptura ſuſpicatur ſcripſiſſe Melam Κατάπλευστον, vel Latinis literis *Cataplyſtum*, hoc eſt, oſtium, quod facile navigari poteſt, & quod opportuna habet littora. Non male profecto, ſi modo probari poſſet alicunde proprium hoc fuiſſe illius oſtii nomen, aut quemquam umquam eo nomine, vel epitheto illud oſtium deſignaſſe. Clar. itaque Gronovius maluit *Aphthiticum*, vel *Cabaſiticum*. Verum haec, ut nimis remota a *Tanitico*, rejecit in Appendice Voſſius. Sed & ipſe poſtea neglexit ea, & praetulit tandem *Calaſiricum*, inque ipſum immiſit Textum. At *Calaſiries* non fuerunt gens, aut populus, aut regio Aegypti, & idcirco apud Geographos Strabonem, Ptolemaeum, & alios nusquam plane, vel nusquam ita nobis occurrunt; ſed erant certum genus, ſeu ordo hominum, in cujusmodi genera ſeptem diviſi fuerunt Aegyptii. In his claſſibus, ſeu generibus hominum, erant

(1) Oxon. *Captatiſtum*, ut Voſſ. 3. & 5.

erant & bellatores, qui iterum dividebantur in *Calaſiries* & *Hermotybies*. Hi ſparſi erant in varios Nomos, ſeu regiones, unde colligebantur, & ubi habitabant inter reliquos cives opifices, aut alio vitae genere victum quaerentes, qui longo iſtic majore erant numero. Atque adeo ut olim Romae tres tribus explebant militibus, quos ſingulae conferebant, Legionem, ſic fere illi Nomi in Aegypto ex ſe conficiebant numerum, qui requirebatur, in ordines iſtos, ſeu claſſes, bellatorum explendas, niſi quod plerumque haec dignitas iſtic eſſet hereditaria. Vide Herodotum II. 164. 165. 166. Nihil ergo hoc nomen ad regionem certam pertinet, unde oſtium aliquod Nili poſſet denominari, atque inſuper *Taniticum* magis, quam *Mendeſium*, aut *Sebennyticum*, ex quibus Nomis aeque ac ex Tanitico ſumuntur *Calaſiries*. Quid vero Tu, dicet quis, an melius quid, aut ſpecioſius habes? Nihil omnino. Hoc enim ejus eſt generis, ut poſſit certius aliorum conjectura refelli, quam vera erui. Neque vero hinc expedire ſe videtur potuiſſe Doctiſſ. Cellarius, qui, quantum ſcio, locum hunc Melae, medicinae adeo indigum nuſquam attigit. Videant peritiores an ex urbe & metropoli *Panephyſi*, quae opportuno certe loco inter Mendeſium & Taniticum oſtium eſt ſita, aliquid extricare poſſint. Ego crediderim in antiquiſſimo jam exemplari, unde reliqua dein ſunt deſcripta, quod hoc ipſo in Capite jam liquido, ni fallor, documento probavi, locum hunc fuiſſe vel fortuito caſu jam corruptum, vel temporis, aut ſcriptionis, culpa obſcuratum, atque inde factum, ut poſteriores dein pariter hanc tam obſcuram lectionem etiam magis ab ſe vitiatam nobis jam obtrudant. Operae tamen pretium duxi variantes lectiones omnes bona fide exponere, ut, ſi qui velint, & poſſint, ingenii ſui hic exercendi opportunam habeant occaſionem.

## CAP. X.

I. 1. *Ad Rubrum mare pertinet*] Intelligit Ciacconius non Arabicum ſinum, ſed Mare totum, quod inter ſinus Perſicum & Arabicum jacet, ſeu unde hi ſinus oriuntur. Et revera Arabia ipſa longe maximam partem ſupra Arabicum ſinum eſt ſita, & Auctor hunc videtur diſtinguere a *Rubro Mari* infra III. 7. extr. & 8. init. Neutiquam tamen cum Ciacconio *indoctos* dixerim, qui etiam Arabicum ſinum

ſinum appellant *Rubrum Mare.* Sed eos tantum, qui ſolum hunc ſinum ita appellatum olim putant (1). Quin hoc ipſo in loco per *Rubrum Mare* deſignari putem a Mela Arabicum ſinum: ſiquidem hic deſcribit tantum Arabiam Petraeam, quae ad Oceanum non pertinet; at Arabiam Felicem rejicit in Librum tertium. Eſt autem illa ad ſinum Arabicum fertilior & ditior, quam in ſterilibus arenis. Accedit Plinius, qui Melam in his ſequitur. Ille ergo L. v. C. 11. *Ultra Peluſiacum Arabia eſt, ad Rubrum mare pertinens, & odoriferam illam ac divitem & beatae cognomine inclytam.* Vides hic manifeſte Arabiam hanc ſuperiorem ad *Rubrum Mare* diſtingui ab illa Beata, de qua agit demum, aeque ac Mela, alibi VI. 28. Utrobique autem diſerte Arabicum ſinum vocat *Mare Rubrum.* Iſtic enim ſinus extremos Arabici ſinus verſus Syriam, & oppidum Arſinoën, dicit *Rubri Maris:* hic Arabiam Felicem dicit *inter maria, Rubrum & Perſicum, procurrere.* Et cap. 29. *alveum ab Rubro mari* intimo *ad fluvium Nilum* tradit *deduci* coeptum.

l. 7. *A quarta vigilia*] Hoc eſt, ab ineunte jam quarta vigilia, ſeu quarta parte noctis, quae in quatuor partes, ſingulas horarum trium, dividebatur a Romanis (nam Graeci & Hebraei in tres partes dividebant) ſed quae horae pro ratione anni erant longioris, aut brevioris intervalli. Vide Vegetium III. 8. Hinc jam *vigilia* communiter ad certam partem temporis nocturni denotandam adhibetur. Cicero de Invent. I. 26. *Conſideratur autem tempus & anni, & menſis, & diei, & noctis, & vigiliae, & horae.* Similiter Matthaeus Euangel. XXIV. 42. & 43. *Vigilate: nam neſcitis,* ποίᾳ ὥρᾳ, *qua hora Dominus veſter veniat. Hoc noſtis, quod, ſi paterfamilias ſciret,* ποίᾳ φυλακῇ, *qua vigilia, fur ſit venturus, vigilaret.* Ubi videmus ſimpliciter ad denotandum noctis tempus, majus aut minus, exprimi *vigiliam*, aeque ac *horam.* Nam & Graeci ab Romanis acceperunt hanc locutionem, & Noctis diviſionem. Unde idem Matthaeus XIX. 25. Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, *quarta autem vigilia noctis venit ad eos Jeſus.* Vide & Chriſtoph. Cellarii Diſſert. de *Vigiliis.*

(1) Hos multis refellit Celeberrimus Relandus in Diſſert. de *Mari Rubro*, quae eſt II. Partis I. Diſſertationum illius Miſcellanearum.

## Cap. XI.

l. 2. *Introrſus aliis*] Diſtinxi ante *introrſus*, quod & Aldum ac Juntam fecisſe video. Reliqui fere ex antiquisſimis nullam nec ante, nec poſt fecerunt diſtinctionem. Poſteriores male poſt *introrſus* eàm ponunt. Auctor Syriae partes & appellationes vult exponere in *littoribus* & in *terris*. In his *introrſus* quae habeat nomina ſeu partes, prius commemorat: at dein etiam illa in littoribus, unde incipit, & quae maxime perſequitur. Idcirco dicit *Hic*, in littore, ut habent optimi Codd. Vaticani, tum Vosſ. 1. 3. 4. & Edd. Priſcae, Anonyma optima, ut & Torini & Vineti (1).

l. 5. *Sophene*] MSti omnes, quos vel ego, vel alii viderunt, pariter legunt *Colophone* (2). Sequuntur eos primae Edd. Anonyma, Veneta, & Torini. Hermolaus legi jusſit primus *Sophenen*, quod retinuerunt reliqui dein omnes. Vosſius etiam tuetur. Sed revera regio haec Armeniae potisſimum adſcribitur, atque adeo, quum inſuper tam longe a MStis recedat, non debuisſet huc ex conjectura inferciri. Probarem Clar. Gronovii poſteriorem conjecturam *Gobolenen*, ſi apud ullum occurreret Scriptorem pars Syriae iſtius nominis, immo ſi hoc ipſum nomen apud Graecos reperiretur, aut Latinos antiquos, praeterquam apud Joſephum, & Chriſtianos Patres, & Grammaticos, qui jam iſtos legerunt. Quid ergo? Nullum mihi dubium eſt, quin legendum ſit *Comagene*. Haec enim una ex notisſimis partibus eſt Syriae, certe Melae tempore, id quod nemo, ut opinor, animum ſedulo attendens negabit. Ea tamen a Mela, ut vulgo editur, ceteroquin foret omisſa, licet Syriam longisſime extenderit. Dein, non longius illa a MStis recedit, quam aliorum conjecturae. Denique, quod praecipuum eſt, Plinius in Syria dividenda Melam plane ſequitur V. N. H. 12. niſi quod inſuper addat *Sophenen* quoque, atque ipſam *Armeniam*. At in ceteris pro *Colophone*, quod Codd. Melae habent, offert nobis *Comagenen*; quae quum nominari hic debuisſet, & magna ſit Syriae pars, eaque notisſima, quis dubitet, quin iſti certisſime corrupto vocabulo ſit ſubſtituenda?

l. ead.

(1) Add. MS. Oxon. vulgo *Hinc Palaeſtina eſt*.
(2) Non aliter Oxon. & Edit. Norimb.

l. ead. *Hinc Palaeſtina*] Plerique, ut modo dixi, optimae notae Codd. habent *Hic*. Omnes inſuper *Palaeſtine*. Utrumque ergo Melae reſtitui.

l. 6. *Cum Phoenice*] Certisſimus eſt error omnium Codd. ſic legentium (1). Nimirum librarii non perſpexerunt *Phoenice* iſtic esſe Nominativum. Recte autem jam olim Pintianus monuerat corrigendum esſe *Tum Phoenice*. Turpiter ergo rem gesſerunt Schottus & alii, qui hoc neglexerunt; turpius etiam illi, qui in textum admiſerunt, ſed disſimulato Pintiani nomine.

l. 10. *Ex operibus certe ejus*] Haec lectio neſcio unde ſit profecta. Pintianus enim jam in ſua Edit. ſic invenit, & inde voluit ulterius progredi addendo *quae*, & legendo: *Ex operibus ejus, quae certe inſignia ſunt, duo maxime excellunt*. Verum in nullis MStis reperitur *ex*, neque in priſcis Edd. Anonyma optima, tum mea, ut & Veneta, Torini, Aldi, Juntae. Recte ergo veram & priſtinam lectionem reſtituit Vosſius. Sic ſupra cap. 7. de Utica & Carthagine: *Illa Catonis fato inſignis: haec ſuo*. Et infra c. 19. *Abydos magni quondam amoris commercio inſignis eſt*. Suetonius Caeſ. c. LXI. *Utebatur equo inſigni pedibus prope humanis*, hoc eſt, qui notabilis & conſpicuus erat eo ipſo, quod haberet tales pedes. Mox multi Codd. pro *excellunt* habent *excellent*. De quo verbo & hac ejus forma vide Vosſium Patrem III. de Analog. 28.

l. 14. *Munita admodum Gaza*] Haec vera eſt origo & cauſa nominis, quae non ex Lingua Perſica, ſed ex Hebraea eſt repetenda, ubi עַזָּה, quod eſt nomen Urbis, notat *munitam*, *robuſtam*. Hinc ergo *Gaza*, ut ſolet Hebraeorum litera ע a Graecis etiam mutari in *G*. Sic hi *Gomorra* ſcripſerunt, ubi eſt in Hebr. ע, & Marcus Euangel. III. 17. Βοανεργὲς ſcribit, & exponit *filii tonitrus*, ſcil. ex Hebraeo בְּנֵי רֶעֶם. Sed res eſt nota ſatis. Miratur vero Ciacconius, quod Mela ſuperiore cap. ante Gazam & Ascalonem hoc Capite demum memoratas, Azotum ponat in via ex Aegypto in Syriam, & Arabiae adſcribat. Nec ſine cauſa; quum omnes Scriptores ab ea parte primo *Gazam*, dein *Aſcalonem*, denique *Azotum* commemorent. Solet quidem Auctor in ordine urbium & regionum tradendo exiguam,

(1) Fortasſis etiam Edd. Pintianum an ante Voſſium aliquis ſequutus ſit, non ſcio.

guam, vel nullam prorſus, habere ſitus rationem, ut vel ex nominibus & partibus Syriae in hoc Capite expoſitis liquet, ſed maxime ex cap. 9. in extr. ubi ſex urbes Aegypti hoc ordine 1. 3. 4. 5. 2. 6. 4. numeris, qui ſitum ab inferiore parte Nili verſus ſuperiorem declarant, notato exprimit. Sed & ſolent ſaepe urbes in confiniis duarum gentium ſitae modo huic, modo illi attribui; ſaepe etiam per bella mutare Gentem & Dominum. Verum tamen remota eſt nimis Azotus ab Arabia, & propinqua ipſis Hieroſolymis; ut adeo crediderim deceptum Melam eo, quod iſtic eſſet *Arabicarum mercium emporium*, unde per Mare Mediterraneum facillime in varias illae exportarentur regiones. Hinc ille exiſtimavit eſſe *portum* ipſius Arabiae, quaſi iſta emporia non etiam aliunde, & ex variis proximis regionibus accipiant merces, quas per orbem terrarum ſpargant.

l. 17. *Belli & opes*] Sunt ſubſidia omnia rerum ad bellum gerendum neceſſariarum. Plautus Amphitr. v. 1. 1. *Spes atque opes vitae meae.* Rud. IV. 4. 101. *Huc opesque ſpesque voſtrum cognoſcendam condidi.* Sic *inopes* dicuntur *alienas opes*, hoc eſt, ſubſidia, & auxilia, exſpectare, apud Salluſt. Catil. cap. LVIII. & Jugurth. XIV. *Annona tuis opibus tuaque cura uſque illuc redundavit.* Plinius Panegyr. cap. XXXI. hoc eſt, tuo auxilio & opera. Ipſe Mela III. 4. 61. de Sarmatis, *Res opesque ſecum trahunt*, hoc eſt, ſubſidia vitae. Ceterum Voſſ. 1. legit paulo rectius, ut puto, hoc ordine, *& belli opes & pecuniam;* & mox *Aſcalo*, quod malebant Pintianus & Ciacconius.

l. 20. *Titulum ejus*] Hoc eſt Inſcriptionem: ut adeo videantur *arae*, quae hic memorantur, fuiſſe illis, tanquam Diis, aut Heroibus inſcriptae. Sed praeterire non poſſum, quod Voſſ. 5. Codex licet non multae apud me auctoritatis, praefert *tumulum.* Solebant enim tumulis apponi arae. Hinc *ſepulcrales arae* apud Ovidium VIII. Metam. 480. Et *acerram* Feſtus exponit *aram, quae ante mortuum poni ſolebat.* Immo apud Sponium Itinerar. Tom. 1. p. 419. maritus mortuam uxorem dicitur βωμῷ τιμήσας, *ara honoravisse.* Operae autem pretium eſt cognoſcere hic, quomodo ſaepe MSti vitiis abſurdiſſimis deformentur. Omnes enim habent, quos vidi, *veteresque damare*, vel *clamare.* Unde & primae Edd. Anonyma *veteresque clamare*, Torini *veteresque clam arae.* Hermolaus vulgatam nobis dedit, & recte (1).

l. 23.

(1) Hoc in marg. adnotavit Torinus, & expreſſit Ed. Noriga. *Veteresque*

l. 23. *Servataeque a Perſeo*] Mallem *ſervatae a Perſeo*. Nam haec res eſt illa *celebrata carminibus fabulisque*.

## CAP. XII.

l. 3. *Literas & literarum operas*] Quid tandem moverit Voſſium, ut vocem hanc *literas* ita abſolute poſitam voluerit hic accipi non in prima & vulgatisſima ſignificatione, ſed in ſecunda & minime uſitata, exputare nequeo. Sumpſisſe hoc videtur ex Ciacconio, ſed minus diligenter inſpecto. Nam is non literis ipſis, ſed literarum operis intelligi ſummas arithmeticas cenſet. Etenim *literae* proprie ſunt notae certi ſoni, quo ex multis compoſito pronunciatio fit vocabulorum: atque adeo *literarum opera*, & noſtros animi ſenſus aliis etiam abſentibus declaramus, & vicisſim alienos cognoſcimus atque intelligimus. Hinc pasſim *litera* notat earum notarum figuras, ac vim ſonos diſtinguentem. Secundus autem earum uſus fuit, ut, quia illae literarum notae certo & conſtanti ordine in alphabeto ſcribebantur, adhibitae idcirco fuerint ad numeros quoque denotandos. At numquam vox *literarum* numeros directe denotat adeo, ut, qui numeros primus invenerit, dicatur *literas* invenisſe. Nam quae Voſſius citat ex Cicerone II. de Divinat. 3. & Terentio Eun. III. 2. 23. denique ex Capitolino in Pertinace cap. I. non *numeros*, ſed *liberales diſciplinas*, & in ultimo loco ipſas *literarum formas*, & *ſyllabarum ac vocabulorum lectionem*, notant. Sed, ait ille, *quid opus fuit monere Pertinacem didicisſe legere?* At ſaepe id faciunt illi Hiſtoriae Auguſtae Scriptores. Dein reponimus Voſſio, quid opus fuit monere illum didicisſe *numerare*? quod & ipſum tamen ſeparatim alio vocabulo, *calcula*, ſatis declaratur: ut vel ex eo manifeſtum ſit, per *literas elementarias* aliud quid iſtic denotari. Ferri posſet Voſſius, ſi per *literarum operas* etiam *Arithmeticam* cum Ciacconio voluisſet deſignatam, ſed praeter, & poſt *ſcriptionem* ipſam & *lectionem literarum*. Accedit his omnibus, quod Graeci plerique & Romani Phoenicas revera faciunt primos inventores literarum, & tum ſemper intelligunt literas ad legendi & ſcribendi uſum adhibitas. Ipſe Plinius V. H. N. 12. ubi Melam ante oculos habuit, Phoenicibus tribuit *gloriam magnam inventionis literarum*.

*que clamare* MS. Oxon. ut Voſſ. 2. & 4. nam 1. *veterisque clamare*. In Lipſ. 8 recte adnotatum, *veteres clam are*.

*rarum*. Et deinde VII. 56. ubi de veris literis, quibus ſcriptio peragitur, agit manifeſte, eas ex ſententia multorum ait *apud Syros repertas, utique in Graeciam intuliſſe e Phoenice Cadmum* XVI. *numero*. Vide ſeqq. In hanc vero ſententiam conceſſere plerique Veterum, atque ideo Iones Graeci literas ſuas appellabant Φοινικήϊα γράμματα, teſte Herodoto V. 58. Adde & Tacitum XI. Annal. 14. & ibi notas Lipſii, ac Voſſium Patrem lib. I. de Arte Grammat. cap. 9. extr. & 10. init. Major eſt difficultas in eo, quod per hanc occaſionem ſubjicit noſter Voſſius de Notis numerorum, quae *cifrae* dicuntur. Putat eas primum omnium in uſu fuiſſe apud Graecos, & inde accepiſſe tum Arabas, tum Romanos. Sed probaſſe debuiſſet fuiſſe umquam in uſu apud Graecos. De Romanis ait, reperiri eas in Notis Senecae & Tironis. At in iis multa reperiuntur ſerioris temporis & Chriſtianiſmi, quod jam dudum a Viris Doctiſſimis, & ipſo Voſſio Patre I. 41. de Arte Grammat. eſt obſervatum. Sed *multo clarius in Boëthii Elementis Geometricis exſtare, earumque inventionem Pythagoricis a Boëthio tribui* ait. Reſpicit haud dubio locum Boëthii lib. I. de Geometria p. m. 1518. ubi dicitur Pythagoricos inveniſſe tabulam numeralem, *quam ob honorem ſui Praeceptoris menſam Pythagoream nominarint*. Ad hanc autem menſam adhibuerunt *quidam diverſe formatos apices, ſive characteres*. Eos dein accurate ſatis exponit Boëthius, & easdem illis tribuit figuras, quae nunc ſunt cifrarum. Liquet hinc exſtitiſſe quidem jam ante Boëthium has numerorum notas, ſed neutiquam fuiſſe vulgari in uſu: latuiſſe quaſi in Scholis Pythagoreorum, qui ex Phoenice, Babylonia, Aegypto, pleraque ſua acceperant: neque vero hos omnes, ſed *quosdam* iis uſos. Ignotae ergo erant reliquis, & ideo Boëthius tam diligenter earum figuras exprimit & exponit. Dein minime dicit Pythagoreos inveniſſe & excogitaſſe has numerorum notas, ſed inveniſſe tantum menſam Pythagoream, apices vero illos, ſeu notas habuiſſe *quosdam* ex ipſis *ſibi conſcriptas*, ut iis illa in menſa tractanda uterentur. Immo quando de uſitatis numerorum notis agit apud Romanos, nullas ille alios memorat, quam quibus etiamnum utimur in numeris Romano more explicandis. Vide lib. II. de Arithmetica cap. 4. ubi ait: *Verum ſicut ipſa Geometricae ſcientia ab Arithmetica, velut quadam radice ac matre, producta eſt, ita etiam ejus figurarum ſemina in primis numeris invenimus. Hoc autem cognoſcendum eſt, quod haec ſigna numerorum poſita, quae*

*nunc quoque homines in ſummarum deſignatione deſcribunt, non naturali inſtitutione formata ſunt, ut enim Quinarii ſubjectam notulam ſignant de* V. *vel Denarii, quam deſcripſimus, de* x *non natura poſuit, ſed uſus affinxit. Quinque enim, vel decem, vel quotlibet alios, iſtis notulis pro compendio notare voluerunt, ne quotiens unitates quis monſtrare vellet, totiens ei virgulae ducerentur.* Addit, Geometras tamen *virgularum multitudinem apponere; quum enim quinque velint demonſtrare, facere eos quinque virgulas,* &c. Nullas ergo alias iſtic numerorum notas vel figuras exponit, quam illas Romanas, quibus in omnibus etiam *ſummarum deſignationibus* etiam ſuo tempore homines *utantur.* Nullas ille cifras iſtic vel verbulo memorat, licet multum commodi & compendii computationibus arithmeticis dein attulerint, memoraturus haud dubie, ſi ullo publico jam tum fuisſent in uſu. Solas ille notas numerandi ab unitatibus repetendis, & dein a compendio quodam *Quinque* & *Decem* notando, per V. & X. praeſſit, quae computandi ratio illis tamen repetitionibus usque ad quatuor virgulas etiam nunc in uſu eſt, atque adeo multo longioris eſt ductus in ſcribendo, & pluribus obnoxia confuſionibus. Quin neque ullam illa habet notam numeri ultra centum millia, ut adeo toties eam notam repetere deberent, quot centum millia vellent exprimere, uti patet ex reliquiis Inſcriptionis Duillianae. Quid ergo? Non dubito cifras a Phoenicibus ortas, qui primi ſe mercaturae & navigationi dederunt: ab his accepisſe eas Arabes, at & Pythagoreos in Europa: aſt ab Arabibus, quum illi *Sarracenorum* nomine Syriam & Aegyptum jam tenerent, Mare Mediterraneum & ejus littora ubique infeſtarent, denique ejus inſulas, & ipſam quoque Hiſpaniam occupasſent, pervenisſe tum demum in vulgarem Europae uſum. Nam adeo ignotae erant adhucdum Chriſtianis eae cifrae, ut pro Notis Magicis fuerint vulgo habitae, ut ex Hiſtoria Gerberti, ſeu Papae Sylveſtri II. conſtat. Ortas autem & inventas a Phoenicibus potius, quam a Graecis, ex earum figura ſatis manifeſte liquet. Retinent enim clarisſima originis ex alphabeto Phoenicio, vel Aſſyrio, ac literis Orientali more inverſis repetendae veſtigia, longe magis, quam ipſae Graecae literae; quae tamen extra dubium ex Hebraico ſunt formatae. Maxima erit haeſitatio in oſtendenda notae quae unitatem deſignat, origine. Sed tamen in alphabeto Syriaco & Arabico habemus & unius virgae notam, quae primam iſtic literam exprimat, vel ab Hebraea ו, quae decem denotat, repetita

eſt,

eſt, ut ita, quia in denarium numerum reliqui omnes ſemper deſinunt, & illi denarii per primos numeros, ſeu notas, cum circulo ſibi juncto deſignantur, etiam denarius ipſe in prioribus novem haberet numerum, ex quo componeretur, atque ita ſicuti conveniunt 2 20, 3 30, ſic etiam convenirent 1 10. At in reliquis major eſt notarum ſimilitudo. Manifeſte enim ב ſecunda alphabeti litera, eſt 2, a ג tertia eſt 3, a ד quarta, Graecis Δ, eſt 4, quae ipſa nota inter figuras literae quartae in alphabeto Phoenicio Bernardi exhibetur, ab ה quinta, Phoenicibus 𐤄, Graecis E, eſt 5, ab ו ſexta, Graecis F, eſt 6, a ז ſeptima, Graecis Z, eſt 7, ab ח octava, Graecis H, Phoenicibus, 𐤇, eſt 8, a ט nona, eſt 9. Quod ſi hos ductus & flexus notarum cum alphabeto Phoenicio & Hebraico conferat quis animo non iniquo, ac mutationes in his rebus tractu temporis fieri ſolitas diligenter conſideret, & inveſtiget, plura & clariora fere in iis reperiet veſtigia Hebraiſmi, quam in alphabeto Graeco, quod omnes agnoſcunt, ex Hebraico, vel Phoenicio formatum. Neque vero deſunt in alphabeto Latino variae mutationes lineola quadam addita, vel omiſſa, vel inflexa. Et tamen nullum eſt dubium, quin ex Graeco ſua omnia fere habeat. Accedit his omnibus, quod vox ipſa *cifrae* manifeſte ſit Hebraicae, vel Phoeniciae originis, quum iſtic *ſaphar* cum derivatis notet *numerare*. Daſypodius tamen apud Voſſium Patrem de Scientiis Mathematicis cap. VIII. cum Graecis literis, ſed minoribus, has cifrarum notas comparat. At vero nullae antiquis adeo temporibus minores literae, a majoribus diverſae, in uſu fuerunt, ut ex antiquiſſimis MStis, & Foederum ac Legum deſcriptionibus in marmore, aut ſimili materia, ſatis conſtat.

l. ead. *Aliaſque etiam artes* ] Voſſ. 1. addit *exercere*, ſed perperam, ut puto. Videtur librarium turbaſſe, quod in una conſtructione & periodo participio *commenti* modo accuſativos, modo infinita verba videbat additos; qua etiam cauſa vix dubito, quin mox Pintianus tria illa verba *regnum praeliumque* voluerit ejecta, licet aliud praetexat.

1 6. *In ea eſt Tyros* ] MSti (1) habent *in ea eſt & Tyrus*.

1 7. *Nunc adnexa terris deficit ab impugnante* &c. ] *Deficit*

(1) Voſſ. 1. 3. 5. Lipſ. Oxon.

*ficit* hic neutiquam notat illam non amplius exſtare, aut ad interitum vergere, neque vero deſinere eſſe inſulam, quod Voſſius maluit, ſed eam deſciſcere jam multum a priſtina gloria & potentia, quae ſumma olim fuit per Mare Mediterraneum. Et certum eſt in bellis navalibus inter Syriae Reges & Romanos nullam fere Tyriorum fieri mentionem, ſed frequentiſſimam Rhodiorum, ad quos omnis navalis potentiae gloria jam tum tranſierat. Non diſputabo nunc an recte ſatis Mela eam *deficere* dicat, quod verbum eſt magnae profecto ſignificationis, immo & mox ei quaſi opponat opulentiam Sidonis, tanquam *adhuc* durantem, quod non faciat Tyri opulentia. Sed tamen etiam Plinius ac Curtius tenuiter de ea urbe ſuo tempore loquuntur, nec tamen nimis, quaſi de urbe in ſuis ruinis jacente. Aſt e contrario Strabo paulo ante Melam deſcribit lib. XVI. Tyrum nobis, ut urbem etiam ſuo tempore ſplendidam. Nam Sidonem & Tyrum ait pag. 756. 757. eſſe urbes *& olim, & nunc celebres & ſplendidas*, eſſe Tyrum ὅλην νῆσον, hoc eſt, *totam conſtare in inſula & eam replere:* ſed & diſerte poſt excidium Alexandri Magni *ſe* ſuasque vires *refeciſſe navigatione & purpura vendenda.* Denique frequentem adeo fuiſſe, ut domos habuerit plurium tectorum, quam Romae eſſent. Immo & poſt Melam reperimus eam *Metropoleos* titulo in Nummis ornatam. Et valde ab Ulpiano l. 1. pr. D. de Cenſibus *ſplendoris*, *nobilitatis*, *potentiae* nomine celebratur. Tantum abeſt, ut tempore Melae potuerit jacuiſſe exhauſta, & in vicos redacta. Peſſime autem Pintianus omnia, quae parum ipſi arrident, ejicit continuo, ut hic non modo *defecit*, & *vici tenent ulteriora*, ſed & in Retractationibus etiam, quae de Alexandro dicuntur, furcillis expellit. Librarii tamen hic quoque adhaeſerunt, dum voluerunt haec nexu quodam prioribus adjungere, & ſic plura dein corruperunt, ut ſolet error errorem trahere. Legunt omnes fere, *deficit*, *quod ab impugnante quondam Alexandro jacta opera.* Neque aliter primae Edd. ante Pintianum, quae diſerte haec exhibent, niſi quod Camers pro *quod* legit *quando*, & Aldina ac Florent. addiderunt *ſunt.* Similiter fere El. Vinetus, *quando ab i. q. A. jacta ſunt opera.* Mox plerique MSti, ſed & Edd. legunt, *vici tenent ulteriora.* Sed Voſſ. 1. *jacta opera vicit. Ulterior.* Voſſ. 2. (1) *jacta opera vi tenent ulteriora.* Vaticani & reliqui Codd. nihil mutant. Omnes habent *jacta opera*.

(1) Et Lipſ.

*ra*. Si quid in his corrigendum, legerem, *nunc adnexa* (ſic MSti) *terris deficit* (ſic iterum MSti, non *defecit*, ut multae primarum Edd.) *ab impugnante quondam Alexandro jacto opere victa & incenſa*; niſi quis malit ſolum *incenſa*, vel potius *deficit: ab impugnante quondam Alexandro jacta opera vici tenent. Ulterior* (quod etiam voluit Clar. Gronovius) & *adhuc opulenta Sidon.* Omnia tunc erunt plana, modo per *vicos* hic intelligantur caſtella, cum quibus ideo vox vicorum ſaepe conjungitur, & unde *vici* paſſim dicuntur *expugnati* & *capti*. Vide omnino Gronovium Patrem Obſerv. II. 20. Sic itaque videtur Alexander, vel alius quispiam poſt eum, in illis ipſis operibus, ne a Tyriis dein rurſus exſcinderentur, & inſula a continenti denuo abrumperetur, vicos, ſeu caſtella exſtruxisſe, quae ea opera tuerentur. Etenim agger ille, qui quatuor minimum ſtadia in longitudinem habuit, debuit in tam rapido freto etiam juſtam habuisſe latitudinem, ut violentiae maris ac procellarum reſiſteret. Immo in jaciendo aggere jam tunc *latitudinem quoque aggeri adjecit* Alexander tantam, ut *turres in medio aggeris erectae procul teli jactu abesſent*, hoc eſt, ne homines in iis ex navibus ab ulla parte telis peti posſent, teſte Curtio IV. 3. Si tam latus ille fuit, ut turres iſtius in medio tutae esſent a telis utrimque, cum vero etiam vici, ſeu caſtella in ejus aditu, vel capite, exſtrui facile potuerunt Diodorus Siculus quidem lib. XVII. pag. 583. aggerem ab Alexandro coeptum in obſidionis initio fuisſe δίπλεθρον, *duorum plethorum*, hoc eſt, 200. minimum pedum ait: ſed alterum aggerem longe fuisſe latiorem putem, ut diſerte alii Curtius & Arrianus quoque de Expedit. Alex. II. 19. tradunt. Certe talis jam olim fuit, ut aquaeductus ex ciſternis, ut dicuntur, Salomonis, per hunc aggerem in urbem Tyrum fuerit deductus, ut teſtatur Maundrellus pag. 83. & 85. Ed. Gall. ubi reliquias ejus deſcribit, & addit, in aditu Iſthmi, vel aggeris, reperiri antiqui caſtelli in exiguo colle veſtigia, ubi nunc ſit templum Turcicum.

I 12. *Euproſopon*] Sic MSti, & omnes, credo, Edd. ante Schottum. Pintianus reſtitui voluit *Theuproſopon* ex aliis auctoribus, qui conſtanter ita vocant. Sed Codices Melae in contraria abeunt, quamvis facile credam esſe corruptos, ut ſolent in nominibus propriis vel maxime. Unde & mox pro *Biblos* & *Botrys* legunt omnes *Bubos* & *Bactros*, vel *Bathros*, *Batros*, *Baethros*, *Anthros*. Neque aliter primae Edd. ex ipſis MStis formatae, Anonyma, Veneta, &

Torini. Emendavit haec nomina Hermolaus, quem reliqui dein ſunt ſecuti, & recte; licet, quod Voſſius in Append. dicit, in tribus ſe melioris notae libris invenisſe *Butras*, id ego in nullis ejus Codicibus, aut Collationibus repererim. Solent autem *Byblos* & *Botrys* a Geographis conjungi, ut erant vicinae urbes. Sic Plinius, Ptolemaeus, Tabula Peutingeriana.

l. 17. *Adverſa jacens Aſia*] Valde commendat hanc lectionem Voſſius. Et jam olim dedit eam optimae Anonymae Editor, ut & Torinus, ac Vinetus. MSti Voſſ. 1. & 2. ac Lipſ. *Aſia* (1). Meus & Voſſ. 4. *Afra*. Voſſ. 3. & 5. *a terra*, quod & antiquae Edd. etiam ipſa Veneta antiquisſima, prae ſe ferunt. Et ſane nihil proclivius eſt factu, quam ut ex *a terra* fiat *Afra*, vel *Aſia*. Nam ſyllaba *ter* notatur plerumque ſola litera *t*, ex qua exit ſuperne notula compendii, quae ei adfert ſpeciem literae *f*, vel *ſ*. Mihi ſi quis auſcultare volet, legat ſimpliciter *adjacens terra*, ſcilicet illa, in qua deſcribenda nunc verſatur. Videtur librarius quispiam explicandi cauſa, ſed pesſimo ſenſu, praemiſisſe *a*: hinc alii dein fecerunt *Afra*, vel *Aſia*. In ſenſu & locutione Melae nihil certe, quod hanc emendationem rejiciat. Sed praecepit eam, ut video, Schottus in Praetermisſis.

l. 22. *Permutat ac miſcet*] Pintianus more ſuo ſupervacanea pronunciat *ac miſcet*, & ideo Schottus aliis ea literis diſtinxit. Francinus quoque Juntinae Editor ad haec adhaeſisſe videtur, dum edidit (haud dubie ex conjectura, nam in MStis nullis tale quid reperio) *permutat an miſcet* Sed nihil mutandum. Verba haec, alterum *commercia*, alterum *diverſas opes* commercio quaeſitas reſpiciunt. Salluſtius Jugurth. cap. XVIII. *Quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emundi, aut mutandi*, ſcil materiam, ſeu lignum, *copia erat*. Ovidius III. Faſtor. 461. de Ariadne: *Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum*, hoc eſt, Bacchum acceperat conjugem pro Theſeo perjuro. Suetonius Aug. cap. XCII. *Capreas cum Republ. Neapolitanorum permutavit Aenoria data*, hoc eſt, adquiſivit ſibi Capreas A. d. Nam in his omnibus, quod *mutari*, aut *permutari* dicitur, adquiritur. *Diverſae* autem *res* ita adquiſitae *miſcentur*, & conduntur unam in urbem, aut regionem. Sic fere Salluſt. in Epiſt.

(1) Etiam Oxon. *a terra* Edd. Hermolai, Camertis, Ald. Junt. Norimb.

Epiſt. Mithridatis L. IV. Hiſtoriar. *Fruſtra mala mea cum tuis bonis miſcere* (ſic enim lego, non *miſceri*) *ſperem*. Cicero III. de Offic. 33. *Nec vero finis malorum & bonorum, qui ſimplex eſſe debet, miſceri & temperari ex diſſimilibus rebus poteſt*. Idem de Amicit. cap 21. *Hominis natura alterum anquirit, cujus animum ita cum ſuo commiſceat, ut efficiat pene unum ex duobus*. Plautus Mil. Glor. II. 5. 68. *Ego abeo abs te, ne quid tecum conſilii commiſceam*, hoc eſt, ne particeps ſim tuorum conſiliorum, meaque conſilia cum tuis miſceam. Sic in illis populis merces exterae diverſarum gentium, ſimul & propriae, miſcebantur quaſi in communi horreo, unde illae *divitiae* oriebantur.

l. 24. *Cui Antiochiae cognomen additur*] Ciacconius voluit *cui Antiochia cognomen addidit*. Sed contra fidem Codicum, niſi quod Voſſ. I. *Antiochia* ſcriptum habet. Nec ſenſus requirit mutationem, quum ſatis aperte urbs Antiochia memoretur, quando ejus cognomen, vel cognomen ex ea ſumptum, Syriae dicitur additum.

l. 25. *Paltos*] MSti omnes, etiam primae ex MStis expreſſae Edd. Anonyma, Veneta, Torini, habent *Hypathos*, *Hypatos*, *Hyathos*, *Hipatos*. Sed quum haec urbs nusquam iſtic reperiatur, & ſatis nota ac celebris in ora iſta ſit *Paltos*, recte hanc reliquae Edd. illi ſubſtituerunt.

l. 26. *Berytus*] Alieno haec loco ponitur, ut jam monuit Voſſius: nec tamen idcirco hinc removenda contra fidem Codicum, qui eam pariter tuentur. Verum eſt jam ante Byblon & Botryn debuiſſe eam memorari. Sed ita ſolet Mela. Nam & ſic cap. 10. in Arabia ultra Syriam verſus meridiem locat *Azotum*, ac poſt eam demum cap. 11. in Syria nominat *Gazam* & *Aſcalonem*, quum ſupra eas in Syria verſus Septentrionem ſita ſit Azotus. In primis vero in variis urbibus unius regionis ſimul enumerandis nullam habet ordinis ex ſitu earum conſtituendi rationem, ut oſtendimus ad Cap. 11. Sed & ex hoc loco ipſo res ſatis clara eſt. Nam quinque has urbes, quas hic memorat, ſecundum ordinem ſitus debuiſſet ſic ordinaſſe, *Berytos*, *Haltos*, *Laodicea*, *Seleucia*, *Rhoſos*: longe ergo aliter quam fecit. Sed & inter fluvios, qui ſequuntur, nominat *Lycum*, eodem jure, an injuria, qua *Beryton*, ſiquidem Lycus eſt Beryto proximus.

l. ead *Laodicea*, *Arados*] MSti & tres primae Edd. *Laodice aroſos* (1). Hinc Hermolaus fecit *Arados*. At longe

(1) Lipſ. *Laodice Aroſus*.

ge rectius Ciacconius *Laodicea*, *Rhoſos*: quem ſequitur, licet ſilentio praetermiſſum, ut ſemper facit, Voſſius.

l. 27. *Lycos & Labotas*] Longe major in his fluminibus eſt haeſitatio. MSti & primae Edd. *Lythos*, *Lithos*, *Lytos*, & *Hypatos*, *Hipatos*. Facilis eſt *Lythi* mutatio in *Lycos*, & a nemine in controverſiam vocatur. At *Hypato* quid tandem faciendum, quem nemo nec veterum, nec recentiorum novit? Subſtituunt Hermolaus *Labotas*, Voſſius *Paltos*. Aſt illius oſtium ignoratur, nec ſatis celebris eſt fluvius; ceteroqui nomen ejus ſatis prope accedit ad illud vitioſum *Hypatos*. *Paltus* vero a nullis Scriptoribus inter fluvios memoratur. *Pinarum* nobis offert Ciacconius. Sed is ultra Amanum Ciliciae eſt fluvius. At multos in hoc tractu inter Ciliciam & Phoenicen fuiſſe fluvios, ex Maundrello ſic ſatis liquet. Eorum praecipuus fuit *Eleutherus*, ſed qui longum a Melae Codd. recedit. Proximum ergo eſt, ut ex Strabonis loco L. xv. p. 728. quem primus monſtravit Voſſius, recipiamus non Βάλλον, ſed vel Βανδῶν, ut vult Clar. Gronovius, vel Βαδῶν, ut editur.

l. 29. *Et ab eo ſtatim Myriandros & Cilices*] Etiam hic peccare videtur Auctor, quod *Myriandrum* ultra Amanum locat, quum cis & intra eum fuerit, Syriae adſcribendo. Hinc & Plinius v. 22. eum, quem ceteroqui ſolet, hic non ſequitur, dum Myriandrum *Amano* praemittit, quem *ab Syris Ciliciam ſeparare* ait. Vide & Cellarium III. Geogr. Ant. 12. Hoc poſterius tamen & Mela videtur voluiſſe, quia *Myriandron* a *Cilicibus* diſtinguit, atque adeo extendiſſe Syriam paulo ultra Amanum, vel ejus partem. Atque idcirco non auſcultandum nec Pintiano nec Ciacconio, qui voluit legi *Myriandros e Cilicia*.

## Cap. XIII.

l. 4. *Nunc ne minima quidem, tunc ingenti*] Aliquid in hoc loco ſcabri. Voſſius legit & edidit, *nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit.* Sequuntur eum ultimae Edd. In his, quod praecipuum eſt, debet Voſſius Pintiano, cujus laudem ſilentio obliterare non debuiſſet. Nempe quum antea legeretur *Iſſos*, etiam in MStis, recte viderat ille reponendum *Iſſo*, per appoſitionem quandam ad vocem *urbe*; ut paulo ante, *magni diſcriminis*, hoc eſt, certaminis, pugnae, *fuſorum ab Alexandro Perſarum*, *fu-*

*gien-*

*gientiſque Darii.* Et ſic paſſim. At cur Voſſius malit *nunc ne minime quidem*, & ſermonem pronunciet vitioſum, ſi legatur, *nunc minima quidem*, *tunc ingenti*, nullus equidem video. Certe falſum eſt, quod temporibus Romanorum locus ille *ne minime quidem celebris* fuerit. Satis quippe celebris rerum maximarum illic geſtarum gloria. Unde Cicero non uno loco, ſeu *alicubi*, ut ait Voſſius, ſe Imperatorem victoria juſta *apud Iſſum* appellatum ſcribit. Vide eum maxime ad Famil. 11. 10. & ad Attic. v. 20. Sed & ab *Iſſo* cognominabantur etiam vicinae urbes. Hinc Alexandria Ciliciae in nummis, Caeſarum, immo & apud Ptolemaeum appellatur Ἀλεξάνδρεια κατὰ Ἰσσόν. Quid certius poteſt dari argumentum durantis etiam tunc celebritatis? Deinde manifeſta eſt diſtinctio non inter celebritatem loci *olim*, & *nunc*, ſed inter ipſius urbis fortunam, ſeu magnitudinem, quae *nunc* quidem erat *minima*, at *tunc ingens*. Quocirca omnibus penſitatis acceſſerim Schotto, qui voculam *ne* delendam cenſuit. Et ſane videtur ab hoc loco aliena, & a librariis inſerta, quia ſaepiſſime *ne quidem* interpoſito alio verbo occurrit (1). Quod vero *Iſſus* valde imminuta fuerit, liquet ex Strabone, qui πολίχνιον, hoc eſt, *oppidulum* vocat, quod quam longe ab *ingenti urbe* abſit, nemo non videt. At idem Schottus, neſcio qua μετεωρίᾳ, locum discriminis ad *Arbelitin* refert, campum, ubi tertium Alexandri cum Dario praelium fuit commiſſum. at hic agitur de ſecundo ejus praelio.

l. 6. *Amanoides*] Ortum hoc ab Hermolao Barbaro per conjecturam. Sed nullum talis nominis promontorium a quoquam alio memoratur, ac MSti & primae Edd. legunt *Haminodes*, *Aminodes*, *Amidones*; immo Voſſ. 1. diſerte *Ammodes*, hoc eſt, *arenoſum*. Poſtremum hoc recepit Voſſius. Et ſane facillimus fuit librariorum lapſus ex *Ammodes* in *Aminodes*, ut adeo hoc ipſum videatur Voſſianam lectionem confirmare. Sed tamen vel ſic incerta eſt valde, quamdiu non probatur reperiri apud ullum alium Scriptorem iſtic loci promontorium ſic dictum proprio prorſus nomine, adeo ut Mela illud ita in Latinum ſermonem admiſerit. Quamobrem crediderim legendum hic *Amanodes*, vel *Amanidis* promontorium. Etenim ſicut Mela illud collocat inter Pyramum & Cydnum, ſic & Plinius v. 27. *portas Cili-*

(1) Abeſt ſane a Lipſ. qui cum Voſſ. 1. 3. 5. Oxon. & Edd. Hermol. Cam. Torin. Norimb. Ald. & Junt. habet etiam *minima*.

*Cilicias* poſt Pyramum, atque adeo inter dictos fluvios memorat. Scio equidem *portas* has *Cilicias* & *portas Amanidas* diſtingui a Scriptoribus. Sed tamen utraeque ex Amano oriuntur, & ideo *Amanides* posſunt dici. Hoc nomen ſive legendum ſit *Amanidis*, ſive *Amanidum*, promontorium niſi hic lateat, expedire me hinc nequeo, & lubens alteri lampada hanc trado.

l. 8. *Pyramus Iſſo prior Mallon praeterfluit*] Sic quidem MSti plerique & primae Edd. Nec tamen dubito, quin recte emendaverit Pintianus legendo *propior*; id quod ſenſus poſtulat. Sed & ita ſolet Mela loqui, & loquitur non modo in extr. hujus Capitis, ſed & III. 8. *Tigris Perſidi propior*. Vosſius, ut ſolet lubens, Pintiano etiam hic adverſatur, ac praefert illud *prior*, ſed quod falſum exhibet ſenſum, quaſi progredientibus ſcilicet ex Syria in Ciliciam prior occurrat Pyramus fluvius, quam urbs Iſſos, quod neque ipſe Vosſius admittit. Vult enim ille Pyramum progredientibus ab Iſſo decurrere priorem. Verum ita dicendum omnino foret, *Pyramus ab Iſſo prior*, ſicuti *alter ab undecimo* apud Virgilium Ecl. VIII. 39. *ſecundus Rex a Romulo*. Liv. I. 17. Si omittatur hic praepoſitio, locutio erit nimis ambigua, immo ab nemine, qui tantum haec verba, non ipſam conſiderabit Geographiam, alio, quam priore illo, ſeu falſo, accipietur ſenſu. Adde jam frequentisſimam eſſe librariorum hallucinationem inter has voces *prior* & *propior*, quum ſyllaba *pro* ſcribi per compendium ſoleat, & ſic remanere *ppior*, unde quam facile oriatur *prior*, in primis, quum literae *r* figura ad literam *p* in Longobardico & Saxonico charactere accedat quam proxime. Sed ut appareat fuisſe hic jam olim lectionis quandam diſcrepantiam, eximium hic ſe praeſtat Codex Lipſ. qui utramque ſimul exhibet, legendo, *Pyramus Iſſo propior, ipſo prior, Maloſen praeterfluit*. Quod praemiſit, haud dubie verius eſt, & alterum varia tantum lectio. Sed &, ut ſolet error errorem alium parere, Voſſ. 2. habet *Iſſo prior*, haud dubie quia *Iſſo* non probabat. Ceterum aeque corrupti hic ſunt Codd. in voce *Mallon*, pro qua nobis obtrudunt *Maloſen*. Neque aliter primae tres Edd. (1). Certa haec eſt corruptela. At unde ea ſit orta, quis facile dixerit? Niſi forte iterum ex diverſa lectione. Certe Voſſ. 4. legit *Malo ſeu*. An voluit *Mallon*

(1) Et poſt eas Torin. & Norimb. In MS. Lipſ. quidem eſt *Maloſen*, ſed ultima ſyllaba *ſen* a prima manu aliter ſcripta fuerat. Oxon. *Maloſcni*.

*lon* vel *Mallon prae ſeu praeterfluit?* Potuit illud *prae* per compendium ſcriptum facile dein excidisſe, & ita ex *Mallon ſeu* ortum esſe *Maloſen.* Sic mox Vosſ. 2. *praeter per Tarſim.* Sed non tanti haec res eſt, quum veram habeamus lectionem, quod ſufficit nobis.

l. 10. *Argivisque*] Pintianus hic maluit *Achivis*, quia Strabo ſic loquatur L. XIV. pag. 671. Id vero a Viro doctisſimo factum nollem. Nam antiquisſimis temporibus iidem erant *Argivi*, & *Achaei*, ſeu, ut ille ait, *Achivi.* Unde & Homerus Graecos Trojam obſidentes modo Ἀχαιοὺς, modo Ἀργείους, modo etiam Δαναοὺς vocavit, ut ipſe nos Thucydides monet 1. 3. Vide & Vosſium ad h. l.

l. ead. *Poſt piratis*] Quia unus Vosſ. 1. *pro piratis* habet, hinc ait Vosſius, *ita in omnibus, quae comparent, exemplaribus antiquis ſcriptum* esſe, atque ideo ejecto *poſt*, quod *alii repoſuerint*, legi vult *porro.* At quanta eſt haec temeritas affirmandi? Teſtor enim palam in reliquis quatuor Vosſianis, tum in Lipſ. & meo, reperisſe me integris literis ſcriptum *poſt* (1). Neque aliud invenio in Collationibus tum Vosſianis, tum Ampl. Goetzii, qui Vaticanos adhibuit. Denique non aliter Edd. omnes, etiam antiquisſimae etiam illae tres ex MStis expresſae. Recte ergo hic Vosſium increpuit duorum Codd. auctoritate Clar. Gronovius; atque ideo ille in Append. ab *omnibus* ad *meliores* ſuam affirmandi audaciam retraxit, ſed quo jure id fecerit, ſatis declaravimus.

l. 18. *Et ſupra quam ut deſcribi* &c.] Multum profecto negotii facesſit mihi Vosſius illo adſeverandi quidvis prolubio. Nam & hic ait *meliores libros ita legere: ac ſupra quam deſcribi facile ſit: atque ita Melam procul dubio ſcripſisſe.* At ego in nullis, denuo licet excusſis, id invenio, ne ipſo quidem Vosſ. 1. ex quo uno nobis modo obtrudebat *omnes.* Sed neque in ullis aut Edd. priſcis, aut Collationibus (2). Et tamen haec in contextum recepere Vosſius, & ex eo ultimae Edd. Vosſ. 2. omiſit *facile*, at in ceteris nihil diſcrepat a reliquis.

l. 20. *Et decem ſtadiorum*] Sic Scripti & Edd. Atque ideo non auſcultandum hic Salmaſio, qui reponit *viginti* ad Solinum pag. 774. ſatis levi conjectura ductus ex Strabone, cum quo in omnibus conſentire Melam non eſt necesſe ut ſtatuamus.

l. 23.

(1) Sic quoque Oxon.
(2) Conſentit cum aliis Oxon.

l. 23 *Viret lucis pubentibus undique*] Sic plerique MSti (1) & priſcae Edd. Senſus eſt lucos in viridi vigore eſſe, ac florere. Sed tamen verbum hoc magis eſt poëticum, quam in proſa uſitatum, ubi frequenter occurrit *pubeſcere*. Sic Cicero de Senect. cap. xv. de frumento, quod terrae mandatum ſenſim adoleſcit in herbeſcentem viriditatem, quae dein *culmo erecta vaginis quaſi pubeſcens includitur, e quibus quum emerſit, fundit frugem*. Neque vero ſemper, & omni tempore anni poterant hi luci eſſe pubentes. Mela autem deſcribit hoc antrum ab ornatu perpetuo. Quapropter quum in MStis optimis, Vaticano & Voſſ. 1. legatur *pendentibus*, neque aliter ediderit jam olim Doctiſſimus Vinetus, eumque ſequatur Voſſius, malui & ego hanc lectionem recipere, ut Latiniſſimam. *Pendere* enim dicitur, quod ex clivo montis exſurgit, aut in eo incedit, immo etiam quidquid in lubrico ſtat. Sic *curſu volucri pendere in novacula* dicitur *Occaſio* apud Phaedrum v. 8. Et *Galli ſex menſibus circa unum montem pependerunt omnia experti*, hoc eſt, ſederunt in montis radicibus, ſeu clivo, dum eum oppugnabant, apud Florum 1. 13. Sic *thalami pendentia pumice tecta*, hoc eſt, ex pumice orientia & conſtantia, apud Virgilium II. Georg. 374. Sed & Solinus cap. xxxix Melam manifeſte ſecutus, eumque quaſi paulo clarius expoſiturus, ait de hoc antro *introrſus locis pendentibus*.

l. 27. *Ubi contemplati duravere*] Sic quidem pleraeque Edd. At MSti omnes, quos excuſſi, etiam Voſſiani, etiam illi, quos ipſe contulit, & ampl. Goetzius (2), denique & primae Edd. Anonyma & Torini legunt *contemplari*. Viderit itaque Voſſius denuo, quo jure affirmet alteram lectionem confirmari a Vaticano, aliiſque optimis Codd. Sed voluit ſe iterum Salmaſio tanto acrius opponere, qui *τὸ contemplari* tuetur ad Solinum pag. 776. Verum hoc Latinum eſſe, ait Voſſius, *ne juranti quidem Priſciano crediderim*. At aeque Latinum eſt utrumque, & ſenſus, perſtitere in contemplando, duravere ſe ad conſtanter contemplandum. Et ſolet eo ſenſu verbum *durare* cum accuſativo, immo etiam cum Infinitivo poni. Ex Virgilio attulere jam Viri docti, *quemvis durare laborem*, hoc eſt, durare ſe ad quemvis laborem, ut recte hoc interpretatur Vir Doctiſſimus Georg. Henr. Urſinus, quem videas velim Obſervat. Philolog. cap. 10. extr. Sic cum Infinitivo Plautus Trucul.

II. 3.

(1) Etiam Oxon.
(2) Nec aliter Oxon.

II. 3. 5. *Non quis parumper durare opperirier*, hoc eſt, durare ſe in opperiendo, vel ad opperiendum parumper. Et notum eſt, quam ſaepe Infinitivi hoc ſenſu adjungantur verbis & nominibus. Sic Noſter infra II. 1. *Boryſthenes potari pulcherrimus*. Salluſtius Catilin. XX. *Niſi vos ſervire magis, quam imperare, parati eſtis*. Posſet pro eo dici *paraſtis vos ad ſerviendum magis, quam imperandum*, ut hic *durare*, vel *durare ſe ad accuratius contemplandum*. Terentius Eun. I. 1. 2. *An potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias?* Vide etiam quae notavi ad Sanctii Minervam III. 6. 4. & IV. 6. 5. Quod vero ex ſuo annotat Codice Ciacconius, *ubi contemplari durare non ſinit*, id & ego in Voſſ. 2. & Ampl. Goetzius in uno ex Vaticanis reperit.

I. 38. *Ingenti fronte*] Male fecit Schottus, qui haec mutavit. Nam omnes hanc lectionem confirmant MSti, & priſcae Edd. ante eum (1). *Frons* Melae quaſi in deliciis fuit, & notat ipſi omnem exteriorem rei ſpeciem, quae prominet, & quaſi excurrit. Sic ſupra cap. 9. *Aſia ingenti & perpetua fronte verſa ad Orientem*. Et, *Dein primum ſe ingenti ambitu incurvat, poſt ſe ingenti fronte ad Helleſpontum extendit*. Cap. 2. *Totidem in altum ſe magnis frontibus evehit*. Et ſic alibi pasſim. Paulo ante itidem male, certe itidem praeter fidem Codicum legit cum Olivario *penitius*.

I. 44. *Nihil non venerabile, & quaſi cum aliquo numine*] Priſcae quaedam Edd. jam olim haec junxerunt prioribus leviore diſtinctione. A quo quum aliae dein recesſerint, Clar. Gronovii induſtria priſcam diſtinctionem revocavit. Nonnullae etiam ediderunt *oſtentans*. Sed verius eſt *oſtentat*. Quod ſi meo res arbitrio esſet permisſa, expungerem τὸ *ſe*, ut ita ille ſpecus *auguſtus* &c. *nihil non venerabile, & quaſi cum aliquo numine* intus *oſtentet*. Videntur haec concinnius cohaerere cum τῷ *venerabile*. Niſi quis malit retenta diſtinctione vulgari haec ita concipere & conſtruere, *Nihil non oſtentat ſe venerabile, & quaſi cum aliquo numine*. Res autem & locus dicitur esſe *cum aliquo numine*, ut homo *cum vegeto corpore* apud Gellium III. 1. *Numen* ipſum tribui ſolitum locis apud veteres. Valerius Flaccus, *Utque metum numenque loco, ſacramque quietem Addidit*. Vide omni-

(1) In Oxon. adnotata erat varia lectio ad *fonte*, quod edidit Schottus. Mox idem cum Voſſ. 2. & 3. *ſe extendit*, ſed itidem diſpoſita diverſitate ſcripturae, al. *oſtendit*.

omnino Gronovium Patrem 1. Obſerv. 13. ubi hunc & complura alia attulit loca.

l. 96. *Celendris & Nagidos*] MSti *Cetanderis*, *Cetenderis*, *Oeianderis*, & *Natidos*, vel *Nathydos*. Sed recte haec emendarunt Hermolaus & Pintianus. Nec longe abſcedit ab hac ſcriptura *Celenderis*, quomodo Strabo & alii hanc urbem appellant. Sed Poëtae contraxerunt hoc nomen in tres ſyllabas. Vide Vadianum.

## Cap. XIV.

l. 8. *Alii duo validiſſimi fluvii*] Poſtrema vox abeſt ab omnibus MStis, quos vidi, praeterquam a Voſſ. 3. (1) Sed & Ampl. Goetzius ab uno certe abeſſe notavit, ut & Clar. Gronovius ab ſuis. Edd. tamen, etiam primae, admiſerunt. Quid dicam neſcio. Duriuſcule videtur per ellipſin ea vox ex ſuperioribus repeti, quum intervenerit deſcriptio Aſpendi ſatis prolixa. Crediderim ſcriptum tantum per *fl.* & ſic excidiſſe facilius. Mox pro *Oeſtros*, quod habent Lipſ. & meus, ut & primae Edd. reſtituit Pintianus *Ciſtros* ex Strabone. Voluit haud dubie *Ceſtros*, quod reperi etiam in Voſſ. 1. 3. 4. & 5. & Ampl. Goetzius in Vaticano optimo. Secutus eſt eum Elias Vinetus, quos ſaltem nominaſſe debuiſſet Voſſius, quando eandem lectionem neglectam a Vadiano & Schotto denuo revocat.

l. 12. *Pergeam*] Lege *Pergaeam*, cujus veſtigia ſervant MSti, licet vario, ut ſolent, in nominibus propriis, corrupti. Cauſa fuit, quod in antiquiſſimis exemplaribus ſcriptum fuit diviſis literis, ut ſolebant veteres, *Pergaeam*. Et ita Voſſ. 3. (2). At alii e poſterioribus librariis variis hic modis haeſitarunt. Voſſ. 4. legit diviſa voce *Perga eam*. Voſſ. 2. quum videret tali modo *eam* abundare, id omiſit, & ſcripſit tantum *Perga*. Alii ulterius proceſſerunt, & ſic Lipſ. *Pergantam*, Meus *Peragenam*. Voſſ. 5. *Pegaſeam*. Quod Voſſius ait in optimis libris ſcriptum ſe reperiſſe *Pergaſeam*, ego in nullo reperi. Ex uno tamen Vaticanorum id annotavit Ampl. Goetzius, qui quum ex optimo & aliis nihil notet ad vocem *Pergeam*, ut habet Florentina, niſi quod

(1) Habet eam etiam Oxon. & Edd. Herm. Torin. Norimb. Ald. Junt. & Cam. Eademque paullo poſt *Oeſtros*; ſed Oxon. cum pleriſque ſcriptis *Ceſtros*.

(2) Et Oxon.

quod ſupra e ſcripſerit ae, colligere hinc debemus & illos legere *Pergaeam*, quod facit & Voſſ. 1. qui ab ipſo Voſſio pro optimo habetur, ut & Mediolanenſis, teſte Clar. Gronovio. Sed & notiſſima eſt *Dianae Pergaeae* appellatio; ut adeo nihil hic ſit mutandum.

l. 13. *Sardemiſſos*] Sic MSti & Edd. (1). Confirmatur haec lectio diſertiſſime a Plinio v. 27. Quapropter & hic nihil mutandum cenſeo. Poteſt tamen ex *Sardemiſſus* contractum fuiſſe *Sardeſſus*.

l. ead. *A Mopſo*] Fuit hic Apollinis, vel, ut Pauſanias in Achaicis, Rhacii & Mantus, quae Tireſiae filia, filius. Vixit temporibus Trojanis, aequalis Calchanti & Amphilocho, cum quo contendit ſingulari certamine de Mallo Ciliciae. Vide Strabonem L. xiv. Conſedit ergo in hiſce regionibus. Hinc Plinius v. 27. Pamphyliam omnem *ante Mopſopiam* appellatam dicit. De Phaſelide Livius xxxviii. 23. *In confinio Lyciae & Pamphyliae Phaſelis eſt: prominet penitus in altum* &c.

## CAP. XV.

l. 1. *Lycia continuo*] Brevitatem amat Mela, & breviſſimis utitur periodis. Sed, ut haec ſenſum conſtituant & abſolvant ſine ulla vocum ex ſuperioribus repetendarum ellipſi, inſolens videtur & duriuſculum. Sed tamen ſic habent MSti & Edd. Senſus eſſe debet, ac ſi diceretur, Lycia continuo ſequitur Pamphyliam, vel Pamphyliae proxima cohaeret. Malim quidem *Lycia huic continua*, ſcilicet eſt, ut ſolet vocula *eſt* paſſim omitti a Mela. Sed tamen ſi quis eodem modo velit ſupplere, & ita retinere vulgatum, etiam id facile patiar, quum paſſim Auctor per voculas *tum*, *ſtatim*, *ultra*, *deinde*, &c. nexum fere ſimilem faciat. Ceterum *continuus* de loco & tempore adhibitum notat plane proximum. Sic ſupra cap. 2. *Indi oram Indici maris diu continuis gentibus occupant.* Tacitus Hiſtor. ii. 6. plane ut hic, *inde*, hoc eſt, ab Judaea, *continua Aegyptus.* Suetonius Caeſ. cap. xxxviii. *Aſſignavit & agros, ſed non continuos.* Sulpicius Sever. ii. Hiſtor. Sac. 22. *Arx, quae continua templo*; ubi male Druſius *contigua.* Feſtus: *Adtubernalis*,

(1) Ex Voſſ. 2. 3. 4. adnotatum erat *Sardemiſſus*. Oxon. *Sardemiſſos*; Lipſ. *Sardemiſſos*. Et ſic Edd. quas paullo ante nominavi.

*nalis*, *habitator continuae tabernae*, hæc eſt, proximae; ubi itidem male Dion. Gothofredus vel expungi vult hanc vocem, in qua tamen vis & ratio ipſa ſignificationis conſiſtit, vel legi *continuus*. Sic ergo & *Lycia* Pamphyliae eſt *continua*, vel poſt eam *continuo* eſt, & ſequitur. Erunt forſan, qui haec verba cum ſequentibus, *grandem ſinum claudit*, velint conſtrui, quod proximae meae obſervationi faveret; quia ſic Lycia diceretur *continuo*, ſeu in ipſo regionis ſuae aditu claudere ſiuum. Sed nimis multa & aliena iſti conſtructioni ſunt interjecta, quam ut eam admittere poſſim.

l. ead. *A Lyco Rege* &c.] Fuit hic frater Aegei Athenienſium Regis, qui pater Theſei. Dicitur autem, quum pater Pandion inter quatuor filios diviſisſet terram, dein a fratre pulſus confugisſe ad Sarpedonem in Lyciam, quae gens ab eo dein fuerit cognominata, quum antea diceretur *Termilarum*. Vide Herodotum I. 173. Strabonem IX. pag. 292. & XII. 573. & Pauſaniam in Atticis. Verum ratio temporis non congruit, ut in eandem aetatem referantur Sarpedon, Minois I. & Rhadamanthi frater, & Lycus frater Aegei, qui jam cum Minoë ſecundo atrox gesſit bellum. Errorem inde ortum puto, quod in Lycia poſt Sarpedonem I. regnaverit dein alius ejusdem nominis circa Belli Trojani tempora. Vide & quae notavi in Aegyptiacis meis cap. XV.

l. 3. *Sidae portu & Tauri promontorio*] Promontorium hoc dicitur *Sacrum* Straboni L. XIV. pag. 666. & Ptolemaeo. Imminet Chelidoniis inſulis, & creditur inde incipere, ut ibidem Strabo docet. Sed & apud has inſulas revera clauditur vaſtus ille ſinus a Pamphyliae initio incipiens. Recte ergo id ſe habet. Sed valde mihi, aeque ac Pintiano, & nuper Salmaſio ad Solinum pag. 780. 781. 782. ſuſpectus hic loci eſt *portus Sidae*. Nam quid ille ad Lyciam, quum in ipſo aditu Pamphyliae, atque adeo in loco longe ab Lycia remoto, ſitus ſit? Nec quidquam nos juvat, quod olim etiam Lyciae fuerit attributa pars Pamphyliae maritima, quum hic non debeamus ſpectare, quid antiquisſimis temporibus Poëtae, Geographicarum rerum necdum ſatis periti, vel qui ex iis fabulas collegerunt, dixerint, ſed quid Mela noſter ſenſerit, & tradiderit. Ille vero Pamphyliam a Lycia ex profesſo diſtinguit, & illi adſcribit *Sidam* in ipſo ejus aditu ex Cilicia. Accedit, quod Plinius V. 27. Melam in his ſecutus, tantum *Tauro*, ſeu *Chelidonio* promontorio vaſtum hunc ſinum terminari ait, omisſa portus mentione ſibi forſan ignoti. Cenſeo itaque etiam Melam voluisſe tantum dicere, ab

ab Lycia in ipſo fere ſui initio claudi vaſtum Pamphyliae ſinum ad Occidentem, & ideo in initio quoque Capitis, in quo de Lycia agit, hoc memoraſſe. Nam ſi utrimque ejus fines, & longitudinem exponere voluiſſet, retuliſſet illum ad Pamphyliam, cujus proprie ſinus eſt. Lycia vero ipſa tantum abeſt, ut grandem ſinum ſibi proprium habeat, aut recipiat, ut e contrario promontorii, ſeu peninſulae, χεῤῥονήσου, ſpeciem praebeat jam inde a Chelidonio promontorio, a quo Lycia incipiens grandem illum Pamphyliae ſinum claudit. Vide omnino Voſſium ipſum mox hoc cap. nota tertia. Quocirca remoto hinc *Sides portu* repoſuerim lubens *Sideruntis*, ſeu *Sideris* (nam terminationes nominum propriorum in diverſis linguis ſaepe variant) *portu*. Etenim Scylax conjungit *Chelidonias promontorium cum duabus inſulis, & Siderunta promontorium ac portum.* Habemus hic portum nominis ad *Sidam* prope accedentis, & proximum Tauri promontorio, quae omnia & ſola requiruntur. Meminit ejus portus & Stephanus in v. Σιδαροῦς. Ceteroqui legerem *Simenes portu.* Nam Plinius, qui Melam in pleriſque ſequitur, ſcribit v. 27. *In Lycia autem a promontorio ejus* (Tauri, quod paulo ante *Chelidonium* dixerat) *oppidum Simena*, quod omnino videtur ex eo nexu ſitum ad mare. Servavit illud quoque nobis Stephanus in v. Σίμηνα. Alterutrum, & maxime prius, verum eſſe puto, licet a MStorum fide hic deſtituamur, qui notius ſibi nomen *Sidae* hic praetulerunt, & ignoto ſubſtituerunt (1). Quod Pintianus *Lyden*, vel *Chiden*, ex Ptolemaeo nobis ingerit, ignota ea eſt ipſi Stephano, & aliena prorſus ab hoc loco, nec ullum cum *Sacro*, vel *Chelidonio* promontorio habet nexum, ut a quo longe ſeparatur verſus Occidentem ab ipſo Ptolemaeo, & pene in Cariam removetur, aut Peraeam. Salmaſius tantum accuſat Melam, ſed nihil extricat. Vide eum l. d. Quem tamen nimis hic, & alibi paſſim, ſed ſaepe parum ex vero, exagitat Voſſius, dum tribuit etiam illi, quae neutiquam dixerat.

l. 9. *Ubi terras dirimit, exit in pelagus*] Si ita ſcripſit Mela, ut ſane habent MSti, tum vero ſenſus eſt, dirimit terras etiam iſtic, ubi in pelagus exit, ſeu pergit dirimere terras, uſque dum plane in pelagus exit. Et ſane iſtic potiſſimum Aſia ab Tauro non re ipſa tantum, ſed & diſerta appellatione dirimitur, ut dicatur *Aſia cis Taurum*, & *Aſia ultra*

(1) MS. Lipſ. *Sed ea & portu.*

*ultra Taurum.* Ceteroqui fatendum eſt, per totam etiam majorem Aſiam Taurum dirimere terras, dum, ut ait Mela, *magnarum gentium, quæ dorſum agit, fuit terminus.* Et diſerte Plinius v. 27. *mediam diſtrahit Aſiam.* Atque ideo neutiquam abhorream ab eo, quod Cl. Vinetus edidit, & voluit quoque Salmaſius ad Solinum pag. 786. *diremit.* Verum in *libris manu exaratis*, quos Voſſius hic quoque memorat, nuſquam id reperi, ut nec in ejus aut Ampl. Goetzii Collationibus (1), nec denique in priſcis Edd.

l. 10. *Idem autem & totus, ut dictus eſt, dicitur etiam qua ſpectat Orientem*] Sic edidit Voſſius, & quidem valentibus ita MStis, & editis ante Pintianum, qui pro *totus, ut dictus eſt*, legi vult, *Taurus, ut dictum eſt.* Sed totus mihi locus eſt ſuſpectus, ut ab Melae concinna brevitate longum recedens. Deinde, non agitur hic de una totius montis ex India in Lyciam appellatione, ſed de variis per diverſas terras ejus nominibus, quae ordine ſuo progrediendo cum terris recenſentur. Legerim itaque, *Idem autem & Taurus dicitur, qua ſpectat Orientem, deinde Emodes &c.* Abſonum meis certe auribus accidit illud, *Idem autem & totus, ut dictus eſt, dicitur.* Tò *etiam* abeſt a Voſſ. 2. aeque ac a Schotti Edit. & recte, ut puto. Tò *deinde* declarat jam aliud ejus nomen in ipſo hoc ordine praeceſſiſſe, quem ordinem declarant *deinde* & *tum.* In mea lectione omnia certe ſunt plana & expedita. Nam revera in Oriente quoque Taurus dicebatur, ut ab ipſo ſit Mela III. 6. & 7. In media Aſia aliis potiſſimum nominibus appellabatur. *Imai*, quem interpoſuit ſuo arbitratu Schottus, nullum in MStis, aut editis, veſtigium reperitur. Et erat proprie promontorium Emodis, teſte Plinio VI. 17. Retinuit tamen Salmaſius ad Solinum. Sed ita valde hic quoque haeſit. Vide eum pag. 782.

l. 12. *Caucaſus & Paropamiſus*] *Caucaſus* ſic dictus fuit a Graecis, quum verum ejus nomen eſſet *Graucaſus*, hoc eſt, nive candidus. Sed Graecis notiſſimum erat Caucaſi montis nomen inter Euxinum & Caſpium mare ſiti, & ideo in Orientem, ubi nominis pene ejuſdem, vel certe proximi, invenerunt montem, tranſtulerunt. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 788. & Me in Curtio Vindicato pag. 137. & 157. ubi & de Paropamiſo egi ſtudioſe, & de Paropamiſadis in monte iſto habitantibus, pag. 134. & ſeqq. MSti plerique hic legunt *Propaniſus*, ſed male.

l. 17.

(1) Nec eſt in Oxon.

l. 17. *Praeter Patara*] Repoſuit hoc Voſſius, quia alii auctores Graeci & Latini pluralis formae nomine hanc urbem deſignant. Sed MSti Melae habent *Pataram* (1), quod & priſcae Edd. nobis oſtentant. Sed & ſequitur apud Melam continuo, *Illum nobilem facit* &c. ſcil. *Pataram*.

l. 20. *Ultra Xanthus flumen*] MSti omnes & editi legunt *Ultra eſt Xanthus fl.* quod & Clar. Gronovius de duobus teſtatur. Notanda autem eſt Codicum conſtantia in variando hoc nomine, dum flumini tribuunt terminationem Latinam *Xanthus*, oppido Graecam *Xanthos*.

l. 21. *Mons Cragus*] Satis celebris eſt hic mons, & tamen MSti excuſſi tum a Voſſio & Goetzio, tum a Me, ut & primae Edd. Anonyma & Torini, legunt *mons Gratius*, vel *Gracius*.

l. 22. *Telmiſus*] MSti & primae, ac reliquae Priſcae Edd. *Telmeſus* (2). Urbs haec a plerisque Lyciae, ab aliis Cariae tribuitur, quia in utriusque regionis confinio erat ſita. Confudit eam Vir ſummus, quum viveret, Ezechiel Spanhemius cum *Termeſſo* Piſidiae, & ex numo hujus urbis voluit emendari hoc nomen ubicumque legitur *Telmeſſus*, quaſi idem eſſet nomen, & ejusdem urbis. Vide eum de Praeſtant. Numiſm. pag. 478. (3). Sed clarisſime diſtinxerunt has urbes Euſtathius ad Dionyſium Perieg. tum Stephanus, Ptolemaeus, & vel maxime Strabo lib. XIII. extr. & lib. XIV. pag. 665. 666. & 667. & Solymum ac Solymos tribuit diſerte Piſidiae urbi. Vide & Me ad Aelian. III. Var. Hiſt. 64.

## CAP. XVI.

l. 1. *Habitator incertae originis*] Ita conjecit Voſſius & edidit, ac recepit ultima quoque Editio. Rectius id, certe propius accedit ad MStam lectionem, & priſcarum Edd., quam utrumque Pintiani commentum, quorum poſterius tamen etiam Ciacconio probari potuit, qui prius voluerat, *habitatur viris incertae originis*. Quum ita hic adhaeſc-

(1) *Patheram* Oxon. Idem *eſt Xantus* & *oppidum Xantos*. Pro *Cragus* autem *Gratius*.

(2) Non *Telmeſus*, ſed *Telmeſos*, adnotaverat ex omnibus Voſſianis, ac ſuo. Et ſic etiam Lipſ. & Oxon. *Telmiſos* habent Edd. Hermol. Torin. Norimb. Cam. Ald. & Junt.

(3) Edit. Amſt. 1671. ſed add. noviſſ. Edit. Diſſertat. IX. pag. 564.

haeſerint Docti Interpretes, non mirum eſt librarios quoque a vero aberraſſe, nec tamen longe aberrarunt. Nam Voſſ. 1. & 5. legunt, *habitant incertae origines*. Sed & Vaticanus optimus, teſte Voſſio, &, quod ad verbum *habitant*, etiam Ampl. Goetzio, quod verbum etiam Codex Ciacconii praefert. At Lipſ. diſerte *Habitant incertae originis*. Reliqui, Meus, tum Voſſ. 2. 3. 4. & collatus a Voſſio, denique Edd. priſcae ante Pintianum, *Habitatur incertae originis* (1). At illud ex compendio ſcripturae ortum, & nota, quae figuram habet ferme accentus circumflexi Graeci, & ita ſupra ultimas literas τοῦ *habitat* poſita, declarat exiguo cum diſcrimine legendum modo *habitant*, modo *habitatur*. Videtur itaque ſcripſiſſe Mela, quod Lipſ. Codex, forſan & Ciacconii nobis offert; & a quo MSti neutiquam longe abeunt, *Habitant incertae originis*, ſcil. homines exiſtentes. Ellipticus hic genitivi uſus, quia paulo durior videtur in tam conciſa periodo, ſed quali delectatur Mela, turbavit & librarios & Interpretes. At vide omnino, & confer exempla ejus, quae attuli ad Sanctii Minervam IV. 4. 27. & quae ad II. 3. 8. extr. & adde Cornel. Nepotem in Attico C. IX. *Ille autem ſui judicii, potius quid ſe facere par eſſet intuebatur, quam* &c. ſcil. exiſtens. Suetonius Tiber. Cap. XVIII. *Semper alias ſui arbitrii, tunc communicavit cum pluribus*. Neque aliter Graeci. Actor. Apoſtol. XXI. 16. ϛυνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν σὺν ἡμῖν. Joannes Euangel. XVI. 17. addit ἐκ; nam ait, εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. Lucianus Nigrino p 34. Ed. Amſt. τὸ δὲ, καὶ τῶν Φιλοσόφων πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾷν, *illud vero, quod &* homines exiſtentes *Philoſophicae ſectae, etiam multo magis ridicula iis,* quae dixi, *faciunt*.

l 5. *Bella mercede ageret*] Sic ediderunt jam antiquiſſimae Edd. Nec tamen hanc lectionem reperi, niſi in uno Lipſienſi. Ceteri, etiam Voſſiani omnes ac Vaticani, certe optimus, teſte Goetzio, ut & Meus, legunt *mercedibus* (2). Sic Petronius in Carm. de Bello Civ. *Mercedibus emptae, Ac viles operae*. Sed & *bella agere*, quod nonnulli,

(1) Cum hic conſentit Oxon.

(2) Sic etiam Oxon. ſed *mercede* Edd. omnes, quas vidi. *Ageret* in ſcriptis ſuis inveniſſet, an *agerent*, non adnotaverat. Sed MSS. Lipſ. & Oxon. & cum iis non ſolum Edd. ſaepe jam nominatae, verum etiam recentiores quaedam habent *agerent*. *Ageret* eſt in Voſſiana, & iis, quae poſt illam prodierunt.

hi, ut parum Latine dictum, rejiciunt, uſitatum fuiſſe Latinis docuit ſatis ſuperque Gronovius Pater II. Obſervat. 3. Sic *agere regnum*, *principatum*, *praefecturam Praetorii*, *triumphum*, *cenſum* &c. pro gerere paſſim reperias.

l. 6. *Pedalium & Crya*] Priori verbo Graecam dant terminationem MSti, at poſteriori variam ſcripturam, *Atria*, *Acrya*, & maxime *Cytria*, vel *Citrya* (1); quae cum Ptolemaei *Carya* videntur propius convenire. Unde videri poſſit *Caryanda* ſuum accepiſſe nomen. Alii tamen promontorium hoc *Crya* vocant. Mox pro *Calbim* MSti Melae habent *Galbian*, vel *Gabiam*, & *valitudine* pro eo, quod editur, *valetudine*.

l. 8. *Inde ad Halicarnaſſon haec adjacent*] Unde haec hauſerint Edd. etiam priſcae, exputare nequeo. Nam omnes MSti, quos vidi, ſeptem numero, habent *jacent*. Sed & Ampl. Goetzius ſyllabam *ad*, ut a MStis alienam notavit (2). Denique Vinetus ita in ſuis videtur inveniſſe, certe ita edidit, quem lubens ſum ſecutus, quum & ſenſus id videatur poſtulare.

l. 10. *Portus duo Gelos &*] Sic & MSti ſine ulla varietate. Sed quia nomen hoc iſtic ignotum eſt, & aliis Scriptoribus ignoratum, Voſſius maluit *Helos*, vel *Helus*, ut denotetur ſolum paluſtre ab ἕλος. Et confirmare hanc conjecturam nititur ex eo, quod huic oppido addita ſit inſula Ἐλοῦσα Straboni dicta. At Clar. Gronovius ex *duo Gelos* exhibet *Suagelos*, quia in Caria a Stephano memoratur *Suagela* oppidum, cujus meminit & Strabo L. XIII. p. 611. ſed qui illud ponere videtur inter Halicarnaſſon & Myndon, quum Mela hic diſerte dicat, ſe recenſere cis Halicarnaſſon, ſeu inter Caunum & Halicarnaſſon ſita. Speciosa tamen eſt utraque conjectura, ſed incertum, an locus emendatione egeat, certe tali, qua ſubſtituuntur vocabula aeque obſcura & incerti ſitus. Plinius VI. 28. videtur hunc appellare *Portum Creſſam*, Ptolemaeus Κρῆσα, vel Κρησσώ. An hinc forte *Gelos* ortum apud Melam? Certe uterque dicitur *portus*, uterque in eodem tractu & ordine ſtatui a nobis debet.

l. 11

(1) Etiam *Citria*, Ita Voſſ. 3. Lipſ. & Oxon. Et hic quoque *Galbian*. vel *Galbian*, & *valitudine*. Poſterius etiam Edd. Hermol. Torin. & Norimb. ſervant.

(2) Abeſt quoque ab Oxon. in quo etiam *Halicarnaſon* eſt, ut in Voſſ. 1. & 3. ac Perizon. Et rurſus in fine hujus Cap. *Halicarnaſſo* & *Halicarnaſon*.

l. 11. *Tiſamuſa*] Plerique MSti *Thyſſamuſa*, *Thyſſamiſſa*, *Tiſſamuſa*, *Thyſſamiſa* (1). Et mox pro *Larymna* habent *Laruna*, vel *Larunna*. Sed Ptolemaeus & Stephanus Λάρυμα vocant ipſam urbem, quam Mela & Plinius *Larymnam*, vel *Larumnam*, dicunt. Plinius etiam *Loryma* iſtic memorat, ſed *loci* nomine, quaſi olim talis iſtic quoque extitiſſet urbs, ſed quae poſtea jacuerit deſtructa, & tantum nomen loco reliquerit. Mox MSti habent *Bubeſius* & *Aphrodiſium*, ut jam edidit Voſſius.

l. 16. *Schoenus ambit Hylam*] Atqui nulla eſt iſtic *Hyla*. Ptolemaeus *Lydas* nominat, ſed in Lycia. Plinius *Hyda* lib. v. cap. 28. Habet tamen iſtic V. C. *Hyla*. Verum id Pintianus ab Hermolao, qui ita correxerit Plinium ex Mela, profectum ait, quum ante eum legeretur *Liden*, quod cum Ptolemaeo convenit, & hic quoque legi vult Pintianus. Herodotus quoque montem *Lyden* Cariae tribuit juxta Pedaſum. Stephanus multas urbes *Hylas* memorat, ſed nullam iſtic loci: at *Hydam* memorat in Lydia ſitam. MSti tamen omnes habent *Ylam*, vel *Ylan*, niſi quod Voſſ. 2. *illam* (2). Mira autem eſt locutio, quod ſinus dicitur *ambire* promontoria, cujus ſenſus eſſe debet, quod ſinus iſti etiam ultra extremam excurrentis terrae linguam retineant ſuum nomen. Sed quid ſi legatur *habet*, vel *alluit*? Vellem ſane addicerent MSti. Sed quid mirum in loco tam corrupto peccaſſe etiam hic librarios? qui certe nihil hic intellexerunt, & quaſi una voce ſcripſerunt plerique *ambitylan*, *ambitilam*. Certe *alluere* opportunum hic habet locum. Sic de Helleſponto cap. 18. *Nec jam alluit terras mare, ſed findit.*

l. ead. *Bubeſius Cynotum*] Voſſius ex Plinio legit *Acanthum*, qui iſti ſinui hoc oppidum tribuit. Sed tamen ille, quod de Hyla probe annotavit, hic praetermiſit: nimirum quod & hic V. C. Plinii habeat *Cynothon*. Ceterum *Acanthum* Plinii in hoc tractu putem pene ex Ὄνου γνάθος apud Ptolemaeum fuiſſe ortum. Hoc autem erat promontorium proxime Cnidum verſus Orientem, ubi & hic ſinus, & hoc promontorium a Mela collocatur. Sed & ipſa Plinii Codd. ſcriptura nos eo ducit. Nam, teſte Hermolao, legunt illi *Acana*-

(1) *Thiſamiſſa* Voſſ. 3. & Oxon. *Thisſamiſſa* Lipſ. *Laruna* Voſſ. 1. *Larunna* Voſſ. 5. Lipſ. & Periz. *Laruna* ceteri Voſſ. & Oxon.

(2) In Excerptis Variarum lectionum ex Voſſ. 1. ſcriptum erat *ambiſylam*, ex Voſſ. 4. *ambitylan*, ex Periz. *ambitilam*, & ex Voſſ. 2. *ambit illam*. Et ita Oxon. ſed in margine al. *hilam*. Lipſ. *ambitila*.

*Acanotum*, ſeu *Acanthum*. Videatur enim poſtea contraxiſſe haec vocabula ſive Graeci, ſive Latini, in unum, in quo utriusque reliquiae ſervantur. Nam & apud Stephanum occurrit Ἄκανθος πόλις ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ παρὰ τὴν Κνιδίαν: ut adeo nomen *Acanthi* ſatis ſit certum; ſed incertum unde originem ſuam traxerit. Quid ſi & ipſius Melae *Cynothum* inde repeti debeat? Nam quam corrupta ſint in nominibus propriis Melae exemplaria abunde ſatis declaravimus jam ſaepe. Nec minor erit mutatio, ſi ex *Cynothum* faciamus *Acanthum*, ut faciunt Voſſius, & qui eum ſequuntur. Sed forſan omnium optime tractavit hunc locum jam olim Hermolaus ad Plinium v. 28. & dein Pintianus, temere licet poſtea neglecti. Legunt illi *Bubesſius Cyon. Tum Cnidus.* Nempe Κύον eſt urbs Cariae, quae prius dicta Καννίβιον, teſte Stephano de Urbibus. Nec adeo longe haec abſcedunt a ſcripta lectione. Nam Voſſ. 1. & optimus hic legit *Crinon tunc Iudus*. Voluit *Crinon tum Cnidus*. Reliqui fere *Cynetum*, *Cinnotum*, *Cyymontum*, *Cremontum*. At Vaticani, notante Ampl. Goetzio, optimus *Crynontum*, quod cum Voſſ. 1. ſic ſatis convenit. Ceteri *Cyymontum*, *Ciritatum*, *Croitotum* (1). Videant doctiores, ſi quid hinc eruere queant.

l. 17. *Paeninſulae*] Omnes MSti, quod notandum duxi, legunt ſeparatis vocibus *pene inſulae* (2). Neque aliter primae Edd. etiam Aldina, & Florentina. Mox res mira eſt, ut conſpirarint omnes MSti in falſam & ſatis longe a vera recedentem lectionem *Tetraticum*, aut, quod huic proximum eſt, *Tetruticum Terrarticum*. Recte videtur Hermolaus reſtituiſſe *Ceramicum*, ſinum notiſſimum, quem Mela praeterire indictum vix potuit. Et ideo recepta eſt haec lectio ab omnibus dein, quod rarum eſt, Editoribus. Nec propius quidquam reperio, aut veriſimilius, niſi quis *Triopicum* malit. Nam in eadem provincia erat & *Triopon* promontorium. Ego tamen ſequor illos, qui *Ceramicum* retinent. De *Eutiana* (nam ſic habent MSti Melae) vide Cellarium in Aſia cap. III. Plinius, qui v. 29. diverſas facit urbes *Euthenen in Doridis ſinu*, & *Euthanias Cariae*, videtur in errorem lapſus, quod una eademque urbs, quae proprie erat in Doridis ſinu, ſeu *receſſu*, ut ait Mela, a qui-

(1) Oxon. *Cix non tum*.
(2) Ita hic & ubique Oxon. &, ni fallor, etiam Lipſ. *Tetatricum* habet Lipſ. *Terrarticum* Voſſ. 2. *Tetraticum* alii Voſſ. & Oxon.

quibusdam ſcriptoribus *Cariae* fuit attributa, ut in hisce regionibus ſaepius factum reperimus, & haec ipſa urbs *Euthenae* a Stephano Byzant. *Cariae urbs* dicitur, licet Plinius illud maxime nomen in *Doridis ſinum* rejiciat. Sic ipſum *Ceramicum ſinum* Scylax *Cariae* adſcribit.

l. 23. *Littus Leuca*] Plinius v. 29. hic memorat *Leucopolin*.

l. 24. *Myndos, Caryanda*] MSti Melae omnes, & primae quoque Edd. habent *Myridos*, vel *Miridos*, *Aruanda*. Prius certisſime eſt corruptum, forſan & poſterius. Sed tamen in Plinio quoque v. 29. habent vetus Lectio & Codd. *Arianda*, teſtibus non margine tantum Pliniano, ſed & hic loci Vosſio. Hermolaus Barbarus, ut ex Notis ejus liquet, ſubſtituit non ex MStis, ſed ex Strabone *Carianda*. An ergo fuit duplex unius nominis uſus, ut modo praemittatur *C*, modo omittatur? quod & in aliis vocabulis factum.

l. 25. *Jaſius* —— *In Jaſio*] MSti *Jaſus*, *Jaſo*. Dubito ſi recte. Nam oppidum dicebatur *Jaſus*, & hinc ſinus *Jaſius*. Vide Plinium v. 29. Pro *Bargylia* MSti (1) habent *Barcylos*, unde recte Vosſius edidit *Bargylos*.

(1) Non omnes, ſed Voſſ. 4. & Perizon. *Bartylos* Voſſ. 1. *Barcillos* Voſſ. 2. 5. & Lipſ. *Barchillos* Voſſ. 3. & Oxon.

ABRA-

# ABRAHAMI GRONOVII

## NOTAE

## IN

# POMPONIUM MELAM.

# ABRAHAMI GRONOVII NOTAE IN POMPONIUM MELAM.

## IN PROOEMIUM.

l. 3. Conſtat enim ferè ex Gentium locorumque nominibus] Particulam *ex* ignorant MS. Mediol. Leid. Gudianus & Meus, itemque Edd. Mediol. Junt. Ald. Exon.

l. 7. *Et quod ſine ope ingenii orantis, ac ipſa ſua contemplatione pretium operae attendentium abſolvit.*] MS. Mediol. Leid. Ed. Mediol. Junt. Ald. Exon. *Et quod ſi non ope ingenii orantis, at ipſa ſui cont.* Cicero lib. II. *de Oratore* cap. 8. *Ergo id qui toto in genere fecerit, is ſi non planè artem, at quaſi artem quandam invenerit.* Et in *Oratore* cap. 29. *Nulla eſt enim ullo in genere laus oratoris, cujus in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio.* Livius lib. IX. cap. 9. *Vos, Dii immortales, precor quaeſoque, ſi vobis non fuit cordi Sp. Poſtumium, T. Veturium, conſules, cum Samnitibus proſpere bellum gerere; at vos ſatis habeatis vidiſſe nos ſub jugum miſſos.* Virgilius lib. II. *Georg.* v. 461.

*Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis*
*Manè ſalutantum totis vomit aedibus undam,*
*Nec varios. . . .*
*At ſecura quies, & neſcia fallere vita,*

*Dives*

*Dives opum variarum; at latis otia fundis,*
*Speluncae, vivique lacus; at frigida Tempe,*
*Mugitusque boum, molleſque ſub arbore ſomni*
*Non abſunt.*

Voculas *ſi non* etiam ſequi ſolet *certè*, ut apud Terentium *Adelphis* Act. IV. ſc. 7.

*Quid facias? ſi non ipſa re iſtuc tibi dolet;*
*Simulare certè eſt hominis.*

& Phaedrum lib. v. Fab. 5. v. 45.

*Si non ingenium, certè brevitatem approba.*

atque etiam *at quidem certè*, ut Gellius in Praefatione; *quae* (libamenta ingenuarum artium) *virum civiliter eruditum neque audiſſe unquam neque attigiſſe, ſi non inutile, at quidem certè indecorum eſt.* Eandem autem, quam ex codicibus MSS. & vett. Edd. atque Exon. in contextum recepi, ſcripturam Eruditiſſimo mihique amiciſſimo Viro, Franciſco Oudendorpio, in animadverſionibus in Pomponium Melam, quas pro ſumma ſua erga me benevolentia mecum communicavit, haud diſplicuiſſe laetus deprehendi. Verba autem, quibus Cl. Vir hunc locum venuſtè illuſtrat, haec ſunt: „ *Si non ope ingenii, at.* Vid. Perizon. Sed nequaquam damnanda videtur haec quoque lectio antiquarum Editionum, quam confirmant tres MSS. Leidd. à me viſi, & in his unus optimae notae, uti & aliquot à Cl. Dukero citati; ac magis eſt Latina quàm *ſine*: cum elegantius abeſſet τὸ *at*. Vult Auctor à Lectore pretium operae hic adquiri per ſe ipſum, & *ſi* pretium operae *non* abſolvatur ope ingenioſi ſcriptoris, *at* tamen id fieri ipſa contemplatione ipſius operis. Ovidius *Amor. lib.* 1. *El.* 3. v. 7.

„ *Si me non veterum commendant magna parentum*
„ *Nomina* &c. "
„ *At Phoebus, comiteſque novem, vitiſque repertor,*
„ *Hoc faciant.* "

„ Vide & *Epiſt.* XV. 31. Adeatur praeterea Cl. Dukerus. "
Ceterum pro *orantis* Barthium lib. XII. *Adverſ.* cap. 2. pag.

pag. 1828. & in *notis ad Calpurnium* Ecl. III. verſ. 59. pag. 346. emendaſſe *rorantis*: at lib. XIV. *Adverſ.* cap. 17. *ornantis*, margini editionis Antverpienſis adſcripſit Avus; qui poſteriorem Barthii emendationem amplexus, allegato etiam loco Valerii Maximi lib. VIII. cap. 13. (*Ne, cui Deorum immortalium praecipuè indulgentia adfuit, ei noſtrâ ornata mentio defuiſſe exiſtimetis*) in domeſticis ſcholis hanc periodum ita interpretabatur: „ Quod quamvis nullâ „ comtâ & diſertâ oratione commendetur, placere ta- „ men poteſt ſolâ cognitione & intuitu vel inſpectio- „ ne, ſine adjumento facundiae & politae orationis operae „ in ſe collocatae pretium rependit. *Ornare* ſaepe eſt or- „ nata & florida oratione aliquid exponere. Cicero lib. „ III. de *Orat. Omnis loquendi elegantia, quanquàm* „ *expolitur, ſcientiâ literarum, tamen augetur legendis* „ *Oratoribus & Poëtis. Sunt enim illi veteres, qui orna-* „ *re nondum poterant ea, quae dicebant, omnes prope prae-* „ *clare locuti: quorum ſermone adſuefacti qui erant, ne* „ *cupientes quidem poterunt loqui, niſi Latine. Neque ta-* „ *men erit utendum verbis illis, quibus jam conſuetudo* „ *noſtra non utitur.* Sic *ornata oratio*, & *ornate dicere*, „ i. e. eleganter & diſertè. "

l. 10. *Dicam autem aliàs plura & exactiùs: nunc ut quae-que clariſſima & ſtrictim*] Ita quidem ex fide unius MS. ediderat Cl. Voſſius, quum in reliquis omnibus legatur; *Dicam autem*, vel *tamen*, vel *tamen autem*; *aliàs plurà & exactiùs: nunc autem ut quaeque erunt clariſſima.* Pintiano delendum videbatur poſterius *autem*; at Cl. Perizonio pri-us, cui adſentior. Particula *tamen* etiam hic idoneum lo-cum non habet: eam enim paullò ante adhibuit Auctor; *verùm adſpici tamen cognoſcique digniſſimum.*

# LIBRI I.

## CAP. I.

*Mundi in quatuor partes diviſio*] Immo potiùs de MUN-DO & PARTIBUS *ejus*, quomodo edidit Cl. Rey-noldus.

l. 3. *Et uno ambitu ſe cunctaque amplectitur*] Voſſ. 1. *complectitur*.

l. 15. *Illius ſitu ob ardorem intercedentis plagae incognito, hujus dicendus eſt*] Mediol. Chiſ. Gud. Meus, Ed. Mediol. Ald. Junt. Exon. *illius ſitus ..... incognitus; hujus dicendus eſt*.

l. 16. *Haec ergo ab oriente porrecta ad occaſum*] Meus: *in occaſum*, neque aliter in codice Arundelliano legi ad marginem editionis Baſileenſis notaverat Voſſius, idemque vulgato praeferendum videbatur Cl. Oudendorpio. Ita enim Vir Cl. „ Reponendum eſt ex Arundelliano & Dorvil- " „ liano *in occaſum* i. in ipſam ſolis occidentis regionem, " „ & ideo tam longa. *Ad* non ſatis explicat mentem " „ Auctoris, & ſignificat modò *verſus*. Juſtinus lib. II. " „ cap. 2. *Scythia in orientem porrecta*. Adi Cl. Bur- " „ mannum *ad Lucanum* lib. III. *v*. 350.

„ *Heſperium mundi properamus ad axem*. "

„ In Catalectis Scaligeri pag. 143.

„ *Quin etiam nebula ſeptus pervenit ad urbem*. "

„ Immo verò ut exaratur in venerandae antiquitatis " „ membranis Voſſianis Auſonii *in urbem*. Mox etiam " „ pro *quia ſic jacet* lego cum Pintiano & Perizonio, *qua* " „ *ſic jacet*, Geographorum ſolemni ſtylo. "

l. 21. *Nec ampliùs decem millibus paſſuum patens*] MSS. meliores, *milibus*, & ſic infrà ſaepius, itemque *milia* & *milium*.

l. 27. *Rurſusque etiam quàm fuit arctius exit in ſpatium*] Cl. Oudendorpius ad hunc locum notavit: „ Sic locum " „ diſtinguo, *rurſusque etiam quàm fuit arctius, exit in* " „ *ſpatium*. Poſtquam mare illud arctius rurſus eſt, " „ quàm ante fuit, in Helleſponto ſcilicet & Boſporo " „ Thracio, *exit in ſpatium* i. e. ſe dilatat atque in vaſ- " „ tum ſpatium ſe extendit. *Boſporus* enim *pelagi in Pontum exituri canalis*, ut lib. 1. cap. 19. Contrà lib. 1. " „ cap. 4. *Ex ſpatio paullò adductior*. In uno codice in- " „ veni, *rurſusque etiam artius quàm fuit, in ſpatium* " „ *exit*. nec male. " Haec eſt ſcriptura codicis Voſſ. 1.

l. 29. *Ingens iterum & magnae paludi, ceterùm exiguo ore conjungitur*] Ita Voſſ. 1. At Leid. & edit. Mediol. *& magno & paludi, c*. Adde Paterna ad h. l. Meus, *& magno*

*magno ſe extendit ambitu.* Cl. Reynoldus edidit, *ingens iterum & magno ſe extendit ambitu & paludi*, quomodo etiam ex MS. Dorvilliano legendum videbatur Cl. Oudendorpio, cujus verba haec ſunt: „ Lego cum Dorvil- " „ liano, *ingens iterum & magno ſe extendit ambitu*, & " „ *paludi*, *e.* Patet ſatis illas voces *ſe extendit ambitu* ex " „ plerisque MSS. excidisſe, qui habent & *magno* & *pa* " „ *ludi* &c. Ciacconius právè legit *vaſtae paludi.* Infrà " „ cap. 14. *Schoenus ambit Hylan.* Vide Perizonium."

l. 35. *Ubi primùm ſe coarctat*] Ita legunt typis excuſa exemplaria, verùm manu exarata, *ubi primum ſe artat*, vel *arctat.* Vide Paterna ad hunc locum.

l. 42. *Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam fere Maeotida defluit; ex diverſo Nilus in Pelagus*] MS. Mediol. Gud. Leid. Ed. Mediol. Ald. Junt. Salmant. & *ex diverſo.* Exon. & *ex adverſo.* Meus codex: *ex adverſo.* quam ſcripturam tuetur Cl. Vosſius.

## CAP. II.

l. 5. *Tantùm ibi ſe in latitudinem effundit*] Ita Chis. Leid. & Meus, non *in altitudinem*, quomodo habent reliqui MSS. & Edit. Mediol.

l. 12. *Deinde cùm jam in ſuum finem aliarumque Terrarum confinia devenit, & mediis Noſtris aequoribus excipitur*] Conjunctio & redundat, eademque abeſt ab omnibus MSS. & Editionibus ante Vosſianam evulgatis. Pro *deinde* Mediol. Meus, Ed. Mediol. legunt *dein*, atque iidem mox: *dein fit venienti obviam.*

l. 15. *Ora ejus cum alveo & Nili amnis ripis deſcendit in pelagus*] Particula & hoc loco quoque à Vosſio temere addita eſt; idque etiam Cl. Oudendorpio obſervatum.

l. 21 *Ab eo iterum obliquat ad Boſporum, iterum iterumque ad Ponticum latus curva*] Mediol. Leid. Meus, Ed. Mediol. Ald. Junt. Salmant. & Exon. ignorant medium *iterum*, & pro *obliquat* Mediol. Leid. exhibent *obliqua.* Gud. & Meus *oblique.*

l. 25. *In ea primos hominum accepimus, ab oriente Indos, Seres & Scythas*] MSS. Mediol. Leid. & Ed. Exon. *In ea primos hominum ab oriente accipimus Indos, Seras & Scythas.*

l. 35. *Indis proxima eſt Arbiane*] Edit. Mediol. Exon. *Ariana.*

*Ariane.* vide Cl. Perizonium ad h. l. Schottum autem qui *Carmania* ex lib. III. cap. 8. legebat, erudite refellit Caſaubonus ad illa Strabonis lib xv. pag. 720. Μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν ἡ Ἀριανὴ μερὶς πρώτη τῆς ὑπὸ Πέρσαις, τοῖς μετὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. ubi MS. Mediceus, τῆς μετὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν.

l. 43. *Et Pariani, Bactri*] MSS. *& Pariani, & Bactri.*

l. 44. *Comari, Coamani*] MS. Mediol. *Chomare, Chomani.* Gud. *Chomarae, Coamani.* Leid. *Comare, Coamani.* Meus: *Gomarae, Comani.* Chiſ. *Choniamae, Coamani.* *Chomaros* mox memorat Auctor. Proximè igitur ad ſcripturam codicum MSS. accedit *Comarae*, atque etiam *Comani*, quomodo edidit Cl. Reynoldus.

l. 45. *Paropaniſii*] MSS. *Ropanes, Rophanes*, vel *Copanes.* Edit. Exon. *Aparni.*

l. ead. *Dahae : ſuper Scythae, Scytharumque deſerta.*] MSS. *Dahae ſuper Scythas, Scytharumque deſerta.*

l. 48. *Iberes*] MS. Mediol. Leid. Gud. Meus, & Ed. Mediol. *Hiberi.* Chiſ. *Hyberi.* Legendum *Iberi* cum Cl. Reynoldo.

l. 49. *Ciſſianti, Achaei*] Mediol. *Ciſſi, Anthiace.* Leid. *Ciſſi, Anthioce.* Gud. *Ciſſi, Antiache.* Meus: *Ciſſi, Athiace.* Videtur Auctor ſcripſiſſe *Ciſſi, Heniochoe*, quomodo edi curavit Cl Reynoldus.

l. 50. *Coraxi, Pterophoritae, Riphaeës*] Mediol. Leid. Chiſ. *Corſitae, Phoriſtae, Rimphaces.* Meus: *Corſitae, Phorſitae, Rymphaces.* Edit. Mediol. *Phoriſtae, Riphaces.* Pro *Corſitae* Pintianus *Cercetae*, & pro *Phoriſtae, Rimphaces* Cl. viri, Perizonius & Reynoldus, *Arimphaei* rectè emendarunt.

l. 52. *Mantiani, Ibarani*] MS. Leid. *Mati, Anthibarani.* Meus, *Mani Antibazani*, pro *Matiani, Tibarani*, quomodo legendum monuit Nunneſius, & edidit Reynoldus. *Matiani* ab Herodoto Ματιηνοὶ vocantur lib. VII. cap. 72. Adde Cl. Perizonium ad h. l.

l. 54. *Amardi, Armenii*] Ita meus codex; at reliqui, *Medi, Armenii.*

l. 55. *Gallograeci*] Quod parens ad h. l. ſcripſit, nullum codicem MS. ex hac voce plus agnoſcere quàm *Graeci*, id intelligendum de iis, quibus uſus fuit, quibusque adſtipulatur editio Mediolanenſis; nam non ſolum in Voſſiano I. ſed etiam in Leidenſi aliisque legitur *Gallograeci.*

l. 56.

l. 56. *Rurſus ex iis, quae meridiem ſpectant*] Gud. Leid. Chiſ. Voſſ. 1. Meus: *rurſus ex his*.

l. 57. *Eaedem gentes interiora & litora tenent*] MSS. *eaedemque*, vel & *denique, gentes interiora litora tenent*. ad quam ſcripturam proximè accedit editio Exonienſis, in qua legitur, *eaedemque gentes interiora litore tenent*. Sanctius in *Praefat.* vocem *litora* expungendam exiſtimabat.

l. 61. *Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii poſſident*] Parenti legendum videbatur *ripas*, quomodo non ſolùm habet MS. Lipſienſis, teſte Cl. Perizonio, verùm etiam Leidenſis.

## CAP. III.

l. 12. *Extra fretum ad occidentem inaequalis admodum, praecipuè media. Quâ procurrit ad ſeptentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, penè ut directo limite extenta eſt*] Cl. Reynoldus alteram interpunctionem Parentis ſecutus edidit, *praecipuè media. Procurrit ad ſept.* omiſſa particula *qua*, quae etiam abeſt a MS. Leidenſi.

l. 19. *Nos Thuſcum, Graii Tyrrhenum perhibent*] MSS. plerique *Tuſcum*, & ſic deinceps

l. 22. *Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia. Huic Macedonia adjungitur*] MSS. *Thraciae ac Macedoniae adjungitur*. Hinc Vineto & Perizonio obſecutus edidi, *Thracia Macedoniae adjungitur*.

l. 29. *Deinde rurſus Gallia eſt, longè & à Noſtris litoribus huc usque promiſſa*] Mediol. Chiſ. Leid. Meus, & Exc. *huc usqûe permiſſa*, ut lib. 11. cap. 5. *Gallia. . . . ad Pyrenaeum usque permittitur*. Ita enim ex MSS. legendum recte arbitrabatur Cl. Oudendorpius pro vulg. *promittitur*. Vide Avum *ad Livium* lib. xxix. cap. 2. & lib. II. *Obſerv.* cap. 13. pag. 316.

## CAP. IV.

l. 1. *Africa ab orientis parte Nilo terminatur, pelago à ceteris. Brevior eſt quidem*] MSS. & Ed. Mediol. *terminata, pelago à ceteris, brevior eſt*, niſi quod meus codex poſt *ceteris* addat *partibus*. Mox Mediol. *Europe*.

l. 3. *Quia nec usque Aſiae, & non totis hujus litoribus ob-*

*tenditur* ] Mediol. Gud. & Exc. *quia nec usquam Aſia eſt & non totis h. l. o.* At Leid. Chiſ. Ed. Mediol. & Exon. *quia nec usquam Aſiae & n. t. h. l. o.* & paullo pôſt Mediol. Leid. Chiſ. *dein, cui totius.*

l. 21. *Sed Mauri & in Atlanticum pelagus expoſiti* ] Voſſ. 1. *Sed Mauri in Atlant. p. exp.*

l. 26. *Quae Lybico mari abluuntur* ] Ita hoc loco habent omnes MSS. qui tamen in ſequentibus ſaepe pro *abluere* & *ablui* exhibent *alluere*, & *allui*: eademque ſcripturae varietas etiam ab Avo obſervata fuit apud Senecam *Hercule furente* v. 886.

*Quodcunque abluitur ſolum*
*Longo Tethyos ambitu.*

ubi ὁ πάνυ e MS. Florentino reſtituit *alluitur*. *Alluuntur* etiam hoc loco reponendum esſe rectè animadvertit Doctisſimus Oudendorpius, cujus venuſta atque elegans commentatio de verbo *abluere* hujusmodi eſt: „ Tuto pede hanc „ locutionem, quaſi nihil ſcabritiei habentem tranſiliunt „ Interpretes. Cùm ea tamen mihi videatur ne Latina „ quidem. Sine dubio intelligit Auctor terras, ad quas „ fluit mare Lybicum. Eas verò tam ſordidas esſe & „ ſqualidas, ut adſiduò aqua marina debeant *ablui* & abſtergi eluvie, aut continuo exedi & abradi non credo, „ nec quisquam ſanus credit ab auctore Geographo innui. „ Haec tamen & non alia ſignificantur verbi compoſitione *abluere*. Lib. II. cap. I. *Sic ut notae ablui nequeant.* „ cap. 2. *non abluitur cinis.* Propertius II. 15. 26. „

„ *Niveos abluit unda boves.* „

„ Pro exedere ſeu abradere Seneca lib. IV. *Nat. Quaeſt.* „ cap. 2. pag. 610. *Ceteri omnes abluant terras & evifcerent.* Quod ſi verum eſt, ſicut eſt, facile liquet locum in mendo cubare, & reſcribendum esſe etiam invitis MSS. omnibus *alluuntur*. Eaque macula inſidet „ multis ſcriptoribus, qua illos *abluere* ſaepius jam tentavi. Vide Me ad Lucanum lib. VI. verſ. 810. „

„ *Quem tumulum Nili, quem Tibridis alluat unda.* „

„ ubi tamen ſcripſit Cl. Burmannus: *Abluere vel alluere*

„ *de*

„ *de praeterlabente fluvio dici ſolet.* At prius de eo dici "
„ omnino nego. Adde me ad Frontinum I. 4. 7. *Alte-* "
„ *rum latus ejus mare adlueret.* ubi idem erat vitii. "
„ Rectè cum aliis edidiſti lib. I. cap. 18. in fin. *Nec* "
„ *jam adluit terras mare.* Et ſic Primus & Sec. Voſſ. "
„ In reliquis MSS. & Edd. ibi quoque *abluit.* item lib. "
„ III. cap. I. *Radices ejusdem adluens Durius*, bene cum "
„ iisdem Voſſ. Ceteri & Edd. vett. *abluens.* Ejusdem "
„ libri cap. ult. *Frons mari Atlantico adluitur.* ubi tamen "
„ ut hîc, conſtanter MSS. & Edd. *abluitur.* Non mi- "
„ nus ergo quàm illis locis hîc quoque *ad* erat emen- "
„ dandum, & pluribus locis id reſtituendum. Sic lib. "
„ II. cap. I. *Boryſthenes gentem ſui nominis abluit.* At "
„ illic Voſſ. duo optimi, Vatic. & Dorvill. *adluit*, vel "
„ *alluit* exhibent, ut debent. Lib II. cap. 2. *Praevec-* "
„ *tisque Maſtuſiam ſinus intrandus , qui alterum Cherſo-* "
„ *neſi latus abluens jugo facie vallis includitur.* Sic enim "
„ legendum è MSS. Pravè Voſſius aliique edidere *prae-* "
„ *tervectisque Maſtuſiam tum.* Ceterum Voſſianus Sec. "
„ ſolus hîc *alluens.* Lib. II. cap 3. *De locis atque ur-* "
„ *bibus quae mare non abluit.* Idem error inſidet tum "
„ alios, tum vulgatos Avieni libros *Deſcript. Orbis* v. "
„ 887. „

„ *Caſpinam late terram ſuper abluit unda.* „

„ & v. 1105. „

„ *Abluit aeſtus* „

„ *Perſicus hanc,* „

„ Quo ultimo loco tamen rectè *adluit* dedit jam Editor "
„ Anglus. Et paſſim MSS. variant, uti etiam in Caeſ. "
„ *B. Civ.* II. I. Sed plus ſatis de his compoſitis *abluere* "
„ *& alluere.* "

l. 27. *Libyaegyptii*] Leid. *Libiens Aegypti.* Gud. *Libies Aegypti.* Mediol. Meus atque Edit. Exon. *Libyes Aegypti.* Chiſ. Edit. Mediol. Salm. & Antverp. *Libyes Aegyptii.* quomodo etiam habet codex MS. Plinii lib V. cap. 8.

l. 28. *Gaetuli*] Γετοῦλοι vulgo ſcribitur apud Dionem Caſſium lib. XLIII. init. pro Γαιτοῦλοι. Ita enim MS. Mediceus.

l. 31. *Augilas*] *Augilae* Ptolemaeo lib. IV. cap. 5. Αὐγιλαι ex MS. Mediceo. Vulgò Αὐγυλαι.

l. ead. *Troglodytas*] Leid. & Meus: *Trogoditas*. Mediol. Gud. Edit. Exon. *Trogodytas*. iidem infrà cap. 8, *Trogodytae*, excepto Gudiano, in quo *Trogiditae*.

l. 34. *Blemmyes*] In hujus vocis ſcriptura plurimum quantùm ſibi tribuerunt librarii. Nam in MS. Gud. legitur *Blenuos*. in Leid. *Blenpes*. in Voſſ. 1. *Blennos*. in Meo, *Blemies*. at in Mediol. Chiſſ. *Blemies* proxime ad veram ſcripturam, quae eſt *Blemyes*, vel *Blemyae*, ut infrà cap. 8. *Blemyis capita abſunt*. ubi MSS. *Blemiis*. Junge Henr. Valeſium *ad Ammianum* lib. XIV. cap. 4.

l. 35. *Sine tectis paſſim ac ſedibus vagi*] Omnes MSS. & Ed. Exon. τὸ *paſſim* tranſponunt poſt τὸ *ſedibus*. Pro *tectis* Leid. *terris*, Meus, *tecto*.

l. 43. *Quae in mare attingunt*] De hoc loco Cl. Oudendorpius: „ Ita video te conſenſu MSS. omnium edi- " „ diſſe; ſed vereor ut Latinum ſit pro *ad mare*, ut ali- " „ quoties noſter cum aliis. Quid ſi legamus *intus mare*, " „ ut clarius deſignet, quale intelligat mare, & diſtin- " „ guat ab Oceano, nempe *interius*? Quomodo vocat " „ cap. 8. Mediterraneum. "

## Cap. V.

l. 4. *Mauritania*] Mediol. *Mauretania*. nec aliter cap. ſeq. Ptolemaeus lib. IV. cap. 6. init. ex MS. Mediceo: ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς τε δυσὶ Μαυρηταν‌ίαις. ubi vulgò Μαυριταν‌ίαις editum.

l. 6. „ *Caput atque exordium*] Cum in Voſſ. pri- " „ mo deſit *atque*, in Dorvilliano τὸ *exordium*, videri " „ poteſt illud ex Gloſſa vocis *caput* eſſe natum. " Haec Cl. Oudendorpius.

l. 10. *Oppidum pervetus ab Antaeo* (*ut ferunt*) *conditum*] Voſſ. 1. *pervetus*, & *ab Antaeo*.

l. 11. *Parma elephantino tergore exſecta, ingens*] Mediol. Chiſſ. Gud. Ed. Mediol. *tergori exſecto* (Gud. Ed. Mediol. *execto*) *ingens*. Leid. *tergori exſerto, ingens*. Voſſ. 1. & Ed. Exon. *tergori exſecta ingens*, approbante Cl. Oudendorpio.

l. 12. *Et ob magnitudinem nulli nunc uſuro habilis*] Participium *uſuro* ex gloſſa ortum eſſe ſuſpicabatur Cl. Perizonius;

gonius; idemque abeſſe à MS. Dorvilliano monebat Cl. Oudendorpius, qui illud etiam delendum cenſebat.

l. 19. „ *Addit fama nominis fabulam* ] Sive fabulam " „ ex nomine ortam, ut lib. III. cap. 7. ut ediḍiſti, *ex* " „ *vocabulo fabula eſt.* " Haec Cl. Oudendorpius.

l. 22. *Hinc jam mare latius funditur* ] Voſſ. 1. Chiſ. Gud. Meus: *Hic jam mare l. f.*

l. 27. *Segnitie gentis obſcura* ] MSS. *ſegnitia.*

l. 28. *Ex iis tamen quae memorare non piget* ] Edit. Exon. & tres MSS. *Ex his.*

## CAP. VI.

l. 1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae* ] Mediol. Chiſ. Leid. Ed. Mediol. *Ampſaci.* Gud. *Arcipſaſi.* Voſſ. 1. *Anpſamcy.* Meus, *Amſpanci.*

l. 5. *Quondam regum domus, ſed Syphacis cùm foret, opulentisſima* ] Mediol. Leid. Chiſ. Gud. Ed. Mediol. *& Syphacis,* vel *Siphacis, cum foret, opulentisſima,* nec aliter Dorvillianus, teſte Cl. Oudendorpio. Voſſ. 1. *& cùm Symphacis foret, opulentisſima.* Non temere igitur eſt, quod Henr. Stephanus in *Prolegom.* ex vet. cod. hanc lectionem protulerit, *& quum Siphacis foret, opulentisſima.* de qua ſane nimis confidenter pronuntiat Schottus ad h. l. *Fides ſit penes auctorem.*

l. 10. *Cartenna* ] Mediol. Leid. Ed. Mediol. *Cartinna.* Voſſ. 1. *Carynna.* Meus, *Cartina.* Chiſ. *Cartunia.* Verùm Mediolanenſis & Leidenſis codicis ſcripturae fidem praeſtat MS. Mediceus Ptolemaei lib. IV. cap. 2. pag. 106. Καρτίννα exhibens pro vulg. Καρτέννααι. ubi etiam in MS. Coisliniano Κάρτινα legitur.

l. 12. *Monumentum* ] Mediol. & Ed. Ald. Junt. *monimentum,* nec aliter infrà h. l. cap. 15. 16. & lib. III. cap. 1.

l. 14. *Et fluentes inter eas Aves & Vabar* ] MSS. *Aucus, Ancus, Anchus,* vel *Anchris, & Nabar.* Cl. Perizonio pro *Aves* ex Ptolemaeo legendum videbatur *Savus,* Cl. Reynoldus edidit *Aveus & Nubar.* & recte. nam *Aueus* facili librariorum errore potuit tranſire in *Aucus,* vel *Ancus.*

l. 18. *Muricum oſtreorumque fragmenta* ] Ita Chiſ. Ed. Salm. & Exon. At Mediol. Leid. Gud. Meus, & Ed.

 Mediol.

Mediol. *oſtrearumque.* Conſule Cl. Perizonium ad h. l.

l. ead. *Saxa attrita*] Ita legunt Mediol. Chiſ. Gud. Leid. Voſſ. 1. Ed. Mediol. & Exon.

l. 20. *Et alia ejusmodi ſigna*] Sic Mediol. Voſſ. 1. Meus, & Ed. Exon. At Ed. Exon. *Alia & hujuſmodi ſigna.*

## Cap. VII.

l. 4. *Tabraca*] Mediol. Gud. *Thabraca.* Vide Cl. Perizonium ad h. l.

l. 7. *Hipponenſem vocant proximum ab Hippone Diarrhyto, qui litori ejus appoſitus eſt*] MS. Mediol. Gud. Chiſ. Leid. Ed. Mediol. Ald. Junt. Steph. Salmant. Exon. *quod litori ejus appoſitum eſt.*

l. 14. *Jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quàm ope praeſentium clarior*] De voce *opulenta* eruditè diſputat Cl. Perizonius cap. 7. *Animadv. Hiſt.* pag. 245.

l. 19. *Syrti ſinus eſt centum ferè milia paſſuum*] Chiſ. Meus: *Syrtis ſinus eſt.* Vide Cl. Perizonium.

l. 21. *Verùm impertuoſus atque atrox & ob vadorum frequentium brevia, magiſque etiam* &c.] Voſſ. 1. *& obvaturum frequentiam brevis, magisque etiam.* Meus, *& ob vadorum frequentium devia, magis magisque etiam.* Cl. Oudendorpius ad hunc locum notavit: " Scio vulgatam ſcripturam ſatis defendi poſſe. Sed cum in MSS. tribus exaretur *frequentiam*, & in optimo Voſſiano ſit *brevis*, lego *ob vadorum frequentiam brevis:* atque hinc forſan natum, quod in quatuor MSS. invenerim *magis magisque.* Cap. 19. hujus libri: *Pontus brevis, atrox, nebuloſus, & quia non profundus, fluctuoſus.* " Ita βραχεῖα θάλασσα apud Marcianum in *Periplo* pag. 42.

l. 24. *Pelagi affluentis & refluentis*] Mediol. Leid. Meus, *ac refiuentis.*

l. 35. *Ejus promontorium eſt Bryon*] Excepto Chiſiano MSS. habent, *Borion*, nec aliter Ed. Mediol.

l. 42. *Poſtquam in eo, quod convenerat, non manebatur*] Hunc locum illuſtrat Avus in *notis ad Statium* lib. vi. *Theb.* v. 631.

l. 44. *Ubi legati concurrerent*] MS. & Edit. Mediol. con-

*concurrerant*, rectè. Gud. *concurrerat*. Leid. *concurrierant*. Adi Doctiſſimum Perizonium ad hunc locum.

## CAP. VIII.

l. 2. *Ammonis oraculum*] Mediol. Leid. Meus, *Hammonis*.

l. 6. *Arenasque quaſi maria agens ſiccis ſaevit fluctibus*] Mediol. Chiſ. Gud. Leid. Meus, & Edit. Mediol. & Exon. *ſic ſaevit ut fluctibus*. Voſſ. 1. *ſic ſaevit ut fluentibus*.

l. 8. *Mox & paulatim tepeſcens*] Voſſ. 1. *mox paulatim tepeſcens*. Plinius lib. II. cap. 103. *In Troglodytis fons ſolis appellatur, dulcis, &* (ita MS.) *circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepeſcens ad noctis media fervore & amaritudine infeſtatur*.

l. 9. *Tunc ut ſol ſurgit, ita frigidior ſubinde per meridiem maximè riget*] Quatuor MSS. *ita ſubinde frigidior*. Meus: *fit frigidior: ſubinde p. m. m. r.*

l. 10. *Sumit deinde tepores*] Mediol. Gud. *dein*. & pro *tepores* Mediol. Chiſ. & Voſſ. 1. legunt. *teporem*.

l. 15. *Heſperis*] Quinque MSS. Edit. Mediol. Junt. Exon. *Heſperia*.

l. 29. *Nam gregibus (quia id ſolum opimum eſt) quoad poteſt, parcitur*] Mediol. Voſſ. 1. *quod poteſt*. Confer Cl. Perizonium.

l. 36. *Quod ſingulis aliquot ſimul conjuges*] Mediol. Leid. Ed. Junt. & Exon. *quia ſingulis*.

l. 46. *Apud Garamantas jam armenta*] Mediol. Leid. Gud. & vetuſtae Editt. atque Exon. *etiam armenta*. Meus, *& armenta*. Voſſ. 1. *aeciam armenta*.

l. 47. *Eaque obliqua cervice paſcuntur*] *Eaque* pro *ea quae*, quomodo habent vett. edd. reſcribendum monuit Salmaſius in *Plin. Exerc.* pag. 383. b. paullò pòſt MS. Mediol. *parentium*, nec aliter in ſeqq.

l. 50. *Quos pro ſuis colant, formae ſimilitudine agnoſcunt*] Ariſtoteles lib. II. *Polit.* cap. 3. Εἶναι γάρ τισι τῶν ἄνω Λιβύων κοινὰς τὰς γυναῖκας· τὰ μέντοι γενόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.

l. 57. *Et tum cum plurimis concubuiſſe, maximum decus*] Vocula *tum* abeſt a Voſſiano 1.

l. 62. *Quam quibus idem ingenii eſt*] Voſſ. 1. *ingenium*.

Vul-

Vulgata tamen lectio, quam reliqui MSS. exhibent, non eſt deferenda. Ita enim Livius lib. XXXVI. cap. 2. *Idem ſupplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hiſpaniam citeriorem eſt miſſum.* Ovidius lib. I. *Faſt.* v. 46.

*Nec tamen ignores variorum jura dierum,*
*Non habet officii Lucifer omnis idem.*

ubi vide Nob. Heinſium. Plinius lib. I. *Epiſt.* 7. *Cùm mihi idem poteſtatis, idemque regni dederis.*

## Cap. IX.

l. 9. *Sed cum diu ſimplex ſaevusque deſcendit*] MSS. Ed. Mediol. Junt. Exon. *Et cum diu ſimplex*, & pro *ſaevusque* Meus, *ſcaevusque.* Voſſ. I. *ſuavis vel ſavisque.* Nobiliſſimus Heinſius lib. IV. *Adverſ.* cap. II. legit, *ſuusque.*

l. 12. *Alteraque parte Aſtaboras, altera Aſtapes*] MSS. & Ed. Mediol. *alteraque parte Aſtabores* (Meus *Aſtrabores*) *altera Aſtape.* Leid. *Aſtaphe.* Edit. Exon. etiam particulam *ex* ignorat.

l. 15. *In immanem locum devenit*] MSS. & Edit. Mediol. *lacum*, quam vocem contra Voſſium rectè quidem & verè tuetur Cl. Perizonius.

l. 17. *Usque ad Elephantidem*] Mediol. Leid. Meus, *Elephantilem.* Gudianus *Helephantilem*, pro *Elephantinem*, quomodo habent Chiſianus atque Edit. Salm. itemque Voſſ. I. & in fine hujus cap. in MS. Leid. & Ed. Mediol. legitur *Elephantin*; in reliquis *Elephantis*, *Elephantim*, *Helephantim*, & *Elephantum.*

l. 22. *Ad Delta*] Mediol. Chiſ. Leid. Meus, atque Ed. Mediol. *ad Deltam.* Gud. *ad Deltham.* Plinius lib. V. cap. 9. ex MS. *Ideo multi Graecae literae vocabulo Deltam appellavere.*

l 25. *Non pererrat autem tantùm eam*] Voſſ. I. *non autem tantùm pererrat eam.*

l. 35. *Ex parte adhuc terrea viſuntur*] MSS. & Ed. Mediol. *terrena.* Vocem *terreus* tamen ab optimis etiam Scriptoribus uſurpari docet Cl. Oudendorpius in *notis ad Frontinum* libi IV. *Strategem.* cap. I. §. 31.

l. 53.

l. 53. *In illis ortum amnem*] Quinque MSS. & vett. Edd. itemque Exon. *in illis terris ortum amnem.*

l. 62. *Quatuor ferè ſoli jugera ſua ſede occupat*] MSS. *jugera quae ſede occupat*, vel *jugeraque ſede occupat*. Priorem ſcripturam amplexus fuit Cl. Reynoldus. at in aliis MSS. *qua ſede* legi obſervavit Cl. Perizonius, eaque lectio favet emendationi Paternae, *aequa ſede*; de qua pluribus egit ὁ μακαρίτης in *notis ad Herodotum* lib. II. cap. 124. Sed fortè Mela ſcripſit *quadra ſede*. Gloſſae Graec. Lat. Τετράγωνος, *quadrus*, *quadra*, *quadratus*, *quadrata*. Τετράγωνον, *quadrum*, *quadratum*.

l. 65. *Quinquaginta millia paſſuum in circuitu patens*,] MSS. & Edd. vett. itemque Exon. *viginti millia*. Mediol. & Meus, *viginti milia*. iidemque cum Gudiano *in circuitum*. Infra lib. II. cap. 3. *Hoc mare magno receſſu litorum acceptum*, *&* *vaſtè quidem in latitudinem patens* &c. Livius lib. XXVI. cap. 40. *Sinus eſt maris media ferè Hiſpaniae ora*, *maximè Africo vento oppoſitus*, *&* *quingentos paſſus introrſus retractus*, *paululo plus paſſuum in latitudinem patens*. Plinius lib. XII. cap. 19. *Alpes in longitudinem* $\overline{X}$ *paſſ. patere à Supero mari ad Inferum Caelius tradit.*

l. 83. *Viri penſa ac domos curant*] Mediol. & Voſſ. I. *domus*.

l. 86. *Cibos palàm & extra ſua tecta capiunt*] Quinque MSS. *extra tecta ſua*.

l. 95. *Nec coitu pecoris* (*ut ajunt*) *ſed divinitus & caeleſti igne conceptus*] Quinque MSS. *pecudis*. Conſule Cl. Perizonium ad h. l.

l. 108. *Et Thebae*, *uti quae* (*ut Homero dictum eſt*) *centum portas*, *ſive* (*ut alii ajunt*) *centum aulas habent*, *totidem olim principum domos*, *ſolitaſque ſingulas*, *ubi negotiorum ratio exegerat*, *dena armatorum millia effundere*] MSS. *utique*, *ut Homero*. eaque ſcriptura placuit Avo, qui lib. I. *Obſervat*. cap. 16 integram hanc periodum ita emendabat: *& Thebe utique* (*ut Homero dictum eſt*) *centum portas*, *ſive*, *ut alii ajunt*, *centum aulas habere*, vel *habens* (ita Vinetus & Schottus ediderunt) *totidem o. p. domos*, *ſolitaque ſingulis*, vel *ſolita*, *ſingulisque*, *ubi negotiorum ratio exegerat*, *dena armatorum millia effundere*. Urbs enim ſolita effundere, ut apud Livium lib. XL. cap. 32. *Nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra*; *& Carthagini*, *ſupremo auxilio effuſo*, *adeſſe videbatur praeſens excidium.*

l. 116. *Calaſiricum*] Gud. & Leid. *Cataptiſtum*. Meus, *Captatirium*. Ed. Mediol. *Cataptiſium*. Edit. Exon. *Cataptyſtum*, proximè ad MSS. fidem.

## Cap. XI.

l. 5. *Judaea & Sophene*] MSS. & Edit. Mediol. *Judaea & Colophone*. Legendum omnino, *Judaea & Comagene*, vel potius *Commagene*, cum Cl. Perizonio. Edit. Exon. *Judaea*, *& Comagene*, *& Sophene*.

l. ead. *Hinc Palaeſtina eſt*] MSS. Mediol. Leid. *Hic Palaeſtine eſt*. Duo alii etiam *hic* habent. Plinius lib. v. cap. 13. *finis Palaeſtines*.

l. 10. *Duo maximè excellunt*] MS. Gud. & Ed. Exon. *excellent*. Leid. *excellenter*.

l. 18. *Eſt non minor Aſcalo*] Plerique MSS. & Edd. Junt. Salmant. Exon. *Aſcalon*. Mediol *Aſchalon*.

l. ead. *Eſt Joppe*] Tres MSS. *Jopen*. Chiſ. Meus, & Ed. Salmant. *Jope*. Stephanus Byz. Ἰόπη πόλις Φοινίκης . . . ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἰόπης τῆς Αἰόλου θυγατρὸς, κ. τ. λ. Confer Salmaſii *Exercit. Plin.* pag. 569. a.

l. 22. *Quin etiam rei celebratae carminibus ac fabulis, ſervataeque à Perſeo Andromedae clarum veſtigium, belluae marinae oſſa immania oſtentant*] Cl. Perizonius voculam *que* hic redundare ſuſpicabatur; eademque abeſt à meo Codice. Cl. Oudendorpius etiam τὸ *que* delendum exiſtimabat. Ita enim Vir Cl. „ Bene excluſiſti cum Perizonio " „ *que*, nec agnoſcit Dorvillianus. Lib. 11. cap. 2. *Turris*, *ſignum fabulae*. Sed cum optimus Voſſianus careat τῷ *a*, nec hanc praepoſitionem admitterem pro " „ ſtylo Auctoris. Lib. 11. cap. 2. *colonia Mileſiis deducta*. Sic enim MSS. omnes, non *à Mileſiis*. Ibid. " „ *Rheſo regnata*. Lib. 111. cap. 6. *Quam Geryone habitatam*. Et lib. 11. cap. 4. *Roma paſtoribus condita*, " „ in MSS. aliquot. Vide Me *ad Hiſt. Bell. Alexandr.* " „ cap. 78. " Quatuor MSS. *marinae belluae oſſa*.

## Cap. XII.

l. 3. *Literas & literarum operas*] Confer Avum *ad Livium* lib. 111. cap. 63.

l. 6.

l. 6. *In ea eſt Tyros*] MSS. *In ea eſt & Tyros.*

l. 7. *Nunc annexa terris defecit. Ab impugnante quondam Alexandro jacta opera*] Ita Chiſ. At Mediol. Leid. Meus, *deficit quod ab imp.* Edit. Mediol. *defecit; quod ab imp.* Exon. *quâ ab impugnante quondam Alexandro jacta ſunt opera.* Venuſte. At verbum ſubſtantivum abeſt ab omnibus MSS. Avus quoque eleganti conjectura, quam margini editionis Antverpienſis adſcripſit, hunc locum in integrum reſtituere conatus fuit, & quidem hunc in modum: *nunc annexa terris. Fecerunt ab impugnante quondam Alexandro jacta opera.* quomodo infrà lib II. cap. 3. *In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt. Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quae minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes, quae aſſidunt.* Cl. Voſſius ad oram editionis Baſileenſis A. 1522. excuſae adnotaverat: „*Defecit*, id eſt defloruit: niſi mavelis *defoetuit.*" Nam *Tyrus partu clara* Plinio."

l. 16. *Tum Simyra caſtellum*] Strabo lib. XVI. pag. 753. Ἐπ' Ἔνυδρα, καὶ Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη· τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν· καὶ Ταξύμιρα, τὸ ἐφεξῆς χωρίον. Lege τὰ Ξίμυρα ex MS. Mediceo, vel τὰ Σίμυρα, cum Cl. Perizonio in *Adnot.* ad cap. 9. pag. 931.

l. 17. *Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa adjacens Aſia*] Avus malebat *averſa*, i. retracta, reducta.

l. 18. *In eo prima eſt reliqua pars Syriae*] Voſſ. 1. *In eo prima eſt reliqua Syria.*

l. 27. *Baudos*] Ita emendavit Parens ex Strabone lib. XV. pag. 738. *Paltos* enim fluvius à nullo Scriptore memoratur, & MSS. hoc loco mendoſè legunt *Ipatos*, *Hypatos*, *Hypathos*, *Hippatos.* Vide Cl. Perizonium ad h. l.

## CAP. XIII.

l. 4. *Nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit*] Ita Meus, praeterquam quod *Iſos* habet pro *Iſſos*, quomodo in reliquis MSS. legitur, ſed male; & *Iſſo* recte reſtituit Pintianus, quem Schottus & Voſſius ſequuti fuerunt. MSS. etiam *minima* praeferunt pro *minimè*, probante Avo, qui lib. 1. *Obſervat.* cap. 16. hunc locum ita emendandum cenſebat: *ne nunc minima quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo*, omiſſo τῷ *fuit.*

l. 18. *Ac ſuprà quàm deſcribi facile ſit eximius*] Mediol.

diol. Leid. Ed. Junt. Exon. *ac ſuprà quàm ut deſcribi facilè poſſit, eximius.*

l. 19. *Grandi namque hiatu patens*] Voſſ. 1. *namque grandi hiatu p.*

l. 26. *Ut mentes accedentium primo aſpectu conſternat*] Procul dubio legendum *conſternet*, idque Avo etiam viſum.

l. 27. *Ubi contemplati duravere*] Ita Mediol. Gud. Leid. At Meus, *contemplare* pro *contemplari*, quomodo in Chiſiano aliiſque codicibus legitur, nec male. Confer Cl. Schefferum *ad Petronium* cap. 41. & Cl. Perizonium ad h. l.

l. 38. *Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens*] Chiſ. Leid. Meus, & Schottus ex conjectura, praeëunte Sanctio, *ingenti fonte*. Vide locum Strabonis lib. XIV. pag. 671. à Schotto laudatum.

l. 55. *Celendris*] Mediol. Gud. Leid. utroque loco *Cetandaris*. Meus, *Citandaris* pro *Celenderis*, quomodo correxit Pintianus ex Strabone aliiſque Scriptoribus, quibus adde Tacitum lib. II. *Annal.* cap. 80. ex MS. & vett. Edd. & Joſephum lib. XVII. *Antiquit. Judaic.* cap. 5. & lib. I. *de Bello Jud.* cap. 31.

## Cap. XIV.

l. 3. „ *Cimonis Athenienſium ducis*] Notabilis eſt "
„ omiſſio vocis *ducis* in Voſſ. primo. Vide J. F. & Jac. "
„ Gronovios *ad Gellium* lib. I. cap. 12. Me *ad Fronti-* "
„ *num* lib. III. cap. 9. 5. Errat Gale lib. I. cap. 68. In "
„ MS. Apollodori inveni lib. III. p. 225. optimè Κρά- "
„ ναος αὐτοχθόνων, non αὐτόχθων. Plura mitto." Haec Cl. Oudendorpius.

## Cap. XV.

l. 6. *Deinde dextro latere*] Mediol. Chiſ. *dein d. l.*

l. 12. *Emodes*] Legendum *Hemodes*. MSS. enim habent *Baemodes*, *Haemodes*, *Aemodes*, vel *Aërnodes*.

l. 13. *Niphates, & Armeniae pylae*] Conjunctio & abeſt à tribus MSS. & edit. Exon.

l. 17. *Praeter Patara*] MSS meliores, *praeter Pataram*, vel *Pataran*. Vide Cl. Perizonium.

l. 21. *Xanthus oppidum*] MSS. *Xantos*, & *Xanthos*.

l. 22. *Telmesſos*] Quatuor MSS. *Telmeſos*. Unus, *Temelſos*, corruptè: *Telmeſos* & *Telmesſos*, ut *Termeſos* & *Termesſos*. Strabo lib XIV. pag. 665. Μετὰ δὲ οὖν τὰ Δαίδαλα τὸ τῶν Λυκίων ὄρος, οὗ πλησίον ἐςὶ Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, καὶ Τελμισσὶς ἄκρα, λιμένα ἔχουσα. ubi in MS. Mediceo legitur Τελμεσὸς & Τελμεσίς. Ptolemaeus lib. v. cap. 3. Τελμησὸς ex MS. Coisliniano.

## CAP. XVI.

l. 1. *Habitator incertae originis: alii indigenas, ſunt qui Pelasgos, quidam Cretas exiſtimant. Genus usque eo quondam*] Quatuor MSS. *habitatur*. Mediol. *Habitant incertae originis* ſc. homines exiſtentes, quam ἐλλειπτικὴν ῥῆσιν pluribus illuſtravit Cl. Perizonius. Pro *genus* Olivarius, Vinetus & Schottus ediderunt *gens*; ſed τὸ *genus* tuetur Avus lib II. *Obſerv.* cap. 3. pag. 228.

l. 4. *Ut aliena etiam bella mercede ageret*] Meliores MSS. *mercedibus agerent*. Plinius lib. XXXVI. cap. 4. *Quod magnis mercedibus obſequiisque impetratum eſt*. Tacitus lib. XI. *Annal.* cap. 7. *Promta ſibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari ſoliti ſint*. Apulejus lib. IX. *Metamorph.* pag. 179. Ed. Goud. *Hic gracili pauperie laborans, fabriles operas praebendo, parvis illis mercedibus vitam tenebat*. Leid. *in heredibus*, corrupte. Junge Cl. Perizonium ad h. l.

l. 5. *Hic caſtella aliquot ſunt*] MSS. Ed. Exon. *Hic caſtella ſunt aliquot*. & mox *dein* Mediol. Gud. Chiſ.

l. 6. *Pedalion*] *Paedaſium* malebat Cl. Holſtenius in Annot. ad Ortelium pag. 146.

l. 8. *Valetudine habitantium infame*] MSS. *valitudine*.

l. 9. *Inde ad Halicarnasſon haec adjacent*] Plerique MSS. *Halicarnaſon*, nec aliter in ſeqq. Mox etiam Mediol. Leid. *Halicarnaſus*, & pro *adjacent*, quod in duobus MSS. exſtat, in Gud. Leid. & Meo legitur *jacent*.

l. 12. *Larymna*] Quinque MSS. & vett. Edd. & Ed. Exon. *Larumna*.

l. 14. *Bubesſius*] Mediol. Chiſ. Leid. Meus, Ed. Exon. *Bubeſius*. Ed. Vineti, *Bybasſius*.

l. 16. *Schoenus ambit Hylam*] Gud. *Scohenus ambitilam*. Meus, *Scueni ambitilam*. Hinc fortè reponendum, *Schoe-*

 nus

*nus lambit Hylam*, quomodo legendum etiam conjecerat Cl. Oudendorpius. Plinius lib. III. cap. I. de Oceano: *reſiſtentes* (terras) *quoque flexuoſo litorum anfractu lambit.* Feſtus Avienus in *Deſcript. Orbis* v. 693.

*Seſtus ubi atque Abydus parvo ſale diſcernuntur,*
*Et vicina ſibi lambit confinia pontus.*

l. 17. *Gnidus*] Mediol. Ed. Exon. *Cnidus*, pro quo quidam MSS. corruptè legunt *Cindus*.

l. ead. *In cornu peninſulae*] MSS. *penè inſulae*, nec aliter in ſeqq.

l. 24. *Myndus*] Quatuor MSS. *Miridos*. Guidian. *Mindos*, pro *Myndos*. Meus *Mitidos*.

## Cap. XVII.

l. 9. *Urbem Hippum, amnis Maeandri exitum, Latmum montem, Endymionis à Luna adamati fabula nobilem..*] Voſſ. 5. Edd. Junt. & Ald. *exitu*. venuſtè, idque etiam viſum Eruditiſſimo Oudendorpio, qui ita in hunc locum commentabatur: „ Lego, *urbem Hippum, amnis Maeandri* " „ *exitu, Latmum* &c. *nobilem*, fide MS. Leidenſis, " „ non *exitum*. Loca ſingula aliqua re notabilia enarrat. " „ Ita in fine cap. 18. *a* quoque addiderunt ab aliis ex- " „ ſulantem, *Rhoetea litora, Rhoeteo & Dardania cla-* " „ *ris urbibus, Ajacis tamen ſepulcro maximè illuſtria.* " „ non *à Rhoeteo*. Vide & lib. II. cap. 3. *Fanum Nep-* " „ *tuni ludis, quos Iſthmicos vocant, celebre.* "

l. 12. *Deinde rurſus inflexa*] Mediol. Leid. *dein r. i.*

l. 19. *Quod Amazones Aſia potentes ſacraſſe traduntur:*] Novem MSS. & vett. Edd. *Aſia potitae conſecraſſe traduntur.*

l. 25. *Ad promontorium quo ſinus clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnaeum vocant, efficit, anguſtiſque cervicibus reliqua extendit. Inde latius abit in peninſulae faciem.*] Praeëuntibus Schotto & Reynoldo repoſui, *At promontorium*, atque ex vett. Editt. & MSS. *reliqua extendit in latius, abit in penè inſulae faciem.*

l. 29. *Super anguſtias, hinc Teos, illinc Clazomenae, quà terga agunt, confinio annexae muri, diverſis frontibus diverſa maria proſpectant.*] Id verò nullus ſcriptorum, qui hodie exſtant, tradidit; & pro *muri* omnes MSS. ha-

bent

bent *mari*. Quapropter reponendum cenſeo, *confinio annexae Mimantis*. Mimas enim a mari uſque in cervicem penè inſulae excurrit.

# CAP. XVIII.

l. 9. *Quae Arceſilam tulit* ] Mediol. *Archeſilan*. Periz. *Archeſylan*. Voſſ. 5. *Arceſilan*, flexione Graeca. Chiſſ. *Arceſilaum*.

l. 12. *Quod praetervectos ſinus excipit, non pronus, ſed longè ac molliter flexus* ] MSS. *non pervos*, vel *parvos*. Hinc fortè legendum *incurvus*, ut cap. ſeq. pag. 105. de Ponto Euxino: *Ad formam Scythici arcus maximè incurvus*, ubi in quibusdam codicibus ſcribitur *incurvos*.

l. 14. *Uſque ad ima montis Idae*. ] Conſuetudo Melae poſtulat *Idaei*. Ita enim in ſeqq. *Huc ab Idaeo monte demisſus Scamander exit*. & cap. 7. h. l. *Inter colles, quod ibi nutritum Jovem accepimus, fama Idaei montis excellit*. *Idaei* hoc loco etiam exhibet Voſſ. 1.

l. 23. *Alii ab iis putant conditam* ] MSS. *ab his*.

l. 24. *Hi Antandrum quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro accipi volunt* ] Hanc periodum non Melae, ſed alicujus otioſi Interpretis manum olere exiſtimabat Avus lib. 1. *Obſervat*. cap. 16. pag. 133. Ceterum pro *hi Antandrum* Leid. Periz. à pr. m. Meus, Ed. Exon. legunt, *Hinc Antandrum*. Mediol. Voſſ. 5. *Hinc hi Antandrum*. quod praeſtat. Gud. *Hinc a Antandrum*.

l. 35. *Orientem ſolem aliter, quàm in aliis terris ſolet aſpici, oſtentat* ] Voſſ. 2. *aliter quàm aliis ſolet aſpici oſtentatque*.

l. 36. *Namque ex ſummo vertice ejus ſpeculantibus, penè à media nocte ſpargi ignes pasſimque micare, &, ut lux appropinquat, ita coire ac ſe conjungere videntur* ] Ita Meus. At Voſſ. 1. *Sparſos ignes pasſim micare*. & ſeptem alii atque Ed. Exon. *Sparſi ignes pasſim micare*.

l. 49. *Ab his fit arctius mare, nec jam alluit terras* ] Septem MSS. *abluit*. Fortè legendum, *abigit*. ut cap. 1. h. l. *Tum longè latèque diffuſum, abigit vaſtè cedentia litora*.

l. 52. *Facitque ut iterum terrae, quà fluit, latera ſint* ] MSS. *altera ſint*. Voſſ. 1. *altera ſit*. Editio Vineti, *alterae ſint*.

## Cap. XIX.

l. 5. *Quod conſulentibus in quasnam terras potiſſimùm tenderent, reſponſum erat, ubi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capesſerent*] MSS. & Edit. Vin. Junt. *capesſere.*

l. 11. *Trans amnem ſedet in cervice peninſulae Cyzicum*] Voſſ. 1. *ſed in cervice penè inſulae.*

l. 17. *Is flumen Rhyndacum in ea, quae ſequntur, emittit*] Pronomen *is* ignorant omnes MSS. & pro *Rhyndacum in ea quae* plerique exhibent *Rhindaces, Ryndaces*, vel *Rindaces in que*, vel *quae*. Voſſ. 1. *in quo.* Periz. *flumen in Ryndaces in quem.* Gud. *& quae.* In Voſſ. 5. *fluvius*, non *flumen* legi obſervavit Cl. Oudendorpius, qui proximè ad vett. Codd. ſcripturam legebat, *fluminis Rhyndaci os, in quae ſequuntur, emittit*, expuncto pronomine *ea*, quod ut ſaepe apud alios Scriptores, ita apud Melam eleganter brevitatis cauſa omitti ſolet: cap. 5. h. l. *ad quae nunc inundat, immisſum*, pro *ad ea, quae.* & lib. III. cap. 6. *ſe in quae velint animalia vertere.*

l. 31. *Deinde priores terrae iterum jacent*] Cl. Perizonius malebat, *propiores*, eamque conjecturam propoſuit Nic. Heinſio in Epiſtola, quae inſerta eſt Syllogae Epiſtolarum à Viris illuſtribus ſcriptarum tom. IV. pag. 741. & quidem hiſce verbis: „ Vir ſummus Iſacus Voſſius contra viros " „ doctos, quos qui ſint ignoro, haec ita explicat, & per " „ *priores terras* intelligit *Europaeas*, & *jacent* pro *adjacent* poſitum dicit. Verum hacc expoſitio neque Grae- " „ vio noſtro, ut olim me ex eo in domeſtica inſtitutione " „ audisſe memini, neque mihi probari poterit, quamdiu " „ nihil affertur ad eam confirmandam. Mela enim de " „ Europaeis terris nullum verbum in ſuperioribus fecit. " „ Legere igitur velim, *Deinde propiores terrae iterum* " „ *jacent, exiturique* &c. ut dicat, terras ab utraque parte " „ maris jacere ſibi iterum propiores, quomodo ubi de " „ Helleſponto loquitur cap. 18. extremo dicit, *mare* " „ *fieri arctius, & facere, ut iterum terrae, qua fluit,* " „ *latera ſint.* Europaea nimirum & Aſiatica. Facillimus " „ verò lapſus ex *ppriores*, in *propiores*, quomodo in " „ MSS. ſcribitur. Supra enim cap. 13. non longè ab " „ initio Pintianus idem vocabulum Pomponio voluit re- " „ ſtituere, licet in quibusdam MSS. etiam appareat *pri-* "

„ *or*, "

„ *or*, quod tamen Voſſius quoque defendit. In *Bello* "
„ etiam *Alexandrino* ſaepe ſcriptum eſt à librariis *prior* "
„ pro *propior*, ut vidi in variis lectionibus à te cum V. "
„ C. Graevio communicatis, quas ego exſcripſi.". Cl.
Voſſius ad h. l. notavit: „ Et haec quoque perperam mu- "
„ tant Viri docti:" nempe Pintianus pro *jacent* legens *objacent*, & Schottus delens τὸ *jacent*. Verùm is quoque *propiores* pro *priores* legendum conjecit, & Sanctius quoque excluſo verbo *jacent* edidit: *Deinde propiores terrae iterum: exiturique* &c. Adde Ciacconium ad h. l. & Cl. Perizonium ad cap. 12. pag. 958.

l. 40. *Sed quia contrà minùs, quàm ad laevam & dextram abſceſſit*] Pro *quàm* repoſui *quâ*, praeëuntibus Pintiano, Sanctio, Schotto atque Reynoldo.

l. 54. *Specus eſt Acheruſia*] Cl. Oudendorpius ad h. l. notabat: „ Atque lib. II. cap. 3. *Quem Acheruſium diximus*. Scilicet hîc legendum eſt *Acheruſias*, illic *Acheruſiam*. Ex Graecis fontibus hauriens Graecas inflexiones amat Mela. Sed pro *ut ajunt pervius* eleganter Dorvill. *pervium iter*: praeferrem, ſi alii codices adderent". MS. Dorvilliano ſuffragatur Meus. Voſſ. 5. *ut ajunt, pervius iter.*

l. 61. *Cytiſoro Phryxi filio*] Quinque MSS. *Phrixi*. & infrà h. c. *Phrixi templum*. *Phrixus*, Graecè Φρίξος, non Φρύξος.

l. 63. *Chalybes proximi urbium clariſſimas habent Amiſon & Sinopen, Cynici Diogenis patriam; amnium Halyn & Thermodonta*] Vox *urbium* abeſt à novem MSS. & Ed. Junt. atque Exon. Pro *amnium* in Mediol. Leid. Voſſ. 3. Ed. Junt. Exon. legitur *amnes*.

l. 68. *Et ideo Amazonium vocant*] Copulam & à tribus MSS. abeſſe monuit Parens ad lib. I. cap. 2. pag. 21. Addo quinque alios codices & Ed. Exon. Voſſ. 5. *ideo & Amazonium vocant.*

l. 72. *Promiſcuè concumbunt*] Mediol. Voſſ. I. *promiſcè*. Gellius Praef. *Quae libitum erat, cujus generis cumque erant, indiſtinctè atque promiſcè annotabam.* ubi vide Avum. Macrobius lib. I. *Saturnal.* init. ex MS. Thuaneo: *Quae indiſtinctè atque promiſcè ad memoriae ſubſidium annotaveramus.* Cl. Oudendorpius quoque ex Voſſ. I. malebat *promiſcè*.

l. 79. *Inſochi*] MSS. *Diſcheri*, *Diſceri*, *Dyſceri*, *Diſcerii*, vel *Diſcari*. Pintianus *Bechires* legit; ſed *Bechiri* magis convenit cum ſcriptura codicum.

l. 84. *Hic Phaſis erumpit*] MSS. *Huc Phaſis erumpit.* Confer Paterna ad h. l.

l. 94. *Ut aliis aliisve oppoſiti gentibus*] MSS. *appoſitis*, exceptis Voſſ. 4. & Meo, qui habent *appoſiti:* atque ita legendum margini Paternae editionis adſcripſerat Cl. Perizonius. Idem participium occurrit lib. II. cap. 1. init. *At per eundem amnem in Maeotida remeantibus, ad dextram Europe eſt, modò ſiniſtro latere innavigantium appoſita.*

l. 99. *Cygni*] Meliores MSS. *cycni*, & mox, *Cycnum.*

l. 108. *Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum Paludemque excurrit, quae duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocondamam penè inſulam reddit*] MSS. Ed. Junt. *quam duobus alveis.* dein iidem *Coracanda*, *Chorocanda*, *Corotanda*, *Corocanda*, *Coratanda*, & denique *Corocandam*, pro *Corocondame. Corocondame* à Mela vocatur Κοροκονδαμῖτις vel Κοροκονδαμῆτις λίμνη, Straboni & Stephano Byzantino memorata.

l. 113. *Hermonaſſe*] Mediol. aliique MSS. *Hermoneſſa* pro *Hermonaſſa.*

l. 120. *Tatrae, Serachi*] Voſſ. 1. *Thaetaes, Erachi.* Voſſ. 4. *Theraes, Erachi.* Leid. *Tethaes, Erachi.* Voſſ. 5. *Thraces, Ethaci.* Periz. *Thathraes, Erachi.* Exon. Ed. *Toreatae, Arechi.* Junt. *Thoreatae, Arichi.* Vinetus *Toreatae* quoque edidit, eumque ſequi placuit.

l. 130. *Ipſe Tanais ex Rhipaeo monte dejectus, adeò praeceps ruit, ut cùm &c*] Jornandes *de rebus Geticis* cap. 5. *Tanain verò hunc dico, qui ex Ripaeis montibus dejectus, adeo praeceps ruit, ut, cùm vicina flumina, ſive Maeotis, vel Boſporus, gelu ſolidentur, ſolus amnium confragroſis montibus vaporatus, nunquam Scythico dureſcit algore.*

l. 136. *Una gens, aliquot populi*] Hunc locum erudite illuſtrat Avus in *notis ad Livium* lib. v. cap. 34.

l. 137. *Primi Maeotici γυναικοκρατούμενοι; regna Amazonum. Fecundos pabulo, at alia ſteriles nudosque campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant*] Meliores MSS. *Maeotidae.* Alii *Maeothidae* vel *Meotridae;* item pro *Geloni*, MSS. habent *Gelomon*, *Gelonion*, & *Gelonique.* Periz. *Gelonyn*, ſed a ſecunda manu *Gelonon.* Hinc Cl. Oudendorpius legendum ſuſpicabatur, *tenent Budini, Geloni dein*, vel *Geloni denique.* Porro hunc locum prava interpunctione laborantem ex Herodoto lib. 1. cap. 108. reſtitui, praeeuntibus Viris doctisſimis Pintiano, Holſtenio in *Caſtigationibus in Stephanum Byz.* v. Γελωνὸν, & Reynoldo.

At

*At alia* etiam habent plerique MSS. ſed Voſſ. 2. *atque alia* 3. *& alia*. Meus, *& alios*, ſed emendatum in margine *at*. Gudianus *ad*, quod τῷ *at* praeferendum exiſtimabat Cl. Oudendorpius, qui ad hunc locum notaverat: „ Scio *cetera*, " „ *alia*, *omnia*, adverbialiter ſumi, ſive *quod ad cetera*, " „ *alia omnia*, ſive κατὰ πάντα, καϑ' ἕτερα. Sed aliter " „ plerumque amat Mela. Lib. II. cap. 1. *Terrae ad pabula fertiles*, *ſteriles ad cetera*. cap. 2. *ad ferociam* " „ &c. *ferax*. cap. 7. fin. *ad alia largior*. ut in MSS. " „ nonnullis & Edd. vett. cap. 3. *pares ad famam*. & " „ ſaepe in lib. III. quare cum Schotti editione hic " „ malim *ad alia*. "

l. 145. *Pro domibus nemora*.] Decem MSS. *nemora pro domibus*. & mox: *& feminis & maribus nuda ſunt capita*, pro vulg. *& maribus & feminis nuda ſunt capita*.

---

# L I B R I I I.

## CAP. I.

l. 3. *AT per eundem amnem in Maeotida remeantibus*, *ad dextram Europe eſt*, *modò ſiniſtro latere innavigantium appoſita*, *ac Rhipaeis montibus*, *nam & huc illi pertinent*. *Proxima cadentes aſſiduè nives adeò invia efficiunt* ] MSS. *in Ripheis*, *in Aeripheis*, *Arepheis*, ac *Meripheis*, *& huc enim* (Gud. *ei*) *pertinent*, *proxima cadentes* &c. Legendum igitur atque interpungendum cum Cl. Reynoldo: *ſiniſtro latere innavigantium appoſita*, *Rhipaeis montibus proxima* (*& huc enim pertinent*) *cadentes*. atque eundem ferè in modum Cl. Perizonio hic locus conſtituendus videbatur, *ſiniſtro latere innavigantium appoſita. Rhipaeis montibus*, *nam & huc illi pertinent*, *proxima cadentes* &c. Ceterùm pro *in eripheis* vel *in aeripheis*, Cl. Oudendorpius reponendum ſuſpicabatur, *Inde Rhipaeis*; & Cl. Graevius *ad Florum* lib. III. cap. 5. pro *latere* malebat *lateri*, idemque Pintiano viſum.

l. 8. *Ut ultrà ne niſum quidem incedentium admittant* ] Decem MSS. & Editiones ante Voſſianam, *viſum*, eaque

vox magis convenit cum verbis Herodoti lib. IV. cap. 7. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, οὐκ διά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾷν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληΐοντα τὴν ὄψιν.

l. 16. *Hujus flexum Buces amnis ſecat*] Cl. Holſtenius in *annot. ad Ortelium* pag. 96. *Butes* in MS. legi obſervavit, nec aliter Leid. Voſſ. 2. 5. Gud. Periz. & Meus.

l. 18. *Pro ſedibus plauſtra habent* ] Voſſ. 1. *cedibus.* Cl. Opitius cap. 3. *Var. Lect.* legit *aedibus.*

l. 22. *Cimmerica oppida* ] Voſſ. 1. *Cymonica oppida.* Cl Cellarius lib. II. *Geogr. ant.* cap. 6. §. 38. legit, *Graecanica oppida.*

l. 30. *Oppidum adjacet Cherrone, à Diana (ſi creditur) conditum*] Cl. Drakenburgius in *notis ad Silium* lib. VI. v. 631. malebat, *ſic creditur.*

l. 33. *Donec quinque millia paſſuum ſpatio abſit à Maeotide*] Vett. Edd. *donec quinque millia paſſuum abſit.* Quidam MSS. *donec quinque milium ſpatio paſſuum abſit.* quorum indicio vocem *paſſuum* redundare exiſtimo, eamque etiam omiſit Auctor infrà h. l. cap. 3. pag. 172. *Qui quatuor milium ſpatio Aegaeum mare ab Jonio ſummovens* &c. ita MSS. & cap. 7. pag. 225. de Euboea: *& nuſquam lata, duûm milium ſpatium habet, ubi arctiſſima eſt.* Livius lib. XXXVII. cap. 16. *praetervecti moenia, portum Phoenicunta, minus duûm millium ſpatio inde diſtantem, petiere,* & Rutilius *Itinerario* v. 317. de monte Argentario:

*Transverſos colles bis ternis millibus artat,*
*Circuitu ponti ter duodena patet.*

Cl. Oudendorpio vox *paſſuum* etiam excludenda videbatur. Adde quae Vir Eruditiſſimus notavit ad Caeſarem lib. 1. *de Bello Gallico* cap. 15. & Dion. Voſſius ad lib. II. cap. 30.

l. 35. *Quoad Satarchae & Taurici*] Sex MSS. addunt *tenent*, quod verbum à Voſſio temere omiſſum reſtitui juſſerat Parens ad lib. 1. cap. 2. Pro *quoad* in MSS. legitur *quod*, vel *qui.* Voſſ. 1. *quae.*

l. 39. *Gerros*] Mediol. Leid. Periz. Voſſ. 4. Editio Exon. *Gerrhos.*

l. 46. *Et Panticapes, Nomadas Georgosque diſterminans*] Meliores MSS. & Edd. veteres atque Exon. *& Panticapes,*

*capes, qui Nomadas Georgosque diſterminat.* Gud. aliique *diſterminant.* Plinius lib. IV. cap. 12. *Ultrà Panticapes amnis, qui Nomadas & Georgos diſterminat.*

l. 55. *Placidior quoque quàm ceteri*] MSS. omnes τὸ *quaque* ignorant. Edit. *placidiorque.*

l. 61. *Olbiam*] Plerique MSS. Ed. Junt. & Exon. *Olbiam.*

l. 62. *Callipidas Hypanis includit*] Mirè hallucinatur Jornandes, *Callipidas* & *Hypanim* Graeca oppida vocans, & proximé ſequentia verba, quibus Hypanim deſcribit Auctor, ad Boryſthenem referens, cap 3 *de rebus Geticis*, dubio procul depravato codice uſus. *Danubius* (quo nomine accolae Boryſthenem appellant) *autem ortus grandi palude, quaſi ex mari profunditur.* (leg. ex MS. Mediol. *Danaper a. o. gr p. quaſi ex matre profunditur.*) *Hic uſque ad medium ſui dulcis eſt, & potabilis, piſcesque nimii* (lege *eximii*) *ſaporis gignit, osſibus carentes, cartilaginem tantùm habentes in corporis continentiam: ſed ubi ſit Ponto vicinior, parvum fontem ſuſcipit, cui ex Ampheo* (leg. *Exampheo* cum Cl. Voſſio) *cognomen eſt, adeo amarum, ut, cùm ſit* XL. *dierum itinere navigabilis, hujus aquis exiguis immutetur, infectuſque ac disſimilis ſui inter Graeca oppida Callipidas & Hypanis in mare defluat.*

l. 69. *Tyras*] MSS. *Pyra, Pina, Pira, Tira, Pyrrha*, pro *Tyra*, quomodo habent vetuſtae Editiones, & Plinius lib. IV. cap. 12. *Clarus amnis Tyra oppido nomen imponens.*

l. 73. *Nam per immania magnarum Gentium diu Danubius eſt*] Voſſ. 1. *nam per immania magn. Gentium ſpatia diu D. eſt.* 5. *nam per immania ſpatia magn. Gentium diffuſus diu Danubius eſt.*

l. 75. *Deinde aliter appellantibus accolis*] Leid. Voſſ. 4. Periz. & Edit. Exon. *deinde aliter eum appellantibus accolis.*

l. 80. *Esſedones funera parentum*] Mediol. & Voſſ. 4. *parentium.* nec aliter tres MSS. infrà hoc cap. pag. 134.

l. 81. „ *Feſto coitu familiarium*] MSS. omnes *coitu fa-* "
„ *miliarum*, quaſi indicarit Mela, convenisſe ad feſtum "
„ familiarum, in quas ſunt disſperſi, ut lib. I. cap. 8. "
„ *quanquam in familias pasſim & ſine lege diſperſi, nihil* "
„ *in commune conſultant.* Mox etiam cap. 2. l. 18. huc "
„ pertinet *coitu Moenadum.* Sic enim in optimo Voſſia- "
„ no, non *coetu.* " Haec Cl. Oudendorpius.

l. 83. *Immiſta* ] MSS. *immixta.*

l. 87. *Ut quisque majoribus praeſtat* ] Mediol. *quique.* Periz. *ut quinque majoribus praeſtant.* Chiſ. duo Voſſ. Meus & Ed. Junt. *ut quique majoribus praeſtant.*

l. 89. *Auri & argenti maximarum peſtium ignari* ] MSS. & Ed. Junt. *auri argentique.*

l. 110. *Ceterùm expertem esſe caedis, inter opprobria vel maximum eſt.* ] τὸ *eſt* ignorant omnes MSS. & Edd. Junt. Exon.

l. 131. *Alicubi uſque adeò ſteriles ad cetera, ut qui* ] Particula *adeo* abeſt a Gud. Voſſ. 2. 4. Periz. & Meo. At Voſſ. 1. *uſque eo ſteriles*, ut lib. 1. cap. 16. *genus uſque eo quondam armorum pugnaeque amans, ut alia etiam bella mercedibus agerent.* & lib. 11. cap. 5. pag. 203. *uſque eo ſolitus inſurgere, ut ſe ipſe non capiat.*

## Cap. II.

l. 19. *Ex quibus Hoemus in tantum altitudinis abit* ] Potiores MSS. *è quis Hoemos*, Graeca terminatione, qua paullò antè etiam in eadem voce uſus fuit Auctor.

l. 26. *Etſi non redeant* ] Voſſ. 1. *redeunt*, probante Cl. Oudendorpio.

l. 36. *Moribus datur* ] Hanc ῥῆσιν illuſtrat Avus lib. 1. *Obſerv.* cap. 16.

l. 44. *Manent dominas proci* ] Octo MSS. *manentque.* quod merito ſuſpectum habet Cl. Oudendorpius, qui non ſine acumine legendum exiſtimabat, *manent quoque domi eas proci*: eamque Cl. Viri conjecturam firmat ſcriptura Voſſ. 1. *manentque domu proci.*

l. ead. *Virgines non à parentibus viris traduntur* ] MSS. *Nupturae virgines non à par. viris trad.*

l. 46. *Utrum fiat, ex ſpecie & moribus cauſa eſt* ] Hanc periodum eruditè interpretatur & adverſus Schotti hariolationem tuetur Avus d. l. Voſſ. 1. *utrum fiat hoc, ex ſp.*

l. 50. *Simul ebrietati hilaritas ex nidore contingit* ] Leid. Voſſ. 3. Ed. Salm. *ſimilis ebrietati.* Alioqui legendum, *ſimul ebrietate*, i. e. ſimul cum ebrietate. Vide Avum *ad Senecae Troadas* v. 1046. & Viros doctos *ad Nemeſiani Cyneget.* v. 158. Suprà lib. 1. cap. 18. pag. 99. pro *incendio ſimilis* Voſſ. 1. exhibet *incendio ſimul.*

l. 54. *Calatis* ] Mediol. & Voſſ. 1. *Callatis.* Plinius lib. IV.

IV. cap, II. *Namque Thracia altero latere ..... pulcherrimas in ea parte urbes habet, Iſtropolin Mileſiorum, Tomos, Calatinque, quae antea Acervetis vocabatur.* ubi MS. *Tomos Scullatinque* ( leg. *Callatinque* ) *quae antea Cretais* ( Cl. Voſſius ad h. l. corrigit *Ceraſtis* ) *vocabatur.* Ptolemaeus lib. III. cap. 10. Καλλατία, vel potius Καλλατίς. quomodo habet MS. Coislinianus. Adde Henr. Valeſium *ad Ammianum Marcell.* lib. XXVII. cap. I.

l. 55. *Et portus Caria* ] Cl. Bochartus lib. I. *Geogr. Sac.* cap. 10. malebat *portus Cariae* ex Arriani *Periplo Ponti Euxini* pag. 24. Edit. Oxon. ubi ſcribit: ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα (σάδιοι) ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία κλήζεται.

l. 71. *Atyras* ] Voſ. I. Ed. Exon. *Athyras.* Meus, *Athitas.* Voſ. 3. *Athiras.* Ptolemaeo lib. III. cap. II. & Stephano Ἀθύρας.

l. 72. *Byſanthe Samiorum* ] MSS. *Biſalice*, *Biſalte*, pro *Biſanthe*, quomodo legendum monuerunt Hermolaus & Pintianus.

l. 75. *Et in radice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia* ] MSS. *& in radicem* ( Voſ. I. *miadicem* corruptè ) *magnae penè inſulae ſedens Lyſimachia.*

l. 82. *Eſt & Abydo objacens Seſtos, Leandri amore pernobilis* ] Quinque MSS. *pernobile.* ſcil. oppidum.

l. 91. *Eſt Cynoſſema, tumulus Hecubae* ] MSS. *Eſt & Cynoſſema, tumulus Hecubae.* ut paullò antè: *Eſt & Abydo objacens Seſtos .... Eſt & regio .... Eſt & portus.* Mox etiam in Voſſiano I. legitur, *Eſt & Enos eximia*, pro vulg. *Eximia eſt Aenos.*

l. 99. *Ejus tractum legentibus, praetervectisque Maſtuſiam, tum ſinus intrandus eſt* ] MSS. & vett. Edd. *praevectisque*, quam lectionem merito tuetur Cl. Oudendorpius in *notis ad Caeſarem* lib. III. *de Bello Civili* cap. 26 §. I. Pro *Maſtuſiam tum* Mediol. Voſ I. Chiſ. *Maſuſiano ſinus.* Voſ. 5. Meus, *in Asſuſia ſinus.* Quorum auctoritate voculam *tum* expunxi.

l. 102. *Qui alterum Cherſoneſi latus abluens* ] Voſ. 3. *aluens.* 4. *aluens*, pro *alluens.* Vide Cl. Oudendorpium ad lib. I. cap 2.

l. 112. *Tum Neſtos fluvius* ] Tertius Voſ. *Sthenos.* Duo *Stenos*, Leid. *Sithenos.* At Voſ. I. & 5. atque Ed. Exon. *Schoenos.* rectè. *Neſton* enim infra memorat Auctor. Edit. Ald. *Scenos.*

l. 123.

l. 123. *Turris Calarnea* ] Ed. Exon. *Calarnaea.*

l. 137. *Transjugatusque eſt, factus freto navigabili pervius* ] Ed. Salmant. & plerique MSS. pro *transjugatus eſt, factus,* habent *transnavigatusque, & actus, athus,* vel *athos.* Hinc Cl. Oudendorpius legendum ſuſpicabatur, *transnavigatusque eſt, Athûs freto navigabili pervius.* Voſſianus tertius, & Edit. Exon. *transjugatusque eſt & factus.*

l. 141. „ *Ubi laxius patet* ] Ita nusquam, quantum " „ ſcio, Auctor, ſed *latius*, ut lego Vide lib. 1. cap " „ 9. & 17. & 19. lib. 11. cap. 6. " Haec Cl. Oudendorpius, cujus conjecturam confirmat Voſſianus 3.

## Cap. III.

l. 1. *Tum Macedonum populi, quâ urbes habitant, quarum Pelle & maxima & illuſtris* ] Omnes ferè MSS. *quot urbes* praeter Voſ. 1. in quo legitur *quod urbes.* Iidem quoque, *eſt maximè illuſtris.* Sed Mediol. & Voſ. 1. & Periz. *& maxima illuſtris.*

l. 4. *In litore flexus Mecybernaeus inter promontoria Derrim & Canaſtreum & portum, qui* Κωφὸς *dicitur* ] Hier. Surita in *notis ad Antonini Itiner.* pag. 187. ex vetuſto exemplari legit, *in litore flexus Mecybernaeus inter promontoria dirimit Canaſtraeum, & portum, qui Copos dicitur*, pro *dividit*, quod editio Aldina praefert. Pro *Canaſtreum* cum Pintiano & Reynoldo reſcripſi *Canaſtraeum*; ut paullo poſt: *Canaſtraeo promontorio.* Apollonius Rhodius lib. 1. *Argonaut.* v. 559.

αὐτὰρ ἔπειτα
Κλίτεα Παλλήναια Καναστραίην ὑπὲρ ἄκρην
Ἤνυσαν ἐννύχιοι.

l. 7. *Phyſcillam* ] Cl. Holſtenius, in *Annot. ad Ortel.* pag. 123. corrigit *Miſcelam*, & pag. 153. *Miſcellam*, & *Mycellam*, in MSS. Melae & Plinii legi teſtatur. *Myſcellam* praefert MS. Mediol. & *Miſſellam* Voſ. 1. *Sermylam* Ed. Exon.

l. 17. *Cydne* ] MSS. *Cinda*, vel *Cynda.* Edit. Exon. *Cydna.*

l. 23. *Hinc non longè eſt Olympus, Pelion, Oſſa, montes*

*tes Gigantum fabula belloque memorati* ] Voſſ. 1. *Hinc non longè Olympus, hic Pelyon, hic Oſſa, montes Gig.* Mediol. Voſſ. 3. 5. Leid. Ed. Junt. *Hinc non longe eſt Olympus, hic Pelion, hoc Gſſa, m. G.*

l. 26. *Saltus Oeteus* ] Voſſ. 1. *Oetreus.* 3. & Leid. *Oetheus.* Ed. Junt. & Exon. *Oetaeus.*

l. 32. *Ac proximè ſpatioſa Hellas nomine*] MSS. Voſſ. 1. 3. 5. Periz. *ac proximo* (Mediol. Leid. Gud. *ac proximos*) *ſpatioſa & Hellas nomine.* Ed. Exon. *Ac proximo & ſpatioſa & Hellas nomine. Proximò* & *proximè*, ut *aſſiduò, aſſiduè. Proximò* etiam ab ipſo Cicerone in *Catone majore* cap. 7. & 18. adhibitum fuiſſe conſtat ex Chariſio lib. 11. *Inſtit. Grammat.* cap. 7. & 15. ubi Editiones *maximè* praeferunt.

l. 42. *Queis ut fibris litora ejus inciſa ſunt*] MSS. & Ed. Mediol. *quis.*

l. 51. *De locis atque urbibus, quae mare non abluit* ] Mediol. Voſſ. 1. & 2. *adluit.* Vide Cl. Oudendorpium ad lib. 1. cap. 4. pag. 982.

l. 53. *In Theſſalia Lariſſa, aliquando Jolcos*] Voſſ. 1. *In Theſſalia nunc Lariſſa, aliquando Jolcos.* quomodo infra cap. 5. init. *Pars Noſtro mari appoſita* (*fuit aliquando Braccata, nunc Narbonenſis*) *eſt magis* &c.

l. 62. *In Megaride, unde regioni nomen eſt, Megara: at in Argolide Argos*] MSS. & Ed. Mediol. *ut in Argolide* (quidam MSS. *Argolida*) *Argos*, ſenſu plano & venuſto.

l. 65. *In Laconide Therapne*] Salmaſius in *Plin. Exerc.* pag. 139. malebat *in Laconice*; ut paullò antè hoc cap. *in Peloponneſo Argolis, Laconice, Meſſenia.*

l. 67. *In Achaia atque Elide, quondam Piſae Oenomai, Elis, & fanum delubrumque Olympii Jovis* ] Voſſ. 3. 4. Leid. Periz. *Elis etiam numen.* Voſſ. 2. *Helys & numen.* Edit. Mediol. *Helis & numen.* MS. Mediol. Voſſ. 1. *Elis etiamnum*, pro *etiam nunc*, quomodo edidit Cl. Reynoldus.

l. 70. *Ipſo quidem ſimulacro* (*quod Phidiae opus eſt*) *maximè nobile* ] Mediol. quatuor Voſſ. Leid. Periz. Gud. Edd. Mediol. Exon. *ipſo quidem tamen ſimulacro.* Vide Paterna ad h. l.

l. 73. *In ea* (Arcadia) *ſunt urbes Pſophis, Tenea, & Orchomenon* ] Mediol. *In ea ſunt urbes Pſophiſtenia Orchomenos.* Voſſ. 1. *Sophyſtenia, Orchomenos.* Voſſ. 3. *Perſophi Stenia Orcomenos.* Periz. *Perſophyſoenia, Orchomenos.* Hinc cum Pintiano & Cl. Reynoldo Melam ſcripſiſſe putem,

putem, *Pſophis*, *Tegea*, *Orchomenos*. *Tegea* etiam legendum videbatur Cl. Cellario lib. II. *Geogr. ant.* cap. 13. pag. 1001. *Orchomenos* autem ſcribendum eſſe non ſolùm MSS. & auctores, quos ad h. l. laudat Pintianus, evincunt, ſed etiam Scylax in *Periplo* pag. 36.

l. 82. *Ptelaeon* ] Mediol. Voſſ. 1. Periz. Ed. Junt. Exon. *Pteleon*. Ed. Mediol. *Phtheleon*.

l. 90. *Opoës*, *Tarpha*] MSS. *Carpa*, & *Carpha*, pro *Scarpha*, litera S abſorpta à ſimili praecedente. Homero *Iliad*. B. v. 532. Σκάρφη. *Searphia* correxerat Hermolaus, quem Aſulanus & Sanctius ſecuti fuerunt.

l. 100. *Quod ſpectat ad orientem* ] MSS. omnes praepoſitionem ignorant. Junge notam Paternam ad h. l.

l. 112. *Ex ſumma arce, quam Acrocorinthon appellant, maria utraque contuens*] Martianus Capella lib. VI. pag. 210. *In medio hoc intervallo, quod Iſthmon appellavi, colonia eſt Corinthus, ſexagenis ab utroque litore ſtadiis a Piſa ſumma arce, quae dicitur Acrocorinthos, utrumque mare proſpectans*: ad quem locum Parens adnotaverat: „ Leg. " „ *ſtadiis ab ipſa ſumma arce.* "

l. 123. *Troezen* ] MSS. *Troezene*, & Τροιζήνη Ptolemaeo lib. III. cap. 16. pag. 100.

l. 124. *Inter Scyllaeon & Malean Argolicus: inter hanc & Taenaron Laconicus. Hinc ad Acritan Aſinaeus: inde ad Ichthyn Cyparisſius* ] Ita hunc locum emendavit doctisſimus Pintianus, quum antea ederetur: *inter Scyleon & Maleam Laconicus: inter Taenaron & Acritam & Ichthym Cypariſius*: atque ita Edit Junt. Sed MS. Mediol. *inter Scylleon & Malaeam & Taenaron Laconicus: inter Taenaron & Acritan & Icthin Cyparisſius.* & Voſſ. 1. qui hoc loco reliquos omnes codices poſt terga relinquit: *Inter Scylleon & Malean ſinus Argolicus dicitur: inter Maleam & Tenaron Laconicus: inter Tenaron & Acritham & Hichtim Cyparisſius*. Poſteriora autem verba ita conſtituenda videntur: *inter Taenaron & Acritan Aſinaeus: inter Acritan & Ichthyn Cyparisſius*; quomodo etiam edidit Cl. Reynoldus procul dubio ex codice Anglicano.

l. 132. *Et ſpecus, illi quem in Ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis* ] *Acheruſian* legendum monuit Cl. Oudendorpius ad lib. I. cap. 19. pag. 997.

l. 134. *Nomen dedere urbes in litore ſitae, hinc Cyparisſus, illinc Aſine* ] MSS. ferè omnes, & Edd. Mediol. atque Junt. *Nomen dedit urbs in litore ſita, huic Cypariſſo,*

*riſſo*, *illi Aſine*. (Ed. Mediol. Junt. *hinc Cypariſſus*, *illinc Aſine*) Meus, *Cypariſſe*. Leg. *Cypariſſae* cum Cl. Reynoldo. Ptolemaeo lib. III. cap. 16. pag. 99. Κυπάρισσαι.

l. 144. *In eo ſeptentriones ſpectare litora incipiunt*] MSS. & Ed. Junt. *In eo ad ſeptentriones ſpectare l. i.* Ed. Mediol. *ad ſeptentrionem.* Vide Paterna ad hoc cap. pag. 170. 171.

l. 148. *Et notiora aliquanto nomina Calydon & Euenos*] Ita correxit Pintianus; ſed MSS. atque Edd. Mediol. Exon. *& notior aliquanto nomine Cal.*

l. 151. *In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt. Facit ſinus, qui anguſtis faucibus*] Cl. Graevius in Epiſtola ad N. Heinſium Tom. IV. *Sylloges Epiſtolarum* pag. 351. legit: *Facit facies ſinus.* ut cap. 1. lib. 1. *Poſt ſpatioſa modicè paulatim ſe ipſa faſtigat, & quaſi in mucronem longa colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt.* eandemque vocem etiam alibi occurrere monet idem Vir Cl. nempe h. lib. x. cap. 2. *jugo facie valli.* & lib. III. cap. 3. *facie amnium.* Avus autem in domeſticis ſcholis *ſinum* interpretabatur *faciem ſinus.*

l. 161. *Uſque Tergeſte*] MSS. *uſque Tergeſtrum*, vel *uſque Tergeſtum*: quomodo edidit Cl. Reynoldus. Paullò poſt etiam Voſſius 1. *Tergreſtum.* Ptolemaeus lib. III. cap. 1. pag. 68. Τέργεστον κολώνια.

l. 162. *Parthini*] MSS. Ed. Mediol. *Parthenii* pro *Partheni*, quomodo legendum monuit Cl. Pintianus.

l. 170. *Jadera*] MSS. *Jader.* Vide Cl. Harduinum *ad Plinium* lib. III. cap. ult.

l. 174. *Amnes autem Aeas & Nar ex Danubio*] MSS. Edit. Mediol. Exon. *& Danubius.* quam ſcripturam adverſus Voſſii conjecturam Melae adſerit Parens in *notis ad Scylacem* pag. 14.

## CAP. IV.

l. 4. *Se media perpetuo jugo Apennini attollens montis, inter Adriaticum & Thuſcum, ſive ut aliter appellantur*] Meliores MSS. *jugo Apennini montis attollens*, & *Tuſcum*, ut ſaepius infrà, & iidem cum Ed. Mediol. *ſive ut aliter eadem appellantur.* Pro *Adriaticum.* Leid. Voſſ. 3. 5. exhibent *Adriacum.* Ed. Mediol. *Hadriacum.*

l. 11.

l. 11. *Interiora ejus aliae aliaeque gentes*] Editt. addunt *habitant*. At Voſſ. 5. addit *tenent*, perinde atque meliores MSS. h. l. cap. 1. *quoad Satarchae & Taurici tenent*. Τὸ *habitant* ortum fuiſſe ex gloſſa τοῦ *tenent*, idque verbum ob vicinitatem literarum vocis *gentes* è contextu excidiſſe exiſtimabat Cl. Oudendorpius.

l. 15. *Appuli*] MSS. *Apuli*.

l. ead. *Salentini*] Mediol. *Sallentini*. at Voſſ. 1. *Sallentani*. Idem tamen infrà cum Mediol. legit *Sallentini campi & Sallentina litora*, & *Sallentinum*, eamque ſcripturam confirmat Inſcriptio apud Gruterum pag. 296. & 297. Livius lib. xxv. cap. 1. *Sallentinorum ignobiles urbes*.

l. 17. *Hetruria*] Mediol. Voſſ. 1. *Etruria*.

l. 18. *Brutii*] Mediol. Voſſ. 3. *Brutti*, pro *Bruttii*. atque infra Mediol. Voſſ. 1. Periz. *Bruttium*, & *Bruttio*.

l. 22. *Et Roma quondam a paſtoribus condita*] Praepoſitio *a* redundat, eaque abeſt a quinque MSS. Vide Cl. Oudendorpium ad lib. 1. cap. 11.

l. 28. *Aquileiam*] Plinius lib. III. cap. 18. *Aquileia colonia* xv. M. *paſſ. a mari ſita*. Ἀκυληΐα Straboni lib. v. pag. 214. c. Verùm tres MSS. & Ed. Mediol. *Aquilegiam*. Vide Cl. Voſſium ad h. l.

l. 31. *Parvis ſe primùm fontibus colligit*] Voſſ. 1. Mediol. Meus, *primùm è fontibus*.

l. 34. *Unum de iis magnum Padum appellant*] Mediol. Voſſ. 1. *de eis*. Leid. *de hiis*.

l. 40. *Quâ utrinque amnes eunt*] Cl. Oudendorpius ex aliquot MSS. legit, *utrique* i. ambo; ut cap. praec. *utraque maria*. & mox: *utraque cornua*, & *flumina utraque*.

l. 44. *Exin illa, in anguſto duorum promontoriorum ex diverſo coëuntium inflexu, cubiti imagine ſedens*] Ita margo Voſſ. 1. Sed idem in contextu, & reliqui MSS. ac vetuſtae Edit. *ex diverſo coëuntium, inflexi cubiti imagine ſedens*.

l. 46. *Ac ideo a Grajis*] Ita Voſſ. 1. Chiſ. verùm alii MSS. & Ed. Mediol. *& ideo a G.* quod praeſtat.

l. 48. *Haec praegreſſos*] MSS. *Haec enim praegreſſos*, vel *progreſſos*.

l. 56. *Cliterniam*] *Claterniam* in optimis MSS. legi monuit Doctiſſimus Holſtenius in *Annot. ad Ortel.* pag. 53. idemque exhibent Voſſ. 2. 4. 5. Periz. & *ad Cluverii Italiam Antiquam* pag. 275. ubi non abſque mendo legitur

gitur

gitur *Elaternia*, *Claterniam* etiam exhibet MS. Mediol. Voſſ. 1. *Clatinam*. 3. *Claternia*.

l. 60. *Sipuntum*] MSS. *Sipronium*, & *Siponium*, pro *Sipontum*. quomodo hoc nomen ſcribitur apud Plinium lib. III. cap. II. & Livium lib. XXXIV. 45. & XXXIX. 23. atque Frontinum *de Coloniis*. pag. 127. & apud eundem pag. 110. *ager Sipontinus*.

l. 62. *Poſt Barium Egnatia*] MSS. *Poſt Barium & Gnatia*. Plinius lib. III. cap. II. *Rudia*, *Egnatia*. ubi fortè legendum, *Rudiae*, *Gnatia*. Horatius lib. 1. *Serm. Ecl*. 5. v. 95.

*dein Gnatia lymphis*
*Iratis exſtructa dedit riſuſque jocoſque*.

Cl. Surita *ad Antonini Itiner*. pag. 472. in vetuſto exemplari Melae *& Gnatia* etiam ſe reperiſſe teſtatur.

l. 63. *Et jam in Calabria Brunduſium*] Voſſ. 1. Leid. Meus, & Ed. Exon. *etiam in Cal*.

l. 65. *Tum & Salentini campi*, *& Salentina litora*] Secunda vocula abeſt à MSS.

l. 80. *Conſilinum*] Periz. *Conſentina*. Meus, *Conſentia*. Reliqui MSS. *Conſentiam*, vel *Coſſentiam*. Cl. Holſtenius in *Annot. in Cluverii Ital. Ant*. pag. 303. pro *Coſſentiam*, quomodo in optimo MS. Melae legi affirmat; malebat *Cocintiam*.

l. 82. *Columna regia*] Mediol. Leid. Ed. Exon. *Columna Rhegia*, atque ita Plinius lib. III. cap. 5.

l. 96. *Linternum*, *Vulturnus amnis*; *Vulturnum oppidum*] Mediol. Voſſ. 1. *Liternum*. Iidem cum Gud. Periz. *Volturnus amnis*, *Volturnum oppidum*.

l. 101. *Citra Tiberim in hoc litore ſunt*] MSS. Ed. Mediol. *in hoc latere ſunt*.

l. 103. *Coſſa*] MSS. Ed. Mediol. *Coſa*. Strabo etiam lib. V. pag. 222. Κόσαν nominat juxta MS. Mediceum, non Κόσσαν, ut vulgo editur. Rutilius *Itiner*. lib. 1. v. 285.

*Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas*,
*Et deſolatae moenia foeda Coſae*.

& *Coſana praedia* apud Suetonium in *Veſpaſiano* cap. 5. & *portus Coſanus* apud Livium lib. XXII. cap. 11. & lib. XXX. cap. 39.

l. 107. *Albigaunum* ] Mediol. Vosſ. 1. Periz. *Albincaunum.* Vosſ. 3. Leid. & Ed. Exon. *Albingaunum.* quomodo ex Strabone & Plinio emendaverat Cl. Pintianus. Adde Tacitum lib. II. *Hiſt.* cap. 15.

l. 108. *Paulon* ] Mediol. Vosſ. 1. 2. 3. 5. Periz. Meus, & Ed. Mediol. *Paulo.* & mox iidem MSS. *ab his litoribus*, pro *ab iis litoribus.*

## Cap. V.

l. 1. *Gebennicis montibus*] Vosſ. 1. *Tebinnitis.* Vosſ. 5. *Cebinutis.* Gud. *Cebenicis.* Leid. *Cebennitis* pro *Cebennicis*, quomodo habent Editio Exon. & MS. Mediolanenſis, qui etiam infrà hoc cap. cum Vosſ. 4. & Periz. legit *ex Cebennis*, pro vulg. *ex Gebennis.* atque ibi Vosſ. 1. *Sebennis.* Confer Cl. Vinetum *ad Auſonii Urbes* Carm. XII. v. 5.

l. 5. *Illinc a Rheno, ad Pyrenaeum uſque promittitur* ] MSS. *permittitur.* Vide Ciacconium ad lib: 1. cap. 3.

l. ead. *Pars Noſtro mari appoſita . . . . magis conſita, ideoque etiam laetior* ] MSS. *eſt magis culta, & magis conſita, ideoque etiam laetior.* Nec aliter habent vett. Edd. niſi quod in iisdem, atque in MS. Leid. & Chiſ. deſideretur verbum ſubſtantivum.

l. 13. *Septumanorumque*] Plerique MSS. *Septimanorum.* ut apud Plinium lib. III. cap. 4. & paullo poſt, *Decimanorum* pro *Decumanorum.*

l. 14. *Baeterra*] MSS. *Betterre, Beterre.* Vosſ. 4. *Boeterre*, pro *Baeterrae.* ut infra hoc cap. *Secundum Baeterras Orbis fluit.*

l. 15. *Unde olim iis terris auxilium*] Septem MSS. *his terris auxilium fuit.* Tò *fuit* addunt quoque vett. Edd. atque Exon.

l. 21. *Deinde Forum Julii*] MSS. *Deinde* (Chiſ. *dein*) *eſt Forum Julii.*

l. 24. *Lacydon Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia*] *In eo* hoc loco idem ſignificare, quod *inter eum*, vel *intra eum*, obſervavit Cl. Oudendorpius.

l. 30. *Maritima Avaticorum ſtagnum obſidet*] Vosſ. 1. *ſtagno deſidet.* Reliqui MSS. *ſtagno aſſidet*, vel *abſidet.*

l. 32. *Alioquin litus ignobile, & Lapideus, ut vocant, campus; in quo*] Quatuor MSS. *ignobile eſt lapideus, ut vo-*

vo-

*vocant, in quo.* Voſſ. 1. *ignobilis eſt lapideos vocant, in quo*, Mediol. Chiſſ. & vetuſtae Edd. *ignobile eſt, lapideum ut vocant, in quo.*

l. 40. *Seque per medium integer agens, quantus venit, egreditur. Inde contra occidentem ablatus*] Omnes MSS. *egreditur, & inde contra occidentem* (Leid. Chiſſ. Gud. & vett. Edd. *contrà in occidentem*) *ablatus.*

l. 46. *Ledus flumen*] MSS. *Ledum flumen.*

l. 53. *Et ingentis alioquin alvei tenens*] MSS. *& jam*, vel *etiam ingentis alvei tenens.* Voſſ. 1. *alioquin locum alvei tenens.*

l. 60. *Et Salſulae fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus etiam, quàm marinae ſint, aquis defluens*] MSS. & vett. Edd. *& S. fons non dulcibus aquis defluens, ſed ſalſioribus etiam* (Voſſ. 2. & 4. *& tam*) *quam marinae ſunt.* Cl. Oudendorpius τὸ *defluens* ex gloſſa ortum, atque hinc tam varie locatum fuiſſe putabat.

l. 71. *Piſcem e terra penitus oriri*] Ita Meus & Ed. Exon. idque tuetur Cl. Voſſius: verùm alii MSS. *penitus erui*, quod vulgato praeferebat Cl. Oudendorpius, quia Auctor non dubitat *piſcem e terra oriri*, ſed *penitus* cum conſtat *ex alto huc uſque per foramina penetrare.* Paullo poſt MSS. *caplantium.* & Ed. Junt. *captantium*, pro *capulantium* legunt.

l. 78. *Portus Veneris eſt inſignis fano*] MSS. & Edd. Exon. *Portus Veneris eſt ſinu Salſo.* Editiones veteres: *Portus Veneris in ſinu Salſo.*

## CAP. VI.

l. 5. *Donec per omnem provinciam longo limite immiſſus*] Sex MSS. & Ed. Junt. *per omnem donec provinciam.*

l. 7. *Ipſe Hiſpania, niſi quâ Gallias tangit, pelago undique incincta eſt: ubi illis adhaeret, maximè anguſta, paullatim ſe in Noſtrum & Oceanum mare extendit*] Duo MSS. *pelago undique incincta, &, ubi illis adhaeret, maxime anguſta.*

l. 12. *Auroque tam abundans, atque adeò fertilis*] Mediol. Voſſ. 1. Gud. *auroque etiam abundans.* quam ſcripturam conjecturâ adſecutus fuit Cl. Schottus. Alii *& tam*, mendoſè. Mox etiam meliores MSS. habent *ac ſui diſſimilis eſt*, pro vulg. *& ſui.*

 l. 27.

l. 27. *Pallantia* ] Ita Gud. Chiſ. & Edit. Exon. Sed reliqui legunt *Palantia*. Similis in hoc nomine varietas occurrit apud Ptolemaeum lib. VI pag. 45. ubi Edd. Πα λαντία, & MSS. Παλλαντία exhibent. Vide Cl. Cellarium lib. II. *Geogr. ant.* cap. I. §. 66.

l. 32. *Dein Ticer flumen* ] Voſſ. I. *Tichis*. Alii *Ticis*, vel *Thicis*.

l. 34. *Cujus partem occidenti adverſam, eminentia cautium, quod inter exigua ſpatia ut gradus ſubinde conſurgunt, Scalas Annibalis appellant* ] MSS. *quae inter exigua, & gradu*, approbante Cl. Oudendorpio; atque *Hannibalis*. nec aliter MSS. lib. III. cap. I. *Portus Hannibalis*. Idem etiam paullo poſt *Haſdrubal*.

l. 38 *Baetullo* ] Ita Periz. Sed alii Codices MSS. *Baetullo*, *Betulo*, *Bethulo*, & mox Voſſ. I. *Baetulo*, reliqui *Betulo*, praeter Periz. qui vulgatum retinet.

l. 41. *Inter Subin & Telobin majus* ] *Majus* fluvii nomen eſſe monuit Parens; pro *Subin* MSS. melioris notae & vett. Editt. habent *Subur*, & pro *Telobin* Mediol. *Tolobin*. Voſſ. I. *Tholobin*. Reliqui *Colobim* vel *Colobin*.

l. 48. *Prior Sucronenſis dicitur, major hic & magno ſatis ore pelagus accipiens* ] Plerique MSS. & Ed. Junt. aliaeque, *majorque ac magno*.

l. 51. *Et Turium* ] Mediol. aliique *Turiam*.

l. 59. *Verùm ab iis* ] MSS. *Verùm ab his*.

l. 63. *Quorum mentio tantùm ad ordinem facit* ] Novem MSS. Edd. Junt. Exon. *pertinet*, approbante Cl. Oudendorpio, quia ita ſaepiſſime loquitur auctor.

l. 62. *Virgi in ſinu* ] Octo MSS. *in ſinum*: quae lectio etiam arridet Cl. Oudendorpio.

l. 64. *Abdera* ] MSS. *Adera*, idemque in MS. ſe reperiſſe ait Cl. Holſtenius in *Annot. ad Ortelium* pag. I.

l. 65. *Salambina, Ex, Maenoba, Malaca, Suel* ] A MSS. abeſt τὸ *Salambina*, & iidem *Suel* ante *Ex* transponunt.

l. 73. *Atque inde ingreſſis totus admodum pervius* ] Voſſ. I. *ingreſſus*, eandemque lectionem ex MS. Leidenſi profert Cl. Vlitius *ad Nemeſiani Cyneget.* v. 251. Verùm in MS. Leidenſi, quo uſus ſum, τὰ *atque inde ingreſſis*, atque etiam praecedentia, *in mare prominens*, &c. per incuriam librarii omiſſa ſunt.

l. 78.

l. 78. *Atque unde nos ſumus, Tingentera. Tum Mellaria*] Codex Venetus, quem Patruus conſuluit, legit, *atque inde mons ſinus. Tagete juxta Meriola.*

## CAP. VII.

l. 12. *Non longè a Colis Aria*] Voſſianus primus, *Non longè eſt a Cholis Aria.*

l. 13. *Quae Marti ſacrata*] MSS. *conſecrata*, nec aliter MS. quo uſus fuit Surita, ut ipſe teſtatur in *Emendationibus ad Itinerarium Antonini* pag. 668. Supra. h. l. cap. 2. *Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro.* cap. 3. *Eleuſin Cereri conſecrata.*

l. 28. *Quas quondam dici putavere* Μακάρων] Voſſ. 1 2. 5. Leid. *quas quidem.* Reliqui, *quas quidam.* Gud. *quas.*

l. 33. *Ereſſos, Ariſba*] Mediol. *Etheſos*, Duo alii, *Reſos.* Voſſ. 1. & 3. *Ereſos.* *Ereſus* etiam Plinio lib. VIII. cap. 100. & 103. & Ἔρεσος Thucydidi lib. III. cap. 18. Ἐρεσσὸς verò, vel Ἐρεσὸς Scylaci, Straboni, Ptolemaeo, Stephano Byzant. Pro *Ariſba* MS. Voſſ. 1 legit *Mechinitia*, & Mediol. *Methymna*, quomodo Mariangelum emendaſſe teſtatur Pintianus. Ceterùm quod Cl. Voſſius ad hunc locum notat, in libris antiquioribus legi *Cirava*, id intelligendum de libris impreſſis, non verò de MSS. codd. quorum alii exhibent, *Reſos tirana*, vel *Erheſoſane tymna*, alii *Echeſo ſune tunna*, aut *Creſoſamae Thumae.*

l. 34. *In Caria Cos*] Mediol. Meus, Ed. Exon. *Coos.* Alii MSS. *Choos.*

l. 42. *Inter Ciliciam Syriasque porrigitur*] Voſ. 1. *Syriamque.*

l. 47. *Arados etiam in Phoenice eſt parva*] A MSS. abeſt voccula *etiam.* Pro *parva* Cl. Harduinus in *notis ad Plinium* lib. V. cap. 31. legit *Paria.*

l. 53. *Pharos Alexandriae nunc ponte conjungitur*] Plerique MSS. *Pharos nunc Alexandriae ponte conjungitur.*

l. 63. *Meninx*] MSS. *Menis*, pro *Menix.* Ptolemaeo lib. IV. cap. 2. Μῆνιξ.

l. ead *Cercinna*] Mediol. & Voſſ. 1. *Certina.* Leg. *Cercina*, ut apud Ptolemaeum d. l. & Plinium lib. V. cap. 7.

 l. 83.

l. 83. *Iſtiaca*] Voſſ. 1. *Scyra*. Voſſ. 3. Leid. *Stira*. Mediol. Voſſ. 4. 5. Periz. Meus, Ed. Exon. *Styra*. Ed. Junt. *Heſtiaea*, ex emendatione Hermolai. Strabo lib. xv. init. Κάρυστος δέ ἐστιν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ· πλησίον δὲ Στύρα καὶ τὸ Μαρμάριον.

l. 91. *Oenuſa* & *Theganuſa* ] *Oenuſſa* potiores MSS. *Eniſſa* Edd. vett. *Oenuſſae* Plinio; & Voſſ. 1. *Tegeaniſſa*, & 4. cum Periz. *Tegea niſa*.

l. 92. *Prote*, *Hyria*] Mediol. Voſſ. 1. *Proſteria*. Alii *Proſtirria*, *Proſturia*, *poſturia*, haud dubiè pro *Prote*, *Aſteria*, quomodo edidit Cl. Reynoldus. *Hyria* enim vel *Hyrie* dicta aliquando fuit Zacynthos, cujus inſulae mox meminit Auctor. Plinius lib. IV. cap. 12. *Inter hanc* (Samen) & *Achaiam*, *cum oppido magnifica* & *fertilitate praecipua*, *Zacynthus*, *aliquando appellata Hyrie*. *Aſteriam* autem inter Cephaleniam & Ithacam ſitam fuiſſe docet Stephanus Byzantinus.

l. 93. *Cephalenia*] Mediol. & Voſſ. 1. *Cephallania*, fortè pro *Cephallenia*. Vide Cl. Cellarium lib. II. *Geogr. ant*. cap. 14. §. 13.

l. 94. *Ulyſſis nomine Ithaca maximè illuſtris*] Gud. Voſſ. 1. *Ulyxis*. Sex alii *Ulixis*.

l. 96. *Et Strophades olim Plotae*] MSS. & *olim Plotae* (vel *Plocae*) *nunc Strophades*.

l. 100. *Oliaros*] Voſſ. 1. *Olcaros*. Mediol. aliique *Olearos*. Virgilius lib. III. *Aeneid*. v. 125.

*Olearon niveamque Paron*.

Conſule Nobil. Heinſium *ad Ovidium lib*. VII. *Metamorph*. v. 469.

l. 101. *Gyaros*] Hanc inter Cycladas referunt Hyginus Fab. 276. Artemidorus apud Strabonem lib. X. & Lucianus *Toxari* pag. 64. Tom. II. ed. Salm. Καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον, νῆσον τῶν Κυκλάδων.

l. ead. *Dionyſa*, *Cia*, *Icos*] Mediol. *Donyſia*, *Cyanos*. Voſſ. 1. *Dionyſia*, *Cyanos*. Leid. *Dioniſia*, *Cianos*. Hinc Cl. Reynoldum rectè emendaſſe exiſtimo, *Dionyſia*, *Cythnos*; niſi fortè Mela ſcripſerit, *Dionyſia*, *Pyrnos*, quas inſulas etiam jungit Plinius lib. IV. cap. 12.

l. 102. *Niſyros*] Hanc alii Scriptores Cycladibus annumerant; verùm Euſtathius ad Dionyſium v. 524. cum Me-

la

la *Niſyron* inter Sporadas recenſet: Αὐτὴ δὲ τῶν Σποράδων νήσων οὖσα κατά τινας, πετρώδης ἐστὶ λίθου μυλίου.

l. 103. *Lebynthos*] Mediol. Gud. Voſſ. 1. 3. 4. *Libenthos*. Leid. *Libentos*. Edd. Salmant. & Exon. *Lebinthos*. *Lebinthus* Plinio lib. IV. cap. 12. & *Lebinthos*. Ovidio lib. VIII. *Metamorph*. v. 222. ex MS.

*Dextra Lebinthos erant, fecundaque melle Calymne.*

Vulgo *Lebynthos*, quomodo etiam habent Editiones lib. II. *Art. amat.* v. 80.

l. 104. *Cythnos*] MSS. *Cycinos*, vel *Cicinos*. Lege *Sicinos*, quomodo edidit Cl. Reynoldus. Plinius lib. IV. cap. 22. *Sicinus quae antea Oenoë.*

l. 105. *Rhene*] Voſſ. 1. *Haenea*. Mediol. Voſſ. 3. Periz. *Ahenea*. Alii *Ahena*. Ed. Exon. *Rhenea*.

l. 106. *Syros, Tenos, Myconos*] Voſſ. 1. *Mycon, Thenos*. Leid. *Michon, Sporis, Tenos*. Voſſ. 3. *Michon, Spiros, Teneos*. Mediol. *Mycon, Spyros, Tenos*, pro *Myconos, Syros, Tenos*.

l. 107. *Cyclades dictae ſunt*] Verbum ſubſtantivum abeſt à melioribus MSS.

l. 110. *Ad occidentem* Κριοῦ μέτωπον *immittit; niſi major esſet, Cypri ſimilis*] Voſſ. 1. *immittit; &, niſi major esſet.*

l. 113. *Paſiphaës*] Ita Chiſ. cui adſtipulantur duo Voſſ. & Meus, in quibus legitur *Paſiphes*, vel *Paſyphes*. ſed Periz. *Paſiphae*, & Voſſ. 1. *Phaſiphae*, pro *Paſiphaae*, flexu Latino, quem Melae in ſimilibus placuisſe, atque etiam Ciceroni lib. 1. *de Divin.* cap. 42. *in Paſiphaae fano.* & Auſonio *Epigr.* LXVI. *Minoae machina Paſiphaae*, obſervabat Cl. Oudendorpius.

l. 119. *Gnoſos*] Mediol. Voſſ. 1. 4. *Gnosſos*. 3. *Gnoſios*. Plin. lib. IV. cap. 12. *Gnosſus*, & gentile nomen *Gnosſius* lib. XII. cap. 37. & 48. & Virgilius lib. V. *Aeneid.* v. 306.

*Gnosſia bina dabo levato lucida ferro*
*Spicula.*

Et IV. 23.
*Contra elata mari reſpondet Gnosſia tellus.*

l. 120. *Cydonia*] Ita MS. Plinii lib. IV. cap. 12. pro vulg. *Cydon*. Florus lib. III. cap. 7. *urbium matrem Cydoniam.* (Mediol. Voſſ. 1. *Cydonae.*)

l. 121. *Marathuſa*] Holſtenius in *Annot. in Ortelium* pag. 114. è MS. profert *Camorathuſa*, atque ita habent Leid. Voſſ. 3. Meus: at Gud. *Camaratuſa*. Voſſ 4. *Tamarathuſa*. Verùm duae priores literae temere adjectae ſunt huic voci, quum referendae esſent ad praecedentem *Cydon*. Nam in quibusdam MSS. legitur *Cydon*, vel *Cidon Camarathuſa*.

l. 125. *Et quas Muſagoros nomine tres, uno tamen vocabulo appellant*] MSS. *Muſagorus*, vel *Muſtigorus*, Graeca flexione, quam in eadem voce exhibet Toletanus Codex MS. Plinii lib. IV. cap. 13. teſte Cl. Pintiano.

l. 134. *Abſciſſa eſt*] Mediol. & tres Voſſiani, *abſciſa eſt*. atque ita Voſſ. 4. lib. III. cap. 6. *eaque .... a continenti abſciſa*.

l. 141. *Pachynum vocatur, quod Graeciam ſpectat: Lilybaeum, quod in Africam*] Praepoſitio *in* redundat, atque abeſt à ſex MSS.

l. 152. *Tauromenium*] MSS. & Plinius lib. III. cap. 8. *Tauromenium*. Strabo lib. VI. pag. 266. 268. Ταυρομένιον, & Nummi, ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ.

l. 159. *Acragas*] MSS. & vett. Edd. *Agragas*. Plinius lib. III. cap. 8. *oppidum Acragas*. ubi MS. *Aggas*. Leg. *Agragas*.

l. 160. *Panormus*] Voſſ. 1. *Phanormus*. 4. & Periz. *Panhormus*. ut apud Plinium lib. III. cap. 8 & in Inſcriptione apud Gruterum pag. 174. Num. 5. REIPUBLICAE PANHORMI. & pag. 226. RESPUBL. PANHORMITANORUM. atque in nummo familiae Domitiae, PANHORMITANORUM.

l. 162. *Interiùs verò Leontini, Centuripinum*] MSS. & Ed. Exon. *Leontini, & Centuripinum*.

l. 164. *Enna*] Gud. *ethinna*. Voſſ. 1. *Chena*. 3. *Ethena*. Fortè leg. *Henna*.

l. 165. *Eryx maxime memoratus*] Plerique MSS. & Ed. Mediol. *memoratur*. Voſſ. 1. *veneratur*. quod verbum communibus quoque accenſet Priſcianus lib. VIII. pag. 791. edit. Hanov.

l. 168. *Quia in media admodum ortus, in diverſa decurrit, ſcindensque eam utrinque*] Similiter de Himera Livius lib. XXIV. cap. 16. *Pacto convenit, ut, quum Romanos Sicilia expuliſſent, . . . . . Himera amnis, qui ferme inſulam dividit, finis regni Syracuſani ac Punici imperii esſet*.

l. 174. *Coſura*] MSS. *Coſſura*. Ptolemaeo lib. IV. cap. 3. Κόσσυρα, & Straboni lib. VI. pag. 277. & XVII. pag. 834. Κόσσουρα,

l. 179. *Sinonia*] MSS. & Ed. Junt. *Sidonia*. & mox *Synonia* vel *Sinonia*, pro *Phitonia*, quomodo etiam habet Junt. Ed. & ſane ſitus harum inſularum ſuadet, ut priore quidem loco cum editione Exonienſi legatur *Phitonia*, poſteriore verò *Sinonia*, quam inſulam cum Palmaria eodem modo, quo Mela, junxit Plinius lib. III. cap. 6. juxta ſcripturam codicum MSS. in quibus legitur *Sinonia*, *Parmaria*. Leg. *Palmaria*.

l. 183. *Igilium*] Periz. *Igylium*. Schedae Palatinae *Ygilium*, teſte Salmaſio in *Exerc. Plinianis* pag. 95. cui *Aegilium* legendum videbatur.

l. ead. *Urgo*] Ita Plinius lib. III. cap. 6. & MSS. codices Melae, excepto Meo, in quo atque etiam editione Juntina legitur *Gorgona*, eademque *Gorgon* appellatur a Rutilio lib. I. *Itiner*. v. 516.

*Adſurgit ponti medio circumflua Gorgon*
*Inter Piſanum Cyrniacumque latus.*

l. 191. *Et nuſquam non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi latiſſima eſt Corſica*] MSS. & Editt. vett. atque Exon. *quàm ubi longiſſima eſt Corſica.*

l. 200. *Et ex ſpatio ſuo cognominibus acceptis majores minoresque perhibentur. Caſtella ſunt in minoribus, Jamno & Magno: in majoribus, Palma & Pollentia coloniae*] Hunc locum à librariis corruptum eſſe exiſtimat Hier. Surita in *notis ad Antonini Itinerarium* pag. 657. ubi ſcribit: *Ma-* „ *jor* & *Minor*, Baleares ab optimis ſcriptoribus appel- „ lantur. Nam quod apud Pomponium lib. II. cap. 7. „ & in manuſcriptis exemplaribus legitur de *Balearibus*, *ex* „ *ſpatio ſui cognominibus acceptis, majores minoresque per-* „ *hiberi, & caſtella eſſe in majoribus Palmam, & Pol-* „ *lentiam colonias, & in minoribus Jamnum & Magonem.* „ Quis non videat *majorem* & *minorem* legi debere." *Ex ſpatio ſui* etiam habent omnes MSS. quos conſului, eorumque ſcripturam egregie tuetur Cl. Oudendorpius in *notis ad Caeſarem lib.* I. *de Bello Gallico cap.* 4. §. 2. & ſimiliter Auctor in Prooemio: *at ipſa ſui contemplatione pretium operae attendentium abſolvat.* & lib. III. cap. 10. *in finem ſui faſtigantis ſe Africae noviſſimus angulus.* Petronius *Satyr.* cap. 3. *ut vicinarum quoque gentium feminas ad ſui ſpectaculum traheret.* Tacitus lib. III. *Annal.* cap. 67. *Igitur petito paucorum dierum interjectu, de defenſione ſui diſſeruit.* Seneca in *Agamemnone* v. 60.

*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumve ſui tenuere diem.*

l. 207. *Frumentis tantummodò fecunda*] Ita Meus; at reliqui MSS. Ed. Mediol. Junt. Exon. *frumentis tantum non fecunda.*

l. 209. *Ut nec ea quidem, quae de agreſtibus mitia fiunt*] MSS. Ed. Mediol. Junt. Exon. *mitia ſunt.* & MS. Mediol. Voſſ. 4. *ut ne ea quidem.* Voſſ. 1. *ut nec quidem.* Paullo poſt MSS. *ſerpentium.*

l. 215. *Sine pernicie rata eſt*] MSS. *ſine pernicie & rata eſt*, quam ſcripturam tuetur Parens ad Prooem. pag. 3. vel *& rara eſt.* Ed. Junt. *ſine pernicie & tuta eſt.* Vineti, *ſine pernicie terra eſt.* Steph. *ſine pernicie tuta eſt.*

l. 216. *Iisdem illis ſerpentibus, qui ſolent obvios appetere, aſpectum ejus pulveris, aliud velut virus, procul & cum pavore fugientibus*] Voſſ. 1. *qui alloqui ſolent* (leg. *qui alioqui ſolent*) *o. a. a. e. p. aliudve quod virus, procul & c. p. fugientibus.* Mediol. Gud. Voſſ. 2. 3. 4. Periz. Meus, Edd. Mediol. Junt. *aliudve quod verius.* Voſſ. 4. *verus.* Meus, *verius eſt procul.* Editio Vineti: *iisdem illis ſerpentibus, qui ſ. o. appetere, aſpectum ejus pulveris aliudve, quod virus procuret, cum pavore fugientibus.* Cl. Oudendorpio arridebat ſcriptura Voſſiani 1. *aliudve quod virus.* Ita enim Vir Cl. ad hunc locum: „ E MSS. codicum " „ veſtigiis corrigo, *aliudve quod virus.* Sic Auſonius " „ Epiſt. 22. *Et nauſo, aliave qua navi.* ut in MS. Voſſ. " „ non *quavis.*. Lucanus lib. IX. v. 932.

„ *ſed ſi quod tardius audit* "
„ *Virus, & elicitum juſſumque exire repugnat.* "

Avus ad oram editionis Schotti adnotaverat: „ Leg. *ad-* " „ *ſperſum ejus pulveris, tactumve, procul & cum pavore* " „ *fugientibus.*

# LIBRI III.

## Cap. I.

l. 2. *Reſtat ille circuitus, quem .... cingit Oceanus*] Barthius lib. XIV *Adverſ.* cap. 17. pag. 585. & lib. XLIX. cap. 1. pag. 2309. emendabat, *gignit Oceanus.*

l. 6. *Modo inundat campos, modò latè nudat ac refugit, non alio alioque in vicem neque alterius acceſſibus nunc in hos, nunc in illos toto impetu verſum*] MSS. Ed. Mediol. & Vineti, *alios aliosque.* Adde Paterna ad hunc locum.

l. 10. *Sed ubi in omnia litora, quamvis diverſa, Terrarum Inſularumque ex medio pariter effuſum eſt*] MSS. Edd. Mediol. Ald. Junt. Exon. *quamvis diverſà ſunt, Terr.*

l. 20. *Quo reciprocata Maria reſident, atque inde ſe rurſus exuberantia attollunt*] MSS. eaedemque Edd. *atque unde ſe.*

l. 21. *An Luna cauſas tantis meatibus praebeat*] Leid. *cauſam.* ſed vulgatum praeſtat. Supra lib. II. cap. 7. *Et ſi ita res fuit, videri poteſt conjectantibus in tantum mutatae cauſas Nilum praebuiſſe.*

l. 33. *Tum caſtellum Ebora*] Ita MS. Mediol. Leid. & Vosſ. 2. & Ed. Mediol. at Gud. Periz. Vosſ. 1. 5. *Chora.* 3. & Meus, *Cora.* Vosſ. 4. *Ehora.* Chiſ. *Heora.* Cl. Surita in *Emendat. ad Antonini Itinerarium* pag. 560. e MS. *Chollar* profert, pro quo *Colobona* ex Plinio lib. III. cap. 1. ubi MSS. *Colobana* habent, corrigendum exiſtimat.

l. 39. *Poſt ubi non longè a mari grandem lacum facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur*] MSS. melioris notae, *fecit.* Suprà lib. II. cap. 2. l. 128. de Strymone: *& ubi non longè a mari lacum fecit, majore quam venerat alveo erumpit.* Vosſ. 1. *quaſi ex novo feminus exoritur*, mendoſè. Fortè voluit librarius, *quaſi ex novo fonte geminus exoritur.*

l. 53. *Mirtyli, Balſa*] Duo *Mirtilibalio.* Reliqui MSS. *Myrtilibalio, Myrtilibaleo,* pro *Myrtili, Balſa.* Plinius lib. IV. cap. 22. ex MS. *Oppida, Oſſonoba, Balſa, Myrtili.*

l. 57. *Et Tagi oſtium amnis aurum, gemmasque generantis*] Sex MSS. *gemmas aurumque generantis.* & paulio poſt Mediol. & Vosſ. 1. *dein modico flexu accepto.*

l. 66.

l. 66. *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens*] Novem MSS. Edd. Mediol. Junt. & Exon. *recta margine jacens.*

l. 70. *Nebis*] MS. Mediol. Ed. Ald. Junt. *Naebis.*

l. 72. *Lambriacam urbem*] Ita MSS. praeter Voſſ. 1. & Meum, qui habent *Lambricam*, & *Labriacam.* Cl. Surita in *Emendat. ad Antonini Itiner.* pag. 574. pro *Libriacam*, quomodo in MS. quo uſus fuit, legitur, corrigit *Langobrigam.*

l. 74. *Praeſamarci*] Tres MSS. Ed. Mediol. Exon. *Praeſamarchi.* Alii *Preſamathi* vel *Preſamaechi.*

l. 87. *In Artabris ſinus ore anguſto admixtum mare non anguſto ambitu excipiens*] Leid. Voſſ. 1. 3. Periz. *admiſſum.* Adde Paterna ad h. l.

l. 88. *Abobricam*] Mediol. Leid. Voſſ. 3. Ed. Junt. Vin. *Adrobicam.* Gud. Periz. Voſſ. 4. 5. Meus, *ad robricam*, Voſſ. 1. *ad vibricam.* Ed. Exon. *Adobricam.*

l. 98. *Iisque adeo ſemet & terras anguſtantibus*] Plerique MSS. Ed. Mediol. *usque adeo ſemet & terras anguſtantibus.* Voſſ. 1. *anguſtantes.* quomodo etiam Vinetus edidit. Meus, *ſemet a terris anguſtant.* Ed. Salmant. & Exon. *usque adeo ſemet terris anguſtantibus.* atque ita legendum conjecerant Pintianus, & Ciacconius, nec male: τὸ *&* enim ortum videtur ex duabus ultimis literis proximè praecedentis pronominis *ſemet*, & deinceps *terras* pro *terris* repoſuerunt librarii.

l. 99. *Ut earum ſpatium*] MSS. Ed. Mediol. Junt. *ut earum rerum ſpatium.* Fortè pro *rerum* legendum *orarum*, idque viſum etiam Cl. Oudendorpio, qui eam vocem hoc loco a Mela additam fuiſſe exiſtimabat, ne quis *terrarum* intelligeret. Voſſius quoque margini editionis Olivarii A. 1536. excuſae adſcripſit: „ *earum rerum* V. f. *orarum.*"

l. 104. *Per eosdem & Salenos Saurium, per Autrigones & Orgenomes quosdam Neſua deſcendit*] Mediol. Gud. & Voſſ. 4. *per eundi & Salenos* (Gud. Voſſ. 4. *Salaenos*) *Saunium per Avariginos & Orgenomes, quos Namnaſſa*) Gud. *Vanaſa.* Voſſ. 4. *Namnaſa*) *deſcendit.* Chiſ. *per eundi & Salenos Saunium Pavariginos & Orgenomes, quos Mannaſia deſcendit.* Voſſ. 1. *Pereunos & Salenos Saunium Panarigmos & Orgenomes, in quos Namnaſa deſcendit.* & pro *Panarigmos* a manu ſecunda *Aurigines.* Leid. *Pereundi & Salenos Saunium Avariginos & Orgenomes quos Namnaſa deſcendit.* Meus, *Pertundi & Salaenos Saunium per Avariginos &*

Orge-

*Orgenomes quos Nanaſa deſcendit. Pereunos*, quod in Voſſ. 1. eſt, videtur vitioſe & per contractionem ſcriptum pro *per Concanos*, quomodo edidit Cl. Reynoldus. Ptolemaeo lib. II. cap. 6. pag. 45. urbs Cantabrorum Κουκάνα appellatur; ubi MS.Palat. & Mediceus Κόνκανα. Pro *Saurium* in MSS. Ed. & Exon. legitur *Saunium:* & pro *Avarigines* vel *Aurigines* Hermolaus verè reſtituit *Autrigones;* & *Origenomeſcos*, vel potius *Orgenomeſcos;* pro *Orgenomes quos & Nanaſa* (ita Meus), pro *Namnaſa*, Cl. Reynoldus. *Orgenomeſcos* memorat Plinius lib. IV. cap. 20. *Orgenomeſcie Cantabris*. Ita enim ex MSS. edidit Cl. Harduinus, qui apud Ptolemaeum lib. II. cap. 6. Ἀργενόμεσκον malebat Ὀργενόμεσκον.

l. 106. *Deva Tritium Tobolicum attingit: deinde Iturisſam & Eaſonem Magrada*] Mediol. *& Devales tritino bellunte cingit & Decium Aturia ſonans Sauſo & Magrada.* Gudianus, *& de valles tritono bellunte cingit & decui maria ſonans ſauſo & magrada.* Chiſianus, *& devalles tritano delambe cingit & Decumatoria ſonans Sauſo & Magrada.* Voſſ. 1. *& Devaleſtritino bellunge cingit & Decium Aturia, ſonans Sauſo & Magrada.* Sed pro *Aturia ſonans* manus ſecunda correxerat *Turiaſo Oeaſo.* Voſſ. 3. 4. *& devalles tritino bellunte cingit. & decium aturia; ſonans.* (4. *& ſonans*) *ſauſo & magrada.* 5. *& de valles tritino Bellunte cingit decimmaturia* (ſupra lineam adſcriptum *detum atruria*) *& ſonans Sauſo & Magrada.* Leid. *& Devales Catinobelunte cingit & Decium Athuria ſonans Sauſo & Magrada.* Meus: *& de vall' tritino Bellunte cingit & decimaturia ſonans Sauſo & Magrada.* Pro *Deva* igitur ex MSS. & Edit. Exon. legendum *& Devales*, & pro *tritino bellunte* cum Hermolao *Tritium Tobolicum*, & pro *attingit* e MSS. *cingit &*, atque pro *deinde Iturisſam & Eaſonem Magrada*, ex Voſſ. 1. *Decium Aturia &* (quam voculam retinet Voſſ. 4.) *Oeaſonem Magrada.* quomodo etiam ex MSS. edidit Cl. Reynoldus.

## CAP. II.

l. 9. *Et amoena lucis immanibus*] Cl. Schwartzius in *notis ad Cellarii Geogr. antiq.* Tom. I. pag. 139. & in *Monumentis ingeniorum* Tom. III. *Monum.* 14. 15. 16. pag. 173. 174. legit, *& amoena lucis & amnibus.*

l. 10.

l. 10. *Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt. Ager & ubique alit & ſalubris*] Plerique MSS. *ager nec*, vel *neque*, *ubique alit*, *ſalubris*. At Voſſ. 1. Chiſ. Ed. Junt. & Exon. *aegre nec ubique* (Voſſ. 1. *ubi*) *alit*; atque ita legit Schottus. Cl. Perizonius margini paternae editionis adſcripſerat: „ Leg. *aegre nec ubique alit*, *at ſalubris* " paullo antè meliores MSS. *ac pabuli* pro vulg. *& pabuli* legunt: contrà verò paullo pòſt Iidem, *& quid Dii velint* pro *ac quid D. v.*

l. 14. *Ut hominem optimam & gratisſimam Diis victimam caederent*] Avus malebat *opimam & gratisſimam Diis*.

l. 23. *In ſpecu*, *aut in abditis ſaltibus*] MSS. *aut in ſpecu*, *aut in abditis ſaltibus*.

l. 24. *Unum ex iis*, *quae praecipiunt*] Omnes fere MSS. *unum ex his*, *quae praec.* Voſſ. 1. *Unum etiam ex his*, *q. p.*

l. 27. *Itaque cum mortuis cremant*, *ac defodiunt apta viventibus olim. Negotiorum ratio & exactio crediti deferebatur ad inferos*] Hic locus prava interpunctione laborat, nam *τὸ olim* cum ſequentibus conjungendum esſe facile evincit locus Valerii Maximi lib. II. cap. 6 Ext. 10. a Pintiano laudatus: *Horum* (Masſilienſium) *moenia egresſo vetus ille mos Gallorum occurrit*, *quos* (leg. *quo* ex MSS. cum Cl. Torrenio) *memoriae proditum eſt*, *pecunias mutuas*, *quae his apud inferos redderentur*, *dare ſolitos*, *quia perſuaſum habuerunt*, *animas hominum immortales esſe.* idemque etiam animadverſum a Clarisſimis Viris, Schotto, Reynoldo & Perizonio.

l. 38. *Aedui*] MSS. *Haedui*, vel *Hedui*, & paullo poſt *Haeduis*, vel *Heduis*. Edd. Mediol. Exon. *Hedui*, & *Heduis*. Plinius lib. IV. cap. 18. *Hedui foederati.* & lib. XVI. cap. 8. *Hedui & Pictones.* 'Αἰδούϊοὶ quidem Straboni lib. IV. pag. 192. & ſeqq. 'Εδοῦοι.

l. 41. *Climberrum*] MSS. *Eliumberrum*, *Heliumberrum*. Edit. Exon. *Cliumberrum* proximè ad veſtigia veteris ſcripturae.

l. 48. *Ad poſtremum magni freti ſimilis*; *nec majora tantùm navigia tolerat*, *verum etiam* &c] Ex hoc loco Cl. Vinetus in *notis ad Auſonii Moſellam* fin. colligit Melam ipſum in Garumna jactatum fuisſe.

l. 61. *Aliis populis media ejus habitantibus*] Cl. Perizonius margini editionis Paternae adſcripſerat: „ *aliis* " „ *aliisque populis.* Hoc *aliis* excidit ex Voſſiana edi- " „ tione, "

„ tione, ſed in aliis occurrit." Immo verò! Cl. Voſſius τὸ *aliisque* expunxit juſſu codicum MSS. quorum plerique habent, *altis populis*. τὸ *aliisque* etiam abeſt ab Editione Exonienſi.

l. 67. *Rhenus ab Alpibus decidens*] Praepoſitionem *ab* ignorant octo MSS.

l. 71. *Sed ad ſiniſtrum amnis*] Voſſ. 1. *ſiniſtram*. Recte. Mox enim ſequitur: *ad dexteram*.

## Cap. III.

l. 6. *Et ad inſitam feritatem vaſtè utraque exercent, bellando animos, corpora adſuetudine laborum. Maxime frigore nudi agunt*] Plerique MSS. & Edd. Mediol. Exon. *corpora ad conſuetudinem* (quatuor MSS. *conſuetudines*) *laborum. Maxime frigore* (Ed. Mediol. *frigora*) *nudi agunt*. Voſſ. 1. & Editio Vineti: *corpora aſſuetudine malorum, maxime frigoris. Nudi agunt, antequam puberes ſint*. Cl. Oudendorpio legendum videbatur: *exercent bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum maximo frigore. Nudi agunt*. vel, *ad conſuetudinem laborum, maximè frigoris. Nudi agunt*.

l. 16. *Sed ut circa ipſos quae jacent vaſta ſint*] Quatuor MSS. *vaſta ſinunt*. Voſſ. 1. *ſinant*.

l. 25. *Et magna ex parte ſilvis ac paludibus invia*] Voſſ. 1. *invia eſt*.

l. 34. *Moenis*] Voſſ. 3. *Moenus*. ut Plinius lib. IX. cap. 15. *in Moeno Germaniae amne*.

l. 35. *Super Albin*] MSS. *Albim*.

l. 43. *Et ubique penè tantundem, ut anguſtum & par freto; curvanſque ſubinde ſe*] Decem MSS. atque Ed. Exon. *& ubique* (Voſſ. 5. *ubi*.) *penè tantundem* (Voſſ. 1. *tantum*) *it anguſtum & par freto; curvanſque ſe ſubinde*.

l. 47. *Ultimi Germaniae Hermones*] Sex MSS. & Edit. Exon. *Hermiones*. Illuſtris Leibnitzius tom. 1. *Script. rerum Brunſvic*. pag. 7. malebat *Helviones*, ſeu *Hillleviones*, quos Scandinaviam incoluiſſe ſcribit Plinius lib. IV. cap. 13.

## Cap. IV.

l 2. *Viſula amne*] Edit. Vineti & Reynoldi, ac MS. Mediol. *Viſtula*, nec aliter Jornandes cap. 3. & 5 *de rebus Geticis*. In reliquis MSS. legitur, *Inſtula*, *Juſtula*, *Inſula*, vel *Triſtula amne*

l. 4. *Gens habitu armisque Parthicae proxima; verùm ut caeli aſperioris, ita ingenii, non ſe urbibus tenet*] MSS. *tenent*, & mox Iidem praeter Voſſ. 1. *habitant* pro vulg. *habitat*, approbante Cl. Oudendorpio in *notis ad Caeſarem lib.* 11. *de Bello civili cap.* 6. §. 4.

l. 13. *Inde expedita in ictus manus, quae exſeritur, virile fit pectus*] Cl. Perizonius ad oram Paternae editionis annotarat: „ Leg. *manu*, ut Editiones habent ante Voſ- „ ſian. " Pro *manus*, Edd. Ald. & Junt, exhibent *mammae*, & pro *exſetitur* duo Voſſiani *exuritur*, quae ſcriptura favet conjecturae Ciacconii atque Avi, *quâ exuritur, virile fit pectus*, eamque non minus elegantem, quàm veram eſſe apparet ex Hippocrate, qui in *libro de Aëre, Locis & Aquis* Sect. 3. pag. 291. edit. Genev. haec ſcribit: Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἐστὶν ἔθνος Σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων ἄλλων Σαυραμάται καλέονται. Τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσιν, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν· οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι, καὶ οὐ πρότερον συνοικέουσιν, ἤπερ τὰ ἱερὰ θύουσαι (θύωσι MS. R.) τῷ (leg. τὰ) ἐν νόμῳ· ἣ δ' ἂν ἄνδρα ἑωϋτῇ ἄρηται, παύηται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης· τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσιν· παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χαλκέον τετεχνημένον ἢ (aliae Edd. καὶ) ἐπ' αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασιν τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται, ὥστε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόναι.

## Cap. V.

l. 1. *Niſi ubi perpetuae nivés ſedent*] Ut lib. 11. cap. 1. *Rhipaeis montibus proxima cadentes aſſiduè nives adeò invia efficiunt.* Verùm Periz. *hiemes ſint*, & ſex alii atque Edd. Mediol. Exon. *hiemes ſedent.* ut lib. 1. cap. 2. *Spectant & ſep-*

*ſeptentrionem Scythae, ac litus Scythicum, niſi unde frigoribus arcentur.* & hoc cap. *ſed reliqua lateris ejusdem aſſiduo gelu durantur.* Tò *hiemes* etiam praeferebat Cl. Oudendorpius, qui ad hunc locum notavit: „ *Hiemes ſedent*, "
„ quod eſt in MSS. plerisque & Edd. vett. mihi non "
„ diſplicet, ut *bruma haerens Aquilonibus*, Lucanus lib. "
„ IV. v. 50. ubi vid. not. *Stat bruma pruinis.* Avianus "
„ Fab. XXIX. "

l. 16. *Moremque quamdiu*] Septem MSS. Edd. Mediol. Vin. Exon. *moremque eum diu.*

l. 17. *Donec vitio gentium temeratus eſt*] Ita Gudianus. Sex alii *tempatus*, vel *temperatus eſt.* Chiſianus & Meus, *donec vitio gentis eſt deſtitutum. Eſt deſtitutum* in ſuo codice MS. etiam legi teſtatur Eruditisſimus Dorvilius in *Diſſertatione de Inſcriptione Deliaca* Vol. VII. *Miſcell. Obſervat. Crit.* pag. 84.

l. 43. *Neque in utram partem eat, quanquam intueaeris, manifeſtus: cùm in aſperiora devenit*] Voſſ. 1. *quanquam intuearis, manifeſtè cognoſcitur: cùm autem in aſperiora devenit.*

l. 49. *Ut quà ex praecipiti in ſubjecta caſurus eſt*] Voſſ. 1. *ut qua vi praecipiti.*

l. 52. *Plus jugeri ſpatio*] Septem MSS. & Edd. vett. *jugeris.* ut apud Curtium lib. V. cap. 1. *Aedificia non ſunt admota muris, ſed ferè ſpatium unius jugeris abſunt.*

l. 58. *Et in diverſa abeunt*] Conjunctionem *&* ignorat Voſſ. 1.

l. 62. *Jaxartes & Oxos per deſerta Scythiae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt*] Voſſ. 1. *Jaxartes & deſerta Scythiae peragrans Oxos ex Surdianorum* (ita etiam ſex codices MSS. Verùm reliqui *Sucdianorum* pro *Sugdianorum*) *regionibus in Scythicum exeunt.*

l. 66. *Et aliquandiu ad occaſum ab oriente excurrens*] Leid. *ocurrens.* Voſſ. 1. 3. *occurrens.* Ed. Vineti *currens.*

l. 69. *Silvae aliaque dira animalia, verum & tigres ferunt*] Ita Voſſ. 3. ſed alii MSS. & vett. Edd. atque Exon. *Silvae alia quoque dira.* Voſſ. 1. vocem *alia* ignorat.

l. 71. *Ut illis longè quoque progresſum equitem conſequi*] Duo Voſſ. Ed. Mediol. *praegresſum.*

l. 76. *Rabiem appropinquantium fruſtraturus, aſtu unum de pluribus omiſit*] Voſſ. 1. *aſtu fruſtratur* 2 4 5. Periz. & Meus, *aſtu fruſtraturus*, quomodo etiam in tribus aliis

MSS. legi monuit Parens. *Omiſit* etiam exhibent Leid. & Voſſ. 3. at Voſſ. 1. 2. Periz. *omiſiſſe*.

L. 87. *Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior*] Omnes fere MSS. & Edd. Mediol. Vin. Exon. *ut recentior auctoritate, ſic certior*. Voſſ. 1. *ut recentior, ita auctoritate certior*.

L. 91. *A rege Botorum*] Voſſ. 2. *Betorum*. Quidam *B[illegible]orum*, vel *B[illegible]rum*. Chiſſ. & Meus, *Lydorum*. Ed. Mediol. *B[illegible]rum*. Vin. *Suevorum*.

## Cap. VI.

L. 1. *Hactenus, quae angulo Baeticae huc usque perſtrinximus*] MSS. Edd. Mediol. Junt. Exon. *adhuc uſque perſtr.*

L. 5. *Et inde a continenti angusto ſpatio & veluti flumine abſciſſa*] Plurimae MSS. *eaque anguſto ſpatio & veluti flumine a continenti abſciſſa*, vel *abſciſa*, ut ſupra lib. II. cap. 7.

L. 12. *Tyrii conſtituere*] Novem MSS. *Tyrii conſtituere*. ut ſupra lib. I. cap. 19. *At in primo flexu jam curvi litoris conſtitutam eſſe, quod Graeci mercatores conſtituiſſe, & . . . . Carteiam appellaſſe dicuntur.* Virgilius lib. XII. *Aeneid.* v. 193

> *mihi moenia Teucri*
> *Conſtituent, urbique dabit Lavinia nomen.*

L. 12. *Annorum quis manet numerus ab Iliaca tempeſtate principia ſunt*] [illegible] hanc periodum, quam falſò auctori obtrudi arbitrabatur Pintianus, atque ex gloſſemate ortam eſſe ſuſpicabatur Schottus, Pomponio adſeris, atque eruditè [illegible] Advers. lib. II. Obſervat. cap. 10. pag. 285. Ceterum vocem *numerus* ignorant octo MSS. & Ed. Mediol. eamque facile abeſſe poſſe cenſebat Cl. Oudendorpius: nempe ut ſenſus hujus loci ſit: principia annorum ſunt ab Iliaca tempeſtate quis manet, ſcil. templum.

L. 15. *at Luſitania Erythia*] MSS. addunt verbum ſubſtantivum *eſt*.

L. 18. *Adeo agri fertiles, ut cum ſemel*] Voſſ. 1. *fertili*. quomodo Vinetus edidit, & Cl. Oudendorpius legendum cenſebat. Sic etiam cap. ſeq. *Tam pinguis alicubi & tam ferax [illegible], ut in eo ſponte frumenta proveniant.*

L. 22

l. 20. *Septem minimùm, interim plures etiam meſſes ferant*] MSS. Ed. Vineti, *interdum plures*. Ed. Mediol. *inter plures*.

l. 27. *Barrigenas*] MSS. *Galligenas*, *Gallizenas*, vel *Gallicenas*, quomodo etiam habent Edd. Mediol. & Vin. Cl. Bochartus lib. 1. cap. 42. *Geogr. Sacrae* legit *Galli Coenas*, & *Coenas* deducit ab Ebraea voce כוהנות ſignificante *Sacerdotes feminas*, eandemque vocis *Coenae* derivationem poſt Bochartium profert Cl. le Moyne in *notis ad Polycarpi Epiſtolam* pag. 290.

l. 37. *Verùm ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum fidem ut bello affectavit*] MSS. Ed. Mediol. relativum *qui* ignorant; & mox Mediol. aliique habent *dein* pro *deinde*.

l. 44. *Tum rurſus perpetuo margine directi litoris ab tergo obducta*] Ciacconius atque etiam Parens ex MS. Gudiano malebant *abducta*. nec aliter Exc. MS. 2. atque Ed. Mediol. Vin. Exon. Pro *tergo* MSS. & vett. Edd. legunt *tergore*.

l. 48. *Fecunda, verùm his, quae pecora quàm homines benignius alant*] Jornandes *de rebus Geticis* cap. 2. *In extrema ejus* (Britanniae) *parte Memma, quam Cornelius etiam Annalium ſcriptor narrat metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis quàm homines alat*. Lége, *quae pecora m. q. h. alant*.

l. 49. *Ac praegrandia flumina alternis motibus modò in pelagus, modò retro fluentia, & quaedam gemmas margaritasque generantia*] Jornandes d. l. *Labi vero per eam* (Britanniam) *& multa quàm maxima relabique flumina, gemmas margaritasque volventia*.

l. ead. *Fert nemora lacusque*] MSS. *fert nemora ſaltusque*. Edit. Mediol. & Vineti, *fert nemora, ſaltus* Confer Cl. Popman lib. III. *de Differ. verb* in. *Lucus*.

l. 52. *Fert populos regesque populorum: ſed ſunt inculti omnes*] Jornandes d. l. *Inculti aeque omnes populi, regesque populorum*.

l. 55. *Incertum ob decorem, an quid aliud vitro corpora infecti*] Jornandes d. l. *Ob decorem neſcio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora*.

l. 57. *Cauſas autem & bella contrahunt*] MSS. Ed. Vin. *cauſas tamen* (Leid. Voſſ. 3. *autem*) *bellorum & bella contrahunt*. Jornandes d. l. *Bellum inter ſe aut imperii cupidine,*

*pidine*, *aut amplificandi quae poſſident*, *ſaepius gerunt*; *non tantùm equitatu vel pedite*, *verùm etiam bigis curribusque falcatis*, *quos more vulgari esſedas vocant.*

l. 60. *Dimicant non equitatu modò*, *aut pedite*, *verum & curribus*, *Gallicè armati*] Avus *ad Livium* lib. XXVI. cap. 5. legit, *Gallico armatu.* Tacitus lib. V. *Hiſt.* cap. 22. *Ruunt per vias*, *pauci ornatu militari*, *plerique circum brachia torta veſte*, *& ſtrictis mucronibus.* Pintianum autem pro *pedite* reponentem *peditatu* refellit Dionyſius Voſſius *ad Caeſarem de Bello Gallico* lib. IV. cap. 24. ex Jornande.

l. 63. *Supra Britanniam Juverna eſt*, *penè par ſpatio*, *ſed utrinque aequali tractu litorum oblonga*] Cl. Perizonius editioni Paternae adſcripſerat: „ Leg. *ſuper.* " quomodo habent MSS. Pro *Juverna* Mediol. Voſſ. 4. legunt *Iverna*, nec aliter Ed. Exon. Caſaubonus *ad Strab.* lib. IV. pag. 201. hunc locum ita conſtituendum cenſebat: *Super Britanniam Ivernia eſt*, *penè par ſpatio*, *& utrinque ae. tr. l oblonga.*

l. 71. *Triginta ſunt Orcades anguſtis inter ſe ductae ſpatiis.*] Cl. Perizonius praeëunte Hermolao, quem Vinetus aliique ſecuti fuerunt, malebat *diductae.* Voſſ. 1. *deductae.* Vide Cl. Voſſium ad h. l.

l. 73. *Septem Aemodae. Contra Germaniam vectae*, *in illo ſinu*, *quem Codanum diximus*, *ſex. Ex iis Scandinovia*] MSS. *Septem Haemode*, vel *Haemodes*, *contra Germaniam vecte* (Mediol. *vectae.* Voſſ. 2. & Meus *verſe*) *in illo ſinu*, *quem Codanum diximus*, *ex his Codannonia*, *Condoniconia*, aut *Cadomiovia.* Voſſ. 1. *diximus & his codano uia.* Meus, *diximus & hinc Condanonia.* Illuſtris Grotius in *Prolegom. ad Hiſtoriam Gotthorum* pag. 21. & pag. 71. *Codanovia* ex MSS. legit, atque *Codanoviam* olim dictam fuiſſe *Codan-au*, i. e. *Gotthorum terram*, exiſtimat. Pro *ex his* Cl. Voſſio obſecutus repoſui *ex inſulis.* Ad vocem *vectae* Cl. Perizonius in edit. Pat. notaverat *vecte.* at alibi: „ Forte *verſae.* " Ed. Vineti, *projectae.*

l. 76. *Ut magnitudine alias*, *ita fecunditate anteſtat*] MSS. Ed. Mediol. Exon. *ut fecunditate alias*, *ita magnitudine anteſtat*

l. 78. *Ob alternos acceſſus receſſusque pelagi*] Septem MSS. & Ed. Mediol. *recurſusque.* Virgilius lib. X. *Aeneid.* v. 288.

*multi ſervare recurſus*
*Languentis pelagi*, & *brevibus ſe credere ſaltu.*

Ovi-

Ovidius *Ibide* v. 423.

*Utque per alternos unda labente recurſus*
*Subtrahitur preſſo mollis arena pedi.*

L. Seneca *de Conſol. ad Helviam* fine. *Terras primùm ſitumque earum quaerit, deinde conditionem circumfuſi maris, curſuſque ejus alternos & recurſus.* Paullo poſt MSS. *alioquin* pro *alioqui.*

l. 85. *Praeterquam quod fabulis traditur* ] Meus, *praeter quod*, eique ſuffragari Dorvilianum monuit Cl. Oudendorpius in *notis ad Caeſarem* lib. 1. *de Bello Gallico* cap. 5. §. 3. Supra lib. 1. cap. 9. ubi Edd. legunt, *praeter id quod ſcatet piſcibus.* Ciacconius ex vet. cod. etiam profert *praeter quod.*

l. 88. *Belcarum* ] *Belgarum* Ed. Mediol. *Belgarum* legit Cl. Cambdenus in *Britannia* pag. 635.

l. 89. *In ea, quòd ibi ſol longè occaſurus exſurgit* ] Voſſ. 3. *In ea ſol longè.* Vett. Edd. *In ea, quod ſol longè.*

l. 97. *Talca* ] Mediol. & quatuor alii, itemque Edd. Junt. Exon. *Talge.* Ed. Mediol. *Talgae.* Cl. Vinetus edidit, *Talcas.*

## CAP. VII.

l. 1. *Ab iis in Eoum* ] MSS *ab his.*

l. 4. *Prima omnis invia* ] MS. Mediol. Ed. Junt. *primum omnis quae eſt invia.* Ed. Vineti, *primùm omnis ob nives invia eſt.* Exon. *primumque omnis eſt invia.*

l. 5. *Scythae ſunt Androphage* ] Mediol. Ed. Junt. *Androphagae.* Alii MSS. *Andropage*, & *Andròphage* pro *Andraphagoe.*

l. 10. *Genus plenum juſtitiae, ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit, notiſſimum* ] Novem MSS. & Ed. Junt. *& commercio . . . notiſſimum*, ut apud Ovidium *Remed. Am.* v. 220. *damnis Allia nota ſuis.* & Plinium lib. XXIX. cap. 4. *Coſſinus, eques Romanus, amicitia Neronis principis notus.*

l. 24. *Alit formicas non minùs maximas canibus* ] Voſſ. 1. Ed. Vineti, *non minores maximis canibus.*

l. 27. *Immanes & ſerpentes, ut qui elephantos morſu atque ambitu corporis conficiant* ] Mediol. Gud. tres Voſſ. Pe-

riz Meus, Ed. Mediol. *immanes & ſerpentes, aliqui ut elephantes.* Leid. & duo Vosſ. Ed. Mediol. *elephantes* &c. Ed. Vin. *immunes & ſerp. aliqui: & ut elephantes m. a. a. c. afficiant.*

l. 29. *Tam pinguis alicubi & tam feracis ſoli, ut in ea mella frondibus defluant*] MSS. Ed. Vin. *in eo*, nempe ſolo.

l. 34. *Alii ferarum aviumque pellibus*] Meliores MSS. *alii avium ferarumque pellibus.*

l. 41. *Quidam proximos parentesque . . . velut hoſtias caedunt*] Gud. Vosſ. 1. 4. Periz. Meus, Edit. Mediol. & Exon. *quidam proximi parentes . . . v. h. c.*

l. 45. *At ubi ſenectus aut morbus inceſſit*] Mariangelus legebat *alii ubi ſenectus*, approbante Cl. Perizonio.

l. 46. *Mortemque in ſolitudine nihil anxiè exſpectant*] MSS. & vett. Edd. atque Exon. *nihil anxii exſpectant.*

l. 50. *Arceſſunt*] Vosſ. 1. *accerſiunt* pro *arceſſiunt*. de quo verbo egit Cl. Oudendorpius in *notis ad Frontinum* lib. 1. cap. 9. §. 3. & 11. 7. §. 4.

l. 53. *Famam hinc praecipuam habent, quòd in illa genitum*] Ita edidit Vinetus, verùm τὸ *quod* abeſt ab omnibus MSS. Ed. Exon. aliiſque.

l. 55. *Ut femori Jovis inſutum dicerent*] MSS. plerique & Ed. Exon. *inſitum*, & mox *Gangen.*

l. 58. *Niſi ubi magis, quam uti habitetur, exaeſtuat*] MSS. vett. Edd. & Exon. *quàm ubi habitetur.*

l. 61. *Nudique populi*] Ita correxerat Schottus, ſed in decem MSS. &. editt. vet. atque Exon. legitur, *timidique populi.*

l. 62. *Tamos*] MSS. *Tamus.* Infra: *ad Tamum inſula eſt.*

l. 63. *Colis alterius partis angulus*] Gud. Vosſ. 1. & Mediol. *altere partis* pro *alterae*, quomodo è veſtigiis MSS. quibus uſus fuit, legendum ſuſpicabatur Cl. Oudendorpius. Vosſ. 4. *à latere partis.* Vosſ. 2. Chiſ. Meus, *alternis angulis*, omiſſa voce *partis.*

l. 70. *Indus ex monte Paropamiſo*] Aliquot MSS. & Ed. Mediol. *Caroparnaſo.* Vosſ. 1. *Calopaniaſo.* Chiſ. Ed. Salmant. & Exon. *Paropaniſo.* Confer Cl. Salmaſium in *Exercit. ad Solinum* pag. 788.

l. 71. *Cophena, Aceſinem, Hydaſpen*] MSS. *Copen, Agaſinum*, vel *Agazinum, Hydaſpen.* Lege, *Cophen, Aceſinem, Hydaſpen.* quomodo etiam ediderunt Cl. Vinetus & Rey-

Reynoldus. Strabo lib. xv. pag. 697. Εἶτ' ἐπέστρεψεν εὐθὺς ἐπ' αὐτὴν ..... καὶ τὸν Κώφην ποταμὸν καὶ τὸν Χοάσπην, ὃς εἰς τὸν Κώφην ἐμβάλλει ποταμόν. & paullo poſt: Ἦν δὲ μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης, εἶθ' ὁ Ἀκεσίνης.

l. 81. *Atque ita ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula eſt*] MSS. Ed. Vin. Exon. *atque ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo fabula eſt*. Participium *ficta* etiam abeſt à Mediol. & Juntina editione.

l. 84. *Sed quia habitatur*] Cl. Perizonius Paternae editioni adſcripſerat; „ Lege, *& quia habitatur.* "

l. 85. *Nec quiſquam circummeaſſe traditur, prope verum eſt*] Cl. Barthius lib. XIV. *Adverſ.* cap. 17. pag. 785. legit, *nec quiſquam circum eam iſſe traditur, propè verum iſtud.*

## CAP. VIII.

l. 3. Ἐρυθρὰν θάλασσαν] Has voces tanquam è gloſſemate ortas eſſe arbitratur Cl. Barthius lib. XIV. *Adverſ.* cap. 7.

l. ead. *Procelloſum, aſperum*] MSS. Ed. Mediol. Vin. Exon. addunt *mare.*

l. 19. *Dum Aegyptum penè & montem Arabiae Caſium attingit*] MSS. Ed. Vin. *attingat*, idque omnino reponendum.

l. 23. *In ipſo Carmani navigantium dextra poſiti*] Praeſtantiores MSS. Edd. Ald. Junt. Exon. *Carmanii*, & mox *Carmanios*, ac *Carmaniis.* Tacitus lib. VI. *Annal.* cap. 37. *Quia Hyrcanis Carmaniiſque per adfinitatem innexus erat.* Aelianus lib. III. cap. 2. *de Nat. Anim.* Καρμάνιος ἀνήρ.

l. 27. *Interiora Gedroſi*] Aliquot MSS. & Ed. Exon. *Cedroſi.*

l. 28. *Sub Paſargadis Coros*] MSS. *ſupra Sandis & Chøros* pro *ſupra Andanis* (quomodo correxit Hermolaus, atque edidit Vinetus) *& Coros.* Vin. *Corios.* Plinius lib. VI. cap. 23. *Ab initio ejus* (orae Carmaniae) *ad flumen Sabin centum mill. paſſuum. Inde vineas coli & arva ad flumen Andanin* XXV. *mill. ſpatio.*

l. 36. *Sed latè diffuſus*] Particula adverſativa abeſt ab omnibus MSS. & Ed. Mediol.

l. 37. *Diuque ſedentibus aquis & ſine alveo patulis piger*] MSS. & Ed. Mediol. Exon. *diu ſedentibus aquis piger, & ſine alveo patulus.* duo MSS. *patulis.*

l. 41. *Inde tenuis rivus, deſpectus emoritur*] Tres MSS. *inde tenuis ripis*, quomodo in domeſticis ſcholis ſcribendum monuit Parens. Voſſ. 3. *inde tenuis ripis rivus.*

l. 58. *Carrae, & Arabia, & Gandamus*] Ed. Junt. Exon. *Carrae, & Arabia, & Gadamus.* MSS. *Chara, Caria, Charia*, vel *Carra, & Arabia, & Gadamus*, vel *Gadanus.* Ed. Mediol. *Cara, & Arabia, & Gadamus.*

l. 61 *Deinde inter promontorium Aënnum*] MSS. *deinde inter promontoria Meronenen, Maeneretion*, vel *Maerenon*, corruptè pro Μυὸς ὅρμον, quomodo legendum conjecit Pintianus, atque edidit Reynoldus.

l. 66. *Ideoque referendus, quòd ex Nili alveo dioryge adductus. Extra ſinum, verùm tamen in flexu etiam non modico Rubri maris pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt*] Aliquot MSS. *verùm in flexu tamen.* ut apud Salluſtium *Catil.* cap. 8. *Athenienſium res geſtae, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplae magnificaeque fuerunt: verùm aliquanto minores tamen, quàm fama feruntur.* Edit. Vineti: *abductus. Extra ſinum, verùm t. in flexu etiamnum Rubri maris, pars.* Voſſ. 1. *veruntamen inflexu etiam non Rubri maris.* Barthius lib. xv. *Adverſ.* cap. 6. pag. 799. hunc locum ita emendabat: *quod ex Nili alveo Dioryche abductus, extra ſinum verum inflexus*, vel *extra verum ſinum influxus.* i. influens. *At non Rubri maris pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt.* vel, *At non Rubri maris pars, quae beſtiis infeſta, ideo deſerta eſt.*

l. 68. *Partem Panchaei habitant*] MSS. *Panchai, Panthaii, Panchii. Candei* Plinio lib. vi. cap. 29. *Introrſus Candei, quos Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci aſſueti.*

l. 70. *Hi quos ex facto, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos vocant*] Cl. Barthius d. l. τὰ *quia ſerpentibus veſcuntur*, meras gloſſas eſſe, ideoque delenda exiſtimabat.

l. 71. *Quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando defecit*] Ita Voſſ. 3. verùm reliqui MSS. *deficit.* τὸ *frugibus* è gloſſa τοῦ *ſatis* ortum fuiſſe cenſebat Barthius d. l.

l. 73. *Multa ſerpentum genera*] MS. Mediol. *ſerpentium*, & paullo poſt *paludium*, ut Vinetus edidit.

l. 77. *Emergere, in magno examine volantes Aegyptum tendere* ] Voſſ. 1. *emergere, & in magno.*

l. 90. *Atque in urbem, quam Solis appellant, flagrantibus archio buſtis inferens ſeſe memorando funere conſecrat* ] MSS. *atque in urbe*, vel *& in urbe*, & τὸ *ſeſe* ignorant octo MSS.

l. 92. *Humus cineri magis fit quàm pulveri ſimilis* ] Cl. Barthius lib. XIV. *Adverſ.* cap. 17. excluſa voce *pulveri* malebat, *cineri magis quàm ſimilis.* i. ſimillima.

## Cap. IX.

l. 1. *Aethiopes ultra. Sedem Meroën habent* ] MSS. & vett. Edd. atque Exon. *Aethiopes ultra* (Voſſ. 1. *Ultra Aethiopes*) *ſedent, Meroën habent.* Cl. Barthius lib. XV. *Adverſ.* cap. 6. legit, *Aethiopes ultra ſedem; Meroëni habent terram, quam Nilus primo ambitu inſulam facit.*

l. 6. *Aequi corporis* ] i. corporibus ſibi ſimiles. Confer Avum *Diatr. in Papinii Statii Silvas* cap. 61. pag. 397.

l. 7. *Parumque venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum* ] Mediol. Gud. Chiſ. Voſſ. 3. 4. Periz. *parumque veneratiores veluti optimarum alii* (Periz. *alium*) *virtutum.* Leid. *parum quia veneratores veluti optimarum alùi virtutum.* Voſſ. 1. *parum venerati oris veluti optimarum alii virtutum.* Edit. Exon. *parumque venerati opes veluti optimarum aliis virtutum.* Cl. Voſſius autem ad h. l. notat: „ Scribe, *pulchri forma, aequi corporis, parumque venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum.* " ad quae verba Avus adnotavit: „ Forte *alias* voluit, ſecus haud intelligo. " idemque etiam à Cl. Perizonio animadverſum. Barthius d. l. legit, *parumque venerati honores, veluti optimarum alumni* (ita ediderat Steph.) *virtutum.*

l. 14. Ἡλίου τράπεζαν ] Cl. Perizonius margini editionis paternae adſcripſerat: „ Vide Gruteri Lampadem tom. 1. pag. 243. " ubi Beroaldus *Sylloge Annotat. in Gellium* de menſa Solis agens integram hanc periodum exhibet, ſed valde corruptam. Ita enim ille: „ De hac menſa Solis ita ſcriptum reliquit Pomponius Mella: *Eſt locus in Aethiopia paratus, ſemper epulis refertus, & quia ut libet veſci, veſcentibus licet, Heliotrapezam appellant, & paſſim appoſita ſunt, quia affirmant innaſci ſubinde divinits.* "

l. 21. *Sed peſſum penitus accipiat*] Ita ex libris ſe repoſuiſſe ſcribit Cl. Voſſius; verùm MSS. Ed. Mediol. Vin. Exon. aliaeque legunt, *ſed peſſum* (Leid. *peſſimi*) *&* *penitus accipiat*. τὸ *&* *penitus* tanquam gloſſema expungit Cl. Barthius d. l.

l. 25. *Ceterum oris ad eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit*] Aliquot MSS. & Editt. *oras*. quomodo etiam legendum videbatur Cl. Perizonio, qui ad marginem editionis paternae adnotarat: „ Leg. *oras*. Videtur ortum " „ ex vitio Voſſianae. " & ad marginem Editionis Voſſ. etiam *oras* emendaverat.

l. 30. *An exhauſto fluctu ſine fine Africa ſe extenderet*] MSS. *an exhauſta fractu* (Voſſ. 1. *exhauſtra tractu*, litera *r* in priore voce puncto notatâ. Voſſ. 2. *exauſta hiatu*) *ſine fine ſe Africa extenderet*. Ed. Mediol. *an exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet*. Ed. Vineti, *an inexhauſta tractu ſ. f. A. ſe extenderet.*

l. 62. *Unde viſuntur patentes magis campi, quàm ut proſpici poſſint*] Mediol. Voſſ. 1. 4. *perſpici*, quam lectionem conjectura asſequutus fuit Cl. Perizonius. Curtius lib. IV. cap. 12. *Sed caligo, quam circà humidi effuderunt montes, univerſam quidem rei faciem non abſtulit: ceterùm agminum diſcrimina atque ordinem prohibuit perſpici.*

l. 64. *Hinc opinio ea fidem cepit*] MSS. Ed. Mediol. *Hinc opinio cauſae fidem cepit.*

l. 68. *Nocte crebri ignes micant, & veluti caſtra latè jacentia oſtenduntur*] Voſſ. 1. Ed. Vin. *oſtendunt.*

l. 71. *Nec jam dites, ut hi, quos diximus*] Cl. Perizonius margini editionis paternae adſcripſerat: „ Ex Voſ- " „ ſiana editione vitium typographicum. Al. *tam.* " & in Voſſ. edit. idem Vir Cl. correxit *tam* pro *jam*, quomodo ediderunt Sanctius, Stephanus & Schottus, renitentibus MSS., à quibus etiam abſunt voces *ut hi*. *Jam dites* etiam legitur in Edit. Mediol.

l. 80. *Solus in mediam regionem ad orientem abit*] Septem MSS. Ed. Vin. *Solus in mediam regionem & ad orientem abit*. Vide Ciacconium.

l. 84. *Ubi ad Eoa poſſit*] Leid. *poſſint*. Editio Vineti, *proceſſerit*, atque ita in Mediolanenſi editione correxerat Hannibal Cruceius. Cl. Oudendorpius malebat, *profilit*, quod verbum eodem modo uſurpavit Auctor lib. II. cap. 4. *Inde tam citus* (Padus) *profilit, ut diſcusſis fluctibus diu* &c. atque Ovidius lib. XV. *Metamorph.* v. 272.

&

*& antiquis tam multa tremoribus orbis*
*Flumina proſiliunt.*

& Plinius lib. v. cap. 9. de Nilo: *iterum arenis receptus conditur rurſus* xx. *dierum deſertis ad proximos Aethiopas: atque ubi iterum ſenſerit hominem, proſilit fonte, ut veriſimile eſt, illo, quem Nigrin vocavere. Nigris* autem Plinio dicitur fons Nili, qui à Mela *Nuchul* appellatur.

l. 95. Ἑσπέρου κέρως] Ita quoque legendum apud Ptolemaeum lib. iv. cap. 6. pag. 123. pro Ἑσπερίου, ut vulgò editur.

## Cap. X.

l. 10. *Uſque in nubila erigitur*] Voſſ. 1. *nubilum.*

l. 12. *Contrà Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis, & ſubinde alii ſuper aliis innaſcentibus nihil ſollicitos alunt*] Ita Chiſianus, atque Editio Vineti. MSS. & Edit. Mediol. *ſuper alios*, probante Cl. Oudendorpio, cui eodem modo *aliis ſuper alios* dictum videbatur, quo ſupra lib. 1. cap. 9. *quibus ſubinde alium ſuper alios orbem agentibus.*

l. 17. *Alterum qui guſtavere, riſu ſolvuntur; ita affectis remedium eſt ex altero bibere*] Septem MSS. Edd. Mediol. Junt. Vin. Exon. addunt *in mortem.* Voſſ. 1. *alterum qui guſtavere, ſicut riſu ſolvuntur in mortem; ita effectis remedium eſt ex alio bibere.*

l. 20. *Quos ſerpere quàm ingredi referunt*] MSS. Ed. Junt. Exon. *quos ſerpere potius, quàm ingredi* (Voſſ. 1. *gradi*) *referunt.* Ed. Mediol. Vin. Salm. & Steph. *quos ſerpere magis q. i. r.*

l. 36. *Hic Antaeus regnaſſe dicitur, & ſignum quoque fabulae clarum prorſus oſtenditur*] MSS. & vett. Edd. atque Exon. *& ſignum quod fabulae clarum pr. oſt.*

l. 40. *Unde ubi aliqua pars eruta eſt, ſolent imbres ſpargi, & donec effoſſa repleantur, veniunt*] Octo MSS. & vett. Editt. *eveniunt.* Columella lib. iv. cap. 32. *Talea, & tota arundo ſeriùs praedicto tempore evenit.*

l. 47. *Et Lixo flumini Linx proxima*] MSS. *Limo, Luno, Limio, Lixio,* vel *Linco proxima.* Ed. Vineti, *& Lixo flumini Junxo pr.* Exon. *Lynxo.* Vide Cl. Voſſium.

DEDI-

# DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

## HERMOLAI BARBARI DEDICATIO.

### HERMOLAI BARBARI IN POMPONIUM MELAM AD ALEXANDRUM SEXTUM, Pontificem Maximum, *PRAEFATIO.*

Eccum Pomponii Melae conterranei tui, Princeps maxime, Libellum aureum: cujus lectio, ut noſti, ad hunc diem uſque adeo mendoſa ferebatur, ut nec agnoſcere auctorem ſuum poſſet, nec agnoſci. Trecenta in eo, quae manabant, ulcera, vel cicatrice vel ſplenio conteximus, illum omnino pauciſſimis demtis aſſecuti, ut ſe majeſtati tuae non Barbara & Hiſpanienſi facie, ſed Latina & Hiſpana repraeſentare poſſit. Hoc ipſum in Seneca & Quinctiliano & Columella praeſtitimus quidem locis aliquot per tranſitum, & inter ceteros. Verùm de iis quoque plura mihi diſſerendum foret ſecretius, opere dicato, ne inter hanc quaſi turbam emendationum, luculentiſſima tuorum, ut ita dicam, municipum atque civium monimenta, negligentius haberi viderentur. Sed avocant nos majora quaedam ſtudia, urgemusque noſtrum illud vetus, omnes Ariſtotelis libros in Latinum vertendi exponendique propoſitum. Quod ſi ad exitum perduxero, nam bona ejus pars jam pridem peracta eſt, non dubito futurum, quin de reliquo in litteris labore gratia mihi fiat. Nam Dioſcorides cum noſtro Corollario propediem exiturus eſt.

PE-

# PETRI IOANNIS OLIVARII
# DEDICATIO.

## PETRUS IOANNES OLIVARIUS, VALENTINUS,

Ornatiſſimo ac Eruditiſſimo Viro,

## GULIELMO MAINO,

*Filiorum Chriſtianiſſimi Regis Francorum Praeceptori, novo Patrono ſuo,* S. P. D.

Poſteaquam ex aula in hanc Academiam me recepi, Maine eruditiſſime, liberatus illis fluctibus negociorum, quibus cum iſthic eſſem non alio ſolatio levabar, quàm tua honeſtiſſima ac doctiſſima conſuetudine, nactus aliquantulum ocii, coepi mecum cogitare, quibus officiis fundamenta ſuſcepti à te patrocinii mei jacere poſſem, & cum jam beneficia tua ſuſtinere minime valerem, diu profectò ſum reluctatus, non eſſe ingenui animi exiſtimans, tantam humanitatem ita à me negligi, ut nullum unquam darem ſignum vel tantillae recordationis. Itaque cum haec animo meo verſarem, commodum ſuccurrerunt annotationes in Melam, quas ſuperioribus diebus dictavi auditoribus meis, has licet exiguas & nullius ponderis ſi ad te mitterem, fore putabam *τὸ σημεῖον* meae erga te voluntatis, & quae planè magnam ſignificationem haberent mei in te animi. Quod equidem pollicitus fueram in aula, cùm tu ſponte perpetuam ſuſciperes propugnationem pro omnibus rebus meis. Erat hoc nomen apud me celebre, primum in Gulielmo Vuaramo archiepiſcopo Cantuarienſi: tum in Gulielmo Budaeo, novo patrono meo: poſtremò in te, quem ex uno, aut ad ſummum altero colloquio ita ſuſpicio propter ſummam integritatem, ita veneror propter exactam prudentiam ac eruditionem, ut nihil apud me ſit vel majoris momenti. Quare ſi has Annotationes, tametſi merito tuo minime reſpondentes, ea humanitate legeris, qua me in aula excepiſti, incitabis Olivarium tuum ad majora, quibus nomen tuum alioqui jam celebre vel perpetuò illuſtretur. Interea tibi omnia mea commendatiſſima eſſe cupio. Vale. Lutetiae, V. idus Julii. M. D. XXXVI.

PE.

# PETRI IOANNIS OLIVARII
# P R A E F A T I O.

## PETRUS IOANNES OLIVARIUS
## GEOGRAPHIAE
*Studioſo* S.

Quisquis es, qui has noſtras Annotatiunculas legeris, ſic habeto, me tantùm curasſe, ut Mela nuſquam non mendoſus, prodiret caſtigatior, deinde, ut veteribus nominibus nova redderem. Alterum praeſtitimus, judicio eruditisſimorum virorum, & in primis Guilielmi Budeai: alterum, quod difficile viſum fuit, cum ob mutata oppida & deleta, tum etiam ob frequentes inundationes, reddidimus, quanta potuimus diligentia. Nam Vadianus, vir omnium judicio eruditisſimus, praeter ea quae ex variis auctoribus citat, unde facilè colligere posſis hominem multae fuisſe lectionis, raro adducit, quo vel locos depravatos emendet, vel deſideratos reſtituat, contentus illa doctisſima oſtentatione, quanquàm iis quae ad hiſtoriam ſpectant, non minus valuerit ille, quàm digresſionibus prolixisſimis & moleſtisſimis. Sed ne aliquis putet me id dixisſe, ut officerem nomini Vadianico, ſciat me in pleriſque lectorem ad Vadianum mittere, ut apud eundem latisſimè colligat vel hiſtoriam vel fabulam. Caeterùm quod attinet ad locos difficiles, quos Vadianus vel negligit, vel ſubticet, illud magnis ſudoribus effecimus, ut eſſent vel omnibus clariores, quod an praeſtiterimus, aliorum Geographorum ſit judicium, quorum cenſuram libenter ſubituri ſumus, modò id fecerint in publicum commodum, cui perpetuò ſtudemus. Vale.

### IN VITAM MELAE.

Non fuit animus quicquam in vita Pomponii attingere, quando ab aliis diligenter tradita eſt, tantum illud inter legendum Pictavii admonueram, esſe nonnullos, qui putarent,

rent, fuiſſe Melam Tariffenſen. Oppidum eſt, Tariffa in Hiſpania Betica, juxta fretum Gaditanum, olim Belon, in ea parte regni Granatae, quae eſt Turdulorum. Contendunt hoc Tariffenſes ex vetuſtisſimis monumentis, quin etiam defendunt eſſe Tariffae aliquot genere Melanos: factum hoc ajunt ob vicinitatem Belonis & Mellariae, ut hinc migraverint in Belonem Mellarii. Libuit haec admonere in gratiam vetuſtatis.

## FREDENANDI NONII PINTIANI

# D E D I C A T I O.

# REVERENDISSIMO PATRI,

*AC ILLUSTRI PRAESULI,*

## DOMINO JOANNI QUINONI,

### SALMANTICENSIS ACADEMIAE PRAEFECTO,

*Fredenandus Pintianus, Rhetoricae, & utriusque linguae in eadem Academia Profeſſor, perpetuam felicitatem.*

Legiſti illud minuti auctoris, Praeſul ampliſſime, *Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus*, &c. Opuſculum enim paucis his diebus, horis ſucciſivis, tumultuaria opera, benè malè contextum, ad munificentiam tuam affero. Cùm enim proximis Vacunalibus expoſuisſem Pomponium Melam Geographum ſtudioſis quibusdam adoleſcentibus, qui id à me, cum à publicis ſcholis feriarentur, enixè petiere, non ſatis habens quod efflagitaverant praeſtitiſſe, Obſervationes quoque in eum, etſi aliis curis ſtudiisque occupatus, compoſui. Simul ut pleniore obſequio demererer amantes mei, ſimul ut homo Hiſpanus (quod in caſtigando Seneca aliquot antè annis feceram) Hiſpano rurſus

ſus auctori moribundo ac propè conclamato, opis ipſe etiam pro virili parte aliquid afferrem. Scripſit ante me in eum Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquilejenſis, eximiae vir eruditionis, Caſtigationes Alexandro Sexto Pontifici Maximo dicatas. Annotavit pauca quaedam Mariangelus, vir & ipſe egregiae litteraturae. Nec defuerunt alii, conantes laudabili ſanè omnes propoſito mederi auctori clarisſimo, quem intelligebant, niſi tempeſtivè ſuccurrerent, non multo poſt periturum. Tot enim ulceribus ſcatebat, tot erat vomicis, cacoëthibus carcinomatis, ut cum Catullo ſic loquar, externatus, vix ut multi chirurgi, & quidem artis peritisſimi, ne dum unus aut alter curando ei ſufficere poſſe viderentur. Plurima in eo verba deſiderabantur, nec ſingula modò verba, ſed verſus interdum aliquot. Quaedam redundabant, falſo ei attribura; alia praepoſtero ordine, alia mendoſisſimè ſcripta legebantur. Multis imperitorum Grammaticorum, ſacrificulorumque glosſematis, ineptis item impudentium caſtigatorum appendicibus refertus erat. Quae omnia qua potui diligentia, partim ſolus poſt tot cenſuras, ut reor, ſanavi; partim in meliorem conditionem redegi, ad accuratiorem magisque exactam disquiſitionem revocata. Ita tamen in omnibus judicium interpoſui meum, ut liberum unicuique relictum vellem ſuum. Hujus igitur quicquid eſt libelli nuncupatio, multis quidem de cauſis, ſed duabus potisſimum amplitudini tuae debebatur, Praeſul eximie: Tum ut lecto in ipſis initiis tuo nomine, favorabilior esſet apud Salmanticenſes tuos, qui te ut communem patrem amant, ut juſtum ac beneficum Principem, ſummisque fortunae, honoris, ingenii, virtutis, ornamentis praeditum colunt & obſervant. Tum etiam quod libellus ipſe à te viro Graeca ac Latina eruditione praedito, facundia planè Romana, acri ſubiimique ingenio comprobatus, emittetur ductu auſpiciisque tuis, improbatus remeabit ad dominum, ut clauſus (quod ſummus Poëta ait) tenebris & carcere caeco det poenas temeritatis ſuae. Vale.

*Salmanticae. Anno* M. D. XLIII.

FRED-

# FRED. NONII PINTIANI
# PRAEFATIO
## IN
## RETRACTATIONES QUORUNDAM LOCORUM
## IN
# POMP. MELAM.

Quam ſit operoſa, & ad errandum proclivis ac parata materia, Orbis ſitum tractare, Pomponius Geographus, in quem ſecundò ſcripturus ſum, ſatis oſtendit, in ipſa confeſtim praefatione teſtatus, *opus ſe aggredi impeditum, facundiae minimè capax, & perplexi ſatis ordinis.* Plinius etiam initio tertii *Hiſtoriae naturalis*, eandem rem dicturus, quaſi veniam petens, ſi quid proderet quod esſet à veritate disſentaneum; infinitum id opus exiſtimari ait, nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatum. Nullum esſe genus in quo venia juſtior ſit: ſi modo minimè mirum eſt hominem genitum non omnia humana novisſe. Nos igitur cum homines ſimus, & nihilo (ut dici ſolet) vicinis noſtris meliores, mirandum non eſt, ſi in Commentariolo, quem non multo ante in Pomponium Melam, auctorem quidem eximium & memorandum, ſed malignitate temporum longè omnium depravatisſimum; tumultuaria opera compoſuimus, aliqua ſcripſerimus, quae cenſuram recipiant, retractarique egeant. Sic Hermolaus Barbarus ſingularis vir doctrinae, ut veteres omittam, in *Plinianis caſtigationibus* multa prius dixit, quae poſtea in ſecunda editione damnavit: ſic etiam poſt Hermolaum alii, quos taedii vitandi gratia praetereo. Accedit alia noſtrorum temporum peculiaris cauſa: Tot enim ſunt ubique alienorum laborum inſidiatores, ut niſi contra Horatianum praeceptum, qualemcumque parturieris, foetum è veſtigio edas, dicam, an abortias; in promtu ſint mille Corycaei, qui illum adhuc in utero matureſcentem per occultos cuniculos, arteſque fraudulentas extractum, impudentisſima fronte ſibi vendi-

cent. Quae mihi ſatis ſuperque hujus rei perito unica maturandae editionis, vel praecipitandae potius, ratio fuit. Sed ut ad inſtitutum veniam, quae aut non ſatis rectè dicta in Pomponium viſa ſunt, aut omisſa, quae dici non inutiliter potuere, paucis attingam.

---

# HENRICI STEPHANI
# PROLEGOMENA
## IN
# POMPONIUM MELAM.

Dionyſii Poëmatio de ſitu orbis, Pomponii Melae opusculum non ejusdem argumenti ſolum, ſed etiam nominis, adjungendum cenſui. Ipſius autem Melae libello non tam adjungendas quam inſerendas Petri Olivarii annotationes exiſtimavi, in quibus quid ſit diſcriminis inter vetera & recentia locorum nomina oſtendit. Hinc factum eſt, ut mihi quas ſequutus ipſe esſet editiones, easdem magna ex parte ſequi necesſe fuerit, lubenter alioqui ab illis frequentius diſcesſuro. Neque enim ſolum aliter nomina quaedam ſcripſisſem (ut *Hadrumetum*, aut *Adrumetum*, non *Hadrumentum*, *Pityuſa*, non *Phitiuſa*, praeſertim quum etymum ipſum illam ſcripturam, non hanc, probet, ſicut *Pteleon*, non *Phtheleon*: item *Heniochae*, vel potius *Heniochi*, non *Eniochae*) ſed etiam ex vocabulis, quae nihil minus quam in nominum propriorum ſunt numero, facere propria ne ipſe quidem alicubi fortasſe dubitasſem, praeſertimque alicujus veteris exemplaris auctoritate & velut praeſidio munitus. Exemplum eſt lib. II. cap. 6. *Tarraco urbs eſt in his oris maritimarum opulentisſima. Tulcis eam modicus amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit.* Fortasſis enim hic & ipſe *deorſum* in *Dertoſam* vertere auſus fuisſem, hoc modo, *Tulcis eam modicus amnis, ſuper ingens Iberus Dertoſam attingit.* quum apud Strabonem quoque huic urbi, ἐπ' αὐτῇ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, id eſt, *in ipſo Iberi trajectu*, locum ſuum

ſluum dari videamus. Et non multo poſt ab eo ſcribi, ὁ δὲ τοῦ Ταῤῥακῶνος, ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος, κατὰ Δερτῶσσαν πόλιν. Exemplum aliud inſigne eſt lib. II. cap. 7. *In Myrto Cythera, contra Maleam emiſſa, & Theganuſa contra Acritam.* quum enim hic eodem metamorphωſεως genere *Onuſſa* in *emiſſa* mutatum eſſe duo etiam vetera exemplaria clament, lubenter hanc metamorphoſin, ejusque memoriam, quantum in me fuisſet, abolevisſem. Sic autem lib. I. cap. 2. ubi ſcriptum eſt, *Inde proxima eſt Ariane*, quum locum *Indis* datum adverbium *inde* occuparit, illis velut poſtliminio in illum redire permiſisſem. Sed raro tamen ad talem mutationem venire oportuisſet: at vero ſcripturae mutatio in iis vocabulis, quae in illis quoque editionibus nominum propriorum locum tenent, non infrequens fuisſet, ut lib. II. cap. 2. *Eſt Macidos, eſt Eleus, quae finit Helleſpontum.* hic enim *Macidos* in *Madytos* mutari debuisſet. Et lib. II. cap. 7. *Hyria* in *Aſteria* non minori cum ratione mutari potuisſet. ſed inter hosce duos errores eſt hoc diſcriminis, quod *Macidos* nullius loci nomen eſſe exiſtimetur: (quamvis lib. I. cap. 13. *Natidos* terminatione eadem, quaedam colonia appellatur) at *Hyria* recte quidem ſcribatur, ſed non de inſula de qua ibi agit Mela, verum de aliis locis. Quod autem de *Macidos*, idem & de *Caprullon* dicendum fortasſe fuerit lib. II. cap. 2. neque enim dubito quin κάπρον λιμὴν à Mela ſcriptum ſit, & *Caprullon* non aliunde quam ex errore manarit. Atque hic non omittam quendam locum lib. II. cap. 3. *Canaſtreo promontorio Scione proxima eſt.* Merito enim aliquis hic nomen *Scione* ſuſpectum habeat, quum jam praeceſſerit, *Mende Scionéque referendae.* atque adeo vet. in illo altero loco habet *Sane*, non *Scione*. Interim vero fateor multa in vet. libris inveniri nomina aliter quam hic ſcripta, quae non temere & ſine examine pro noſtris ſubſtitui debeant. Ex eorum numero eſt lib. II. cap. 3. Κωφὸς portus pro *Copos*: & paulo poſt, *Icaris* pro *Derris*. Et lib. II. cap. 7. *Marathuſa* pro *Manethuſa* (niſi nomen illud duobus diverſis locis datum fuit) & *Titana* pro *Trucones*. Ibidem pro *Thera* eſt in uno veteri *Thyatira*, quum fortasſe lectio illa, non haec, aliorum Geographorum teſtimoniis confirmari posſit. Conſulendi autem hi fuerint & ubi quod de uno loco in typographicis editionibus dicitur, in vet. de altero dictum invenitur. Exempli gratia, quum legatur lib. II. cap. 2. *Deinde promontorium Serrium, ex quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora: & Zone:* ſic in

Vvv 2 quo-

quodam vet. ſcriptum eſt, *Deinde promuntorium Serrium &, quo canentem Orphea ſecuta narrantur etiam nemora, Zone.* Talis autem orationis ſtructura, interjectis inter particulam &, atque nomen loci, iis quae de illo teſtatur, obvia eſt in plurimis hujus Scriptoris locis. Neque vero minus quam Geographi conſulendi erunt & alii Hiſtorici de lectionibus etiam inter quas talis eſt differentia, qualis inter duas de amni Mulucha lib. I. cap. 5. quum enim ibi ita legatur, *Mulucha ille quem diximus amnis eſt ingentium olim regnorum terminus, Bocchi Jugurthaeque:* hanc lectionem illius loco quidam vetus liber exhibet, *Mulucha ille, quem diximus, amnis eſt nunc gentium olim regnorum quoque terminus, Bocchi Jugurthaeque.* Ac cap. ſeq. pro his verbis, *Cyrtha procul mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus, Jubae & Siphacis, cum foret opulentisſima:* iſta ibi inveniuntur. *Cirtha porcul mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus: & quum Siphacis foret, opulentisſima.* In conſilium adhibendi erunt & ubi talis erit differentia inter duo vocabula (non tamen propria nomina) qualis in iſto loco lib. III. cap. 9. *Alit & flumen & minora quidem, ejusdem tamen generis animalia gignens.* In vet. enim pro voce illa *flumen*, legimus *papyrum*. De hoc quoque monendus es, quaedam esſe quae in vet. quoque diverſe diverſis in locis ſcribantur: ut *Bragada*, ſive *Bagrada*, in eo loco qui eſt lib. I. cap. 7. at *Magruda* in alio quem habet lib. III. cap. I. (pag. 252.) Sed quid de quodam loco dicemus qui eſt lib. III. cap. 2. de hoc inquam, *fluuntque per eos Avo Celandus, Nebis, Minius, & cui oblivionis cognomen eſt Limia.* quae enim oblivionis ſignificatio appellationi iſti *Limia* ſubesſe dici poteſt? & tamen in vet. quoque ita ſcriptum eſt: unde alioqui expectandum fuisſet potius *Lethia*. Itidemque lib. II. cap. 4. ubi ſcriptum eſt: *direptisque populis immanibus usque in Thraciam penetrant*, exſpectasſem *diremtisque*, ex vet. ut conjectura mea confirmaretur (de qua te facile mihi asſenſurum puto) quum tamen & ibi *direptisque* legatur. Hi autem aliique nonnulli loci faciunt ut praeter illa vet. exemplaria, unde petitae ſunt eae lectiones diverſae quas paulo ante attuli, aliorum etiam auxilio nobis opus esſe dicam, ut Melam aliquando tandem ſuae dignitati plane reſtitutum habeamus. Mihi enim neſcio quam in hoc Scriptore vel potius in hujus ſcriptis dignitatem & gravitatem (quanta quidem certe in tale argumentum cadere poteſt) animadvertere videor. Nec vero dubito quin

ex

ex optimis quibusque & celeberrimis Scriptoribus magnam eorum partem excerpſerit, quae ejuſmodi erant, ut fidem penes vetuſtatem eſſe, vel eorum teſtem eſſe vetuſtatem (ut ille dicit, *niſi ſit pro teſte vetuſtas*) oporteret. Sic in iis quae de Hyperboreis ſcribit, non dubito, quin Callimachum (qui in ſuis poëmatis quovis alio eſt ἱστορικώτερος) inter alios conſuluerit. *In Aſiatico litore* (inquit) *primi Hyperborei ſuper aquilonem* &c. Paulo poſt, *Et diutius quam ulli mortalium & beatius vivunt.* Pauciſſimis verbis interjectis, *Sacris operati, maxime Apollinis: quorum primitias Delon miſiſſe initio per virgines ſuas, deinde per populos, ſubinde tradentes ulterioribus*, &c. haec enim omnia habet Callimachi in Delum hymnus. Libet autem obiter de quadam lectione hujus etiam paginae, & quidem loci qui non procul hinc abeſt, te commonefacere. nam ubi habes de Hyperboreis, *Et ubi eos vivendi ſatietas magisque taedium cepit*, ſcribendum potius ex vet. libro, *ſatietas magis quam taedium*. quod tam proprie tamque eleganter dictum eſt, ut nihil vel ad ſermonis proprietatem vel ad elegantiam addi poſſit. Caeterum (ut mea unde digreſſa erat revertatur oratio) in eo quod ſcribit paulo poſt, *Amazones ſed quas Sauromatidas appellant*, prudentiam ejus perſpicimus, qui, haec addendo, *ſed quas Sauromatidas appellant*, ſibi caverit. nam de Amazonibus multa fabuloſe ſcripta eſſe, aut ſaltem ita ſcripta ut fabuloſa viderentur, quosdam, ne fuiſſe quidem unquam Amazones, exiſtimaſſe, in mentem illi veniebat: at Sauromatidum à Platone quoque mentionem fieri in uno ex ſuis libris *de Legibus*, tanquam earum de quibus inter omnes conſtaret. atque ex duobus ejus locis unus eſt pag. 804. meae edit. alter pag. 806. Atqui (dicet quiſpiam) alibi Amazonum mentionem facit, non itidem adverſus Lectorum reprehenſiones ſe muniens. Imo vero ſe munit, quum addit *memorantur*: itidemque alibi *traduntur*. In alio quidem ejusdem libri loco, qui minimum à fine abeſt, non itidem ullo tali verbo utitur, ſed ibi quoque de Sauromatidibus eum loqui oſtendunt quae proxime praecedunt. Simul vero, quam diligens fuerit in diſtinguendis iis quae plerique confuderunt, vel ex hoc ipſo de Amazonibus ſermone cognoſcimus. nam quum nonnulli (ex quibus eſt etiam Euſtathius *in Dionyſium*) omnes Amazones alio nomine dictas Sauromatidas tradant, ex hoc (ſi attendere velimus) quomodo eas quae Sauromatides cognominabantur, à caeteris diſtinguere oporteat, diſcemus. Quemadmodum autem

ſuam hac in re aliisque hujusmodi diligentiam oſtendit, ita etiam prudentiam (ad eam enim redeo) vel in iis quae ſaepe iterat verbis, *Si fidem res capit*, *Si credere libet*, *Si credatur*, *Ut ferunt.* neque enim magis caute quisquam loqui posſit. At multa narrat, quae quum fidem non mereantur, tamen praefatiuncula tali ab eo non praemuniuntur. Ego vero reſpondeo, primum non dicenda esſe fidem non mereri, quaecumque eam mereri non videntur, multumque inter haec duo esſe diſcriminis, deinde multa majoribus noſtris illum legentibus incredibilia videri potuisſe, in iis quae de variis variarum gentium moribus ſcribit, de quibus quotidianae hominum noſtrae aetatis navigationes dubitare vix ſinunt. Atque hſc commodum in mentem mihi venit ejus quod aliquando apud doctisſimum illum virum Joach. Camerarium (cujus jam à triennio lugere mortem Muſae utraeque non deſinunt) *Comment. in V. Tuſcul. Quaeſt. Ciceronis*, legi, illud de Indicis uxoribus, à navigatoribus nuperis esſe confirmatum; Quum enim Cic. *Tuſc. Quaeſt. lib.* v. ſcribat: *Mulieres vero in India, quum eſt cujusque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: (plures enim ſingulis ſolent esſe nuptae) quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis, unà cum viro in rogum imponitur: illa victa, moeſta diſcedit.* in eum locum Camerarius, Herodotus, inquit, *Terpſichore*, de Thracicis mulieribus hoc tradidit, eorum qui ſupra Creſtonios loca incolerent. Et aliquanto poſt: Sed plerique alii omnes de Indicis mulieribus hanc hiſtoriam tradidere: & iſti navigatores nuperi idem narrant: nosque audivimus de quodam qui affirmaret vidisſe hoc ſe oculis ſuis. Addit vero & Plutarchi hac de re locum, nec non Propertianos verſus, quorum primus eſt,

*Felix Eois lex funeris una maritis:*

his ſubjungit ex Diodoro hiſtoriam, de contentione orta inter duas Cetei cujusdam, qui Eumeni militans occubuerat, uxores, utra hoc afficeretur honore, & ſui mariti rogo impoſita, unà cum eo cremaretur. Haec autem quum ita ſint, & quum ad haec teſtimonia alia multa accedant, miremurne Melam, hanc rem de Thracum uxoribus narrantem, illa quam dixi praefatiuncula non esſe uſum? Alia vero ſunt apud Melam, ſicut & apud caeteros Geographos atque Hiſtoricos, in iis quae ad gentium mores & inſtituta

ſpectant,

ſpectant, non adeo quidem mira, nonnulla etiam vix ulla admiratione digna, quae tamen ideo fidem non impetrant quod hodie apud illas ipſas gentes non comperiantur. Atqui, ut omittam non esſe ferendum de iis, quae Geographi caeterique Hiſtorici tradunt judicium & moribus iis, quibus noſtra aetate praeditas esſe illas gentes videmus, quod multae illis occaſiones degenerandi à ſuis majoribus praebitae fuerunt (praeſertimque quod ad eas attinet quae ab Ethnica majorum ſuorum ſuperſtitione ad Chriſtianismum, aut ab illorum libertate ad ſervitutem, aut etiam ab utroque ſimul ad utrumque tranſierunt) conſiderandum certe eſt, quidpiam in aliqua gentis alicujus parte animadverti potuisſe quod cum tota deinde gente communicatum fuerit. Horumque fortasſis è numero eſt quod de Germanis Mela ſcriptum libro tertio reliquit: *Bella cum finitimis gerunt: cauſas eorum ex libidine accerſunt.* Sed quacunque hoc de cauſa dictum à Mela fuerit, eos cauſas bellorum ex libidine accerſere, abiit certe in Gallicum proverbium, aut ſaltem materiam Gallico proverbio, & quidem vetuſto, dedit: quo dicitur, *Une querelle d'Allemagne*, de quaeſita ex re levi disſidii occaſione. Neque tamen tale quicquam (quod ſciam) hodie in Germanorum natura perſpicitur. Verum de his dicendi finem faciam, & ad hujus Scriptoris ſtylum veniam: ſi hoc addidero, videndum esſe ne diverſa nomina uni eidemque genti, ob diverſos populos, impoſita, in errorem te inducant. Qua etiam de re alicubi admonet. ut quum lib. 1. cap. 19. de Sauromatis loquens, ſcribit: *Una gens, aliquot populi, & aliquot nomina.* Eodemque Dionyſius modo de Oceano:

Τόσσος ἐὼν, καὶ τόσσα μετ' ἀνδράσιν οὔνομαθ' ἕλκων.

Quin etiam Danubium & Iſtrum quum diverſos esſe fluvios credere quis posſit, unum eundemque esſe, ex ipſo Mela diſcimus. *At ille fluvius* (inquit) *qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam deſinit nomine exoritur. Nam per immania magnarum gentium diu Danubius eſt, deinde aliter appellantibus accolis Iſter fit.* Sed jam eo quò dixi ſermonem convertam.

Ad ſtylum igitur hujus Geographi veniens, ſive ad ejus dictionem, aut ſermonem, brevitatem ſimul & proprietatem in primis eum commendare dico. Cum alia autem brevitatis habet adminicula (ut docui in meo *de ſermonis*

*brevitate* libello) tum hoc cum aliis etiam Scriptoribus commune, quod una eademque voce bis eodem in loco, duobus tamen modis, utitur. Exempli gratia (ne ab eo cujus modo mentionem fecimus populo diſcedamus) de Germanis ſcribit: *Immanes ſunt animis atque corporibus.* Alibi de Sarmatis: *Immanes ſunt moribus: immanemque famam habent, ſolere pro victimis advenas caedere.* Nec vero quaedam poëtica loquendi genera uſurpare dubitat: alicubi Virgiliana imitans (ſive ex ipſo Virgilio, ſive aliunde ea ſumſerit) veluti lib. I. cap. 4. *Deinde late vacat regio.* Ita enim Virgil. *Georg.* lib. III.

*. . . & longe ſaltus latéque vacantes.*

Alicubi quaedam poëtica quidem, ſed quae à Graeco ſermone ſunt oriunda: cujusmodi eſt hoc lib. II. cap. I. de Sarmatis: *Atque ob ſaeva hyemis admodum asſiduae demerſis in humum ſedibus, ſpecus, aut ſuffosſa habitant.* Sic autem paulo ante dixerat: *Per immania magnarum gentium diu Danubius eſt.* Nolim tamen te celare, in hoc poſteriore loco veterem quendam codicem illi adjectivo *immania* ſubſtantivum *ſpatia* addere, hoc modo: *Per immania magnarum gentium ſpatia diu Danubius eſt.* Quaedam etiam ſunt apud eum audaces & tamen elegantes metaphorae (quae itidem dici poëticae posſint) quarum è numero eſt haec lib. II. cap. 3. *Peloponneſi oram ſinus & promontoria lacerant.* ſquum antea dixisſet: *Vocaturque Peloponneſos ob ſinus & promontoria, queis, ut fibris, litora ejus inciſa ſunt.* Eleganti feſtivaque metaphora dicitur ab eo iſtud quoque lib. II. cap. 23. *qua terra dat gremium.* Itidemque lib. III. cap. 3. *Acre mare quod gremio litorum accipitur.* ubi pro *acre*, in vet. eſt *hac re.* Non multo ante autem elegans eſt & hoc, *Jus in viribus habent.* nec minus fortasſe ob elegantiam quam brevitatem laudandum. Sed tu, Lector, his paucis exemplis à me propoſitis, alia multa, ſi libebit, apponere poteris.

FRAN-

# FRANCISCI SANCTII DEDICATIO

## D. EMANUELI SARMENTO,

DOCTORI THEOLOGO,

Viro optimo

## FRANCISCUS SANCTIUS,

BROCENSIS

*S. P. D.*

Cur hac te praefatione appellaverim, Amice magne, tuae vitae integritas, & labor in optimis diſciplinis indipiſcendis me impulerunt. Jactent alii ſuum genus, & majorum ſtemmata, quum tu, qui in hac parte nulli cedas, ſemper id ſtuduiſti, ut in via virtutis, aliquid, quod proprium feciſſe poſſes gloriari, nanciſcereris. Nam genus & proavos, & quae non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco, inquit Poëta. Ego vero, ne vix quidem, nam ut Tragicus Hiſpanus ait. *Aliena laudat, qui genus laudat ſuum.* Quid tu à pueritia usque ad conſequutam in ſacra Theologia lauream feceris, effeceris, laboraveris, non meum eſt praedicare: res ipſa loquitur, & fama loquetur iis, & indefeſſa. Quum igitur tantorum laborum meritum praemium recepiſſes: vidi paratum & accinctum ad nova certamina capeſſenda: hoc eſt, ut totum te ad ſacrorum Bibliorum enodationem & interpretationem comparares. Hos tuos praeclaros conatus, generoſos animos, & ardentes ſpiritus compreſſi, & retardavi. Nefas enim ſemper duxi, quemquem in ſacroſancta utriusque Teſtamenti myſteria pedem penetrare, cui deſit aliquid eorum, quibus D. Hieronymus fuit exornatus, & inſtructiſſimus. Ille Graecos & Latinos Poëtas omnes, atque etiam Hiſtoricos, & Oratores trivit. Nec enim ſolum

Job, & Pſalmi, & Cantica Canticorum divinam poëſin redolent, ſed & omnes Prophetae, & Salomonis Parabolae poëticis figuris, ſimilitudinibus & ſuavisſimis modulis reſonant, & exornantur. Sedit tunc tibi haec ſententia: & intra paucos menſes hujus immenſi laboris praeclarum, & admirandum ſpecimen praebuiſti. Non enim raptim Poëtas, tanquam canis è Nilo, deguſtaſti: ſed ita Hippocrenen ructabas, ut metueremus ne relicta Dominae Sapientiae domo cum ancillis, quae ad fontem ſedent, choreas esſes ducturus. Has ignotas ante vias brevi tempore te docuit Pomponius Mela, quem fidum & dulcem comitem tantae peregrinationis accepiſti. Hunc tu quum me praeeunte diligenter evolveres, multa intellexiſti, quae ab aliis aut intellecta parum aut perperam emendata circumferuntur. Coepiſti tunc volentem incitare, ut ederem in vulgum, quae poſt Hermolaum, & Pintianum doctisſimos viros in Pomponium adnotasſem. Promiſi verbis facilius, quam re praeſtare posſim. Tot enim praelectionibus & publicis & privatis (ut alia multa praeteream) impedior: ut vix aliquis reſpirandi concedatur locus aut occaſio. Nec tamen proinde à te poſtulo, ut me promisſis exſolvas! imo vero ſtabo promisſis, & tarditatem majori foenore compenſabo. Interim tibi Pomponium mitto, dico, conſecro nudum, & ſine notis, ſed emendatiorem, & nitidiorem illo, quem aut Hermolaus Alexandro VI. Pontifici Max. dicavit: aut poſt Hermolaum noſter Pintianus expolivit. Sed & ut guſtum aliquem in hac tua epiſtola noſtrarum lucubrationum Lector accipiat, paucas, ſed inſignes emendationes, easque nudas ſubjiciam.

Ac primum *Pomponium Melam* non ab oppido *Mellaria* deduco: ſic enim *Mellarius*, ſive *Mellarienſis* diceretur. *Mela*, nomen Romanum fuit, ut *Valla*: *Mela* igitur ex urbe Tarteſſo, quam poſtea dixere Cartejam, nunc Algeziram, oriundus fuit. Locus corruptus lib. II. cap. 6. dedit anſam errandi. Antiqua lectio ſic habebat: *Carteja, ut quidam putant, aliquando Tarteſſos, & quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque unde nos ſumus Cingenteratum, Mellaria, & Bello:* Hermolaus pro *Cingenteratum*, *Cingente freto* emendabat. Pintianus expunxit *Cingenteratum*, & ſic legit; *atque unde nos ſumus, Mellaria.* Elias Vinetus Santo ſic. *Atque unde nos ſumus, Tingentera: tum Mellaria.* Ego vero: *Atque unde nos ſumus ex gente ea: Tum Mellaria.*

Lib.

Lib. I. cap. I. *Eademque in duo latera.* lego, *Eodemque*, hoc eſt, eodem Oceano, ex Macrobio & Mela cap. 9. de Nilo. Hic locus olim magnos viros exercuit.

Lib. I. cap. 2. lego, *eaedem gentes interiora tenent.* antea legebatur, *interiora litora tenent.* & ſtatim. *Super hunc ſunt Parthi, Suſii, & Babylonii: ſuper illum alterum Arabes & ſuper Aethiopas Aegyptii. Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii poſſident:* antea legebatur: *ſuper hunc ſunt Parthi, Aſſyrii, & Babilonii: ſuper illum alterum Arabes: & ſuper Aethiopes: Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii poſſident.*

Lib. I. cap. 9. legebatur. *Et ſupra tredecim millium annorum aetates certis annalibus referunt. Mandatumque litteris ſervant, dum Aegyptii ſunt, quater curſus ſuos vertisſe ſydera, ac ſolem bis.* Caeterum ego ex Herod. lib. II. locum reſtitui, & ex obſcurisſimo planum feci, hoc modo: *& ſupra totidem hominum aetates, certis annalibus referunt, mandatumque litteris ſervant, dum Aegyptii ſunt, quater curſus ſuos vertisſe ſolem ac bis jam occidisſe, unde nunc oritur.*

Lib. I. cap. 13. legebatur: *Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extol.* reſtitui, *fonte* ex Herod.

Lib. I. cap. 18. legebatur: *Iſthmos parvis urbib.* Hic nullus fuit Iſthmos. lego. *Is mox:* is deinde ſinus.

Lib. II. cap. 3. legebatur. *Tum Macedonum populi, quot urbes habitant?* Pintianus aliter, atque aliter. Reſtitui: *Tot Macedonum populi, quot urbes habitant.*

Lib. II. cap. 6. Olim ſic: *Tulcis eam modicus amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit.* pesſime. Lego: *Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus Dertoſam attingit.*

Lib. III. cap. I. Olim, *ut doctioribus placet, unum animal eſt.* reſtitui ex Ovidio, & aliis, *vivum animal.*

Lib. III. cap. 6. Olim, *notisſima India:* Pintiano diſplicebat vox *notisſima* & dixit mihi, & aliis diſcipulis ſcribendum *novisſima:* ego poſtea ex Commentariis Graecis *in Dionyſ. de Situ Orb.* elegantisſime locum correxi: *Seres interſunt, genus plenum juſtitiae, ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit, notisſimum. India non tantum* &c.

Lib. III. cap. 7. *Taurus attollit, collis utriusque maris angulus.* ſuſpicor in membranis fuisſe ſcriptum *Cois*, unde Typographus exſcripſit, *collis:* ego, *communis*, id eſt Tabis eſt communis angulus utriusque maris.

Lib.

Lib. III. cap. eod. Olim: *Inter ipſa oſtia rara tenet regio.* Pintianus dicebat minus male poſſe legi: *rara viret regio.* Ego ex ductu litterarum, & ex omnibus Coſmographis ſubſtitui: *Patalene regio.*

Lib. III. cap. 10. Olim: *in arenis mons eſt ſatis de ſe conſurgens.* hunc locum feliciſſime, ut multa alia, Pintianus emendavit, *in harenis mons eſt Atlas denſe conſurgens.*

De his & aliis in amplioribus commentariis ratio à nobis reddetur. Vale.

# ANDREAE SCHOTTI
# DEDICATIO.

## AD ILLUSTRISIMUM
## CASPAREM QUIROGAM,

*S. R. E. Cardinalem, & Archiepiſcopum Toletanum,*

ANDREAS SCHOTTUS, *Antverpianus.*

Exoſculor libens, ampliſſime QUIROGA, animum tuum in ornanda Academia Toletana: quo & me nuper, honoris mei gratia, in familiam tuam invitaſti, & publicum de me judicium Antonii Covarruviae, Academiae Praefecti, omnis antiqui Juris, Philoſophiae, Graecaeque linguae peritiſſimi; qui me Salmantica ad Graecarum litterarum profeſſionem evocavit, reapſe comprobaſti: Alvaro Gometio, viro optimo & eruditiſſimo, fatis extincto, & Divi ISIDORI Originum, ſeu Etymologiarum libris, qui PHILIPPI Catholici Regis ſumtu, tuoque auſpicio adornantur, immortuo. Cùm enim ex tui Pontificatus optimis reditibus

Com

Complutenſis Academia à Franciſco Ximenio ſit excitata: Gymnaſia verò auguſtisſima Salmanticae, Bononiaeque à tui ordinis majoribus exſtructa conſpiciantur; ſtudia litterarum, ut coepiſti, gnaviter tueri & fovere velis, etiam atque etiam oro, obteſtorque. Habe igitur animi in te mei qualemcumque teſtificationem, POMPONIUM MELAM, ſcriptorem Hiſpanum, antiquisſimum, & elegantisſimum Geographum, quem in hac ſtudiorum meorum peregrinatione, more majorum inſtituta, recenſui, & Annotationum Spicilegio illuſtravi, dum Itinerarii loco in hoc Hiſpanienſi itinere in manibus verſaretur: Sitque arrhabonis vice, dum majorum vigiliarum opus in tuo nomine appareat, latiorque in tuas laudes evagandi campus aperiatur, ſi vita ſuppeditabit, meaque ſtudia, ut velle video, fovere perges. Laborem verò meum, Hiſpanorum doctisſimo impenſum, cui potius donem, quàm Hiſpaniae ſummo Praeſuli, non video: idque exemplo V. C. Hermolai Barbari, Patriarchae Aquileienſis: quem Alexandro Sexto Hiſpano, Pontifici Max. eumdem olim Melam obtulisſe accepimus. Deus O. M. te diu Eccleſiae, & Reipubl. Chriſtianae ſervet incolumem. Toleti Carpetanorum à D. IV. Idus Aprilis: anno à partu Virginis CIƆ. IƆ. XXCI.

# ANDREAE SCHOTTI

# PRAEFATIO.

## *LECTORI S.*

Solemne illud in Auctoribus interpretandis ſervemus, erudite Lector, ut de Pomponii Melae, quem interpretandum ſuſcepimus, patria, quaque tempeſtate vixerit; & de conſilio editionis noſtrae poſt tot doctisſimorum virorum Comment. pauca dicamus. Inſcriptio enim veteris MS. ex Bibliotheca Divi Victoris Lutetiae, quicum vulgatam editionem olim comparavimus, *De Chorographia* eſt, non *De*

*ſitu*

*ſitu orbis*, ut hactenus editi. Sed illam ut non damno, *ita* hanc ſede ſua cur deturbarem nihil cauſſae viſum eſt. Vixiſſe autem Tiberii, Caligulae, & Claudii, Impp. principatu, ex ipſo Mela, & Plinio efficitur: cui enim potius quam ipſi fides habetur? Hunc enim Britanniam tam diu clauſam aperire lib. III. cap. 6. (liceat enim docendi cauſſa capitum diſtinctionem ſequi) teſtatur: quod & Suet. Tranquillus Claudio cap. 17. attribuit. De patria plures ambigunt nata, ut ſolet, ex depravata lectione, quam repraeſentabo, opinionum varietate. Nos, ſi poſſumus certiora adferemus: ſin minus, quod volumus, asſequemur; aliis ſaltem glaciem ſecabimus, judiciumque acuemus: Quemadmodum laudantur, qui medicinam facientes, ut depellere morbum nequeant, dolorem tamen aliqua ex parte minuunt. Sic enim ante Hermolaum Barbarum, qui primus manum operi admovit, libri II. cap 6. extremo legebatur: *Carteſia, ut quidam putant, aliquando Tartesſos, & quam trans vecti ex Africa Phoenices habitant: atque unde nos ſumus Cingenteratum, Mellaria & Bello.* Hermolaus ut Mellarienſem faceret, *cingente freto* cudit, & excudit: qui error usque eo propagatus eſt ut in hunc usque diem *Mellarienſis* ſit habitus: quem & nomen ipſum auxit, quóque veri ſpeciem aliquam prae ſe ferret, *Mellam* geminata littera nominarunt. At non videbant belli Cenſores, aut ſi viderunt, conniventibus oculis disſimularunt, gentis nomen esſe *Mela*. L. enim Annaeus Mela Senecae Philoſophi frater, & Lucani Cordubenſis Poëtae pater, à Nerone mori jusſus: pluresque hoc nomine in C. Plinio, & Juriſconſultorum libris occurrunt. Aliter non *Mella*, ſed *Mellarius*, aut *Melarienſis*, ut Grammat. filii praecipiunt, dictus fuisſet. Freden. Pintianus, qui poſt, innumera loca à Barbaro pro deploratis relicta, ſanavit, & gentis ſuae auctor legi & intelligi ut posſet, laboravit, homo doctisſimus cujus nomen exteris vix fando auditum; aut ſi qui forte doctiores ſpecimen in C. Plinium vidisſent, & tanquam ex unguibus leonem; induſtriam ejus diligentiamque in Melam videre optabant, fruſtra tamen: quod etiam apud Hiſpanos ipſos ſpisſe exemplaria reperirentur. Amplius igitur jacere non ſumus pasſi, ſed mancupio meus ut esſet, uſu vero omnium curavi. Pintianus, inquam, meritò Barbari lectionem damnavit, ſed *τὸ Cingenteratum* ſuppoſititiam vocem credidit: Sic igitur ille: *Atque unde nos ſumus Mellaria:* Hactenus Mellarienſis Mela eſt. Elias Vinetus Santo, vir multae lectionis & anti-

antiquae fidei in tractandis Auctoribus, qui & Melam emendatiorem dedit; *Atque unde nos ſumus Tingentera: tum Mellaria*, legiſſe videtur in vita Melae, quam his addendam curavimus. Poſtremo Franciſcus Sanctius Brocenſis, Graecae Latinaeque linguae doctor apud Salmanticenſes, verius, ut mea fert opinio; *atque unde nos ſumus ex gente ea: tum Mellaria*, edidit: quam lectionem non inſuper habendam, acceptam refert Pet. Chiacono Toletano, quem unum è III. viris litterariae R. P. C. jure appellavero: qui cum in patria, ut fit, ſorderet, Romam ingenii ſui doctrinaeque digniſſimum theatrum repperit. Non enim alibi, quod ea diſciplinarum omnium parens ſit, majori in precio praeſtantiſſima ingenia habentur. *Cartejus* igitur Mela, ſeu *Tarteſſius.* Sanctius vero noſter juxta *Lepem* patriam Melae collocat, propterea quod hodie *Cartaja* vicus quidam ignobilis nomen retineat. Ego vero XXX. amplius M. paſſ. intra columnas metas laborum Herculis colloco: cum quia Melae is mos eſt, ut in provinciis deſcribendis litora ordine legat, non ſaltuatim: tum quia celebre olim opidum *Carteja*, ſeu *Tarteſſos*, hodie *Algezira.* Nec mihi fraudi ſit Melae gratia, (quem, quod molirer, in ſinu geſtabam) eam Baeticae oram luſtraſſe, diligentiusque ceteris inveſtigaſſe. Ita enim comparatum eſt, ut exteri fere incolis ipſius diligentius omnia excutiant. *Tarteſſos* vero primum, deinde *Carteja* appellata, hinc parva commutatione *Cartaja*: quod nomen poſt alio migravit, Lepem juxta. Hinc à Tyriis, qui eam bello Sertoriano tenuerunt, *Gadir* quoque vocatam auctor Salluſtius lib. II. *Hiſtor.* quod Plinius & Solinus de *Gadibus* referunt: ille lib. IV. cap. 22. *Nat. Hiſt.* hic cap. 26. *Polyhiſtoris.* Pòſt irruptione Arabum, quae ibi potiſſimum ob breviſſimum trajectum facta eſt, Arabicum nomen induit, ut Hiſpaniae fere opida, & flumina omnia, *Algezira* dicta; quod ipſis, *inſula viridis* ſonat. Facta autem ea irruptio Aera (hac enim Hiſpan. Annales ab anno fere XXXVIII. ante Chriſti Natalem numerant) ſeptingenteſima quinquageſima ſecunda: Regni Vlith Arabum Regis anno ſexto: Arabum vero XCI. Chriſti DCCXIIII. ut ex Jo. Gerundenſis, Ant. Nebriſſenſis, & Rhoderici Ximenii Archiepiſcopi Toletani *Hiſtor. Hiſpaniae* libris, & *Arabum Annalibus* ejusdem, quae nondum typis editae in Toletana Bibliotheca aſſervantur, didici. Urbem olim maximam fuiſſe veſtigia indicant, vaſtata enim, incenſa, & ſolo aequata: praeter rudera, ruinas, & nomen vix quidquam reliquum:

Tugu-

Tuguria aliquot, quibus a caeli noctisque injuria, & à latrociniis Maurorum ſe tueantur opiliones, & bubulci: Armentorum enim ea regio & caprarum admodum ferax. Quam potens olim, vel ea res argumento eſt, quod Hiſpaniae Reges, & Gaditani Epiſcopi, Regni Carteji, vulgo *Algezirae*, titulo hodieque glorientur. Secundo abhinc lapide *Mellaria* eſt, quam *Turiſſam* quidam putant appellari. Car. Cluſius *Carthagenam* male vocat, quae in Conteſtanis Tarraconenſium urbs eſt. Ambr. Moralis, *Vegel de la miel* indigitat, nomine conjecturam confirmante: licet eam *Belonem* Melae esſe alii exiſtiment: & *Beſippo*, forte *Ciclana* hodie. Sed haec nihil ad Tartesſon, ubi Arganthonium illum *μακρόβιον* CLX. ut alii L. annos regnasſe Valer. Maximus lib. VIII. cap. 13. auctor eſt; de quo & apud Strabonem lib. III. *γεωγραφουμένων*, & Lucianum *Μακροβίοις*. Anacreon: *Ἐγὼ τ' ἂν οὔτ' ἀμαλθέης βουλοίμην κέρας οὔτε τὰ πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν Ταρτηστοῦ βασιλεῦσαι*. Tantum de patria Melae *Carteïa*. Stylo ejus nihil in hoc genere aut brevius, aut purius & clarius. Equidem in ea ſum haereſi, ut ne Ciceronem quidem, ſi Geographica, quae ſcribenda ſusceperat, (lib. II. *ad Atticum*) abſolvisſet, elegantius ſcripturum fuisſe putem. Aliud eſt enim orationem, aliud hiſtoriam, aliud terrae ſitum deſcribere. ut enim illorum dicere & narrare; ita horum depingere & delineare. Sic, qui de agricolatione & re ruſtica ſcripſerunt, Catonem, Varronem, & Columellam, nemo facile in eo ſcribendi genere vicerit. Eſt enim omnium artium ſuus dicendi genius, lepos & venuſtas: propria cujusque vocabula, quae alibi uſurpata gratiam amittant.

Ne quis autem actum agere, ſingularisque impudentiae interpretetur poſt tot tantosque in litteris viros aliquid in Melam conari, paucis ſic habe: Optare me, ut ubi noſtra, quisquis es, cum aliorum vigiliis comparaveris, juſtaque lance penderis, tum demum judices: ſic enim aequiorem labori noſtro fore confido. Spicilegium Pintiani à Barbaro; noſtrum denique à Pintiano vides. Majus quidem facere potui, fateor: at in Hiſpania peregrinanti & libris defecto, plus ſatis. *ὁδοιπορικοῦ* vice, ſi placet, accipe. Barbarus quidem Italus Alexandro Pont. Max. Hiſpano inſcripſit. Pintianus Hiſpanus Hiſpanum Scriptorem illuſtrare ſtuduit. Huic & Olivarius Valentinus ſuccenturiatus esſe voluit, ſed poſt principia latuit. Emendationes, paucas licet, à Pintiano fere mutuatus eſt. In explicando peccat non raro: in nomi-

nominibus propriis reddendis ſaepius: Qua de cauſſa *Nomenclatorem Pomponianum*, qui vetera nomina & recentiora dictet, ex *Synonymia Geographica* Abr. Ortelii V. C. ſibi quisque componet. Altera vero Olivarii editio nihilo priore melior: quam tot digresſionibus, auctariis, & corollariis deformavit, ut Coſmographiae & Geometriae principia (quae alibi quam in Mela didiciſſe oportuit) intempeſtive hic inculcet. Franc. Sanctii, Hiſpani quoque, editio ceteris omnibus melior. Germani etiam oraeque Septemtrionalis incolae in eodem elaborarunt. Joach. enim Vadianus Helvetius brevem & obſcurum libellum, magnum illuſtremque reddidit Comm. doctis, Jupiter, & ut ab ea gente fieri amat, laborioſis: Hermolai unius (nec enim Pintianum fuiſſe umquam vel fando acceperat) caſtigationes fere amplexus eſt. Vidi & ἀνώνυμον quemdam, qui & Solini *Polyhiſtora* eadem opera illuſtrarat: ſed quia corruptam vulg. codicum lectionem eſt ſecutus (quam tamen nec vitiatam esſe in mentem quidem veniebat, nec quomodo reſtitui posſet, videbat) multa οὐδὲν πρὸς διόνυσον. Tertius acceſſit Chriſtianus Vuſtiſius, qui Regiones in tabulas digesſit, utili labore memoriae juvandae: Editorum tamen hactenus fidem ſuperſtitioſe ſecutus eſt.

Unus de Gallis Elias Vinetus, multo nuper, ut dixi, emendatiorem Melam repraeſentavit. Qui ſi Pintianum nactus fuisſet, emendationisque rationes reddidisſet, nos fortasſe ab edendo deterruisſet; certe laborem valde minuisſet. Britannus quoque opem ferre conatus eſt Gul. Soonus, qui ut conciſum Auctorem dilucidiorem redderet, Melam in ſcenam induxit, & de Geographia cum Auditore veteri Dialogorum more disſerentem fecit: Pauca tamen reddit meliora. Indicem ex Ortelii noſtri Theatro exſcripſit. Quae cum ita ſint, ſpero non ſupervacaneum hunc laborem viſum iri poſt tot Italorum, Hiſpanorum, Gallorum, Germanorum, Anglorumque lucubrationes: Reliquorum enim conatus, aut minime dignus, qui à me nominetur, viſus eſt; aut in manus noſtras, vel in mentem etiam non venit. Verum autem me dicere intelligent qui harum rerum periti judices: indocti enim probent noſtra, an improbent, cicum non interduim, ut Plautinis utar: nec me calumniatorum ſermones à bene merendi ſtudio deterrebunt: ῥᾷον μωμήσεσθαι ἢ μιμήσεσθαι. Serpſit enim noſtra tempeſtate hoc malum latius, ut ex alieni laboris, quo jure, quáque injuria reprehenſione, nominis famam quidam aucupentur, & aliena vi-

tia, quam ſua, cernant acutius: for's Argi, domi Lamiae: Nonnulli etiam alienis ſudoribus tamquam ignavi fuci inſidientur: à ſcribendo vero ipſi, ne inſcientiam ſuam prodant, perpetuo abſtineant. Vale, mi Lector; & his candide fruere.

---

# JACOBI GRONOVII DEDICATIO.

Praefixa Editioni A. MDCLXXXVIII.

---

*NOBILISSIMIS ET FLORENTISSIMIS*

JUVENIBUS,

ALEXANDRO ZOETE DE LAEKE,

*Haeredi in Villers, Zevender &c.*

ET

DAVIDI DE RUYTER,

*S. P.*

In quo orbe per continuam propaginis ſeriem conſpicua pars foere majores veſtri, & nunc quoque proximi vobis acceptum ab illis locum glorioſe tuentur; in quo orbe tam multi oculos in ſpem & paratum, quo ſe juventus veſtra componit ad cultum fortunae ac lucis ab natura & fato vobis additae, conjiciunt; quem orbem legendo aliquoties me adjutore commeaſtis, ut terrarum mariumque partes & confinia inaequalitatesque ſpectaretis facilius, cum laetus libens vobis offero. Qui quidem fieri non poteſt, ut non univerſus ſic quoque appoſitus demercatur contemplantes, cogatque percenſentes fateri videre ſe templum Dei, non minus quam

quam Pythagoram aut Socratem ipſa univerſitas in animo conſiderata rapere poterat illuc, ut ſic vocem Dei audire ſibi viderentur. Sed tamen praecipue ille mediterranei maris tractus Graecorum prius opera & lingua & ingenio mollitus, deinde Romana magnificentia non modo excultus, ſed etiam pervius factus, ille, inquam, ridet hic, exſultat: nec ſatis; ille tripudians velut manu levatam Romam ſpectaculo exponit, & quantopere illa & vobis & omnibus, qui humanum genus aeſtimant, ſe imputare poſſit, declarat; ut quae omnes illas oras non diviſas laceratasque ut primo Graeci, ſed junctas & unitas vel urbibus, vel pagis, vel caſtellis & praetoriis, tanquam oculis illuſtravit jam tunc, quum Oceani accolae infando inertiae & ignorantiae amore ne innoteſcere quidem vellent, in ſuo horridi litoris ſtrepitu & ſepto nebulis marinis aëre ſomniantes; nedum id facere, ut id quod creaverat Deus, noſcerent & perſcrutarentur. Itaque & hic tractus & ipſa Roma tum vos, tum quemcunque alium huc invitat, ut per hoc regionum ſuarum compendium, quod ipſa velut gremio ſuo ſusceptum ac per barbara tempora ne periret ſervatum excitatis ingeniis refovit, cognitioni rerum non modo ab ſe, ſed aliis quoque populis, qui illic recenſentur, geſtarum proluderetis, quod facete & ſevere facitis. Nec vero nudus ille orbis ſimplexque, &, qualem inſpexiſtis ſaepius, nunc rurſus expanditur. Sicut ipſe verus orbis continet in ſe ſcabras quasdam rupes deſertaque & inacceſſa interim teſqua; ſi in hac calamaria tabella audiviſtis pariter, & agnoviſtis intervenire partes, quae velut penicillo artem ſuam deſtituente & aberrante non ad intellectum modo, ſed ne ad conſpectum quidem patebant, non ſuo vitio, ſed per aetatis injuriam. Harum veros colores & aliquot poſitionum juſtam ſeriem deprehendetis conatum me esſe, ut per hoc otium caniculare efferrem & revocarem, quo ſic vexationi veſtrae ſuccurrerem, neque dubitans, quin hinc etiam apud vos pretio hujus accuratisſimi πινακιδίου fiat non levis acceſſio, ſuſtinui tamen id ipſum per nomina veſtra & hanc ἀνάδειξιν reddere vobis commendatius & inſinuare. Deus Opt. Max. faciat, ut quem ex hoc ſaepe diuque peragrato juſtos fructus perceperitis, ipſi tandem ad bonae mentis firmandae commercium per peregrina loca digresſi redeatis onerati ornatique lauris artium ac diſciplinarum divitiis, per quas & parentibus tum placere, tum ſimiles esſe, & patriae amicisque inſervire posſitis. Valete, & me amate, tanto ſincerius in vobis ardentem, quanto tectius. Pridie Calendas Octobris ᴍᴅᴄᴄʟxxxɪv.

# JACOBI GRONOVII PRAEFATIO I.

## LECTORI S. P. D.

Tantis pôſt renatam bonarum litterarum lucem laudibus celebratum fuit hoc Geographiae breviarium & variorum vel populorum vel morum *Πινακίδιον*, ab Pomponio Mela conceptum ſcriptumque, tanta cura ad id, male ab prioribus ſeculis habitum, ſibi reſtituendum incubuerunt viri & primi & multi, ut nemo, quem ſtudiorum amor, etiam tepidior, tenet, non inde excitetur ad bene de eo exiſtimandum, credatque inſigni & commoditate & amoenitate fraudatum, quisquis id ſaltem non deguſtaverit. Si quis vero duret contemplari pertinacius; & obſervet Plinio aliisque jam ante tot ſecula, quum aliis multis Scriptoribus & iis haud dubie non levibus vilibusque haec eadem materia cenſeretur, hunc potisſime placuiſſe, ut excerptis inde leporibus labores ſuos ingenioſe diſtinguerent; quaſi pro firmo ſtatuentes, nec quemquam ex Romanis id feciſſe acutius, nec ſe facere id poſſe: quin immo ſi ipſe tantum ſuſtineat paulo laborioſius interiora ejus ſcrutari, & videat vel dexteritatem hujus viri in ordinanda re ſanequam perplexa, vel ſtupendas in argumento ſterili & arido & ſic etiam contracto, quin etiam ex recenſendis modo urbium, fluminum, montiumque vocabulis contexendo, munditias an delicias divitiaſque dicam? vel denique ſtudioſisſimam in legenda Mediterranei maris ora, populorumque circa nunc ſedibus, nunc moribus enarrandis curam; defigetur profecto nunquam ſatiandus, & laudes gratesque aget Melae, qui Latinae Muſae tam feſtivum & auguſtum deſcripti orbis donarium conſecraverit. Haec animi & cogitationum facies mihi, haec aliis oborta fecit, ut tot primo aliquamdiu per ſcribarum operas, deinceps per typos vulgata ſint hujus libelli exemplaria, ut quorum haec brevi & vix ab torculari ſicca direp-

ſurrepta ſubinde renovari debuerint. Eadem hoc quoque tempore novae editionis auſpicium fuit & hortamen. Nam quum & caritas & raritas exemplarium, praecipue ſanctius emendatorum, ſumma esſet, fatigareturque multorum petitionibus hic Typographus, fesſus tandem circumſpexit remedium, & ad Pomponium rurſus praelo ſubjiciendum vires ſuas contulit. Is ergo ut exiret commodisſimus, commodior certe quam omnes priores, cura & induſtria quanta fieri potuit, providimus, vel cavendo à mendis typographicis, quibus affatim denſis & ſane enormibus maculatae ſunt ejus tum omnes, tum ſane etiam novisſima editio, quum in hac ſi unam in fine indicatam correxeris, vix aliam repertum iri confidamus; vel diſtinctionum accurata habenda ratione, vel Indice concinnius formando, qui quidem futilis & ridiculus & fallax etiam vulgo annectitur ad hoc usque tempus. Porro quod ad ipſius ſcripti correctionem attinet, non potuit ne deliberatio quidem inſtitui, ad cujus editionis exemplum exigi eandem foret conſultisſimum. Adeo priores non Melam cognoſcendum, ſed libidinem genii potius ſui Lectoribus impegerunt. Alii nondum praediti iis Geographiae antiquae inſtrumentis, quibus poſteriores annos fauſtitas publica donavit, & inde audaciores, non dubitarunt in urbium locorumque appellationibus pasſim ſubjicere, quae ipſis aliunde nota erat. Alii brevitatem quandam in hoc ſcripto ſummam & male ſpectatam ſupponentes, amputare & abjicere, quae ipſis parum allubeſcebant, & videbantur quodammodo abesſe posſe, etſi verisſima & contra omnem auctoritatem, ſuſtinuerunt. Res ergo fuit quam maxime necesſaria, ut in tam temeraria magnorum hominum hallucinatione aliquis formatus ea, quae huc deſiderari poteſt, peritia tum Geographiae, tum Latinae linguae, codices, quales ex vetuſtate reliquos habere posſumus, inſpiceret, exigeret, & inde Melam quaſi regeneraret, etiam ex contemplandis vitiis, quae in eis antiquitus inoleverant. Id unice praeſtitit Vir clarisſimi per bona ſtudia nominis ac meriti Iſaacus Vosſius, & propterea libentes fatemur hanc quoque editionem plurimum ei debere. Ipſas ejuſdem Obſervationes quominus Typographo auctores fuerimus ut renovaret, cauſas habuimus & multas & non leves. Praeterquam enim quod animus ferebat tale hoc corpus fieri, quo facile & habiliter quis uteretur; tum magna earum pars non Pomponio impenditur, ſed alibi occupata, plerumque auferri ſe patitur ad increpandas Salmaſii (quo qui plura me

docuerit, nullus eſt,) *in Solinum Exercitationes*, & ea occaſione digreſſiones inſtituuntur, etſi forſan & decorae interdum & doctae, tamen plane non ad Auctoris noſtri proprie bonum conferentes. Non putavimus ergo noſtra opera fieri debere, ut plura iſtarum vellicationum exemplaria mundo inferrentur, quum & ſatis notae iſtae ſint, & ſi quibus nunc demum eas cognoſcendi voluptas eſt, eis deeſſe commoditas per primam editionem nequeat. Nos quidem id judicium noſtrum non facimus. Sed non minus Salmaſium nunc velut τῶν Ἑλληνικῶν ἀμύητον, nunc in aliis prorſus imperitum traduci, quam reliquos viros inſignes, qui vel notis conſcribendis vel interpretationibus componendis declarare Scriptorem aliquem vetuſtum voluerunt, & omnia ab Voſſio velut legem partim corrigendi, partim interpretandi accipere, idque tam praefracte & ſine ulla exceptione, quis ſalubriter fieri poſſe & in talibus rite recteque verſatum eſſe auctorem credat? Et utinam tamen id ubique ex merito & jure veniret, & ut ex illis ſaltem fieremus ſapientiores? Sed non ita eſt: & ut ſcias, quantus ſucceſſus in ſingulis fuerit, ut plura omittam, egregium unum ſpecimen ad teſtimonium citemus, de Pallacopa, nobiliſſima Euphratis dioryge in Arabum campos. Hujus hiſtoriam ſcribit pag. 844. accurate narrare Arrianum, ſed ſenſum verborum non adſecutos eſſe Interpretes: Ita enim illa reddenda eſſe; *Itaque qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter oſtium ejus obſtruere propoſuit. Quumque ad ſtadia triginta progreſſus eſſet, petroſa occurrit terra, quamque interciſam fuiſſe comparebat. Ea ſi continua fieret ac denuo conjungeretur, nequaquam ob ſui firmitatem aquam tranſmiſſura eſſe videbatur ad antiquam illam Pallacopae foſſam: atque ita praeſtituto tempore, quandocumque Alexandro placeret, non difficile futurum fluminis divortium.* Haec eſt interpretatio Voſſii, cui operae pretium erit apponere Graeca Arriani: ἔνθεν μὲν δὴ ἐς τὴν Παλλακόπαν ἐτρέπετο τοῦ Εὐφράτου ὁ ῥοῦς. ταύτῃ δὲ ἔγνω βεβαίως ἀποκλεῖσαι τὴν ἐκβολήν. προελθόντι δὲ ὅσοι σταδίους τριάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο, οἷα διακοπεῖσα εἰ ξυναφὴς ἐγένετο τῇ πάλαι διώρυγι τῇ κατὰ τον Παλλακόπαν, οὔτ' ἂν διαχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, τήν τε ἀποστροφὴν αὐτοῦ τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. Vide jam, Lector, an hic novus Interpres ullam partem verae ſententiae ſit adſequutus certius, quam alii. Primo conſidera, unde hauriat duas illas voces *occurrit* & *comparebat*. Etenim ſi ἐφαίνετο ad priora jungi debet, non niſi *occurrit* ſignificare poteſt, ſi

ad

ad poſteriora, & notabit *comparebat*, unde petiit illud *occurrit*? Alterutrum certe eſt merum commentum cerebri Vosſiani, non modo praeter mentem Arriani, ſed quo omnis veritas in fucum & vanum redigitur. Talis quoque eſt copulativa in illis *quamque interciſam fuisſe apparebat*. Ubi illa in Arriano? an Graeci illam non aeque ſolent exprimere ac Latini? Deinde an *οἷα διακοπεῖσα* ſic notat interciſam fuisſe, ut jam non amplius esſet interciſa? Quis doctus Graece, quis homo ſanus, nedum Arriani ſtudioſus id dicet ac talem harum duarum vocum verſionem dabit? Ne dicam, quomodo comparebat interciſam esſe? Atqui nunquam illic interciſa fuerat. Praeterea an illud *denuo* ullum veſtigium habet in Graecis? Inepte vertit *ἀποστροφὴν divortium*, quum notet repreſsionem & continentiam Euphratis intra ripas & averſionem ab alveo in foſſam, ut apparet manifeſte in praecedentibus. *Divortium* vel *diverticulum* esſe *ἐκτροπὴν* docuit ex Gloſſis Salmaſius in eadem illa nota, in qua ille *μεγάλος ποταμὸς* ſic reprehenſus ab noſtro occurrit. Jam quae ſententiae univerſae ſumma eſt, ſi firmiter obſtruetur oſtium, qua in Pallacopam exit Euphrates, & ſi quoque illa pars, quam interciſam fuisſe comparebat, denuo conjungeretur, quo igitur iturus erat Euphrates? quo illud divortium fluminis ducetur, ſi nullum ex duabus ripae aperturis pateret? Taceo, quod quum pateat manifeſte ab Arriano junctim poſita esſe *ξυναφὴς ἐγένετο τῇ πάλαι διώρυγι*, ille haec diſcerpat, & Graeciſmum talem nobis praeſcribat, ad cujus foeditatem omnia Salmaſiana aurum ſunt. Sed & auctores hujus foſſae facit Arabas ad irrigandam ſiticuloſam terram ſuam; quod certe non facit Arrianus: ex quo perſpicue conſtat eam factam ab Asſyriis, ut ab inundationibus ex Euphrate per hanc alterius lateris aperturam ſuas terras liberarent. Hinc etiam tunc Alexander renovaturus eam foſſam non Arabibus, ſed Asſyriis erat gratificaturus, ut diſerte teſtatur Arrianus. Sed de hoc Pallacopa alias plura, quoniam plures in eo & hoc ipſo Arriani loco erraverunt. Ceterum ſufficit hoc adduxisſe, ad tuendos nos, quod multiplicare obſervationes iſtas tempeſtivum non duxerimus. Et quis non aegris oculis & lacrimans videt adeo temere fidem Salmaſii illic in dubium vocari? ut quia Salmaſius in *Solinianis* pag. 478. ſcribit libros habere, *deinde iterumque divi ſus ad Deltam & à Melim per omnem Aegyptum*, ſupponat de induſtria in re tantilla mentiri voluisſe magnum illum virum. Et ſane fas fuerit hoc etiam in illo demonſtrare. Sed

quae ſides accuſationis hujus? Nempe tota in eo, quod Vaticani & omnium codicum, quos viderit Voſſius, conſtantem lectionem praedicet hanc, *deinde iterum iterumque diviſus ad Delta & ad Melin.* Sit ſane ita: ego tamen teſtari poſſum prius illud *iterum* in ſcripto codice repertum à me non fuiſſe. Immo nec eſt in Chiſiano exemplari. Deinde in iisdem non legebatur *Delta*, ſed clare *Deltham* vel *Deltam*. Et in ſumma, emendationem Voſſii non eſſe manum Pomponii certisſime & mihi perſuaſi & aliis perſuadere facile poſſum; ſed id facere non putavi eſſe hujus temporis aut loci, quia ipſo in loco nondum mihi ſatisfacio. Et haec haeſitatio non tantum in hoc loco me continet, coërcetque, ſed in multis aliis, quae otioſe & diu contemplari mihi non licuit. In quibus tamen licuit, non dubitavi pro virili parte afferre τὰ καίρια, ut loquebantur illi, & conſulere placidisſimo certe & feſtivisſimo in tam, ut ipſe vere dixit, non benigna materia, & nunquam ſine ſumma lubentia lecto, utque opinor & ſpero poſthac ſaepius legendo ſcripto. Nam quos errores in eo ab aliis deprehenſos & publicatos video, utinam in illis, quae ipſi ſcripſerunt, ſcribuntque, non plures projicerentur & projecti eſſent. Tolle quosdam populares, & agnoſces nullos, niſi placuerint maligni oculi, & de iis ſingulis reſpondentem nunc agere, non fuit temporis noſtri vel inſtituti. Haec noſtra qualiacunque ſunt, mi Lector, ut in illis liberrime ſenſum meum patefeci, hoc unum agens, ut ardentisſime ſpeculatus illud admirabile hujus opuſculi ingenium plene intelligerem; ita liberrime ut illis utaris, rogo, & quae aliena ab Pomponio exiſtimare potes, ne permitte, ne crede, quidquam invito aut incredulo tibi imponi. Sed & ut augeremus pretium bonitatemque editionis hujus, excerptum Julii Honorii Oratoris vel ex eo alterius, quod toties citatum ab viris doctis memineramus, quum Pariſiis eſſemus, ex Bibliothecae Thuanaeae exemplari à nobis deſcriptum, hac occaſione non ultra ſupprimendum putavimus, & quidem ita, ut nihil in eo nobis licere vellemus, ſed prorſus id haberes, quale in vetuſtisſima membrana reperitur, ad litteram conveniens; in quo unusquisque ſe exerceat. His ut ſaepe antehac factum, Coſmographiam ſubjunximus, quae Aethicum auctorem habere falſo credita, ut obſervatum viris doctis: & ne nuda exiret, varietates lectionum, quas ſcriptum ejusdem bibliothecae codicem olim ad editum comparantes annotavimus, appoſuimus. Id quoque publici commodi cauſa: cui dum faveo, Lector, fave etiam nobis ac Vale. JACO-

# JACOBI GRONOVII DEDICATIO.

Praefixa Editioni A. MDCXCVI.

*NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO,*

## D. JOHANNI LUDOVICO PINCIERIO,

*Sereniſſimi & Celſiſſimi Holſatiae Ducis a Conſiliis & Negotiorum Arcanis Proximo, & cum maxime ad Potentiſſimum Sueciae Regem Legato, Cognato ſuo Optatiſſimo,*

S. P. D.

JACOBUS GRONOVIUS.

Ad conſpicuam & incredibilem elegantiam, qua ſicut natura formam corporis Tui, mentem ab juventute ipſe mirifice ornaviſti, ita Sereniſſimis ac Celſiſſimis Holſatiae Ducibus Patri & Filio eandem adeo probaviſti, ut cum annis augente ſe experimentorum multitudine & accedente uſu ac temporum mutatione interiora Illuſtriſſimae Aulae conſilia Tibi committantur, defero editionem hanc Pomponii Melae. Res utraque Tibi prorſus debita atque etiam digna. Neque enim potuit tempore Claudii Caeſaris elegantior terrarum deſcriptio in tam breve pugillar contrahi, immo nec exſpectari, quam compoſuit ille ipſe Scriptor. Sed & ne in tam numeroſis, quae per varios deinceps annos immenſa multum proveneruat, exemplaribus editio exſtaret ulla, quae hujus elegantiam non dico aequaret, ſed vel asſequeretur, ipſe providi. Et quid tandem hoc ipſo quod incolendum nobis dedit Deus, cujusque magnam partem variis peregrinationibus obiviſti, vel fingi poteſt elegantius? Atqui id argumentum non eſt hujus modo Pomponiani ſcripti, ſed & reliquorum, unde huic velut comitatum quendam ordinavi, ut licet nec ſcriptione nec ingenii curâ accedant ad

Pomponianam, tamen materiâ ipſa placere debeant, & vel rudes tamen fiant elegantes aut appareant. Utinam modo de poſtrema parte, quae notis meis continetur, idem asſeverare liceret! Quod qualecunque ſit; ego tamen ſub omnium iſtarum paginarum umbra feſtinavi ad elegantiam Tuam, ut, ſicut Tu, Cognatorum ſuavisſime, inſigni documento oſtendiſti, quantopere cuperes me propinquiorem Tibi vivere; vicisſim & ipſe declararem, quam aſſidua & jucunda apud me vigeret recordatio vel verius praeſentia abſentis etiam Tui, & poſthac futura ſit: certe adeo non minor, quam antea in me fuisſe expertus es, ut longe valentior flagrantiorque per hoc benignitatis Tuae teſtimonium me excitatura ſit ad ſanctam conſanguinitatis noſtrae fidelisſimamque & cuſtodiam & agnitionem. Quid multa dicam? Potuisſet nobiſcum ſatis bene agi, & forſan melius actum fuisſet, ſi non quatuor fluminibus Iſalae, Amaſiae, Viſurgi & Albi tantum juris in nos fuisſet concesſum, ut tam moleſto litoris ad Oceanum intervallo diſtingueremur. Sed quum haec nobis contigerint vi majore, cujus tamen benevolentiam ſatis mitem ac faventem laeti erga nos deprehendimus, caveamus, quod in nobis eſt, nec unquam haec ſpatii latitudo, ut nos, ſic voluntates quoque diſcerpat: quod ſpero Tibi de mea conſtare; & certe ut de Tua affirmare etiam debeam, illuſtre mihi praebuiſti pignus. Tibi quidem indecorum non erit, ſi in his partibus vivat, qui moderationem ſapientiamque Tuam in rebus florentisſimae Cherſoneſi adjuvandis ſpectet ac miretur. Neque ſic tamen omnes occiderunt ſoles. Deus modo & annos Tuos, & intelligentiam rerum & in negotiis tutam prudentiam perſpicaciamque ac Serenisſimi Principis benevolentiam, ſi augeri non poteſt, continuet. Hoc unum votum eſt. Quod ſi licet duplicare, fruaris diu Magnificis Parentibus, fruantur Illi diu conſpectisſima & felicisſima tot corpore & animo eminentium liberorum ſobole; & quidquid aliud vel Tuo vel meo nomini aut ſanguini adfine circa vivit, ad exempli Tui imitationem ſe componat! Vale, & feliciter ac circumſpecte peregrinationem iſtam publica fata tracturam perage. Lugduni ad Rhenum Kalend. Februar. CIↃIↃCXCVI.

JACO-

# JACOBI GRONOVII

## PRAEFATIO II.

Etſi ſtudium meum erga Pomponium Melam, cauſamque ejus ante annos ipſos duodecim ſatis profesſus ſim, ita ut inde patuerit non temere & vane ad editionem ſcripti, ut cenſeo, pulcherrimi me accesſisſe; quia tamen refert, nunc faciam, ut originem quoque ejus cognoſcas, quam tunc ob certas cauſas ſuppresſi. Initiabar enim ſtudiorum rudimentis, & prout vel vires dabant, vel juventutis levitas permittebat, Graecarum Latinarumque litterarum notitiam appetebam; quum Marquardus Gudius ex peregrinatione, onuſtus vetuſtisſimarum rerum ſelecta, multiplici & admiranda copia, reverteretur. Quam quum in villa Hagenſi aliquamdiu haberet expoſitam, quo ſaepius excurrebat Pater non ſine me, quem volebat ex ſermonibus quoque illis, qui de ſolis erant ſtudiis, proficere; membranaceum Scriptoris hujus exemplar ſatis antiquam, ut bene memini, manum & formam praeferens, quum occaſio ita ferret, utpote quod ex ſcriniis promptum, ab eo recenter inſpectum, hinc in abaco poſitum alicubi, forte fortuna in manus meas veniens, etiam ſermones excitaverat, ad dies pauculos domum auferri mihi permiſit; videlicet ut ſic conſulendis & conferendis antiquis codicibus proluderem. Ejus prima verba erant, *Pomponii Melae de Coſmographia prooemium incipit.* Cui tamen moleſtiae quum par non esſem, in capite tertio libri ſecundi eam deſerui, ſubſtituens curae meae alium, quo in ſtudiis ſodali junctisſimo utebar. Iſta comparatio quum esſet inſtituta ad editionem Stephani, & ipſum exemplar, quo uſus fuerat Abrahamus Ortelius, ipſe ſuo chirographo id teſtatus, exinde id & cordi nobis praecipue fuit, & me ad Melam exacte cognoſcendum, ſaepeque reviſendum ſtimulavit, etiam ad amorem acerrimum impulit; & quouſque tunc quoque procesſerim, quid opus eſt referre?

Poſtea Philippus Rulaeus, vir undecunque doctisſimus & in illa aetate ſolidisſimus, quum ex Hiſpania ad me in Italiam viſeret, Romam digresſus, quum otioſorum dierum frequen-

frequentia Vaticanam bibliothecam & collationem Joſephi, quam inchoaverat, taedioſam faceret, editionem Franc. Sanctii Salmanticenſem anni 1598. contulit cum MS. codice Pii II. P. M. in bibliotheca Card. Chiſii menſe Majo CIↃIↃCLXXIV. quam poſtea mihi donavit. Tanto gratior haec liberalitas ejus mihi fuit, quod ſciebam fide Rulaei, induſtria, alacritate & doctrina niti me poſſe, quas dotes ejus multo uſu perſpectas habebam. Quod ſi totâ vitâ meâ quidquam dolui, aut dolendi cauſam habui; enimvero has ita repente ſubductas & reipublicae litterariae ereptas cum tanto meo peculiari damno planxi & plangam uſque quo licebit rurſus cum eo jungi. Illi ego quod in itinere jucundiſſimum ſocium, in amicitia fideliſſimum pectus, in Florentini contubernii neceſſitudine optabilem concordiam, in ſtudiis, quae incredibili vigore mentis & acrimonia complexus erat, adjutorem ſaepe perſpicaciſſimum, fruenti mihi quondam & admiranti & laetanti exhibuerit, ac poſtea etiam donatione iſtius Melae proſequutus ſit, nunc immortalis & gratiſſimae recordationis hanc teſſeram ponere debui, teſtans non poſſe, non debere memoriam ejus incidere in hanc abſurditatem, quaſi Polycarpi & Barnabae Epiſtolas commiſcuerit; neque credet quiſquam, ſi modo conſideret eum, à quo iſta narratio tam illepido cum lepore vulgata eſt.

Ceterum his ego vel ornamentis inſtructus vel ſtimulis excitatus ſaepe Melam reſpexi, non modo ut quod millies feceram, admirarer praeclarum ejus inventum in contexendo ordinatim hoc congeſtu & enumeratione nominum infacunda per quaeſitiſſimum facundiae nitorem adornando; ſed etiam, ut quae adminiſtratio eum ad hanc aetatem duxiſſet, curioſius animadverterem. Quum enim mortalis conditio non permitteret, ut ingenium ipſius ac facundia ſemper ſupereſſe ſibi poſſet; bene ſentiens tamen de poſteritate, hoc vitae mentiſque teſtimonium reliquit per litteras, quas mutari & inverti facillime poſſe novimus. Quod ſi ullus Scriptor expertus eſt, inprimis Melae huic contigit tum quamdiu res litteraria ſtetit ſcriptura & calamis, tum poſt adſcitam plumbi & praelorum induſtriam. Acceſſit deinde cauſa loci, in quo poſtquam poni me permiſeram, nihil vindicare mihi omni niſu conſtituens, quam ut decus undecunque ei arceſſerem, quum ipſe praetexto (ſi quod fuit) ejus nequaquam egerem, ad Melam quoque accedere debui.

Cujus edendi curationem quum adeo ſine aſtutia ſuſciperem, ut aperte quid agerem pateret, & qui meus eſt mos, ſimpli-

ſimpliciter profiterer, quid cenſeri oporteret; irritavi hominem, qui jam ſeptuaginta fere annos poſt tergum reliquerat, quem Pater meus ut aequalem dilexerat, ego nunquam aeſtimaveram, quia nihil boni ſolidi ad ſtudia ex eo audiveram vel puer vel adoleſcens vel Hagae vel in Anglia; ut neſcio quid puerilis intemperantiae non tantum meditaretur, quum alia meditari praeſtitisſet, ſed etiam effuderit per voces Salmonei cujusdam aut Polyphemi animo ſed repueraſcenti convenientes. Non ego illas, non Vosſium tanti feci, ut recognoſcerem; ſed ne publico & minoribus officerent per objectiunculas & cavillationes, recognovi ſingulas, riſi & momenti nullius esſe oſtendi, ſenemque bulla, qua ſe dignisſimum probabat, donavi; nihil perinde gaudens, quam quod ante diſcesſum eam videre potuerit. Primum enim folium *Appendicis* nactus non dubitavi ſtatim facere, ut ſentiret, quamvis me tanquam retiarius fuisſet aggresſus, non niſi ferula abegisſe captationes ejus. *Pallacopas*, *Regia gens*, *Munimentum ejus*, *Syriae Sophena*, & tot regionum vocabula & lingua utraque rerum noſtrarum teſtis erit. Quae ſupererant, debui nunc attingere, & veritatem in errore ejus laſcivo labantem ſtabilire. Quod ut à me fieri posſet certius, adjuvit Frater unicus ſuppeditanda collatione, quam in Ambroſiana bibliotheca Mediolani inſtituerat inter editionem Antonii Francini ab haeredibus Philippi Juntae vulgatam anno D. XIX. ſupra mille, menſe Aprili, & MS. exemplar in pergamena, Romanis litteris. Unde triplici Antiquitatis fide ſuccinctus & pronuntiare potui ſecurius, & intacta nuper aliqua contueri perſpicacius; quod ut ſtudiorum ſplendori & Pomponio Melae conducat precor. Nec intra grandia tamen illa & Vosſio, ut Heroi, ſolum tractanda conſtitit labor meus; ſed etiam multa minuta curae habui, quae aut per Vosſii ineptiam impacta ſunt Melae, aut ob negligentiam erant permanatura. An ego Indicem Melae paterer concinnari & edi ſub nomine meo, in quo venditaretur *Cercinna promuntorium*, *Colonia Zilia*, *Gna fl.?* Atqui haec ab illis operoſis Vosſiani ingenii machinis aut producta ſunt aut propagata. Sic lib. I. cap. 4. edidi, *Africa pergit incurva ad occaſum, faſtigatque ſe molliter, & ideo ex ſpatio paulatim adductior, ubi finitur, ibi maxime anguſta eſt*, quum priores, poſita poſt vocem *adductior* nota puncti, diſcerperent temere, quae conjungi debent. Similia alia plurima inſtauravi ad decorem Melae congruum. Quod vellem ut ſpectaretur quoque ab aliis. Nam quaeſo

qualis

qualis illa ſtudiorum ratio dicenda eſt, qua utitur Andr. Morellius? ille enim quum Pariſiis *in Specimine rei antiquariae* ad nummum, in quo legitur ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ ΡΟΔΙΟC, poſt citata de fluvio Rhodio Strabonis verba ſcripſisſet pag. 80. *Hujus etiam mentio apud P. Melam*, in Germanica nuper editione ſuppoſuit pag. 182. *Mela eundem fluvium nominat.* Quid? utrum ut verbis melioribus rem proferat? an priora intelliguntur facilius ab Gallis, poſteriora ab Germanis? Omnino iſtum fluvium in Mela vidit iisdem oculis, quibus in nummo L. Aemilii Bucae pag. 237. apparebant litterae Punicae. Sic aſper ille Claud. Verderius pag. 74. trucis *cenſionis* ſcribit [Pomponius Mela Brittanniam *feris ſcatere* impropric enunciavit]. Quum Mela non de Britannia, ſed lib. III. cap. 7. de India & Scythia ſic loquatur. Quin & maximus Grotius ad *Matthaei Euangelium* XXVI. 34. [*ſecundis gallicinii*s Ammianus, quae vox *ſecundorum gallicini*orum etiam apud Melam eſt] Vellem patefecisſet locum. Οὐ πρέπει ταῦτα, οὐ πρέπει. Itaque poſthac meliora. Sed & nummos quosdam veteres addidi, ut quod verbis ab Auctore noſtro deſcriptum animo percurreres, oculorum pariter delectatione in eo fruereris, aut planius hinc intelligeres, aut etiam rideres.

Non omiſi ne nunc quidem his annectere Excerpta Julii Honorii Oratoris, vel ex alterius, quae toties citata ab viris doctis, ex Bibliotheca Thuanaea Pariſiis deſcripſeram, prorſus talia, prout in vetuſtisſima membrana reperi. *Coſmographiam* quoque Aethicum auctorem habere falſo creditam, cum variis lectionibus, quas ex ſcripto ejusdem Bibliothecae codice collegeram, his comitem dedi.

Sed ut uberiore proventu editionem hanc ſimul & regionem bearem, novum ἕρμαιον fecit Ravennatis Anonymi *Coſmographia*, ut appellari debuerat, quum ipſe Scriptor ſic appellet, & ut poſthac ita appelletur, auctor ſum & publice intereſt. Eam medio tempore ante annos octo cum orbe litterato communicavit Lutetia, quum exemplaris conficiendi ex Regia Bibliotheca & typis evulgandi operam praeberet D. Placidus Porcheron. Potuerat id praecipere Voſſius, quum in Bibliotheca ſua haberet exemplar nequaquam profecto illud, ut vir ille doctus hariolatur, vel ut ipſe loquitur, divinat, quia codex ille ex iis forſan ſit, qui poſt elapſum aerae Chriſtianae ſaeculum duodecimum, exarati minutisſimis & intricatisſimis characteribus vix & aliquando ne vix quidem prodant quod condunt. Ridicula Gallici

com-

commenti vecordia. Eſt enim à capite ad calcem exaratum manu ſatis conveniente & ad lectionem, prout optari poteſt, diſtinctam patula, verſibus ſpatio juſto ſeparatis & in rectum ordinem digeſtis: adeo ut quod in Grótianis *Vandalicis* edatur *Manomirus*, ejus erroris origo prorſus temere ab iſto exemplari repetatur, veriusque chirographo Grotii ſit attribuenda, cujus in ſcribendo forma non erat admodum plana; etiam exemplar Lugdunenſe in omnibus locis congruit cum Regio. Quod autem in edendo non occupaverit, nemo mirabitur, qui Voſſium noverit. Ille hoc agebat, ut & omnia ſcripta ſua & obſervationes in Melam appararet ac condiret partibus ignotis & ad quas Lector ſtupere deberet utpote inauditas & incognitas. Sonare ſcripta inedita, nec fateri, vel quorum ea eſſent, vel ubi exſtarent, vere erat Voſſianum: *umbriculum* cogitare in Curtio & Jove Hammone, & ex nummo oſtentare, Tacitum citare ex lib. xx. Sic ad lib. I. cap. 19. (pag. 659.) noluit nominare Agathemerem, cujus haec verba eſſe in lib. II. cap. II. patuit poſtea ex editione Samuelis Tennulii avunculi mei, ſed ut velut in antro Corycio miretur Lector, Voſſii verba ſunt; *Vel unus hic teſtabitur locus anonymi Auctoris, cujus, quia ineditus eſt, adſcribam verba.* Ita amenti arrogantia jactitat ad lib. II. cap. 3. *Adſcribam verba non Hermolai abbreviatoris, ſed ipſius Stephani hactenus inedita.* Multum abeſt, ut Voſſius quidquam indicaret de beneficio Bibliothecae Seguierianae, jam diu noto inter Pariſienſes; ſed populares pro bardis habens, ſibi dictitabat illam felicitatem contigiſſe, quaſi ipſum Stephanum ineditum poſſideret. Sic ad lib. II. cap. 6. I. ipſe cernebat Stephani Grammatici locum de Iberia deſcriptum eſſe ex Porphyrogenneta *de Adminiſtratione Imperii:* nequaquam ut hoc indicium adſcriberet Henrici Valeſii *notis in Peireſciana Excerpta* pag. 73. & 74. diu ante ipſum editis, & quas oblique contrectare ad lib. I. cap. 18. 17. in *Campo Thebe* non omiſit. Et res illa ſucceſſit ei, quum id apud imperitos ageret. Ita Geographum Ravennatem conjungit Ptolemaeo, ubi loquitur de Taphrure; item ex eo oſtentat *Tranſducta Cetraria.* An hunc ederet Voſſius? ſcilicet ut ſic ipſe proderet, quam inepta citatione fundaretur; etiam fraudem ſuam pateſaceret, qua conjunxit haec duo velut ad unam urbem pertinentia nomina, quum in editione Pariſina ex codicis MS. accurata imitatione diſtinguantur etiam *Tranſducta Cetraria*, prout eſt etiam in Lugdunenſi, non dubitante tamen Vaillantio Voſſium ſequi.

qui. Haec una & vera cauſa inter ἀπόκρυφα exacti latere laboris illius.

Id autem miror in ratione Pariſienſis editoris, ut tunc demum, quum omnia ſcripſisſet ac Typographo tradidisſet, comperisſe ſe fateatur Anonymum Ravennatem in *obſervationibus ad Melam* laudari. Sic in Gallia & perfectos ſe esſe Geographos, & Geographias cum notis edere ſe posſe intelligunt, etſi obſervationes illas non viderint. Sane ita ab eo factum esſe ſignificant illae notae, nequaquam ſic congeſtae, ut quidem hic Ravennas deſideraret, nil niſi Peutingerianae tabulae, itinerariorum quae ſub Antonini nomine exſtant, item Ptolemaei collationem referentes, hoc eſt, genus ſcribendi ſortitae, quod à quolibet ex indice praeſtari perfacile queat. Itaque quum id unicuique ſit in promptu, notis ipſis Lutetiae relictis, Geographiae exemplaria cum vicinis meis communicanda cenſui. Et quum tempora mea mihi non permitterent in ea ex voto verſari; id tamen inſtituta editi exemplaris comparatione ad MS. Lugdunnſem providi, ut integrior & plenior in ſecundo hoc procesſu appareret. Quod ne temere cenſeatur à me dictum, ecce ipſa rerum teſtimonia. Sic lib. I. n. IV. addidi vocem *duodecim*: num. VI. *de mari in terram ab humanis obtutibus procedere videntur, excepto reumaticam accesſam. Quod omnibus palam eſt. Sed illis reſpondetur, quomodo legimus.* Ita enim eſt in MS. quum in Pariſienſi deſit vocula prior, & praeterea mox legatur *accesſam. Quod legimus:* nec debuerunt Typographi retinere *quod legimus:* ubi quidem quum praepoſitio *de* abesſet, D. Porcheron inter errata in textu, ut vocat, id poſuit, jusſitque legere *maria.* Sic n. XIV. replevi, *Nam ut clarius loquamur, inveni in ſancta ſcriptura nominatim tertiam*, quum ex Gallia daretur non niſi *nam tertiam*, imperfecta prorſus ſententia. Lib. II. num. IV. in fine addidi *ad faciem inſulae Taprobanae.* Et n. XVII. *ad aliam partem, id eſt, à meridiana verbi gratia*, quum ſexta & ſeptima vox abſit ab Gallica. Et n. XX. *Phaſis, qui de Caucaſis montibus deſcendit*, quod poſtremum verbum necesſario requiſitum tamen inde aberat. Sic lib. III. num. II. inſerui *Choſtes. Arſi. Semeos. Aſchim. Thirſitis. Mepſea. Phateopolis.* ignorata omnia editioni Gallicae. Sic libro IV. in principio reddidi *longe lateque nimis ſpatioſisſime*, ubi vox tertia abeſt, perinde ut illae in num. VI. *Sed & Caſtorium & Lolianum atque Arbitionem Romanorum Philoſophos*, ubi etiam in vocibus, *modo Bulgari habitant*, media vox prave

erat

erat omiſſa: & num. XI. *procedit Oceano quod*; & num XIX. *Ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt, Burgenis Spaneatis Anſilena, Cibalis, Certiſiam, Lavares, Cumnion Item ad aliam partem ſunt civitates*, & mox *in ipſas partes Pannoniae*, quorum nihil eſt in Gallico exemplari. Sed & eodem libro num. XXIX. volupe mihi fuit in gratiam locorum, unde meis, unde aliorum ſtudiis immenſa contigerunt auxilia, ſupplere, *Item provincia Romae Tuſcia inſignis nobiliſſima, item provincia quae dicitur Tuſcia*, quum praeter quatuor primas voces nihil edatur Pariſiis, ſuppreſſo hoc illius quoque temporis eximio teſtimonio. Ita num. XXXII, interpoſui *Menturne*, quae vitioſe deerat, ut num. XXXVI. *quam praediximus Sinogalienſe*, quum intercidiſſet medium, reſtituto etiam *Foro Glodi*, ut in MS. exſtabat; non *Globi*. Num XXXVIII. egregie reſtitutum vides *terminetur, ab aquilo tanquam hominis palmam vel folia*, quum non niſi primum & duo poſtrema verba nota ſint Pariſiis, & pari juſtitiae cauſa edidi *deſcribatur ab oriente*, quae duo poſteriora huc usque latent.

Non minus praeclara repoſita ſunt lib. V. ut mox in principio haec neceſſaria vel maxime *attamen reiterantes [illegible] circa litora maris magni poſitas*: num VII. *circa ipſa litora maris . . & ſupputantur* (haec poſtrema iterum inſerui num. XV.) num. XI. *Tomis, Stratonis, Calliatis, Turiſia, Bycoris, Tumo, Dioniſopolis.* num. XVI. *Europa & multotiens dicta Aſia vel ſuperſcripta*, omnia vel pulcherrima ſine dubio vel neceſſaria ſupplementa: unde etiam ſuſtinui immittere num. XXIV. *Boa, Leporaria, Poraria, Teraria, Solenta*, etſi jam in praecedentibus exiſtere ſimilia videantur.

Quid dicam de minutis quibusdam, ſed tamen aut conſpicuis, aut peraeque neceſſariis? ut quum reſtitui & immiſcui eod. lib. num. XXV. *juxtus*, quum lib. IV. pro *aſinalis*, quod eſt nugatorium, edidi ex MS. *aſſinalis*: num. XLII. *Luſitania* pro *Liſitania*, unde notam faciunt in Gallia, num. XXXV. *Ecas* pro *Eeas*. num. XXX. *id eſt Venetia*; ubi male medium abeſt. num. XVI. *Illyricum* pro *Illyriacum*, lib. III. num. XII. *fretum ſeptemgaditanum* ejecta nuper prima voce. num. IX. *item ad aliam partem*; unde ſecunda erat dempta; & paulo ante *item litus maris magni juxta Mauritaniam Tingitanam*, ubi erat *juxta Mauritania Tingitana*, ſatis inepte. lib. II. num. XV. *Damaſius* pro *Damaſcius*: num. XIV. *Emaus quae & Nicopolis*, ubi

vulgo *qui*. lib. I. num. XVI. *Quae Bithynia* pro *qua Bithyniae* num. VIII. *diſſerpentes* pro *diſcerpentes*. num. V. *Liginius* pro *Ligmius*. num. I. *tranſmetatae* pro *tranſmeatae*: omnia ex hoc MS, ſolo ſincere correcta, & integrata.

Non potui tamen ita defungi & abſtinere, ut non luxata interdum conſiderarem & pro virili adjuvarem. Quale eſt paulo ante hanc poſtremam citationem: *Attamen ab intellectuali doctrina imbutis, totus mundus diverſarumque gentium habitationes, ſicut in eorum libris* [*legimus*] *ſub multorum Imperatorum temporibus, mundus iſte deſcriptus eſt* An ſic habeatur in codice Gallico, equidem ignoro: ſed ſcio ſic Pariſiis editum, & verbum *legimus* à ſe impoſitum fatetur ipſis ſignis D. Porcheron. Ambigo an bono exemplo. Certe in codice Lugdunenſi, ut iſtud verbum quoque non exſtat, ita legi ſcio: *attamen intellectuali doctrina imbuti totum mundum div. g. h. ſic in eorum libris ſub.* An id praeſtabat pro derelicto negligere potius, quam leni ope hoc totum inſtaurare, *attamen intellectuali doctrina imbui totum mundum diverſ. gent. habitationes, ſicut eorum libris ſub multorum Imperatorum temporibus mundus iſte deſcriptus eſt*, integerrimam ſententiam exhibente periodo. Unde ſicut hic τὸ *legimus* non tuli; ita nec in fine pag. 7. τὸ *obtinuit*, quod ex ingenio interpoſuit iſtis *famulus* (obtinuit), *ut ſol*, quum non exſtet in MS. nec faciat ad veram ejus loci mentem. Sic num. VI. quum proferretur ex MS. Regio *loca & regiones quaſi minimus nominatim deſignaverunt*, ut eſt in MS. etiam noſtro; & viderem mandatum, quo jubebar legere *minutatim* (neſcio utrum pro ſolo *minimus*, an pro utroque *minimus nominatim*) rurſum ex Addendis Cl. Renaudotii helleniſmum neſcio quem ſupponi, non dubitavi, quin ſcriptura male concepta esſet pro *minimas*. Ita non acquievi lib. III. in principii fine illis, *Nuchul, qui ad frontem ejusdem Aethiopiae Troglodytarum* (*ubi*) *eſt maxima eremus, quae dicitur Nitrenſis, & Eger appellatur, Nilum vocitant*, ut edebatur Pariſiis, ubi quidem ſive τὸ *ubi* abſit ſive inſeratur, nihil eſt boni: atque ideo ſuppoſui meram ex MS. antiquae manus fidem.

Rurſus quum lib. IV. num. XIV. viderem edi Pariſiis *Gipidia appellatur, ubi modo* * *avari & iniqui habitant*, inextricabili prorſus nodo turbatis vocibus, quum in codice Lugdunenſi reperirem, *ubi modo Uniqui & Avari inhab.* non potui contineri, quin verum reſtituerem, *Uni, qui & Avari, inhab.* Intelligit enim Hunnos vulgo dictos, quos

Unos

*Unos* vocaverat jam ante in lib. I. num. XI. Unde jam exſiſtit ultro praeclara alia reſtitutio in ejusdem libri num. XII. ubi videmus exhiberi, *Nam Gotthos & Danos, imoſimo ſimul Gepidas, ex ea antiquitus exiſſe legimus*, de quo loco neſcio quid velint in Erratis ita collectis [Pag. 27. l. 3. innoſimo, *lege* immo]. in notis autem ſcribitur Grotius legere *imo ſimul* pro *imoſimo*, quum Grotius ita legat *Danos imo ſimul Gepidas*, ut videtur, illud *imoſimo* ex temeraria litterarum repetitione ortum judicans. Sed fruſtra. Servat illos omnes apices quoque codex Lugdunenſis, unde reponi oportuerat *Gotthos & Danos, Unos, imo ſimul Gepidas*.

Sed ſuperſunt etiam, nec illa pauca, quibus potuiſſem opitulari, vel ex MS. vel ex meo, niſi me defeciſſet hora. Ejus certe generis eſt, quod occurrit lib. I. num. III. de Britannia. *quam Graecorum Philoſophi quaſi Micoſmin appelant.* Quia ſcilicet Microcoſmus cuicunque in ore eſt, inde & D. Porcheron jubet aut legere *Microcoſmum* aut ſaltem intelligere. Qua ſodes fide? Immo in Batavia putamus auctorem dediſſe *quaſi imicoſmon*. Dixit *Imicoſmon* pro *Hemicoſmon*, ἡμικόσμιον, alterum nempe orbem, ut alludens ſcribit Servius ad notum Virgilii locum.

Verum huic ſcripto forſan nunc nimis immoror, & Praefationis menſura ultra decorum extenditur. Unum tamen ſignificare debeo, ſcilicet mihi in hac ſtudiorum parte vel jucundiſſimum obvenire, ut ex ordine ſaeculorum videam, quemadmodum mutatae ſint pedetentim appellationes tum urbium, tum regionum. Ideo quum Mela ſervet vetuſtas appellationes, quas Graeca aut Latina aut alia lingua locis impoſuerat; acceſſi ad Honorium & Aethicum, quorum aetate cum ipſius imperii Romani decreſcente majeſtate etiam ſermo Romanus contaminabatur perinde ac Graecus, barbariſque nationibus irruentibus mutabantur quoque nunc in litteris, nunc in ſyllabis nomina locorum, aut penitus interim alia ſubjiciebantur. Gravius commotae res fuerunt ubique mediis ſaeculis inter hos & Coſmographum Ravennatem, unde etiam mirifica prorſus exſtat & animadverti poteſt alienatio illius puri Graeci Latinique in neſcio quid barbarum, quod nihil niſi ſonum ex ſe faceret, nec intelligi poſſet, niſi velut ſub iſto nubilo appareret tamen paulumper ſcintillans origo prior in illis vocibus, quae ut & ipſae urbes ſtante adhuc imperio & ſermone veteri fuerunt in mundo. Nam etiam mediis illis ſaeculis excitatae ſunt novae urbes, quibus cur haec vel iſta fuerit indita appellatio, nihil-

lus homo nunc liquide dixerit, quum conjecturarum ſatis & abunde ſit. Sed & iſtarum urbium tam ſero conditarum primaevas appellationes quum inter aetatem Coſmographi Ravennatis & hanc noſtram contigerit mutari ob migrationes gentium & irruptiones potentiorum, & hinc falſae ad nos perlatae ſint; tamen veras illas & genuinas & ante compluſcula ſaecula conceptas ex hoc Ravennate diſcimus. Ut ſcias, mi Lector, quo tendam; urbs eſt Belgica, quae hac aeſtate patefecit veriſſimum virtutis inter Batavos & Gallos diſcrimem. Hanc quis non hodiernorum appellavit *Namurcum* aut *Namurcam*, vel ut ipſi cives dicuntur legere in vetuſtis ſuis tabulariis, quibus & Lipſius paſſim legitur acceſſiſſe, ut certe etiam facit, immo & etymologiam quandam prompſiſſe, *Namurum*. Haec ſunt admodum ridicula; quum certiſſima apodixis exſiſtat ex hoc noſtro Ravennate & ejus ſaeculi appellatione eam antiquitus *Namon* vocitatam; prout occurrit in libro IV. num XXVI. quam certe appellationem noſtrae regiones fideliter continuaverunt; ut adeo pateat alteram appellationem triſyllabicam prodiiſſe ex faece ſordidi ſermonis, qui per barbaros Francos in regionem alteri lateri adfinem importatus eſt Graecis, Latinis Germaniſque vocabulis in unam futiliſſimae miſcelae compagem, hoc eſt, teterrimum claritatis ac veritatis venenum, tractis. Vale, Lector, & veritati aequus, crede ad Melam requiri aliquid amplius, quam quod Voſſius aut voluit aut potuit praeſtare, vel ex Rege Baetorum, hoc eſt, Batavorum, quem ipſe augur in Britannia futurus inauguravit.

FRE-

# FREDENANDI NONII PINTIANI

## VITA

## ANDREA SCHOTTO

## *AUCTORE.*

Fredenandus Nonius Pintianus, perilluſtri Guſmannorum gente oriundus, Pintiae Vaccaeorum, quae vulgo Valliſoletum, natus, patre nobiliſſimo, Praefecto aerarii Ferdinandi Hiſpaniae Regis, puer liberaliter ingenuéque in literis educatus, genio quodam ſtudióque incredibili in linguam Graecam ferebatur: quae cùm, nullis propoſitis praemiis, penitus, ut fit, jaceret; in Italiam diſciplinarum parentem, tamquam ad mercatum bonarum artium profectus, Bononiae quae celebris Academia, ſubſtitit; Joviano Peloponnenſi operam dedit & Philippo Beroaldo, ſummis in litteris (quae quia humaniores efficiunt, ſic appellantur) viris: brevique tantos in utraque lingua progresſus fecit ob incredibilem, quo flagrabat, diſcendi ardorem, nihil ut in auctoribus, quicumque nodus incideret, eum remoraretur. Quare asſidua lectione ſitim explens, patriae, cui ſe natum ex Platone didicerat, miſertus, Graecam eò coloniam deducere decrevit, comparatis magno aere Graecis exemplaribus, quaecumque venum adferrentur, plurimis etiam calamo exaratis. Domum igitur à ſtudiorum peregrinatione veterum exemplo inſtituta reverſus, Ferdinandi Regis beneficio, quia pater fidem ſuam in obeundo munere mirificè illi probasſet, nec minorem virtutis ſpem filius concitasſet, quam & eruditio augebat; facilè in ordinem militum divi Jacobi, qui cruce in pectore inſigniuntur, adſcitus eſt. Nec hoc honore contentus de omni poſteritate, nominisque immortalitate cogitans, non otio, aleae, peni, aut diliciis, ut nobilium vulgus, ſe dedidit: ſed Herculis Prodici in bivio conſtituti exemplo, Virtutem amplexus, ſtudia litterarum, quae ſenectutis taedium levarent, asſiduè tractare, omnia in ſe poſita putare, ſuáque ſecum Biantis more ferre exiſtimare.

Primùm igitur à Franciſco Ximenio Cardinali Toletano Archiepiſcopo, qui Complutenſem Academiam in Carpetanis recens excitabat, honorificè evocatus, in Bibliis illis quatuor linguarum, ejusdem auſpiciis editis elaboravit; mox Demetrio Lucae Cretenſi ex Italia olim ab eodem honoris gratia accito, in Graecarum litterarum profesſione succesſit. Poſt accepto ſecundum brachium vulnere ab Alphonſo Castella patricio Complutenſi in factione, cujus conſcius & ipſe Pintianus ferebatur, Salmanticum concesſit, quae inter Hiſpaniae Academias facilè princeps eſt. Nec erubuit cathedram Graecae linguae ambire, ut in tam illuſtri loco verſans omnium in ſe oculos converteret, quaeque magno ſumptu, periculo, & labore longóque uſu ipſe didiciset, gratis & brevi compendio cum civibus communicaret. Competitores igitur facilè diſcipulorum ſuffragiis ſuperavit, quorum oculos tam excellens doctrina praeſtinguebat. Hinc munus Naturalem Plinii hiſtoriam publicè explicandi Academia mandavit, quod ſtrenuè magna ſui concitata opinione obivit. Poſt & Rhetoricae profesſio accesſit. Scholas igitur ita partitus eſt, ut antemeridianis horis linguam Graecam, qua maximè Hiſpania, quae hactenus caruerat, indigebat; pomeridianis Latinam profiteretur. Objectantibus igitur quibusdam nobilibus, quod in familiae tam illuſtris decora peccaret, qui in piſtrinum literarium ſe abdidisſet: ſuas ſibi res habere jusſit, & fumoſis imaginibus valere: ſe immortalia animo praecipere, & cum Dionyſio Syracuſarum tyranno inter diſcipulos tanquam in regno verſari videri. Horis igitur ſubſecivis animum quoque ad ſcribendum applicavit, ut non cum praeſentibus dumtaxat, ſed & cum omni poſteritate loqueretur: & Pomponium Melam, cum quòd Hiſpanus ſcriptor esſet, tum quòd malè à librariis acceptum animadvertisſet; in integrum reſtituere priſtinòque nitori reddere tentavit, quà posſet à libris Graecisque auctoribus Herodoto praeſertim, quo fonte pleraque hauſerat. Quae alea cùm non infeliciter cecidisſet, (niſi quòd pauca poſt retractare, quod eſt hominis verè humanitate exculti, non puduit) & omnium plauſu Mela exciperetur, C. Plinium, qui ab illo vicisſim accepisſet, pari alacritate aggresſus eſt, impeditum opus, támque varium quàm ipſa Natura eſt; ſed cùm nullo labore frangi, a rectoque nullius calumniis deterreri abducique posſet, cum Hermolao Barbaro (bone Deus, quo, & quanto viro!) contendit, pariaque

facere

facere tentavit, & perfecit. Saepe enim, ut fit, in re litteraria diſſentire ab illo cogebatur: modeſte tamen; & veniam praefatus, non reprehendendi id ſtudio facere ſe, ſed omnibus amicitiis veritatem praeſtare. His enim litterariis contentionibus, quae tamen felle & dentibus carerent, rem litterariam creſcere, ſtudiaque augeri didicerat: nec unius hominis eſſe tam vaſtum illud Naturae opus inſtaurare uſu jam perſpectum habebat. In omnibus igitur libris lectionis veritatem conſtituens, loca ex Graecorum copioſiſſimo penu deprompta, ut maximè optabat repraeſentare non potuit, inopia, quo tum Hiſpania temporis vitio laborabat, Graecorum characterum. Quivis tamen libris inſtructus facilè depromere poteſt, cùm ille tanta fide diligentiáque digitos in fontes intenderit. Senecam quoque Philoſophum, Hiſpanum, poſt Eraſmum multis millibus meliorem fecit. Non igitur uni Herculi, ſibi etiam cum Cerbero tricipiti rem fuiſſe, familiari ſermone uſurpare ſolebat, cui tres omnium depravatiſſimi auctores in partem laborum veniſſent. Hoc ſanè in confeſſo eſt, cum eo Graecas litteras in Hiſpania & natas, & paene ſepultas: quas ita feliciter jam propagarat, immenſis partim docendi laboribus quos per annos xx. libens exantlavit, ſcriptisque ad immortalitatem comparatis: partim etiam Bibliotheca ſua, quam inſtructiſſimam moriens Academiae Salmanticenſi legavit, quae publicè in archivis aſſervatur. Prodierunt certè ex ipſius ludo, tamquam ex equo Trojano, meri heroës Graecè Latineque doctiſſimi, Leo Caſtrus Franc. Mendoſius, qui poſt Cardinalis Burgenſis, Chriſtophorus Stella, Hieronimus Surita, ceteri: qui vel in Republic. doctrinae laude verſati, vel editis in vulgus ingenii monumentis clari ſunt, & praeceptori eruditionem libenter acceptam referunt: plerique etiam hodie vigent, quos verum me dicere teſtes appello. Profeſſionis apud Complutenſes initio Moſchum poëtam de excidio Trojae de Graeco Latinum fecit, & Baſilii orat. ad nepotes de utilitate capienda ex litteris: Leonardi Aretini verſionem recenſuit: quae Antonio Nebriſſenſi primo praeceptori inſcripſit. Animadverſiones in Platonis verſionem Marſilii Ficini, quas alibi pollicetur, quod nondum affectae eſſent, periiſſe puto, aut à plagiario interceptas. Scripſit & vernaculè juvenis admodum, in gratiam civium Comm. in Jo. Menam, Cordubenſem, poëtam ingenioſiſſimum &, ut tum erant tempora, principem; quod in

manibus omnium eſſet, à paucis tamen intelligeretur: hauſit enim ex Lucano cive ſuo, & intimis poëtarum adytis pleraque. Vernacula quoque Adagia, *Refranes* Hiſpani vocant, ad tria millia collegit, propoſitis etiam ſtudioſis, qui attuliſſent, praemiis, quae & liberaliter perſolvit, & ſaepe auxit: De Italicis & Gallicis multa mutuatus Hiſpanicè reddebat. Commentarium in eadem moliebatur, ſeni jam jucundum laborem eſſe ratus, & à ſtudiis honeſtam recreationem. Obiit octogenario major, relictis fortunis omnibus corpori Salmanticenſi nobilium, qui pauperum in vinculis conflato aere alieno conſeneſcentium pietatis ergô rationem habent, alimentaque ſuppeditant: magna etiam parte ſacrificis egenis: Illi honorificè efferendum nobilium diſcipulorum humeris celebri pompa curarunt: hi anniverſariis ſacris ſollemni ritu parentant. Sepultus ad Divae Suſannae eſt, humili ſacello (erat enim omnis faſtus & gloriae contemptor) ad portam Rivalem, qua ad Tormim fluvium itur. Quatuor etiam, nec plura, verba tumulo inſcribendo curavit MAXIMUM VITAE BONUM MORS. Proſpera ſemper aſ extremum uſque valetudine uſus, quòd temperanter continenterque viveret, non tamen ſordide. Medicos fortiter contempſit, quos feſtivè aliquando eluſit, & falsè riſit, cùm pharmacum praeſcripſiſſent: nec umquam laborans etiam, conſilio eorum uti voluit. Corpore firmo & robusto, validéque compacto, firmis lateribus, ſtatura ſupra mediocrem, vultu claro & ſereno. Caelebs & abſtemius ſemper vixit; frigida, jugis potio. Natura in omnes dicaciſſimus, vitiorumque cenſor acerrimus; ſummae tamen fidei: nemo enim vanùm deprehendit, aut largè promittentem, & poſt tergiverſantem. Habuit & fratres duos ſummi ingenii viros, in Mathematicis Joannem, & Ludovicum in Muſicis excellentem; hic in mari mediterraneo ex Italia rediens, cùm à Gallis bello Italico triremis oppugnaretur, ſtrenuè pugnans, glorioſe periit. Nos piis Pintiani Manibus, ſepulcrum venerantes bene precabamur:

*Barbarus Euganeis illuxit lucifer oris,*
*Barbariem pepulit, Phoſphorus ut tenebras:*
*Pintia dives opum meritò ſe jactat alumno,*
*Attica Muſa etenim, lumen & Heſperiae.*
*Hic* FREDENANDE *jaces, totus quem vix capit orbis?*
*Salve ergo atque vale: molliter oſſa cubent.*

In

In patriam,

*Spirant ſuave roſae. quid mirum? Valliſoletum*
*Produxit florem beneolentem, ac inter acanthos*
*Sternuis? omen adeſt: nares praeſtinguit uti flos.*

Jacobi Salvatoris Margenſis:

*Barbara jampridem fuerat Hiſpania, ſed mi*
*Contigit, ut foret hinc Graecia tota tibi:*
*Ut foret ille decor Latii gratiſſimus oris,*
*Et foret in patria gloria prima mihi.*
*Sed nunc chara vale, noſtris ornata triumphis:*
*Linquo ſolum, & cupiens aſtra, volo ad ſuperos.*

# INDEX
## GEOGRAPHICUS
## IN
# POMPONIUM MELAM.

*Prior numerus Librum, ſequens Caput, tertius Verſum capitis indicat.*

### A.


Abdera, urbs II. 2. 118. II. 6. 64.
Abſyrtis, inſula II. 7. 128.
Abydos, urbs I. 19. 2. II. 2. 82.
Abyla, mons I. 5. 17. II. 6. 69.
Acanthos, urbs II. 2. 124.
Acanthus I. 16. 16.
Acarnania II. 3. 50. & 77. & 150.
Aceſines, fluvius III. 7. 72.
Achaei I. 19. 103.
Achaia II. 3. 49. & 67.
'Αχαιῶν λιμὴν I. 18. 28.
Achelous, flumen II. 3. 151.
Acheruſia, ſpecus I. 19. 54. &
Acheruſius ſpecus II. 3. 132.
Achillea, inſula II. 7. 12.
'Αχίλλειος δρόμος II. 1. 54.
Achivi II. 2. 147.
Acholla, urbs I. 7. 17.
Acragas, urbs II. 7. 159.
Acritas, promontorium II. 3. 118. II. 7. 92.
Acroathon, oppidum II. 2. 139.
Acrocorinthos, arx II. 3. 113.
Acronius lacus III. 2. 69.
Actium II. 3. 135.
Adiabene I. 11. 4.
Adobrica, urbs III. 1. 88.
Adramyttion, oppidum I. 18. 17.
Adria, caſtellum II. 4. 51.
Adria, mare II. 2. 21. II. 3. 51. & 178. II. 4 68. II. 7. 127.
Adriaticum mare I. 3. 18. & 26. II. 4. 7. II. 7. 97.
Aeaeë, inſula II. 7. 178.
Aeas, amnis II. 3. 174.
Aegaei fluctus II. 3. 31.
Aegaeum mare I. 3. 17. & 22. & 24. II. 2. 77. II. 2. 107. II. 7. 87. pelagus II. 2. 96.
Aegates, inſulae II. 7. 65.
Aegilia, inſula II. 7. 100.
Aegina, inſula II. 7. 88.
Aegion II. 3. 145.
Aegipanes I. 4. 34. I. 8. 65.
Aegira II. 3. 146.
Aegos, flumen II. 2. 81.
Aegyptii I. 2. 60.
Aegyptus I. 8. 18. I. 9. I. I. II. 16. III. 8. 18. & 78. & 89.
Aenaria, inſula II. 7. 179.
Aenos, urbs II 2. 106.
Aeoli inſulae II. 7. 175.
Aeolii I. 18. I.
Aeoliorum coloniae I. 18. 27.
Aeolis I. 2. 66. I. 18. 2.
Aeſis, flumen II. 4. 44.
Aeſtria, inſula II. 7. 130.
Aethiopes Africae I. 4. 23. III. 9. 74. III. 10. 8.
Aethiopes Aſiae I. 2. 39. & 60.
Aethiopia I. 9. 3. & 11. & 38.
Aethiopicum mare I. 4. 16.
Aetna, mons II. 7. 166.
Aetoli II. 3. 143.
Aetolia II. 3. 50. & 76.
Afri I. 5. 7.
Africa I. 1. 45. & 46. I. 2. 59 I. 4. I. I. 8. 18. & 66. II. 6. 63. & 82. II. 7. 61.
Africa, propriè dicta I. 4. 21. I. 7. 8. II. 7. 173.
Africae deſerta I. 9. 8.
Africae litora II. 6. 68.
Africae primae partes I. 5. 4.
Africum pelagus II. 7. 184.
Agatha II. 5. 50.
Agathyrſi II. 1. 17.
Albani III. 5. 36.


Albin-

# I N D E X.


Albingaunum II. 4. 107.
Albis, amnis III. 3. 85.
Aleria colonia II. 7. 137.
Alexandria I. 9. 113. II. 7. 53. & 130 III. 9. 37.
Allobrogum Vienna II. 5. 10.
Alon, urbs II. 6. 55.
Alope II. 3. 90.
Alopeconneſus, urbs II. 2. 104.
Aloros II. 3. 17.
Alpes II. 4. 4. & 16. & 108. & 110. II. 5. 20. III. 2. 67. III. 3. 1. &. 2.
Alpheus, amnis II. 3. 134. II. 7. 155.
Altinum II. 4. 28.
Amanus, mons I. 12. 28.
Amardi III. 5. 37. & 68.
Amaſis I. 9. 99. & 104.
Amazones I. 2. 41. & 48.
Amazones Sauromatides III. 5. 34.
Amazonum caſtra I. 19. 68.
Amazonum regna I. 19. 131.
Amazonici montes I. 19. 53.
Amazonius campus I. 19. 68.
Ambracia II. 3. 156.
Ambracius ſinus II. 3. 151. II. 7. 97.
Amiſius amnis III. 3. 35.
Amiſos urbs I. 19. 64.
Ammodes promontorium I. 13. 6.
Ampeluſia, promontorium I. 5. 7. II. 7. 83. III. 10. 49.
Amphilochis Argia II. 3. 153.
Amphipolis II. 2. 122.
Ampſacus, flumen I. 6. 2.
Amyclae II. 3. 66.
Anas, fluvius II. 6. 22. III. I. 33 & 45. & 50.
Anchialos, urbs II. 2. 60.
Ancon II. 4. 47. & Ancona II. 4. 42.
Andanis, fluvius III. 8. 28.
Androphagoe III. 7. 6.
Andros, inſula I. 18. 21. II. 7. 107.
Anemurium promontorium I. 13. 54.
Antandrus, oppidum I. 18. 20.
Anthedon II. 3. 91.
Anthropophagi II. I. 120.
Antichthones I. I. 13. I. 9. 54.
Anticinolis, urbs I. 19. 62.
Anticyra II. 3. 147.
Antiochia I. 12. 8. I. 12. 24.
Antipolis II. 5. 21.
Antiſſa II. 7. 34.
Antium II. 4. 100.
Antronia II. 3. 54.
Antros, inſula III. 2. 32.
Apenninus, mons II. 4. 4. & 16.
Aphrodiſium, urbs II. 4. 100.
Aphrodiſium, promontorium I. 16. 15.
Apollinis promontorium I. 7. 5.
Apollonia, urbs Cyrenaicae I. 8. 15.
Apollonia, urbs Illyrici II. 3. 170. & 176.
Apollonia, urbs Thraciae II. 2. 62. & 122.
Apioros, inſula II. 7. 128.
Apuli II. 4. 15.
Apulium litus II. 4. 58.
Aquileia II. 4. 28.
Aquitani III. 2. 35. & 37.
Arabes I. 9. 2. I. II. 6. III. 8. 43. 57.
Arabia I. 2. 62 I. 10. I. III. 8. 19.
Arabia Eudaemon III. 8. 48.
Arabia, urbs III. 8. 58.
Arabicum mare I. 2 9.
Arabicus ſinus III. 8. 10. & 15.
Arados inſula II. 7. 47.
Arae tres Auguſti nomine ſacrae III. I. 91.
Arae Cephei fratresque Phinei I. II. 21.
Arae Philaenorum I. 7. 2. & 38.
Arae Seſtianae III. I. 93.
Arauris II. 5. 50.
Arauſo Secundanorum II. 5. 20.
Araxes, amnis III. 5. 41.
Araxes, promontorium II. 3. 119. & 139.
Arcadia II. 3. 49. & 72.
Ardea II. 4. 100.
Arecomicorum Nemauſus II. 5. 18.
Arelate Sextanorum II. 5. 13.
Arethuſa, fons II. 7 153.
Argia Amphilochis II. 3. 153.
Argolicus ſinus II. 3. 125. & 128.
Argolis II. 3. 48 & 63.
Argos II. 3. 63.
Argyre, inſula III. 7. 79.
Aria I. 2. 36.
Aria, inſula II. 7. 13.
Ariane I. 2. 35.
Arimaſpoe Scytharum II. I. 15.
Ariminum II. 4. 42.
Armene I. 19. 63.
Armeniae campi III. 5. 42.
Armeniae pylae I. 15. 14.


Arme-

# INDEX.


Armenii I. 2. 53. III. 8. 39.
Arſinna, oppidum I. 6. 10.
Arſinoë, urbs I. 8. 16. III. 8. 63.
Artabri III. I. 85. & 87.
Aruſaces, flumen III. 7. 95.
Arymphaeï I. 2. 51. I. 19. 144.
Aſcalon I. II. 18.
Aſia I. I. 47. I. 3. 32. I. 4. 3. I. 12. 18. I. 19. 33. II. 7. 40.
Aſiae confinia I. 4. 25. III. 5. I.
Aſiae finis ac ſitus II. I. 12.
Aſiae litroa I. 8. 8.
Aſiaticae regiones II. 7. 24.
Aſiaticum litus III. 5. 4.
Aſinaeus ſinus II. 3. 127. & 133.
Aſine, urbs II. 3. 136.
Aſpendos, urbs I. 14. 6.
Aſſos, colonia I. 18. 27.
Aſſyrii I. 2. 59.
Aſta, colonia III. I. 34.
Aſtaboras, fluvius I. 9. 12.
Aſtacos, urbs I. 19. 30.
Aſtape, fluvius I. 9. 13.
Aſteria, inſula II. 7. 92.
Aſtigi, urbs II. 6. 29.
Aſtures III. I. 86.
Aſturum, litus III. I. 92.
Aſtypalaea, inſula II. 7. 123.
Aſtyra, oppidnm I. 18. 18.
Atacinorum, colonia II. 5. 14.
Atax, fluvius II. 5. 51.
Aternus, fluvius II. 4. 54.
Athenae II. 3. 61.
Athenienſium portus Piraeëus II. 3. 103.
Athenopolis II. 5. 22.
Athos, mons II. 2. 124. & 129. II. 7. 71.
Athyras, amnis II. 2. 71.
Atlantes I. 4. 52.
Atlanticus Oceanus I. 3. 3.
Atlanticum aequor III. I. 27.
Atlanticum mare I. 4. 17. II. 6. 23. III. I. 45. III 10. 2.
Atlanticum pelagus I. 4. 22.
Atlas, mons III. 10. 7.
Atthis II. 3. 47. & 60. II. 7. 85.
Attica II. 3. 101.
Aturia, fluvius III. I. 108.
Avaticorum Maritima II. 5. 30.
Avenio Cavarum II. 5. 10.
Avernus lacus II. 4. 94.
Areos, fluvius I. 6. 14.
Aufidus, flumen II. 4. 61.
Augilae I. 4. 31. I. 8. 52.
Auguſta, urbs III. 2. 40.
Auguſti nomine ſacrae tres arae III. I. 91.
Auguſti turris III. I. 77.
Auguſtodunum, urbs III. 2. 20.
Aulis II. 3. 91.
Avo, fluvius III. I. 70.
Auſci III. 2. 38 & 41.
Automoloe III. 9. 6.
Autrigones III I. 105.
Axenus Pontus I. 19. 49.
Axiacae II. I. 68. & 103.
Axiaces, fluvius II. I. 68.
Axius, fluvius II. 3. 14. & 15.
Azotus, portus & emporium I. 10. 5.

B.

Babylon, urbs I. II. 12.
Babylonia I. II. 5.
Babylonii I. 2. 60.
Babyloniorum fines III. 8. 30.
Bactri I. 2. 44.
Baeterrae Septimanorum II. 5. 14.
Baetica II. 6. 19. & 22. & 29. III. I. 48. III 6. I.
Baeticae frontis ora III. I. 27.
Baeticae principia II. 6. 59.
Baetis, fluvius III. I. 37.
Baetorum rex III. 5. 91.
Baetulo, flumen II. 6. 40.
Baetulo, oppidum II. 6. 38.
Bagrada, flumen I. 7. 10.
Baiae II. 4. 94.
Baleares inſulae II. 7. 199.
Balſa III. I. 53.
Barbeſul, oppidum II. 6. 65.
Barcino, oppidum II. 6. 39.
Barcinonis litus II. 6. 41.
Bargylos I. 16. 25.
Barium II. 4. 62.
Baſilicus ſinus I. 16 25. I. 17. I.
Baſilidae II. I. 41 & 98.
Baſtuli III. I. 30.
Baudos, amnis I. 12. 27.
Becheri I. 19, 79.
Belcae III. 5. 4.
Belcarum litus III. 6. 88.
Belgae III. 2. 37. & 38.
Belo II. 6. 79.
Berenice, urbs III. 8. 60.
Berenice, alia urbs III. 8. 63.
Berytos, urbs I. 12. 26.
Beſippo II. 6 79.
Biſanthe Samiorum II. 2. 72.
Bithyni I. 2. 67. I. 19. I. II. 7 18.


Bithy

Bithynis, urbs II. 2. 70. II. 7. 19.
Bizone, urbs II. 2. 58.
Blanda, urbs II. 4. 86.
Blemyae I. 8. 63. & Blemyes I. 4. 34.
Boeotia II. 3. 58. II. 7. 77.
Boeotis, urbs II. 3. 47.
Bolbiticum oſtium Nili I. 9. 115.
Bononia, Romanorum colonia II. 4. 21.
Borion, promontorium I. 7. 35.
Boryſthenes fluvius II. 1. 53. II. 7. 8.
Boryſthenis, Graecum oppidum in Scythia II. 1. 60.
Boſporus I. 2. 21. I. 19. 119. & 132. II. 1. 19. & 22.
Boſporus Cimmerius I. 1. 39.
Boſporus Thracius I. 1. 37. I. 2. 68. I. 19. 34. II. 7. 19.
Botrys, oppidum I. 12. 13.
Braccata Gallia II. 5. 6.
Brauronia, urbs II. 3. 97.
Britannia III. 9. 33. & 63.
Britannicum mare III. 6. 23.
Britannicus Oceanus I. 3. 4.
Brunduſium II. 4. 64 II. 7. 131.
Bruttii II. 4. 18.
Bruttium promontorium II. 4. 80. & 81.
Bruttius ager II. 7. 133.
Bubaſtis, urbs I. 9. 107.
Bubeſſus ſinus I. 16. 14. & 16.
Buca, urbs II. 4. 54.
Bucephalos, promontorium II. 3. 116.
Buces, amnis II. 1. 17.
Budini I 19. 140.
Buthroton II 3. 157.
Buxentum II. 4. 86.
Buzeri I. 19. 79
Byblos, oppidum I. 12. 13.
Byzantium II. 2. 69.

C.

Caduſii I. 2. 48.
Caepionis munimentum III. I. 35.
Caeſarauguſta, urbs II. 6. 22.
Caeſarea I. 6. 8
Caïcus, amnis I. 18. 8.
Calabri II. 4. 15.
Calabria II. 4. 63.
Caiaris, urbs II. 7. 196.
Calarnaea turris II. 2. 123.
Calatis II. 2. 54.
Calauria, inſula II. 7. 89.
Calbis, amnis I. 16. 7.
Calliaros II. 3. 56.
Callipidae II. 1. 62. & 68.
Callipolis II. 4. 66.
Καλὸς λιμὴν, ſinus II. 1. 25.
Calpe, mons I. 5. 18. II. 6. 76.
Calydon II. 3. 149.
Calymnia, inſula II. 7. 103.
Cambyſes, amnis II. 5. 56.
Camiros II. 7. 37.
Campania II. 4. 17.
Campaniae litora II. 4. 97.
Cana, oppidum I. 18. 12.
Canaſtraeum, promontorium II. 3. 9.
Candidum, promontorium I. 7. 5.
Canopicum, oſtium Nili I. 9. 114. II. 7. 51.
Canopos, inſula II. 7. 50.
Cantabri III. I. 84. & 102.
Cantabrica litora III. 2, 61.
Cantabricae terrae III. 2. 4.
Canuſium II. 4. 61.
Caphareus, promontorium II. 74.
Cappadoces I. 2. 54. III. 8. 40.
Capraria, inſula II. 7. 183.
Capreae, inſula II. 7. 179.
Κάρπων λιμὴν II. 2. 123.
Capua II 4. 22.
Carambicum, promontorium II. 1. 27.
Carambis, promontorium I. 19. 59.
Carbania, inſula II. 7. 183.
Carcine, urbs II. 1. 38.
Carcinites ſinus II. 1. 37.
Carcinus II. 4. 78.
Cardia, urbs II. 2. 105.
Caria I. 2. 66. I. 16. II. 7. 34.
Caria, portus II. 2 55.
Carmanii III. 8 23. & 28. & 51.
Carni II. 4 12.
Carpathium mare II. 7. 125.
Carpathos, inſula II. 7. 127.
Carra, urbs III. 8. 58.
Carteia II. 6. 75.
Carthago I. 7. II. & 40 II. 7. 64.
Carthaginis ſinus II. 7. 64.
Carthago, Hiſpaniae urbs II. 6. 60.
Cartiuna, oppidum I. 6. 10.
Caryanda I. 16. 24.
Caryſtos, urbs II. 7. 84.
Caſius, mons I. 10. 3. III. 8. 19.
Caſpiae pylae I. 15. 13.
Caſpiani I. 2. 39.
Caſpii III. 8. 34.

Caſpii

Caſpii montes I. 19. 93.
Caſpium mare I. 2. 18. III. 5. 28. pelagus I. 19. 91.
Caſpius ſinus I. 2. 34. & 40. & 47. III. 5. 28. & 34 & 41. & 81.
Caſſandria II. 3. 16.
Caſſiterides, inſulae III. 6. 23.
Caſtanaea II. 3. 19.
Caſtra Cornelia I. 7. 9.
Caſtra Delia I. 7. 9.
Caſtrum novum II. 4. 103.
Catabathmos I. 8. 1. & 17. I. 9. I.
Cataptyſtum, oſtium Nili I. 9. 116.
Catarractes, fluvius I. 14. 9.
Catina II. 7. 158.
Catuces II. 5. 45.
Cavarum Avenio. II. 5. 10.
Caucaſii montes I. 19. 94.
Caucaſus, mons I. 15. 12.
Caulonia II. 4. 80.
Caunus, oppidum I. 16. 7.
Cayſtros, amnis I. 17. 21.
Cebennae montes II. 5 49.
Cebennici montes II. 5. I.
Cecina II. 4. 104.
Cedreſii III. 8. 27.
Cedreſis I. 2. 36.
Celadus, fluvius III. 1. 70.
Celenderis, Samiorum colonia I. 13. 55. & 56.
Celeia II. 2. 36.
Celtica gens III. 1. 86.
Celtici III. 1. 68. III. 6. 21.
Celticum promontorium III. 1. 67. & 82.
Cenaeum promontorium II. 7. 75.
Cenchreae, oppidum II. 3. 109.
Centuripinum, oppidum, II. 7. 160.
Cephalenia, inſula II. 7. 93.
Ceppae, urbs I. 19. 18.
Ceramicus ſinus I. 16 18.
Ceraſus, urbs I. 19. 80.
Ceraunii montes (in Graecia) II. 3. 157.
Ceraunii montes (in Ponto) I. 19. 93. III. 5. 40.
Ceraunii ſaltus III. 8. 93.
Cercaſorum, oppidum I. 9. 20.
Cercetae I. 2. 60.
Cercetici I. 19. 104.
Cercinna, inſula II. 7. 63.
Cervaria, locus II. 5. 79. II. 6. 80.
Ceſtros, fluvius I. 14. 8. & 9.
Chalcedon I. 19. 86.
Chalcia, inſula II. 7. 102.
Chalcis, urbs II. 7. 84.
Chaldaeorum fines III. 8. 30.
Chalybes I. 19. 63. & 69.
Charybdis, mare II. 7. 137. & 138.
Chaelidoniae inſulae II. 7 39.
Chelonates promontorium II. 3. 118. & 138.
Chelonophagi III. 8. 22.
Chetumis, inſula I. 9. 58.
Cherrone, oppidum II. I. 29.
Cherſoneſus II. 2. 79.
Cherſoneſi alterum latus II. 2. 101.
Cherſoneſus promontorium II. 3. 116.
Chios, inſula & urbs II. 7. 34.
Chomari I. 2. 47.
Chryſa, oppidum I. 18. 18.
Chryſe, inſula II. 7. 124. III. 7. 79.
Cicones II. 2. 107.
Cicynethos, inſula II. 7. 72.
Cilices I. 12. 29.
Cilicia I. 2. 65. I. II. 7. I. 13. 54. II. 7. 42.
Cimbri III. 3. 46.
Cimmerica oppida II. I. 22.
Cimmerii I. 2. 49.
Cimmerium, urbs I. 19. 114.
Cimmerius Boſporus I. I. 39.
Cinara, inſula II. 7. 102.
Cinolis, urbs I. 19. 62.
Cinyps fluvius I. 7. 31.
Cios, emporium I. 19. 27.
Circeji II. 4. 100.
Cirrha II. 3. 148.
Cirta, nunc Sittianorum colonia I. 6. 4.
Ciſſi I. 2. 49.
Ciſthena, urbs I. 18. 16.
Cithaeron II. 3. 59.
Cithariſte II. 5. 23.
Clampetia II. 4. 85.
Clazomenae, urbs I. 17 30.
Cleona, urbs II. 2. 125.
Cliternia, oppidum II. 4. 56.
Cliumberrum, urbs III. 2. 41.
Clodianum, flumen II. 6. 33.
Cluana, urbs II. 4. 50.
Clupea, urbs I. 7. 17.
Cnemides II. 3. 90.
Cnidus, urbs I. 16. 17.
Codanonia III. 6. 75.
Codanus ſinus III. 3. 56. III. 6. 74.
Coele Syria I. II. 3.
Coelos portus II. 2. 89.

Col-

Colchi I. 19. 13. & 84.
Colchis II. 3. 85.
Coli II. 7. 13.
Colis III. 7. 3. & 58. & 60.
Colobs, promontorium III. 8. 62.
Colónia Sittianorum I. 6. 5.
Coloniae Rhodiorum I. 16. 9.
Colophon, urbs I. 17. 24.
Colophonii I. 19. 25.
Colobraria, inſula II. 7. 211.
Columna Rhegia II. 4. 89.
Columnae Herculis I. 5. 18. II. 6 69.
Comani I. 2. 45.
Comarae I. 2. 44.
Comata Gallia III. 2. 32.
Commagene I. 11. 5.
Commageni I. 2. 58.
Concordia II. 4. 25.
Conſentia II. 4. 89.
Coos, inſula & urbs II. 7. 34.
Cophes, fluvius III. 7. 72.
Κωφὸς portus II. 3. 7.
Coraxi I. 19. 102.
Coraxicus mons III. 5. 57.
Coraxici montes I. 19. 94.
Corcyra, inſula II. 7. 98.
Corcyra nigra inſula II. 7. 129.
Corduba, urbs II. 6. 30.
Corinthos II. 3. 111.
Cornelia caſtra I. 7. 10.
Corocondame I. 19. 111.
Coros, fluvius III. 8. 29.
Corſica, inſula II. 7. 184. & 185.
& 192.
Corycius ſpecus I. 13. 18.
Corycos, oppidum I. 13. 15.
Coryna I. 17. 32.
Coſa II. 4. 103.
Coſſura, inſula II. 7. 174.
Cothon, inſula II. 7. 100.
Cragus, mons I. 15. 21.
Crete, inſula II. 7 109.
Cretes I. 16. 3.
Creuſis II. 3. 147.
Κριοῦ μέτωπον II. I. 26. II. 7. 112.
Cromna, urbs I. 19. 60.
Croto II. 4. 76.
Crunos, portus II. 2. 59.
Crya, promontorium I. 16. 7.
Cudus III. 7. 60.
Cumae II. 4. 95.
Cuneus ager III. I. 51. & 53.
Cupra, urbs II. 4. 50.
Cyaneae inſulae II. 7. 22.
Cyclades inſulae II. 7. 107.
Cycnus, oppidum I. 19. 99.
Cydna II. 3. 17.
Cydnus, fluvius I. 13. 7. & 9.
Cydonia, urbs II. 7. 120.
Cyllene II. 3. 137. & 139.
Celleuius mons II. 3. 75.
Cyme, urbs I. 18. 7.
Cynos, II. 3. 56.
Cynoſſema, tumulus Hecubae II.
2. 91.
Cypariſſae, urbs II. 3. 185.
Cypariſſius ſinus II. 3. 128. & 134.
Cypros, inſula II. 7. 41. & 112.
Cypſela II. 2. 73.
Cyrenae, provincia I. 4. 19.
Cyrenaica provincia I. 8. I.
Cyrenaici I. 7. 40.
Cyrene, urbs I. 8. 17.
Cyrus, amnis III. 5. 56.
Cythera, inſula II. 7. 90.
Cythnos, inſula II. 7. 101.
Cytoros, urbs I. 19. 61.
Cyzicum I 19. 12.

D.

Dahae I. 2. 45. III. 5. 60.
Damaſcene I. 11. 4.
Danubius, amnis II. I. 74. II. 8.
175. III. 3. 23.
Dardania, urbs I. 18. 48.
Daſeylos, urbs I. 19. 24.
Daſſaretae II. 3. 163.
Dauni II. 4. 14. & 58.
Deciatum oppidum II. 5. 20.
Decimanorum colonia II. 5. 15.
Decium III. 2. 108.
Dellia caſtra I. 7. 9.
Delos, inſula II. 7. 106. III. 5 15.
Delphi II. 3. 57.
Delphicum delubrum I. 15. 19.
Delta I. 9. 22.
Demetrion II. 3. 82.
Derbices III. 5. 38.
Derris promontorium II. 3. 6.
Dertoſa II. 6. 44.
Devales, fluvius III. I. 105.
Dianium, inſula II. 7. 132.
Diarrhytos Hippo I. 7. 8.
Dictynna, urbs II. 7. 181.
Didyme II. 7. 176.
Diolcos II. 3. 106.
Diomedia, inſula II. 7. 180.
Diomedis turris II. 2. 116.
Dionyſia inſula II. 7. 101.
Dionyſopolis II. 2. 60.
Dioſcorias, urbs I. 19. 105.

Doris II. 3. 46. & 55.
Doriſcos II. 2. 107.
Δρόμος Ἀχιλλέως II. 1. 52.
Dulichium, inſula II. 7. 94.
Durius, amnis III. 1. 63. & 69.
Dyrrachium, urbs II. 4. 167.
Dyſcelados, inſula II. 7. 128.

E.

Ebora, oppidum III. 1. 55.
Ebora, caſtellum III. 1. 33.
Ebora, portus III. 1. 76.
Ebuſos, urbs & inſula II. 7. 204.
Echidna II. 1. 98.
Echinades, inſulae II. 7. 95.
Echinos II. 3. 83.
Echymnia II. 2. 124.
Elaea, urbs I. 18. 8.
Electrides, inſulae II. 7. 129.
Elephantis urbs I. 19. 17. & 107.
Eleus II. 2. 95.
Eleuſin II. 3. 60.
Eliberri vicus II. 5. 76.
Ἡλίου τράπεζα III. 9. 14.
Elis, regio II. 3. 49. 68.
Elis, urbs II. 3. 68.
Eluro, oppidum II. 6. 38.
Emerita, urbs II. 6. 29.
Emporiae II. 6. 33.
Encheliae II. 3. 164.
Enna II. 7. 164.
Enneapolis II. 3. 137.
Eoa litora I. 15. 5.
Eoa pars I. 2. 27.
Eoum mare III. 7. 1.
Eoum pelagus III. 7. 14.
Eous Oceanus I. 2. 2.
Epheſus, urbs I. 17. 18.
Epidamnos, urbs II. 3. 168.
Epidauricum litus II. 7. 88.
Epidaurii II. 3. 120.
Epidaurus, oppidum II. 3. 123.
Epigoni, Thebanorum victores I. 17. 23.
Epiros II. 3. 50. II. 3. 77. II. 3. 151. II. 7. 95.
Eraſinus, amnis II. 3. 129.
Ereſos II. 7. 33.
Eretria, oppidum II. 7. 83.
Eretrii II. 2. 146.
Erginos amnis II. 2. 71.
Erineum II. 3. 56.
Erymanthus, fluvius II. 3. 76.
Erythia III. 6. 16.
Ἐρυθρὰ θάλασσα III. 8. 3.
Eryx, mons II. 7. 165.
Ἑσπέριοι III. 9. 74.
Ἑσπέρου κέρας, promontorium III. 9. 95.
Esſedones II. 1. 16. 80. & 119.
Eſtia, palus III. 3. 26.
Etruria II. 4. 17.
Etruſcum litus II. 7. 185.
Etruſca loca II. 4. 105.
Euboea II. 7. 73.
Eudaemon Arabia III. 8. 48.
Euenos II. 3. 149.
Euphrates fluvius I. 11. 13. III. 8. 32. & 33.
Euproſopon, promontorium I. 12. 12.
Euripos, rapidum mare II. 7. 78.
Europa I. 3. 1. 19. 33. II. 7. 113.
Europae litora II. 6. 68.
Europae prima pars I. 5. 4.
Europe I. 1. 46. 47. I. 2. 6. I. 4. 5. II. 6. 84.
Eurotas, amnis II. 3. 131.
Eurymedon, fluvius I. 14. 2.
Euteletos, inſula II. 7. 62.
Euthane, urbs I. 16. 18.
Euxinum mare II. 1. 24.
Euxinus Pontus I. 19. 51. & 90. II. 2. 20.
Ex, oppidum II. 6. 65.
Exampeus fons II. 1. 65.

F.

Faneſtris colonia II. 4. 43.
Ferraria, promontorium II. 6. 47. II. 7. 206.
Firmum, caſtellum II. 4. 51.
Flevo III. 2. 76.
Formiae II. 4. 98.
Fortunatae inſulae III. 10. 12.
Forum Julii II. 5. 21.
Foſſa Mariana II. 5. 31.
Frentani II. 4. 11. & 53.
Fretum I. 1. 33. & 44. I. 3. 9. & 12. II. 6. 80. II. 7. 1. III. 10. 49.
Fretum Helleſponticum I. 2. 20.
Fretum Siculum II. 7. 172.
Fundi II. 4. 99.

G.

Gadamus, urbs III. 8. 59.
Gades, inſula II. 7. 1. III. 6. 4.
Gaditanus portus III. 4. 32.

Gaeſus,

Gaeſus, flumen I. 17. 19.
Gaetuli I. 4. 28. III. 10. 26.
Galata, inſula II. 7. 174.
Gallia I. 3. 27. & 30. II. 5. I. & 42. II. 7. 196. III. I. 100. III. 6. 43.
Gallia Braccata II. 5. 6.
Gallia Comata III. 2. 32.
Gallia Narbonenſis II. 5. 6.
Gallia Togata II. 4. 12.
Galliae finis II. 5. 79.
Galliae latus alterum III. 2. I.
Galliae II. 5. 42. II. 6. 7. & 18.
Gallicae gentes II. 3. 162. II. 4. 47.
Gallicarum gentium ultimi III. 2. 65.
Gallograeci I. 2. 55.
Gamphaſantes. I. 4. 34. I. 8. 59.
Gandari I. 2. 43.
Ganges, fluvius III. 7. 57. & 58, & 65. & 74. & 79.
Garamantes I. 4. 30. I. 8. 46.
Garganus mons II. 4. 57.
Gargara I. 18. 26.
Garumna, fluvius III. 2. 35. & 41. & 59.
Gaudos, inſula II. 7. 121.
Gaulos, inſula II. 7. 173.
Gaza I. II. 14.
Geloni II. I. 122.
Gelonos I. 19. 142.
Gelos portus I. 18. 10.
Genua II. 4. 106.
Georgi I. 2. 50. II. I. 44. & 124.
Geraeſtos, promontorium II. 7. 74.
Germani I. 3. 81.
Germania II. I. 72. II. 4. 112. III. 3. I. III. 6 43. & 72.
Germaniae litora III. 5. 98.
Gerrhos, flumen II. I. 39. & 41.
Geſoriacum, portus III. 2. 26.
Getae II. 2. 24.
Gilda, urbs III. 10. 46.
Gnatia I. 4. 62.
Gnoſos, urbs II. 7. 119.
Gorgades, inſulae III. 9. 93.
Gortyna, urbs II. 7. 119.
Graeca oppida II. I. 61.
Graecia I. 3 24. I. 18. 6. II. 2. 86. II. 3. 29. II. 7. 142.
Grajorum terrae II. 7. 98.
Grajae urbes I. 19. 2.
Granicus, fluvius I. 19. 9.
Graviſcae II. 4. 103.
Grovii III. I. 69.
Gyaros, inſula II. 7. 101.
Γυναικοκρατούμενοι Maeotidae I. 19. 138.
Gyrtona II. 3. 18.
Gythius, amnis II. 3. 19.

H.

HAdrumetum, urbs I. 7. 16.
Haemodae, inſulae III. 6. 72.
Hemos, mons II. 2. 17. & 20.
Halicarnaſos I. 16. 9. & 23.
Halmydeſſos, urbs II. 2. 66.
Halonesos, inſula II. 7. 60.
Halos II. 3. 82.
Halys, amnis I. 19 65. & 66.
Hamaxobioe Sauromatae II. I. 19.
Hannibalis portus III. I. 54.
Hannibalis Scalae II. 6. 36.
Harmatotrophi I. 2. 44.
Hebrus, amnis II. 2. 15. & 107.
Hedui III. 2. 38. & 40.
Helene, inſula II. 7. 85.
Hellas II. 3 33. & 108.
Hellados litus quod ſpectat orientem II. 3. 59
Helleſponticum fretum I. 2. 20.
Helleſpontus I, I. 35. I. 2. 67. I. 3. 5. & 7. I. 8. 3. II. 2. 77. & 96.
Helleſponti fretum I. 18. 51.
Hemodes, mons I. 15. 12. III. 7. 66.
Heniochi I. 19. 103 105.
Heniochoe I. 2. 56.
Heraclea, urbs Italiae II. 4. 78.
Heraclea, urbs Ponti I 19. 53.
Heraclea, urbs Siciliae II. 7. 150.
Heraclea, inſula II. 7. 176.
Herculaneum II. 4. 92.
Herculis Columnae I. 5. 18. II. 6. 69.
Herculi ſacer ſpecus I. 5. 9.
Hercynia ſilva III. 3. 27.
Hermiona, oppidum II. 3. 124.
Hermiones III. 3. 47.
Hermiſium, oppidum II. I. 23.
Hermonaſſa, urbs I 19. 113.
Hermus, amnis I. 17. 38
Heroopoliticum promontorium III. 8. 60.
Heſperia, urbs I. 8. 15.
Heſperides III. 10. 6 & 22.
Hiera inſula II. 7. 178.
Himantopodes III. 10. 20.
Himera, urbs II. 7. 161.
Himera, amnis II. 7 162.
Hippo, nunc Vibon II. 4. 85.
Hippo Diarrhytus I 7. 8.
Hippo Regius I. 7. 2.

Hipponenſis ſinus I. 7. 7.
Hippopodes III. 6. 83.
Hippuris, inſula II. 7. 101.
Hippus, urbs I. 17. 10.
Hiſpal, urbs II. 6. 29.
Hiſpania I. 3. 27. I. 5. 3. & 16. II. 6. 3. & 7. & 58. II. 7. 199. III. 1. 97. III. 2. 4.
Hiſpaniae III. I. 110.
Hiſtonium, urbs II. 4. 55.
Holopyxos, urbs II. 7. 120.
Hybla II. 7. 163.
Hydaſpes, fluvius III. 7. 72.
Hydria, inſula II. 7. 129.
Hydrus, mons II. 4. 65.
Hyla I. 16. 16.
Hypacaris, flumen II. I. 39. & 42.
Hypanis, amnis II. I. 62.
Hyperborei I. 2. 41. & 49 III. 5. I.
Hyrcani I. 2. 48. III. 5. 36. & 59.
Hyrcania III. 5. 70.
Hyrcanus ſinus III. 5. 26. & 35. & 61.

I

JAder, urbs II. 8. 170.
Jalyſos I. 7. 57.
Jamno, caſtellum II. 7. 203.
Jaſſus ſinus I. 16. 25
Jaxartes, amnis III. 5. 62.
Iberes III. 5. 58.
Iberi I. 2. 48.
Iberus, amnis II. 6. 44.
Icaria, inſula II. 7. 102.
Icaris II. 3. 47.
Ichthys, promontorium II. 3. 118. & 128.
Iconium, urbs I. 6. 13.
Ida, mons I. 18. 15.
Idaeus mons I. 18. 31. II. 7. 123.
Igilium, inſula II. 7. 183
Ilienſes II. 7. 195.
Ilium I. 18. 28. II. 2. 147.
Illice, urbs II. 6. 56.
Illicitanus ſinus II. 6. 55.
Illyricae gentes II. II. 3. 161.
Illyrici II. 2. 2. II. 165.
Illyricum II. 3. 178.
Illyris I. 3. 25.
Ilva, inſula II. 7. 183.
Imbros, inſula II. 7. 67.
Inachus, amnis II. 3. 129.
Indi I. 2. 26. & 27. & 30. & 35. III. 5. 91.
Indis III. 7. 13. & 65.
Indica aequora III. 5. 93.
Indicum mare I. 2. 30.
Indicum pelagus III. 7. 15.
Indicus Oceanus I. 2. 4. & 9.
Indus fluvius III. 7. 16. & 57 & 65. & 70.
Indi oſtia III. 7. 86.
Inferum mare II. 4. 7.
Inſulae Fortunatae III. 10. 12.
Inſulae [illegible] II. 7. 27.
Inſulae noſtri maris III. 1. 1.
Iol I. 6. 7.
Iolcos II. 3. 54.
Iones I. 17. 17.
Ionia I. 2. 66. I. 17. I. & 5 & 9. & 34. II. 7. 34.
Ionii fluctus II. 3. 32.
Ionium mare I. 3. 24. II. 3. 24. & 38. & 107. II. 7. 92. & 135
Ionium pelagus II. 4. 9. II. 7. 149.
Jope, urbs I. 11. 18.
Ios, inſula II. 7. 160.
Iſauri I. 2. 55.
Iſſa, inſula II. 7. 128.
Iſſicus ſinus I. 13. 5.
Iſſos, urbs I. 13. 8.
Iſter, amnis II. I. 75. II. 2. 3. & 53. II. 3. 175. & 177. II. 4. 39. II. 5. 38. III. 4. 3.
Iſter Nilo tantum minor II. I. 77.
Iſtri oſtia II. 78. II. 7. 16.
Iſthmos II. 2. 78. II. 3. 119. & 144.
Iſthmos, cui Diolcos cognomen eſt II. 3. 105.
Iſthmi alterum litus II. 2. 105.
Iſtri II. 3. 177.
Iſtria II. 3. 166. II. 4. 38.
Iſtrici II. 1. 69.
Iſtropolis II. 2. 58.
Italia II. 4. 1. & 67. II. 7. 143. & 174.
Italiae latus alterum II. 4. 67.
Italicae gentes II, 3. 162. II. 4. 47.
Italici populi II. 4. 13.
Italicum latus II. 7. 181.
Ithaca inſula II. 7. 95.
Judaea I. II. 5.
Julii Forum II. 5. 12.
Junonis ara III. 1. 84.
Junonis promontorium II. 6. 80.
Jovis mons II. 6. 34. & 40.
Iverna, inſula ſuper Britanniam III. 6. 63.
Ivia, fluvius III. 1. 91.
Ixamatae I. 19. 122.

## L.

Lacedaemon II. 3. 66.
Lacedaemonii II. 3. 89.
Lacinium, promontorium II. 4. 74. & 77.
Lacippo, oppidum II. 6. 66.
Lacobriga, urbs III. I. 54.
Laconice II. 3. 49.
Laconicus ſinus II. 3. 126. & 130.
Laconis II. 3. 64.
Lacydon, Maſſilienſium portus II. 5. 24.
Ladon, fluvius II. 3. 76.
Laepa, oppidum III. I. 44.
Laeros, fluvius III. I. 73.
Lambriaca, urbs III. I. 72.
Lampſacum, urbs I. 19. 2. & 4.
Laodicea, urbs I. 12. 26.
Lapideum litus II. 5. 33.
Larinum, oppidum II. 4. 56.
Lariſſa II. 3. 53.
Larumna, oppidum I. 16. 12.
Larymne II. 3. 91.
Latera, caſtellum II. 5. 47.
Latium II. 4. 17.
Latmus, mons I. 17. 10.
Laturus, ſinus I. 6. 11.
Laurentum II. 4. 101.
Lebedos I. 17. 21.
Lebinthos, inſula II. 7. 103.
Ledum, flumen II. 5. 46.
Lemannus lacus II. 5. 1. & 89.
Lemnos, inſula II. 7. 71.
Leontini II. 7. 162.
Leptis, urbs II 7. 17.
Leptis altera I. 7. 32.
Lerne, oppidum II. 3. 130.
Lesbos, inſula II. 7. 81.
Leuca, litus I. 16. 23.
Leuca, urbs I. 17. 33.
Leucadia, inſula II. 7. 97.
Leucas, oppidum II. 13. 56.
Leucata, litus II. 5. 59.
Leuce, inſula II. 7. 10.
Leucoaethiopes I. 4. 27.
Leucothea, inſula II. 7. 179.
Libethra II. 3. 28.
Liburni II. 3. 166. & 177.
Libycum mare I. 4. 16 & 18. & 28. II. 7. 170.
Libyes Aegyptii I. 4. 27.
Ligures II. 4. 16. II. 7. 198.
Ligurum Luna II. 4. 106.
Ligurum ora II. 7. 198.
Lilybaeum promontorium II. 7. 141 & 159. & 161.
Limia, fluvius III. I. 72.
Limyra, civitas I. 15. 16.
Limyra, fluvius I. 15. 16.
Lindos II. 7. 87.
Lipara, inſula II. 7. 176.
Liris II. 4. 98.
Liternum II. 4. 96.
Lixus, flumen III. 10. 47.
Locri II. 4. 81.
Locris II. 3. 46.
Lotophagi I. 7. 36.
Lucania II. 4. 18.
Lucaniae loca II. 4. 91.
Lucentia, urbs II. 6. 56.
Lucrinus lacus II. 4. 94.
Luna Ligurum II. 4. 106.
Lupia, amnis III. 3. 34.
Lupiae II. 4. 63.
Luſitania II. 6. 17 & 19. & 21. & 28. III. I. 45. 116. 16.
Lycaones I. 2. 55.
Lycaſto, urbs I. 19 76.
Lycaſtos, urbs II. 7 120.
Lycia I. 2. 65. I. 15 & 22. II. 7. 38.
Lycos, amnis I. 12. 27.
Lyctos, urbs II. 7. 119.
Lydi I. 2. 56.
Lynxo, urbs III. 10. 47.
Lyſimachia II. 2. 75.

## M

Macae III. 8. 54.
Μακάρων inſulae II. 7. 281.
Macedones II. 3. 1.
Macedonum populi II. 3. 1.
Macedonia I. 13. 23. II. 3. 43.
Macrobii III. 9. 3.
Macrocephali I. 19. 78.
Μακρὸν τεῖχος, locus II 2. 74.
Madytos II. 2. 95.
Maeander, amnis I. 17. 10.
Maenalus, mons II. 3. 75.
Maenoba, oppidum II. 6 65.
Maeotici I. 2. 70. I. 19. 120.
Maeotidae γυναικοκρατούμενοι I. 19. 18.
Maeotis palus I. I. 39. & 43. I. 2. 23. I. 3. 2. I. 19. 91. & 101. & 131. II. I. 3. & 16 & 20. & 34. II. 7. 5.
Magneſia II. 3. 46. 54.
Magnum promontorium III. I. 52. & 55.

Magnus portus I. 5. 33.
Mago caſtellum II. 7. 203.
Magrada, fluvius III. I. 108.
Majus, flumen II. 6. 42.
Malaca, oppidum II. 6. 65.
Malea, promontorium II. 3. 117. & 125 & 126. II. 7. 91.
Maliacus ſinus II. 3. 88.
Mallos I. 13. 8.
Marathon II. 3. 93.
Marathos, urbs I. 12. 16.
Marathuſa, urbs II. 7. 121.
Mare Adriaticum I. 3. 18. & 25, & 26.
Mare Aegaeum I. 3. 17, & 22. & 24. II. 7. 66. & 88.
Mare Aethiopicum I. 4 16.
Mare Arabicum I. 2. 9.
Mare Atlanticum I. 4. 17. III. I. 45.
Mare Britannicum III. 6. 23.
Mare Carpathium II. 7. 126.
Mare Caſpium I. 2. 10. III. 5. 28.
Mare Eoum III. 7. I.
Mare Hyrcanum III. 5. 38.
Mare Indicum I. 2. 30.
Mare Inferum II. 4. 7.
Mare Ionium I. 3. 18. & 24. II. 3. 34. & 38. II. 7. 92. & 150.
Mare Libycum II. 7. 170.
Mare Noſtrum I. I. 31. I. 3. 3. I. 5. 3. I. 9. 7. II. I. I. & 77. II. 5. 5. II. 6. 9. & 20. & 24.
Mare Perſicum I. 2. 9.
Mare Ponticum II. I. 49.
Mare Rubrum I. 10. I. III. 7. 91. III. 8. I. & 67.
Mare Siculum II. 7. 134.
Mare Superum II. 4. 7.
Mare Tuſcum I. 3. 19. & 26. & 27. II. 4. 6. II. 7. 71.
Mare Tyrrhenum I. 3. 20.
Maria Noſtra I. 2. 51. I. 9. 55. I. 15. 14. II. 6. 83. III. 8. 41.
Mariana colonia II. 7. 187.
Mariana foſſa II. 5. 31.
Mariandyni I. 2. 54. I. 19. I. & 51.
Mariandynorum fines II. 7. 17.
Maritima Avaticorum II. 5. 30.
Maronia II. 2. 113.
Martius Narbo II. 5. 16.
Maſſagetae I. 2. 47.
Maſſilia II. 2. 25. II. 7. 198.
Maſſilienſium portus II. 5. 24.
Maſtuſia II. 2. 79. & 100.
Matiani I. 2. 52.
Matrini II. 4. 53.
Mauretania I. 5. 4. I. 6. 2. III. 10. 90.
Mauri I. 4. 21. & 22.
Mearus, amnis III. I. 91.
Mecyberna, urbs II. 3. 8.
Mecybernaeus flexus II. 3. 5.
Medama II. 4. 85.
Medi I. 2. 53.
Megara II. 3. 63. & 101.
Megarenſium tractus II. 3. 105.
Megaris, regio II. 3. 47. & 62.
Megaris, urbs II. 7. 152.
Melanchlaeni I. 19. 102. II. I. 123.
Melas, fluvius I. 14. I. II. 2. 103.
Meliboea II. 3. 18, & 20.
Melis I. 9. 22.
Melita, inſula II. 7. 174.
Mellaria II. 6. 79.
Melos, inſula II. 7. 99.
Melſiagum, palus III. 3. 27.
Memphis, urbs I. 9. 106.
Mende, urbs II. 2. 145.
Mendeſium, oſtium Nili I. 9. 116.
Meninx, inſula II. 7. 63.
Mercurii promontorium I. 7. 5.
Meroë, inſula I. 9. II. III. 9. I.
Meros, mons III. 7. 52.
Meſembria, urbs II. 2. 60.
Meſopotamia I. II. 8.
Meſſana II. 7. 151.
Meſſene II. 3. 67.
Meſſenia II. 3. 49. & 67.
Meſſenii II. 3. 136.
Meſua, collis II. 5 47.
Metagonium promontorium I. 7. I.
Metapontum II. 4. 78.
Metaurum II. 4. 83.
Metaurus, flumen II. 4. 44.
Methone II. 3. 67.
Methymna, oppidum II. 7. 33
Mileſii II. 2. 54.
Mileſiorum colonia Tios I. 19. 57.
Miletus, urbs I. 17. 4.
Minervae promontorium II. 4. 90.
Minio II. 4. 102.
Minius, fluvius III. I. 70.
Minturnae II. 4. 98.
Miſenum promontorium II. 4. 94.
Moenis, amnis III. 3. 34.
Moeris, lacus I. 9. 64.
Monda, amnis III. I. 62.
Morini III. 2. 65.
Moſchi I. 2. 50. III. 5. 36.
Moſchi montes I. 19. 93.
Moſſyni I. 19. 71.
Mulucha, amnis I. 5. 5. & 34.
Munimentum Caepionis III. I. 35.

Mus

Μυὸς ὅρμος, promontorium III. 8. 61.
Muſagoroe, inſulae II. 7. 125.
Mutina, Romana colonia II. 4. 60.
Mycenae II. 3. 63.
Myconos, inſula II. 7. 106.
Myndos, urbs I. 16. 24.
Myriandros I. 12. 29.
Myrina, urbs I. 18. 5.
Myrlea, urbs I. 19. 25.
Myrmecion, oppidum II. I. 22.
Myrtili, urbs III. I. 53.
Myrtoum pelagus II. 3. 30. II. 7. 93.
Myſia I. 18. 2.
Myſius Olympus I. 19. 17.
Myſtiae II. 4. 79.
Mytilene II. 7. 83.

N.

Nabar, fluvius I. 6. 14.
Naebis, fluvius III. I. 70.
Nagidos, Samiorum colonia I. 13. 55.
Nanaſa, fluvius III. I. 106.
Nar, amnis II. 3. 174. & 176.
Narbo II. 5. 54.
Narbo Martius II. 5. 17.
Narbonenſis Gallia II. 5. 6.
Narona, urbs II. 3. 171.
Natiſo, fluvius II. 4. 27.
Naumachos, inſula II. 7. 124.
Naupactos, oppidum II. 3. 76.
Nauſtathmos, promontorium I. 8. 14.
Naxos, inſula II. 7. 106.
Neapolis (urbs Africae proprie dictae) I. 7. 18.
Neapolis (urbs Cariae) I. 16. 24.
Neapolis (urbs Italiae) II. 4. 93.
Nemauſus Arecomicorum II. 5. 11.
Nerii III. I. 78.
Neritos, inſula II. 7. 93.
Neſos, oppidum II. 7. 83.
Neſtos, amnis II. 2. 16. & 120.
Neuri II. I. 70. & 124.
Nicaea, urbs II. 5. 20.
Nigritae I. 4. 23.
Nilus I. I. 41. & 43. & 46. I. 2. 15. & 16. I. 4. I. & 18. I. 9. 6. & 9. II. 7. 50. & 58. III. 9. 2.
Nili fons III. 9. 75.
Nili oſtia I. 9. 117.
Niphates I. 15. 13.
Niſyros, inſula II. 7. 102.
Noega, oppidum III. I. 92.
Nomades II. I. 41. & 42. & 100.
Nomades Scythae III. 5. 33.
Noſtrum mare I. 33. I. 5. 3. I. 9. 7. II. I. I. & 77. II. 5. 5. II. 6. 9. & 20. & 24.
Noſtrum pelagus I. 4. 40.
Noſtri maris inſulae III. I. I.
Noſtra aequora I. 2. 14.
Noſtra litora I. 3. 30.
Noſtra maria I. 2. 51. I. 9. 55. I. 15. 14. II. 6. 83. III. 8. 41.
Nuchul, Nili fons III. 9. 75.
Numana, urbs II. 4. 50.
Numantia, urbs II. 6. 28.
Numidae I. 4. 21.
Numidia I. 6. I.
Nymphaeum ſpecus II. I. 80.
Nyſa, urbs III. 7. 51.

O.

Oaeones III. 6. 81.
Oceanicum litus III. 3. 4.
Oceanus I. I. 18. I. 2. I. I. 4. 44. I. 5. 21. I. 19. 150. II. 5. 3. II. 6. 21. & 24. & 81. III. I. 4. III. 3. 34.
Oceanus Atlanticus I. 3. 3. I. 5. I.
Oceanus Britannicus I. 3. 4. II. 6. I.
Oceanus Eous I. 2. 2.
Oceanus Indicus I. 2. 3. & 8.
Oceanus Scythicus I. 2. 3.
Oceani litora II. 7. 3.
Oceani oſtium III. 9. 33.
Oceanum mare II. 6. 10.
Octavanorum colonia II. 5. 28.
Odesſos, urbs II. 2. 60.
Oea, oppidum I. 7. 30.
Oeanthia II. 3. 148.
Oeaſo III. I. 108.
Oechalia, oppidum II. 7. 83.
Oenuſa, inſula II. 7. 91.
Oetaeus ſaltus II. 3. 26.
Ogyris, inſula III. 8. 54.
Olbia, Graecum oppidum in Scythia II. I. 61.
Olbia (urbs Galliae Narbonenſis) II. 5. 23.
Olbianus ſinus I. 19. 29.
Olearos, inſula II. 7. 100.
Olcaſter lucus III. I. 38.
Olintigi, oppidum III. I. 44.
Olizos II. 3. 146.

 Olym-

# INDEX.


Magnus portus I. 5. 33.
Mago caſtellum II. 7. 203.
Magrada, fluvius III. I. 108.
Majus, flumen II. 6. 42.
Malaca, oppidum II. 6. 65.
Malea, promontorium II. 3. 117. & 125 & 126. II. 7. 91.
Maliacus ſinus II. 3. 88.
Mallos I. 13. 8.
Marathon II. 3. 93.
Marathos, urbs I. 12. 16.
Marathuſa, urbs II. 7. 121.
Mare Adriaticum I. 3. 18. & 25, & 26.
Mare Aegaeum I. 3. 17, & 22. & 24. II. 7. 66. & 88.
Mare Aethiopicum I. 4 16.
Mare Arabicum I. 2. 9.
Mare Atlanticum I. 4. 17. III. I. 45.
Mare Britannicum III. 6. 23.
Mare Carpathium II. 7. 126.
Mare Caſpium I. 2. 10. III. 5. 28.
Mare Eoum III. 7. I.
Mare Hyrcanum III. 5. 35.
Mare Indicum I. 2. 30.
Mare Inferum II. 4. 7.
Mare Ionium I. 3. 18. & 24. II. 3. 34. & 38. II. 7. 92. & 150.
Mare Libycum II. 7. 170.
Mare Noſtrum I I. 31. I 3. 3. I. 5. 3. I. 9 7. II. I. I. & 77. II. 5. 5. II. 6. 9. & 20. & 21.
Mare Perſicum I. 2. 9.
Mare Ponticum II. I. 49.
Mare Rubrum I 10. I. III. 7. 91. III. 8. I. & 67.
Mare Siculum II. 7. 134.
Mare Superum II. 4. 7.
Mare Tuſcum I. 3. 19. & 26. & 27. II. 4 6 II. 7. 71.
Mare Tyrrhenum I. 3. 20.
Maria Noſtra I. 2. 51. I. 9. 55. I. 15. 14. II. 6. 83. III. 8 41.
Mariana colonia II. 7. 187.
Mariana foſſa II. 5. 31.
Mariandyni I. 2. 54. I. 19. I. & 51.
Mariandynorum fines II. 7. 17.
Maritima Avaticorum II. 5. 30.
Maronia II. 2. 113.
Martius Narbo II. 5. 16.
Maſſagetae I. 2. 47.
Maſſilia II. 2. 25. II. 7. 198.
Maſſilienſium portus II. 5. 24.
Maſtuſia II. 2. 79. & 100.
Matiani I. 2. 52.
Matrini II. 4. 53.
Mauretania I. 5. 4. I. 6. 2. III. 10. 11.
Mauri I. 4. 21. & 22.
Mearus, amnis III. I. 91.
Mecyberna, urbs II. 3. 8.
Mecybernaeus flexus II. 3, 5.
Medama II. 4. 85.
Medi I. 2. 53.
Megara II. 3. 63. & 101.
Megarenſium tractus II. 3. 105.
Megaris, regio II. 3. 47. & 62.
Megaris, urbs II. 7. 152.
Melanchlaeni I. 19. 102. II. I. 123.
Melas, fluvius I. 14. I. II. 2. 103.
Meliboea II. 3. 18, & 20.
Melis I. 9. 22.
Melita, inſula II. 7. 174.
Mellaria II. 6. 79.
Melos. inſula II. 7. 99.
Melſiagum. palus III. 3. 27.
Memphis, urbs I. 9. 106.
Mende. urbs II. 2. 145.
Mendeſium, oſtium Nili I. 9. 116.
Meninx, inſula II. 7. 63.
Mercurii promontorium I. 7. 5.
Meroë, inſula I. 9. II. III. 9. I.
Meros, mons III. 7. 52.
Meſembria, urbs II. 2. 60.
Meſopotamia I. II. 3.
Meſſana II. 7. 151.
Meſſene II. 3. 67.
Meſſenia II. 3. 49. & 67.
Meſſenii II. 3. 136.
Meſua, collis II. 5 47.
Metagonium promontorium I. 7. I.
Metapontum II. 4. 75.
Metaurum II. 4. 83.
Metaurus, flumen II. 4. 44.
Methone II. 3. 67.
Methymna, oppidum II. 7. 33
Mileſii II. 2. 54.
Mileſiorum colonia Tios I. 19. 57.
Miletus, urbs I. 17. 4.
Minervae promontorium II. 4. 90.
Minio II. 4. 102.
Minius, fluvius III. I. 70.
Minturnae II. 4. 98.
Miſenum promontorium II. 4. 94.
Moenis, amnis III. 3. 34.
Moeris, lacus I. 9. 64.
Monda, amnis III. I. 62.
Morini III. 2. 65.
Moſchi I. 2. 50. III. 5. 36.
Moſchi montes I. 19. 93.
Moſſyni I. 19. 71.
Mulucha, amnis I. 5. 5. & 34.
Munimentum Caepionis III. I. 37.

Perſicus ſinus I. 2. 36. & 58. III. 8. 9. & 10. & 22.
Perſis I. 2. 36. III. 8. 31.
Petilia II. 4. 75.
Peuce, inſula II. 7. 16.
Phaeaces II. 3. 164.
Phanagoria, urbs I. 19. 113.
Pharos, inſula adjacens Alexandriae II. 7. 132.
Pharos, inſula Alexandriae ponte conjuncta II. 7. 53.
Pharos, inſula adjacens Brunduſio II. 7. 132.
Pharuſii I. 4. 23. III. 10. 22.
Phaſelis, urbs I. 14. 13.
Phaſiacus angulus II. 2. 77.
Phaſis, fluvius I. 19. 85.
Phaſis, oppidum I. 19. 85.
Phicores I. 19. 121.
Philaenorum arae I. 7. 2. & 38.
Phileae, urbs II. 2. 67.
Philippi, urbs II. 2. 141.
Philoteris, urbs III. 8. 62.
Phinopolis II. 2. 67.
Phitonia, inſula II. 7. 179.
Phocaca I. 17. 34.
Phocaei I. 19. 5. II. 5. 85
Phocis II. 3. 46. & 57.
Phoenice I. 11. 1. 12. 1. II. 7. 47.
Phoenices I. 7. 11. 1. 12. 1. 1. 14. 4.
Phoenicuſa, inſula II. 7. 176.
Pholoë, mons II. 3. 74.
Phryges I. 2. 59.
Phrygia I. 12. 27.
Phthia II. 3. 55.
Phthiotis II. 3. 46. & 54.
Phthirophagi I. 19. 103.
Phycûs, promontorium I. 7. 37.
Phygela, urbs I. 17. 18.
Phyſcella, urbs II. 3. 7.
Piceni litora II. 4. 49.
Picentes II. 4. 14.
Picentia II. 4. 89.
Pieria II. 3. 25.
Pindus II. 3. 55.
Piraeeus, Athenienſium portus II. 3. 103.
Piſae II. 4. 104.
Piſae Oenomai II. 3. 68.
Piſaurum II. 4. 43.
Piſidae I. 2. 55.
Pitane, urbs I. 18. 7.
Pithecuſa, inſula II. 7. 178.
Pitya, inſula II. 7. 128.
Pityuſa, inſula II. 7. 88.
Placia I. 19. 15.
Plotae, inſulae II. 7. 96.
Pogonus portus II. 3. 122.
Pola, Romana colonia II. 3. 172.
Polaticus ſinus II. 3. 181.
Pollentia, colonia II. 7. 204.
Polyaegos, inſula II. 7. 68.
Pompeji II. 4. 93.
Pompejopolis I. 13. 11.
Pontiae, inſula II. 7. 180.
Ponti angulus I. 19. 83.
Ponti angulus alter II. 2. 56.
Ponti angulus Phaſiacus II. 2. 57.
Ponti flexus alter II. 2. 62.
Pontici I. 2. 70.
Pontici lateris frons II. 2. 2.
Ponticum latus I. 3. 22.
Ponticum mare II. 1. 49.
Pontus I. 2. 68. I. 3. 2. & 6. I. 19. 32. & 38. & 106. & 109. & 118. & 132. II. 1. 20. II. 2. 61. II. 7. 10.
Pontus Axenus I. 19. 49.
Pontus Euxinus I. 1. 38. 119. 51
Populonia II. 4. 104.
Πορθμὸς I. 1. 38.
Portus Hannibalis III. 1. 54.
Portus Magnus I. 5. 38.
Portus Veneris II. 5. 78.
Poſideum promontorium I. 17. 2.
Potentia, urbs II. 4. 50.
Potidaea, urbs II. 2. 145.
Praeſamarchi III. 1. 74.
Priapos, urbs I. 19. 3.
Priene, urbs I. 17. 13.
Priſciana, urbs III. 19. 46.
Prochyta, inſula II. 7. 180.
Proconneſos, inſula II. 7. 23.
Propontis I. 1. 36. I. 3. 7. II. 2. 68. & 69. II. 7. 23.
Prote, inſula II. 7. 92.
Pſophis, urbs II. 3. 73.
Pteleos II. 3. 82.
Ptolemais, urbs Cyrenaicae I. 8. 15.
Ptolemais, urbs Arabiae III. 8. 62.
Puteolanus ſinus II. 4. 91.
Puteoli II. 4. 93.
Pygmaei III. 8. 71.
Pylae Armeniae I. 15. 13.
Pylae Caſpiae I. 15. 13.
Pylii II. 3. 136.
Pylos II. 3. 137.
Pyraei II. 3. 166. & 177.
Pyramus, fluvius I. 13. 7. & 8.
Pyrenaeus mons II. 5. 4. & 51. & 77. II. 6. 1. & 31. III. 2. 24. & 41.

Olympus mons II. 3. 83.
Olympus Myſius I. 19. 17.
Olynthos, urbs II. 2. 125.
Onoba, oppidum III. 1. 44.
Ophiophagi III. 8. 70.
Opoës II. 3. 90.
Opuntius ſinus II. 3. 88.
Orbelus, mons II. 2. 17.
Orbis alter I. 9. 51.
Orbis, fluvius II. 5. 51.
Orcades, inſulae III. 6. 79.
Orchomenos, urbs II. 3. 74.
Oricum, urbs II. 3. 167.
Origenomeſci III. 1. 106.
Orontes, amnis I. 12. 28.
Oſiſmica litora III. 6. 24.
Oſiſmii III. 2. 63.
Oſſa, mons II. 3. 98.
Oſſonoba, urbs III. 1. 54.
Oſteodes, inſula II. 7. 175.
Oſtia II. 4. 101.
Oſtia Tiberina II. 7. 181.
Oxos, amnis III. 5. 62.

P.

Pachynum promontorium II. 7. 141. & 150. & 159.
Padus, fluvius II. 4. 29. & 35. & 42.
Paeſicae III. 5. 37. & 68
Paeſtanus ſinus II. 4. 88.
Paeſtum, oppidum II. 4. 88.
Pagae III. 3. 147.
Pagaſa, urbs II. 3. 84.
Pagaſaeus ſinus II. 3. 83.
Palaepaphos, inſula II. 7. 47.
Palaeſtina I. 11. 13. & Palaeſtine I. 11. 6.
Palibotri III. 7. 58.
Pallantia, urbs II. 6. 27.
Pallene II. 2. 135. & 142.
Palma colonia II. 7. 204.
Palmaria, inſula II. 7. 181.
Paltos, urbs I. 12. 25.
Pamiſſum, flumen II. 3. 134.
Pamphylia I. 2. 66. I. 13. 54. I. 14. 1. & 14.
Panaera, urbs II. 7. 120.
Panchaei III. 8. 69.
Pandateria, inſula II. 7. 180.
Pandion, collis I. 16. 13.
Panionium, regio I. 17. 15.
Panormus, urbs II. 7. 161.
Panoti III. 6. 84.
Panticapaeum, oppidum II. 1. 23.
Panticapes II. 1. 44.
Paphlagones I. 19. 58.
Paphlagonia I. 19. 62.
Paphos, inſula II. 7. 45.
Paraetonius portus I. 8. 14.
Pariani I. 2. 43.
Parion, urbs I. 19. 3.
Parnaſos, mons II. 3. 57.
Paropamiſus, mons I. 15. 12.
Paropaniſii I. 2. 45.
Paropaniſus, mons III. 7. 70.
Paros, inſula II. 7. 105.
Partheni II. 3. 162.
Parthenion, promontorium II. 1. 21.
Parthenius, amnis I. 19. 60.
Parthenius, mons II. 3. 73.
Parthi I. 2. 59.
Parthica gens III. 4. 4.
Patalene, inſula III. 7. 89.
Patara urbs I. 15. 17.
Patavium Antenoris II. 4. 28.
Pathmeticum oſtium Nili I. 9. 115.
Patrae II. 3. 138.
Paulo, flumen II. 4. 108.
Pedalion, promontorium I. 16. 6.
Pelagus Africum II. 7. 188.
Pelagus Atlanticum I. 4. 22.
Pelagus Eoum III. 7. 14.
Pelagus Indicum III. 7. 15.
Pelagus Ionium II. 4. 9.
Pelagus Myrtoum II. 3. 30.
Pelagus Noſtrum I. 4. 40.
Pelagus Siculum II. 4. 9.
Pelagus Tuſcum II. 5. 3.
Pelaſgi I. 16. 2. I. 19. 22.
Pelaſgorum coloniae I. 19. 15. II. 2. 139.
Pelion, mons II. 3. 83.
Pelle, urbs II. 3. 2.
Peloponneſiacae gentes II. 3. 72.
Peloponneſiaci II. 3. 143.
Peloponneſiacum litus II. 7. 155.
Peloponneſos II. 3. 41. & 48. & 101. & 114.
Peloponneſi ora II. 3. 114.
Peloris, promontorium II. 7. 143. & 161.
Peluſiacum, oſtium Nili I. 9. 116.
Peluſium, urbs I. 9. 114.
Peneus, fluvius II. 3. 15. & 18.
Perga, oppidum I. 14. 10.
Perinthos, urbs II. 2. 70.
Perſae I. 12. 11. I. 13. 8. I. 14. 4. I. 19. 10. III. 8. 27.
Perſarum populi I. 2. 37.
Perſicum mare I. 2. 9.

Schoenus ſinus I. 16. 14. & 16.
Sciathos, inſula II. 7. 68.
Scione, urbs II. 2. 146.
Scironia ſaxa II. 3. 103.
Scylace I. 19. 15.
Scylaceum II. 4. 79.
Scylaceus ſinus II. 4. 76.
Scylla, ſaxum II. 4. 82. II. 7. 136. & 138. & 144.
Scyllaeon, promontorium II. 3. 116. & 119. & 125.
Scyros, inſula II. 7. 72.
Scythae I. 2. 26. & 28. & 33. & 40. & 46. II. I. 14.
Scythae Androphagoe III. 7. 6.
Scythae Nomades III. 5. 33.
Scytharum deſerta I. 2. 46. II. 2. 14.
Scythia Aſiatica III. 5.
Scythia Europaea I. 3. 21.
Scythiae amnes II. I. 54.
Scythiae deſerta III. 5. 62.
Scythiae populi II. I. 71.
Scythicus Oceanus I. 2. 3.
Scythicus ſinus III. 5. 27. & 37. & 63.
Scythici populi III. 5. 2.
Scythicae inſulae III. 6. 104.
Scythicum promontorium III. I. 82. III. 7. 3.
Sebennyticum oſtium Nili I. 9. 115.
Secundanorum Arauſio II. 5. 12.
Sedochezi I. 19. 102.
Seleucia, urbs I. 12. 25.
Selymbria, urbs II. 2. 69.
Sena, inſula II. 6. 23.
Sena, urbs II. 3. 9
Sepias, promontorium II. 3. 18. & 82.
Septimanorum Baeterrae II. 5. 13.
Sequana, fluvius III. 2. 36.
Serachi I. 19. 121.
Seres I. 2. 26. & 27. III. 7. 10.
Seriphos, inſula II. 7. 105.
Sertium promontorium II. 2. 110.
Seſamus, urbs I. 19. 60.
Seſtianae arae III. I. 93.
Seſtos II. 2. 32.
Sextanorum Arelate II. 5. 13.
Sicilia, inſula II. 7. 132. & 171. III. 6. 46.
Sicinos, inſula II. 7. 104.
Siculum fretum II. 7. 172.
Siculum pelagus II. 4. 9.
Siculi maris fretum II. 7. 139.
Sicyon II. 3. 146
Sida, oppidum I. 14. 2.
Sidae portus I. 15. 3
Sidon I. 12. 10.
Siga, urbs I. 5. 32.
Sigea litora II. 7. 25.
Sigeum, oppidum I. 18 30.
Silerus, amnis II. 4. 89.
Simois, fluvius I. 18. 32.
Simyra, caſtellum I. 12. 16.
Sindones I. 19. 104. & 107.
Sindos, urbs I. 19. 107.
Sinonia, inſula II. 7. 1[illegible].
Sinope, urbs I. 19. 64.
Sinueſſa II. 4. 97.
Sinus Arabicus III. 8. 10. & 15.
Sinus Caſpius I. 2. 34. & 40. & 47. III. 5. 28 & 34. & 41. & 81.
Sinus Hyrcanus III. 5. 26. & 35. & 61
Sinus Perſicus I. 2. 36. & 58. III. 8. 9. & 10. & 12.
Sinus Scythicus III. 5. 27. & 37. & 63.
Siphnos, inſula II. 7. 105.
Sipontum II. 4. 60.
Sipus II. 4. 60.
Sittianorum colonia I. 6. 5.
Smyrnaeus ſinus I. 17. 39.
Solis fons I. 8. 5.
Solis inſulae III. 7. 87.
Solis urbs III. 8. 9.
Soloe I. 13. 12.
Sordonum ora II. 5. 73.
Sperchios, amnis II. 3. 83.
Sporades, inſulae II. 7. 104.
Stoechades, inſulae II. 7. 197.
Stratos, oppidum II. 3. 77.
Strobilum promontorium III. 8. 61.
Strongyle, inſula II. 7. 178.
Strophades, inſulae II. 7. 96.
Strymon, amnis II. 2. 16. & 121. & 122. & 125.
Styra, oppidum II. 7. 83.
Subur, oppidum II. 6. 39. & 41.
Sucro, flumen II. 6. 51.
Sucronenſis ſinus II. 6. 48. II. 7. 20.
Suel, oppidum II. 6. 65.
Sueſſa, palus III. 3. 26.
Sugdiani I. 2. 44.
Sugdianorum regiones III. 5. 63.
Sulci, urbs II. 7. 196.
Sunium promontorium II. 2. 98. II. 3. 87. & 98.
Superum mare II. 4. 7.
Surrentum II. 4. 92.
Syene, urbs I. 9. 106.

Pyrenaei promontoria II. 5. 77.
Pyrenaei jugi promontorium III. I. 109.
Pyrgi II. 4. 102.
Pyrrha II. 7. 38. & 83.

Q.

Quiza, caſtellum I. 6. II.

R.

Ravenna II. 4. 42.
Rha, amnis III. 5. 41.
Rhamnus II. 3. 95.
Rhegia Columna II. 4. 82.
Regium II. 4. 82.
Rhenea, inſula II. 7. 105.
Rhenus, amnis II. 5. 4. & 38. III. 2. II. & 36. & 67. & 72. III. 3. 83.
Rheni oſtia III. 6. 42.
Rhetico, mons III. 3. 31.
Rhion II. 3. 149.
Rhion, mare II. 3. 141.
Rhipaeus mons I. 19. 130. & 149.
Rhipaei montes I. 19. 89. II. 6. III. 5. 5.
Rhoda II. 6. 32.
Rhodanus, amnis II. 5. 29. & 37. III. 3. 33.
Rhodii I. 13. 10.
Rhodiorum coloniae I. 16. 9.
Rhodope, mons II. 2. 17.
Rhodos, inſula II. 7. 36.
Rhodos, inſula & urbs II. 7. 35.
Rhoetea litora I. 18. 47.
Rhoeteum urbs I. 18. 47.
Rhoſus, urbs I. 12. 26.
Rhyndacus, flumen I. 19. 18. & 24.
Roma II. 4. 22.
Romani populi colonia Carthago I. 7. 13.
Romanorum coloniae Mutina & Bononia II. 4. 21.
Rubreſus lacus II. 5. 57.
Rubricatum, flumen II. 6. 40.
Rubrum mare I. 10. I. III. 7. 91. III. 8. I & 67.
Rudiae II. 4. 63.
Ruſadir, urbs I. 5. 32.
Ruſcino, colonia II. 5 75.
Ruſucade, oppidum I 7. 4.
Ruthiſia, urbs I. 6. 13.

S.

Sabaei III. 8. 50.
Sabati II. 4 177.
Sabis, fluvius III. 8. 28.
Sacae III. 7. 6.
Sacrum promontorium III. I. 52. & 54.
Saetabis fluvius II. 6. 50.
Saguntus, urbs II. 6. 54.
Sais, urbs I. 9. 106.
Sala, urbs III. 10. 46.
Salacia, urbs III. I. 56.
Salamis, urbs II. 7. 45. & 6.
Salduba, oppidum II. 6. 65.
Saleni III. I. 105.
Salia, fluvius III. I. 96.
Sallentini II. 4. 15.
Sallentini campi II. 4. 65.
Sallentinum promontorium II. 4. 74
Sallentina litora II. 4. 65.
Salona, urbs II. 3. 170.
Salſulae fons II. 5. 60.
Salſus ſinus II. 5. 79.
Same, inſula II. 7. 93.
Samiorum coloniae I. 13. 56.
Samonium promontorium II. 7. 110.
Samos, inſula & urbs II. 7. 34.
Samothrace, inſula II. 7. 68.
Santoni III. 2. 62.
Sardabale, fluvius I. 6. 12.
Sardemiſos, mons I. 14. 13.
Sardinia II. 7. 185. & 188.
Sarmatae I. 3. 32. III. 6. 77
Sarmatia III. 4. I.
Sarmaticae gentes III. 5. 3.
Saronicus portus II. 3. 122.
Sarpedon promontorium I. 13. 53. & 56
Sars, flumen III. I. 75. & 77
Saſon, inſula II. 7. 130.
Satarchae II. I. 21. & 35. & 89.
Satyri I. 4. 35. I. 8. 64. III. 9. 64.
Saunium, fluvius III. I. 105.
Sauromatae I. 2. 71. I. 19. 135.
Sauromatae Hamaxobioe II. I. 17.
Sauromatides Amazones III. 5. 34.
Scalae Hannibalis II. 6. 36.
Scamander, fluvius I. 18. 32.
Scandile, inſula II. 7. 68.
Scarpha II. 3. 90.
Schoenitas portus II. 3. 122.
Schoenos, fluvius II. 2. 112.

Tios, oppidum I. 19. 56.
Tariſtis, promontorium II. 2. 55.
Tiſanuſa, portus & urbs I. 16. 11.
Togata Gallia II. 4. 18
Tolobi, oppidum II. 6. 39. & T-
lobis II. 6. 41.
Toloſa Tectoſagum II. 5. 11.
Tomoe urbs II. 2. 55.
Toreatae I. 19. 120
Teretae I. 2. 51. I. 19. 102.
Torone, urbs II. 3. 7.
Tragurium, inſula II. 7. 130.
Tragurium, urbs II. 3. 171.
Trapezûs, urbs I. 19. 80.
Treveri III. 2. 39.
Tripolis, locus I. 12. 15.
Tritium Tobolicum, urbs III. I. 107.
Triton, amnis I. 7. 25.
Tritonis, palus I. 7. 26.
Troas I. 2. 66. I. 18. 4. II. 7. 31.
Troezene, oppidum II. 3. 123.
Troezenii II. 3. 120.
Troezenium litus II. 7. 89.
Trogodytae I. 4. 31. I. 8. 43.
Troja II. 3. 92.
Trojani I. 18. 3.
Truentinum caſtellum II. 4. 51.
Truentinum, flumen II. 4. 52.
Tubero, flumen III. 7. 95.
Tulcis, amnis II. 6. 43.
Turcae I. 19. 141.
Turduli III. I. 80.
Turduli veteres III. I. 60.
Turdulorum oppida III. I. 61.
Turia, flumen II. 6. 51.
Turris Auguſti titulo memorabilis III. I. 77.
Turris Calarnaea II. 2. 123.
Turris Diomedis II. 2. 116.
Tuſci II. 4. 22.
Tuſcum mare I. 3. 19. & 26. & 27. II. 4. 6. & 83. II. 7. 171.
Tuſcum pelagus II. 5. 3.
Typhoneus ſpecus I. 13. 46.
Tyra, fluvius & oppidum II. I. 69.
Tyrii III. 6. 12.
Tyros I. 12 7.
Tyrrhenum mare I. 3. 20.

V.

Valentia, urbs II. 6. 53.
Valetium II. 4. 64.
Varduli III. I. 102. & 108.
Varum, flumen II. 4. 108. & 109. II. 5. 4.
Vaſio Vocontiorum II. 5. 9.
Velia II. 4. 86.
Veneris portus II. 5. 78.
Venetus lacus III. 2. 69.
Veneti I. 2. 54. II. 4. 12.
Veſulus, mons II. 4. 30.
Veſuvius, mons II. 4. 92.
Vibon II. 4. 83.
Vienna Allobrogum II. 5. 10.
Virgi, oppidum II. 6. 63.
Virgitanus ſinus II. 6. 64.
Viſtula, amnis III. 4. 2.
Viſurgis, amnis III. 2. 34.
Ulla, fluvius III. I. 73.
Ulyſſippo III. I. 57.
Vocontii II. 5. 9.
Volcae II. 5. 45.
Volcarum ſtagna II. 5. 46.
Volſci II. 4. 17.
Volturnum, oppidum II. 4. 95.
Volturnum, amnis II. 4. 17
Volubilis urbs III. 10. 46.
Urgo, inſula II. 7. 183.
Urias, ſinus II. 4. 58.
Utica, urbs I. 7. 10.

X.

Xanthos, oppidum I. 15. 21.
Xanthus, flumen I. 15. 20.

Z.

Zacynthos, inſula II. 7. 93.
Zephyre, inſula II. 7. 124.
Zephyrion, promontorium I. 3. 13.
Zephyrium, promontorium II. 4. 77. & 78.
Zilia, fluvius III. 10. 47.
Zone II. 2. III.

FINIS.

Syme, inſula II. 7. 103.
Symplegades inſulae II. 7. 22.
Syracuſae II. 7. 153.
Syri III. 8. 42.
Syria I. 2. 64. I. 11. I. II. 7. 147.
Syriae II. 7. 42.
Syrocilices I. 2. 56.
Syros, inſula II. 7. 106.
Syrtis major II. 7. 62.
Syrtis minor I. 7. 18. & 19. & 32.

T.

Tabis, mons III. 7. 9.
Tachempſo, inſula I. 9. 16.
Taenaros, promontorium II. 3. 11.
Tagus, amnis III. I. 57.
Tagi oſtium III. I. 5.
Talge, inſula III. 6. 97.
Tamarici III. I. 78.
Tamaris, flumen III. I. 75. & 76.
Tamuda fluvius I. 5. 32.
Tamus, promontorium III. 7. 62. & 79.
Tanais, flumen I. I. 40. & 42. & 47. I. 2. 15. & 24. & 70. I. 3. I. & 5. & 21. I. 19. 91. &. 119. & 130. II. I. I.
Taphrae II. I. 37.
Taphrure, urbs I. 7. 17.
Taprobane inſula III. 7. 82.
Tarentinus ſinus II. 4. 73.
Tarentus II. 4. 75.
Tarichiae, inſulae II. 7. 64.
Tarracina II. 4. 99.
Tarraco, urbs II. 6. 37. & 42.
Tarraconenſis Hiſpania II. 6. 16. & 18. & 27.
Tarraconenſia litora II. 7. 199.
Tarſus I. 13. 9.
Tarteſſos II. 6. 76.
Taulantii II. 3. 164.
Taunus, mons III. 3. 30.
Tauri II. I. 94.
Taurianum II. 4. 82.
Taurici II. I. 24. & 35.
Taurici montes I. 19. 93.
Taurois II. 5. 23.
Tauromenium II. 7. 152.
Taurus, mons I. 15. 4. & 15. III. 7. 10. & 63. III. 8. 40.
Tauri promontorium I. 15. 4.
Taygetus, mons II. 3. 66.
Teanum, oppidum II. 4. 56.
Tectoſagum Toloſa II. 5. 12.
Tegea, urbs II. 3. 74.
Telamon II. 4. 104.
Telis, flumen II. 5. 74.
Telmeſos, urbs I. 15. 22.
Temeſa II. 4. 85.
Tempe, nemus II. 3. 27.
Tenedos, inſula II. 7. 25.
Tenos, inſula II. 7. 106.
Teos, urbs I. 17. 29.
Tergeſte, urbs II, 3. 178. & 4. 25. & Tergeſtum II. 3. 161.
Teutoni III. 3. 46. & 6. 75.
Thabraca, oppidum I. 7. 4.
Thaſos, inſula II. 7. 67.
Thebae, urbs Aegypti I. 9. 107.
Thebae, urbs Boeotiae, II. 3. 58.
Thebe, campus I. 18. 17.
Theganuſa, inſula II. 7. 91.
Themiſcyrium, oppidum I. 19. 67.
Theodoſia, oppidum II. I. 23.
Θεῶν ὄχημα, mons III. 9. 60.
Thera, inſula II. 7. 100.
Therapne II. 3 65.
Thermae II. 7. 160
Thermaicus ſinus II. 3. 13.
Thermodon, amnis I. 19. 65. & 66.
Thermopylae II. 3. 89.
Theſſali II. 3. 15.
Theſſalia II. 3. 45. & 53.
Theſſalonice II. 3. 16.
Thia, inſula II. 7. 100.
Thoricos, urbs II. 3. 97.
Thraces II. 2. 22.
Thracia I. 3. 23. II. 2. I. II. 4. 115. II. 7. 67.
Thracius Boſporus I. I. 37. I. 2. 68. I. 19. 34. I. 7 19.
Thule, inſula III. 6. 88.
Thurium II. 4. 76.
Thymnias ſinus I. 16. 14. & 15.
Thynias, inſula II. 7. 17.
Thynias, promontorium II. 2. 64.
Thyſſagetae I. 19. 141.
Tibarani I. 2. 52.
Tibareni I. 19. 69.
Tiberis II. 4. 101.
Tiberina Oſtia II. 7. 181.
Tichis, flumen II. 5. 74. & 6. 32.
Tifernus, amnis II. 4. 55.
Tigris, amnis I. 11. 13. III. 8. 31. & 32.
Tigulia II. 4. 106.
Timavus, fluvius II. 4. 26.
Tinge, oppidum I. 5. 9
Tingentera II. 6. 78.

Tios,

# INDEX.


Animal nullum occidunt quidam ex Indis III. 7. 39.
Animalia ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea I. 9. 35.
- - - - colunt Aegyptii I. 9. 87.
- - - - morbo aut fortè exſtincta ſepelire ac lugere apud Aegyptios ſolemne I. 9. 91.
- - - - quaedam interemiſſe apud Aegyptios capitale eſt I. 9. 89.
Animalium perfecunda generatrix Aegyptus I. 9. 6.
Animalibus non veſcuntur Atlantes I. 8. 42.
Antaeus Tinge oppidum condidit I. 5. 10.
Antaei parma elephantino tergori exſecta I. 5. 11.
- - - - tumulus III. 10. 39.
Antenoris Patavium II. 4. 20.
Antichthones alteram partem terrae incolunt I. I. 13.
Apis Aegyptiorum numen, bos niger, divinitus & caeleſti igne conceptus I. 9. 92.
Apollinis, olim Branchidae, nunc Didymei oraculum I. 17. 3.
- - - - Clarii fanum I. 17. 21.
- - - - delubrum nobilem facit Pataram I. 15. 19.
- - - - fanum atque oraculum in Phocide II. 3. 57.
- - - - grande templum ſuſtinet Chemmis inſula I. 9. 58.
- - - - ſacris operati Hyperborei III. 5. 14.
Aquae Nili ad generandum alendumque efficaciſſimae I. 9. 27.
Aquis ſalſioribus, quàm marinae ſunt, defluit Salſulae fons II. 5. 60.
Aquarum dulcium hauſtus inter marinas II. 4. 41.
Arae, de quibus non abluitur cinis II. 2. 32.
Arati poëtae monimentum I. 13. 13.
Arborum libris velantur Germani III. 3. 11.
Arceſilan, nihil affirmantis Academiae antiſtitem, tulit Pitane I. 18. 9.
Archias Megarenſium princeps auctor Calchedonis I. 19. 36.
Arcus Scythicus I. 19. 44.
Arenas quaſi maria agit fons Solis I. 8. 6.
Argentei ſoli inſula III. 7. 81.
Argivi Aſpendon condiderunt I. 14. 7.
ab Argivis Rhodiiſque poſſeſſa urbs Soloe I. 13. 12.
Argivorum colonia Halicarnaſos I. 16. 19.
Argo navis II. 3. 86.
Ariadnae & Paſiphaës amoribus famigerata Crete II. 7. 113.
Armenta apud Garamantas obliqua cervice paſcuntur I. 8. 47.
Artemiſiae (reginae Halicarnaſſi) opus Mauſoleum I. 16. 22.
Arundium (Indicarum) fiſſa internodia, veluti navia, binos, & quaedam ternos etiam vehunt III. 7. 31.
Aſcanius Aeneae filius, à Pelasgis captus, Antandro inſula ſe redemit I. 18. 22.
Athenienſium adverſus Phoenicas & Perſas navalis pugna I. 4. 4.
- - - - - - & Lacedaemoniorum navalis acies II. 2. 99.
Atlantum mores I. 8. 39.
Atrae gentes & quodammodo Aethiopes III. 7. 59.
Atticae claſſis naufragio inſigne flumen Aegos II. 2. 81.
- - - ſocietatis fide illuſtres Troezenii II. 3. 120.
Avenis & ovis avium paluſtrium aluntur Oaeones III. 6. 82.
Aves ſuper Rhyndacum volitantes abſorbentur ab anguibus I. 19. 22.
- - - pennas quaſi tela jaculatas tulit Aria inſula II. 7. 14.
Augilarum mores I. 8. 52.
Aurei ſoli inſula III. 7. 80.
Aures ad ambiendum corpus patulae III. 6. 84.
Aurum amant Gryphi II. I. 10.
- - - cuſtodiunt formicae III. 7. 25.
Auri argentique maximarum peſtium ignari Satarchae II. I. 89.
Auro vincula ſontium fabricant Automoloe III. 9. 12.
Auſtro ſacra rupes I. 8. 4.

B.

Baccae Arymphaeis alimenta I. 19. 145.
Belluae marinae oſſa immania I. 11. 24.


Bel-

# INDEX
## RERUM MEMORABILIUM

A.


Abdera, ſoror Diomedis, Abderam condidit II. 2. 118.
Academiae nihil affirmantis antiſtes Arceſilas I. 18. 10.
Achilles infeſta claſſe Pontum ingresſus II. I. 48.
- - - - ludicro certamine victoriam celebrat II. I. 50.
- - - - ſe ac ſuos curſu exercitavit II. I. 51.
- - - - ſitus in Leuce inſula, Achillea cognomine II. 7. II.
Achivi ab Ilio capto remeantes II. 2, 147.
Achivorum bellantium ſtatio I. 18. 31.
Aeacidarum regna II. 3. 156.
Aegyptii vetuſtisſimi, ut praedicant, hominum I. 9. 97.
- - - - colunt effigies multorum animalium I. 9. 87.
Aegyptiorum numen Apis I. 9. 92.
- - - - mores I. 9. 78. & ſeqq.
Aegyptum armis petiit Cambyſes I. II. 16.
Aeneas delubrum Veneris condidit II. 7. 163.
- - protugus Aenon condidit II. 2. 105.
Aëris circumfuſi vis exanimat ingresſos III. 7. 88.
Aes pretioſius auro cenſent Automoloe III. 9. 10.
Aeſculapii templum II. 3. 120.
Aeſtus mediam zonam infeſtat I. I. 10.
*ob* Aeſtus incognitus ſitus I. I. 14.
*ob* Aeſtus intolerabilis regio III. 7. 50.
Aeſtus inhabitabilem efficiunt partem orae Indici maris I. 2 31.
Aeſtus maris cauſae diverſae III. I. 15.
Aetas habitantium in oppido Acroatho dimidio longior, quàm in aliis terris, erat II. 2. 140.
Aetna asſiduis ignibus flagrat II. 7 167.
- - - - Cyclopas tulit II. 7. 165.
Africa an ſine fine ſe extenderit, dubium aliquando fuit III. 9. 29.
- - - - arenis ſterilibus obducta I. 4. 12.
- - - - brevior quàm Europa I. 4. 2.
Africae inculta pars I, 4 II.
Agamemnoniae Grajorumque in Trojam conjurantium clasſis ſtatio II. 3. 91.
Ajacis ſepulcrum I. 18. 48.
Albion & Bergios, Neptuni liberi, contra quos dimicavit Hercules II. 5. 34.
Alexander Aſiae domitor, Pellae natus II. 3. 4.
*ab* Alexandro fuſi Perſae I. 13. 2.
*ab* Alexandro Tyrus inſula terris annexa I. 12. 7.
*inter* Alexandrum & Perſas pugna apud Granicum I. 19. 10.
Amaſi regnante Aegyptii viginti millia urbium habitarunt I. 9. 104.
*ante* Amaſin trecentos & triginta reges referunt Aegyptii I. 9 98.
Amazones Aſia potitae, Dianae templum Epheſi conſecrasſe traduntur I. 17. 20.
Amphiarai fanum II. 3. 96.
Anaximander phyſicus I. 17. 7.
Anchorae infixae cautibus I. 6. 10.
Andromedae à Perſeo ſervatae clarum veſtigium belluae marinae osſa oſtentant I. 11. 24.
Angues immanes in Rhyndaeo fluvio ſupervolantes aves abſorbent I. 19. 19.
Animas esſe aeternas praecipiunt Druidae III. 2 26.
Animas glebis infundit Nilus I. 9. 30.
*de* Animabus obeuntium variae Thracum opiniones II. 2. 25.


Ani-

Cutibus hoſtium equos ſeque velant Geloni. II I. 122.
Cyclopas olim tulit Aetna II. 7. 157.
Cycni vox notam dedit I. 19. 99.
Cymbalorum ſonitus in ſpecu I. 13. 34.
Cyme dux Amazonum I. 18. 8.
Cyrenaicae oras habitantium mores I. 8. 18.
Cytiſorus Phrixi filius Cytoron condidit I. 19. 61.
Cyzicus Cyzico urbi nomen dedit I. 19. 12.
- - - - à Minyis, cùm Colchos peteret, fuſus acie caeſusque I. 19. 13.

D.

Daedali operibus & fugâ famigerata Crete II. 7. 114.
Darii fugientis, & fuſorum ab Alexandro Perſarum ſpectator & teſtis locus I. 13. I.
Dejerant per manes Augilae I. 8. 58.
Delon miſerunt primitias ſacrorum per virgines ſuas Hyperborei III. 5. 15.
Delphicum oraculum I. 15. 19.
Delta quae dicitur, Graecae literae imaginem efficit Sicilia II. 7. 140.
Delubrum Apollinis I. 15. 18.
- - - - Jovis Olympii II. 3. 69.
- - - - Veneris II. 7. 165.
Democritus phyſicus II. 2. 119.
Democritum phyſicum tulit Abdera II. 2. 118.
Demoſthenis letho nobilis Calauria inſula II. 7. 90.
Diana condidit Cherronem II. I. 29.
Dianae clariſſimum templum Epheſi I. 17. 19
- - - - Pergaeae templum I. 14. II.
- - - - & Nymphis ſacratum ſpecu II. I. 30.
Didymeus Apollo I. 17. 4.
Dies ſex menſibus, & totidem aliis nox continua eſt apud Hyperboreos. III. 5. 9.
Diogenis Cynici patria I. 19. 64.
Diomedes equis mandendos advenas objectare ſolitus & ab Hercule iisdem objectus II. 2. 115.
Divarum certamine & judicio Paridis mons Idaeus memoratus I. 18. 33.
Dodonaei Jovis templum in Epiro II. 3. 77.
Druidae ſapientiae magiſtri multa docent in ſpecu, aut in abditis ſaltibus III. 2. 19.
——— animas aeternas eſſe praecipiunt II. 2. 25.

E.

Ebeno & ebore abundantes agri III. 10. 25.
Ebuſitanam humum fugiunt ſerpentes II. 7. 215.
Elephanti à ſerpentibus ambitu corporis & morſu conficiuntur III. 7. 28.
Elephantino tergore exſecta parma I. 5. II.
Elephantis, ſicut nos equis, facilè atque habiliter utuntur Indi III. 7. 37.
Endymionis à Luna adamati fabulâ nobilis Latmus mons. I. 17. II.
Ennio cive nobiles Rudiae II. 4. 63.
Enſes & cinctoria Marti pro ſimulacris dedicant Geloni iisdemque proximae gentes II. I. 127.
Epulae viſceribus humanis apparantur apud Anthropophagos II. I. 120.
Epulando corpora parentum laniata & caeſis pecorum viſceribus immixta conſumunt Esſedones II. I. 82.
Epulari caeſorum (parentium) viſceribus fas & pium eſt apud quosdam Indiae populos III. 7. 44.
Epulis apparatis refertus locus III. 9. 12.
Equinis pedibus Hippopodes III. 6. 83.
Equis abundat Hiſpania II. 6. 124
Equitare puellarum penſum III. 4. 14.
Equitatu dimicant Britanni III. 6. 60.
Eretrii Menden condiderunt II. 2. 146.
Erythrae regis monumentum in Ogyride inſula III 8. 55.
Esſedonum mores II. I. 80.
Eteſiae I. 9. 43.
Eudoxus, cùm Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico ſinu egreſſus Gades usque perve&tus eſt III. 9. 35.

ante

Belluae vaſta loca infeſtant III. 7. 7.
Belluis refertum mare III. 5. 30.
Bergios & Albion Neptuni liberi II. 5. 34.
Beſtiis infeſta regio III. 8. 68.
Bigis & curribus dimicant Britanni III. 6. 61.
Bocchi Jugurthaeque regnorum terminus amnis Mulucha I. 5. 38.
Branchidae Apollinis oraculum I. 17. 4.
Britannorum mores III. 6. 70. & ſeqq.

C.

Calypſo Aeeaeen inſulam habitavit II. 7. 172.
Cambyſes armis Aegyptum petiit I. 11. 16.
Canopus, Menelai gubernator, nomen dedit Canopo inſulae II. 7. 52.
Carthago à Phoenicibus condita I. 7. 11.
- - - imperii Romani pertinax aemula I. 7. 13.
- - - in Hiſpania ab Hasdrubale condita II. 6. 60.
Caſtor & Pollux Pontum cum Jaſone ingreſſi I. 19. 106.
Catonis fato inſignis Utica I. 7. 12.
Catoblepas non grandis fera III. 9. 87. ejus oculos vidiſſe mortiferum III. 9. 92.
Cepheus Phinei frater Jope regnavit I. 11. 19.
Cerberus extractus ex ſpecu Acheruſia I. 19. 56.
Cereris templum II. 7. 164.
Cereri conſecrata Eleuſin II. 3. 60.
Certamine gymnico nobile delubrum Jovis Olympii II. 3. 69.
- - - ludicro victoriam celebravit Achilles II. 1. 50.
Chimaerae ignibus olim infeſtata Lycia I. 15. 3.
Cimonis, Athenienſium ducis, navalis victoria adverſus Perſas & Phoenicas I. 14. 3.
Cinctcria Marti dedicant Geloni atque proximae gentes II. 1. 128.
Cineri magis quam pulveri ſimilis humus III. 7. 92.
Cinnami ferax Arabia III. 8. 49.
Circes domus II. 4. 99.
Clarii Apollinis fanum I. 17. 21.
Colchis quondam habitata Pola II. 3. 172.
Colchida petentes Minyae II. 3. 85.
Collis reſupini hominis imagine jacentis III. 10. 38.
- - - viridis III. 9. 61.
Colonia Argivorum Halicarnaſos I. 16. 19.
- - - Mileſiorum, Tios I. 12. 56.
- - - populi Romani, Carthago I. 7. 13.
Coloniae Aeoliorum, Gargara & Aſſos I. 18. 27.
- - - Pelasgorum Placia & Scylace I. 19. 18.
- - - Pelasgorum tenent ima montis Athôs II. 2. 139.
- - - Samiorum, Celenderis & Nagidos I. 13. 55.
- - - Sittianorum, olim Cirta I. 6. 4.
Commercio notiſſimi Seres III. 7. 10.
Commercia vice rerum exercent Satarchae II. 1. 90.
Concubuiſſe cum plurimis maximum decus feminis Augilarum I. 8. 58.
Concumbunt promiſcuè & palam Moſſyni I. 19. 73.
Cornelius Nepos III. 5. 87.
Cornua in humum directa pronis (armentis) officiunt I. 8. 48.
Corpora lacu perfuſa quaſi uncta pernitent III. 9. 16.
Corpore ingentes Indi III. 7. 37.
Corporis aequi Automoloe III. 9. 6.
Corporum aſper atque indecens habitus eſt virorum in Thracia II. 2. 11.
Corpus omne notis perſignant Moſſyni I. 19. 71.
Corſica peſtilens 7. 194.
Covinorum falcatis axibus utuntur Britanni. III. 6. 61.
Crediti exactio ad inferos deferebatur apud Gallos III. 2 29.
Cretas habitare Cariam quidam exiſtimant I. 16. 3.
Crocodili I. 9. 29.
Crocodilos gignit Nilus I. 9. 29.
Cruribus lentis inflexi Himantopodes III. 10. 20.
Cubile Typhonis I. 13. 50.
Curribus & bigis dimicant Britanni III. 6. 61.
Cute piſcium ſe velant Carmanii III. 8. 28.

Cuti-

Gregibus parcunt orarum Cyrenaicae incolae I. 8. 29.
*contra* Grues dimicando pro ſatis frugibus defecerunt Pygmaei III. 8. 72.
Gryphi aurum terra egeſtum cuſtodiunt II. I. 10. III. 7. 25.

## H.

Hammonis oraculum I. 8. 2.
Hannibal Pelorum occidit II. 7. 115.
Hanno Carthaginienſis à ſuis miſſus, ut Africae ſitum exploraret III 9. 32 & 57.
Hasdrubal dux Poenorum Carthaginem in Hiſpania condidit II. 6. 60.
Hecubae in canem converſae tumulus II. 2. 92.
Helenae ſtupro nota inſula Helene II. 7. 85.
Hemiſphaeria nominantur duo latera ab oriente diviſa ad occaſum I. I. 9.
Herbae non laetae modo, ſed etiam dulces in inſula Iverna III. 6. 66.
Hercules Abylam & Calpen colles diremit I. 5. 17.
- - - - ad Heſperidas tendens III. 10. 22.
- - - - Diomeden equis mandeudum objecit II. 2. 115.
- - - - Argivus Heracleam condidit I. 19 52.
- - - , Grajus II. 3. 26.
Herculis Aegyptii oſſa in templo à Tyriis condito ſita III. 6. 11.
Herculis pugna contra Gigantes II. 5. 83.
*ab* Hercule & Echidna Baſilid's generis principia ſunt II I. 98.
Hipparcho Taprobane pars Orbis alterius dicitur III. 7. 84.
Hippopotamos crocodiloſque gignit Nilus I. 9. 29.
Hirſuti toto corpore praeter capita Carmanii III 8. 26.
Hirſutae toto corpore feminae III. 9. 54.
Homerus Thebas Aegypti centum portas habuiſſe dixit I. 9. 108
- - - - univerſum Orbem mari circumfuſum eſſe dixit III 5 85.
Homerico carmine proditum eſt à Pharon curſu diei totius Alexandriâ olim abductam fuiſſe II. 7. 55.
Humiles parvique aliqui Indorum III. 7. 86.

## I.

Jaſo conditor Calchedonis I. 19. 37.
Ibides pugnâ conficiunt parvos ſerpentes volantes III. 8 79.
Ignis quibusdam ignotus III 9. 49.
Ignes nocte micantes I. 18. 38. III. 9. 68.
Ignes oſſibus alunt II. I. 132.
Ignibus ſemet ingerendo mortem arceſſunt quidam in India III. 7. 49.
*ab* Iliaca tempeſtate annorum quis manet numerus, principia ſunt templi Herculis Aegyptii, quod in inſula Gade eſt III. 6. 14.
Imbrium expers Aegyptus I. 9. 4.
Indi dono dati Metello à Baetorum rege III. 5. 91.
Indorum mores III. 7. 33.
Inſula Chemmis natat I. 9. 58.
Inſulae, quae Cyaneae & Symplegades vocantur, aliquando creditae concurrere II. 7. 21.
Jovi ſacer mons Meros III. 7. 52.
Jovis Dodonaei templum in Epiro II. 3. 77.
- - - femori inſitus Liber III. 7. 55.
- - - Olympii delubrum II. 3. 69.
- - - ſepulcrum in Creta II. 7. 116.
- - - templum I. 19. 37.
*à* Jove imbre lapidum adjutus fuit Hercules contra Albiona & Bergion dimicans II. 5. 83.
Iphigeniae & Oreſtis adventu maxime memorati Tauri II. I 94.
Iſthmici ludi II. 3. 110.
Jubae regia Jol. I. 6. 7.
Jugurthae Bocchique regnorum terminus Mulucha amnis I. 5. 84.
Junonis ara templumque III. 6. 34.
- - - - templum II. 3. 64.
Jupiter nutritus in Idaeo monte III. 7. 122.
Jurgia non norunt Scythae III. 5. 1[illegible]

Ante Eudoxi adventum quibuſdam Africae incolis ignis ſuit ignotus III. 9. 48.
Euripus, rapidum mare, & alterno curſu, ſepties die ac ſepties nocte fluctibus in vicem verſis, immodice fluens II. 7. 78.
Europae adventu Famigerata Crete II. 7. 113.
Exactio crediti ad inferos deferebatur apud Gallos III. 2. 99.
Exuſta loca III. 10. 4.

F.

Fabulis multis famigerata Crete II. 7. 112.
Fanum Amphiarai II. 3. 96.
- - - Apollinis I. 17. 22. II. 3. 57.
- - - Jovis Olympii II. 3. 69.
- - - Neptuni I. 19. 29. II. 3. 109.
- - - Veneris II. 7. 166.
Far ex carne magnorum piſcium II. 7. 8.
Farinam calcibus ſubigunt Aegyptii I. 9. 82.
Feminae omnibus, qui mares erant, caeſis Lemnon inſulam tenuiſſe dicuntur II. 7. 69.
- - - - toto corpore hirſutae, & ſine coitu marium ſua ſponte fecundae III. 9. 54.
- - - . Aegyptiae forum & negotia curant I. 9. 82.
- - - - Ixamatarum equeſtre praelium ineunt, & quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt I. 19. 125.
- - - - Ixamatarum eaſdem, quas viri, exercent artes I. 19. 122.
- - - - Sauromatides cum viris bella ineunt III. 4. 11.
- - - - Thracum ſuper mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri votum eximium habent II. 2. 32. earundem inſignis animus II. 2. 31. & varii mores II. 2. 31.
Fluctibus attrita ſaxa I. 6. 18.
Flumina alternis motibus fluentia III. 6. 49.
- - - - gemmas margaritasque generantia III 6. 51.
Fons in Epiro ſine igne procul admotas faces accendens II. 3. 78.
Fons Nili III. 9. 74.
Fons Salſulae ſalſioribus, quam marinae ſunt, aquis defluens II. 5. 60.
- - - Solis I. 8. 5.
Fontium duorum ſingulare ingenium in una ex Fortunatis inſulis III. 10. 15.
Formicae Indicae non minus maximae canibus aurum egeſtum cuſtodiunt III. 7. 24.
Fratres nuncupantur propter ſimilitudinem ſeptem montes in Mauretania I. 5 31.
Fretum nos, Graeci Πορθμὸν appellant anguſtias introitumque venientis maris I. 1. 33.
Frumenti ferax Gallia III. 2. 8.
Frumentis tantum non fecunda Ebuſos inſula II. 7. 207.
Funera feſta & laeta apud Thracas II. 2. 30.
- - - - parentium laeti & victimis celebrant Eſſedones II. 1. 80.
Furari quid ſit ignorant Axiacae II. 1. 103.

G.

Gallicenae dictae antiſtites novem perpetua virginitate ſanctae in inſula Sena III. 6. 25.
Gallici numinis oraculo inſignis Sena inſula III. 6. 24.
Gallorum mores III. 2. 12.
Gamphaſantum mores I. 8. 59.
Garamantum mores I. 8. 46.
Gaza à Perſis vocatur aerarium I. 11. 15.
Gelu aſſiduo durantur reliqua lateris ſeptentrionalis ultra ſinum Caſpium III. 5. 96
Gemmas margaritasque generantia flumina III. 6. 51.
Germanorum mores III. 3. 5. & ſeqq.
Geryone habitata Erythia III 6. 16.
Gigantum fabula belloque memorati montes II. 3. 24.
Gorgonum domus III. 9. 94.
Graeci auctores III. 7. 55.
- - - mercatores oppidum Cycnum conſtituerunt I. 19. 97
Graeciae domitor Philippus II. 3. 3.
Graji noſtrique auctores II. 5. 68.
Grajorum claſſis in Trojam conjurantium ſtatio Aulis II. 3. 92.

Megarenſes Aſtacum condiderunt I. 19. 30
Megarenſium princeps Archias I. 19. 36.
Menelai gubernator Canopus II. 7. 51.
Mercurius Cyllene natus II. 3. 189.
Meridies nuncupatur, quà ſol decurrit I. I. 6
Meſſes ſeptem minimum: interdum plures ferunt inſulae Luſitaniae adjacentes III. 6. 20.
Q. Metellus Celer Galliae pro conſule praefuit III. 5. 90.
- - - - - Indos quosdam à rege Baetorum dono accepit III. 5 91.
Minerva Tritonia I. 7. 26
Minotauri feritate fatoque famigerata Crete II. 7. 114.
Miſenus, Phrygius miles II. 4. 98.
Minyae Colchida petentes in Pagaſaeo ſinu Argo navem ſolvêre II. 3. 85.
- - - - imprudentes Cyzicum occiderunt I. 19 13.
Monimentum Arati I. 13. 15.
- - - - - - - - Erythrae III. 8. 55.
- - - - - - - - Mauſoli I 16. 21.
- - - - - - - - regiae gentis I. 6. 12.
Montes Gigantum II. 3. 28.
Mopſus filius Mantûs I. 17. 24.
a Mopſo condita Phaſelis I. 14. 13.
Mores juſtiſſimi Arimphaeis. I. 19. 144.
- - - - regii Baſilidis II. I. 98.
Moribus immanes Tauri II. I. 94.
ad Mortem paratiſſimi Getae II. 2. 18.
Mortuos limo obliti plangunt Aegyptii, eosque arte medicatos intra penetralia collocant I. 9. 78.
cum Mortuis cremant apta viventibus Galli II. 2. 27
Mundi partes I. I. 8.
Mundus unum animal III. I. 17.
Murex ad tingendum efficaciſſimus III. 10. 28.
Muricum fragmenta I. 6. 18.
Muſarum parens domusque Pieria II. 3. 24.
Muti populi III. 9. 42.
Myrinus Myrinam urbem in Aeolide condidit I. 18. 4
Myrrhâ oſſa priſtini corporis incluſa Aegyptum exportat Phoenix III. 8. 88.

N.

Nandi non patientia tantum Germanis, ſtudium etiam eſt III. 3. 12.
Nati deflentur apud quosdam in Thracia II. 2. 19.
Navigantibus deditae Gallicenae. III. 6. 31.
Navigia ventis plena fruſtratur Euripus II. 7. 81.
Negotiorum ratio olim ad inferos deferebatur apud Gallos III. 2. 28.
Nemeſis Phidiaca II. 3. 97.
Nemora pro domibus ſunt Arimphaeis I. 19. 145.
Nemore ſacro nobilis Tempe II. 3. 27.
Neptuni fanum I. 19. 89.
Neptuni fanum ludis Iſthmicis celebre II 3. 110.
- - - - liberi Albion & Bergios II. 5. 14.
- - - - ſpecus II. 3. 130.
- - - - templum in Taenaro II. 3. 131.
Nili creſcentis cauſae I. 9. 36. & ſeqq.
Nilo minor Iſter II. I. 77.
Nives aſſidue cadentes proximâ Rhipaeis montibus invia efficiunt II. I. 6.
Noctes aeſtate lucidae ſunt in inſula Thule III. 6. 92.
Notis corpus omne perſignant Moſyni I. 19. 71.
Nox ſex menſibus continua apud Hyperboreos III. 5. 9.
Nudi agunt pars Indorum III. 7. 35.
— agunt maximè frigora Germani III. 3. 8.
Numinis Gallici oraculo inſignis eſt Sena inſula III. 6. 24.
Nutus quibusdam in Aethiopia pro eloquio eſt III. 9. 42.
Nymphis & Dianae ſacratum ſpecus II. I. 81.

O.

Obſcoena intimis aedium reddunt Aegyptii I. 9. 87.

Obſcoena tantùm velati pars Indorum III. 7. 36.
Occidens, vel Occaſus nuncupatur, quo Sol demergitur I. I. 5.
Oceani aeſtus & receſſus cauſae III. I. 10. *& ſeqq.*
Oculi ſinguli eſſe dicuntur Arimaſpis II. I. 14.
Odorum ferax Arabia I. 10. 5.
Odores generans ſilva III. 8. 63.
Oenomaus à Pelope victus I. 18. 6.
Oenomai Piſae II. 3. 68.
Olympii Jovis delubrum II. 3. 69.
Omne hoc, cui Mundi Caelique nomen indidimus, uno ambitu ſe cunctaque amplectitur I. I. I.
Onera feminae Aegyptiae humeris, viri capitibus accipiunt I. 9. 84.
Opes parum venerati Automoloe III. 9. 7.
—— ſecum trahunt Sarmatae III. 4. 8.
Opum aliarum ignari Britanni, tantùm pecore & finibus dites III. 6. 54.
—— nullarum domini Trogodytae I. 8. 43.
Oraculi fide delubrum Apollinis, quod Patarae eſt, Delphico ſimile I. 15. 19.
Oraculum Apollinis Didymei I. 17. 3.
—— Gallici numinis III. 6. 24.
—— Hammonis I. 8. 2.
Ora, niſi quà vident, veſtiti Satarchae II. I. 94.
Orbis alter I. 9. 51.
Orbis alterius prima pars Taprobane III. 7. 82.
Orbis noſter I. 4. 37.
—— univerſus mari circumfuſus eſt III. 5. 85.
Oreſtis & Iphigeniae adventu maximè memorati Tauri II. I. 95.
Oriens, aut Ortus nuncupatur, unde Sol oritur I. I. 4.
Orpheus primùm initiavit ſacra Liberi patris & coetum Maenadum II. 2. 18.
Orpheum canentem ſecuta nemora II. 2. 110.
Oſtia Nili I. 9. 117.
Oſtrearum fragmenta in campis Numidiae nihil alentibus eſſe & inveniri narrantur I. 6. 18.
Ovis avium aluntur Oaeones III. 6. 81.

P.

Pacis bellique artibus quondam princeps Miletus I. 17. 5.
Palinurus Phrygius gubernator II. 4. 87.
Pandionis filius Lycus rex, à quo Lycia cognominata I. 15. 2.
Panes III. 9. 64.
Parentes cùm egent, Aegyptiis mulieribus neceſſe, viris liberum eſt alere I. 9. 84.
—— veluti hoſtias caedunt quidam Indorum III. 7. 42.
Paridis judicio memoratus mons Idaeus I. 18. 34.
Parma Antaei elephantino tergori exſecta I. 5. 11.
Paſiphaës & Ariadnae amoribus famigerata Crete II. 7. 113.
*à* Paſtoribus condita Roma II. 4. 22.
Pecore aluntur Pharuſii III. 10. 23.
Pecore dites Britanni III. 6. 55.
*ſine* Pecore & ſedibus Carmanii III. 8. 24.
Pecora in Iverna inſula diutius paſta diſſiliunt, niſi pabulo prohibeantur III. 6. 68.
—— ſequuntur interiores Cyrenaicae incolae I. 8. 31.
Pedite aut equitatu dimicant Britanni III. 6. 60.
Pegaſi equinis auribus III. 9. 25.
Pelasgos habitare Cariam quidam exſtimant I. 16. 3.
Pellis aureae fabula nobilis lucus I. 19. 87.
Pellibus beſtiarum pecudumque velatur vulgus oras Cyrenaicae incolentium I. 8. 25.
—— ferarum aviumque veſtiuntur Indi III. 7. 35.
Pelops Oenomaum vicit I. 18. 3.
Pelorus gubernator ab Hannibale occiſus II. 7. 145.
Pennas quaſi tela jaculatae aves II. 7. 15.
Perſae ab Alexandro fuſi ad Iſſum I. 13. 3.
Perſarum ab Alexandro fuſorum ſpectator ac teſtis locus I. 13. I.
*inter* Perſas & Alexandrum pugna nobilis fuit ad Granicum I. 19. 10.
*à* Perſis capta Sidon I. 12. 10.

Per-

Perſica clade pernotus Marathon II. 3. 94.
Perſicae claſſis excidio nota Salamis II. 7. 86.
*à* Perſeo ſervatae Andromedae clarum veſtigium, belluae marinae oſſa immania oſtentant I. II. 23.
Petrae, quas Sirenes habitavere II. 4. 89.
Phidiaca Nemeſis II. 3. 97.
Phidiae opus ſimulacrum Jovis Olympii II. 3. 71.
Philaeni fratres Carthagine miſſi contra Cyrenaicos, vivos ſe obrui pertulerunt I. 7. 39. *& ſeqq.*
Philippus, Graeciae domitor, Pellae natus II. 3. 3.
Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat II. 3. 20.
Phineus frater Cephei I. II. 21.
Phoenices ex Africa transvecti in Hiſpaniam Carteiam, aliquando Tarteſſon, habitant II. 6. 77.
——— ſolers hominum genus I. 12. I. *& ſeqq.*
——— Uticam & Carthaginem condiderunt I. 7. 10.
*adverſus* Phoenicas & Perſas Cimonis navalis pugna atque victoria I. 14. 3.
Phoenix volucris ſemper unica III. 8. 81.
——— ſibi ipſa incubat, ſolviturque III. 8. 85. deinde ipſa ſe concipit, & priſtini corporis oſſa in urbe Solis memorando funere conſecrat *ibid.* 87. *& ſeqq.*
Phrixi filius Cytiſorus I. 19. 61.
——— templum & lucus I. 19. 87.
Phyſici Orbem mari circumfuſum eſſe dixerunt III. 5. 85.
Pietatis expertes cultores Juvernae III. 6. 71.
——— ultima officia apud Eſſedones II. I. 80. *& ſeqq.* apud Indos III. 7. 44.
Pingunt ora artusque Agathyrſi II. I. 86.
Piratis asſignata Pompejopolis I. 13. 10.
Piſcis è terra oritur, & ictu capulantium interfectus extrahitur II. 5. 70.
Piſces magni in Boryſthene, quibus optimos ſapor & nulla oſſa ſunt II. I. 56.
Piſces quosdam Indos tantùm alunt III. 7. 41.
Piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur Carmanii III, 8. 25.
——— magnorum carne ſole ſiccata pro farre utuntur incolae inſularum in Maeotide II. 7. 8.
——— ſpinae in campis inveniuntur I. 6. 17.
Platani folio ſimillima Peloponneſos III. 3. 44.
Plauſtra pro ſedibus habent Hamaxobioe II. I. 18.
Plumbo abundat Hiſpania II. 6. 12. & Caſſiterides inſulae III. 6. 22.
Pocula inimiciſſimorum capitibus expoliunt II. I. 118.
Poculis binis, qui plurimos interemerunt, perpotant II. I. 116.
*pro* poculis parentium capita auro vincta gerunt Eſſedones II. I. 84.
Pollux & Caſtor cum Jaſone Pontum ingresſi I. 19. 106.
Pompejus urbem Solos piratis asſignavit I. 13. II.
Pontibus diviſas ſpatio pelagoque terras junxit Perſarum exercitus II. 2. 84.
Potus lac, ſuccusque baccarum I. 8. 28
Praelium commenti Phoenices I. 12. 6.
Principum maximus (Claudius) III. 6. 86.
Proteſilai oſſa delubro conſecrata II. 2. 88.
Proximi parentes veluti hoſtias caedunt III. 7. 42.
Pſammetichi opus Labyrinthus I. 9. 67.
Puellaria penſa, arcus tendere, equitare, venari III. 4. 14.
Pueritia apud Germanos longisſima III. 3. 10.
Puerperia lugentur, natique deflentur apud quosdam in Thracia II. 2. 29.
Pugnae & armorum amantes Cares I. 16. 4.
Pulchri forma Automoloe III. 9. 6.
Purpura ad tingendum efficacisſima III. 10. 28.
Pygmaei contra grues dimicando defecerunt III. 8. 71.
Pyramides tres in Aegypto I. 9. 62.
Pyrrhi regna II. 3. 156.

Obſcoena tantùm velati pars Indorum III. 7. 36.
Occidens, vel Occaſus nuncupatur, quo Sol demergitur I. I. 5.
Oceani aeſtus & receſſus cauſae III. I. 10. *& ſeqq.*
Oculi ſinguli eſſe dicuntur Arimaſpis II. I. 14.
Odorum ferax Arabia I. 10. 3.
Odores generans ſilva III. 8. 63.
Oenomaus à Pelope victus I. 18. 6.
Oenomai Piſae II. 3. 68.
Olympii Jovis delubrum II. 3. 69.
Omne hoc, cui Mundi Caelique nomen indidimus, uno ambitu ſe cunctaque amplectitur I. I. I.
Onera feminae Aegyptiae humeris, viri capitibus accipiunt I. 9. 84.
Opes parum venerati Automoloe III. 9. 7.
— ſecum trahunt Sarmatae III. 4. 8.
Opum aliarum ignari Britanni, tantùm pecore & finibus dites III. 6. 54.
— nullarum domini Trogodytae I. 8. 43.
Oraculi fide delubrum Apollinis, quod Patarae eſt, Delphico ſimile I. 15. 19.
Oraculum Apollinis Didymei I. 17. 3.
— Gallici numinis III. 6. 24.
— Hammonis I. 8. 2.
Ora, niſi quà vident, veſtiti Satarchae II. I. 94.
Orbis alter I. 9. 51.
Orbis alterius prima pars Taprobane III. 7. 82.
Orbis noſter I. 4. 37.
— univerſus mari circumfuſus eſt III. 5. 85.
Oreſtis & Iphigeniae adventu maximè memorati Tauri II. I. 95.
Oriens, aut Ortus nuncupatur, unde Sol oritur I. I. 4.
Orpheus primùm initiavit ſacra Liberi patris & coetum Maenadum II. 2. 18.
Orpheum canentem ſecuta nemora II. 2. 110.
Oſtia Nili I. 9. 117.
Oſtrearum fragmenta in campis Numidiae nihil alentibus eſſe & inveniri narrantur I. 6. 18.
Ovis avium aluntur Oaeones III. 6. 81.

P.

Pacis bellique artibus quondam princeps Miletus I. 17. 5.
Palinurus Phrygius gubernator II. 4. 87.
Pandionis filius Lycus rex, à quo Lycia cognominata I. 15. 2.
Panes III. 9. 64.
Parentes cùm egent, Aegyptiis mulieribus neceſſe, viris liberum eſt alere I. 9. 84.
— veluti hoſtias caedunt quidam Indorum III. 7. 42.
Paridis judicio memoratus mons Idaeus I. 18. 34.
Parma Antaei elephantino tergori exſecta I. 5. 11.
Paſiphaës & Ariadnae amoribus famigerata Crete II. 7. 113.
*à* Paſtoribus condita Roma II. 4. 22.
Pecore aluntur Pharuſii III. 10. 23.
Pecore dites Britanni III. 6. 55.
*ſine* Pecore & ſedibus Carmanii III. 8. 24.
Pecora in Iverna inſula diutius paſta diſſiliunt, niſi pabulo prohibeantur III. 6. 68.
— ſequuntur interiores Cyrenaicae incolae I. 8. 31.
Pedite aut equitatu dimicant Britanni III. 6. 60.
Pegaſi equinis auribus III. 9. 25.
Pelaſgos habitare Cariam quidam exſtimant I. 16. 3.
Pellis aureae fabula nobilis lucus I. 19. 87.
Pellibus beſtiarum pecudumque velatur vulgus oras Cyrenaicae incolentium I. 8. 25.
— ferarum aviumque veſtiuntur Indi III. 7. 35.
Pelops Oenomaum vicit I. 18. 8.
Pelorus gubernator ab Hannibale occiſus II. 7. 145.
Pennas quaſi tela jaculatae aves II. 7. 85.
Perſae ab Alexandro fuſi ad Iſſum I. 13. 3.
Perſarum ab Alexandro fuſorum ſpectator ac teſtis locus I. 13. 1.
*inter* Perſas & Alexandrum pugna nobilis fuit ad Granicum I. 19. 10.
*à* Perſis capta Sidon I. 12. 10.

Per-

Specu Dianae & Nymphis ſacratum I. I. 31.
Specus anguſtus & verè ſacer in Cilicia I. 13. 43.
Specus Corycius I. 13. 18. & ſeqq.
Specus Herculi ſacer I. 5. 9.
Specus Typhoneus aſſidua nocte ſuffuſus I. 13. 46. demiſſa in ſe confeſtim exanimat I. 13. 50.
*in* Specu docent Druidae III. 2. 24.
Specus aut ſuffoſſa habitant Trogodytae I. 8. 45. Satarchae II. I. 92.
Sphinges III. 9. 23.
Strident magis quàm loquuntur Trogodytae I. 3. 44.
Stupro omnium patent feminae Augilarum nocte, qua nubunt I. 8. 56
Syphacis regia Cirta I. 6 6.

T.

Tali (Gigantis) ſtatione & morte famigerata Crete II. 7. 115.
*ſine* Tectis ac ſedibus paſſim vagi Aegipanes, & Blemyes, & Gamphaſantes I. 4. 35.
Tela nec vitare, nec jacere ſciunt Gamphaſantes I. 8. 60.
Templum Aeſculapii II. 3. 120.
——— Apollinis I. 9. 59.
——— Cereris II. 7. 164.
——— Dianae I. 17. 19.
——— Dianae Pergaeae I. 14. 12.
——— Herculis Aegyptii III. 6. 10.
——— Jovis I. 19 37.
——— Jovis Dodonaei II. 3. 78.
——— Junonis II. 3. 64.
——— Neptuni II. 3. 131.
——— Phrixi I. 19. 87.
Terebintho abundantes ſaltus III. 10. 25.
Terra ab ortu porrecta eſt ad occaſum I. I. 16.
—— ambitur omnis Oceano I. I. 17.
—— ſublimis cingitur undique mari I. I. 7.
Thebanorum victores Epigoni I. 17. 23.
*à* Themiſtagora Mileſio deductum oppidum I. 19. 86.
Theſeus II. 3. 94.
Thure abundat Arabia III. 8. 49.
Tigres ſilvae ferunt in Hyrcania III. 5. 69.
Timothei Muſici patria Miletus I. 17. 7.
Tireſiae filia Manto I. 17. 22.
Tragopanes, aves cornutae III. 2. 24.
*in* Trojam conjurantium Grajorum claſſis ſtatio Aulis II. 3. 92.
Tropaea caeſorum Laconum Thermopylae II. 3. 89.
Turres ligneas ſubeunt Moſſyni I. 19 71.
Typhoneus ſpecus I. 13. 46.

V.

Valitudine habitantium infame oppidum Caunus I. 16. 8.
Vaſa ex ligno aut cortice I. 8. 27.
Venando aluntur Thyſſagetae Turcaeque I. 16. 141.
Venari puellare penſum III. 4. 15.
Veneris delubrum ab Aenea conditum in Eryce monte II. 7. 165.
Venus primùm ex mari egreſſa in inſulam Palaepaphon II. 7. 45.
Veſcuntur propatulò Moſſyni I. 19. 72.
Victimam optimam & gratiſſimam Dii hominem aliquando caedebant Galli III. 2. 15.
*pro* Victimis advenas caedere ſolent Tauri II. I. 97.
Victoriam ludicro certamine celebravit Achilles II. I. 50.
Vincula ſontium auro fabricant Automoloe III. 9. 12.
Vini uſus quibuſdam in Thracia ignotus eſt II. 2. 49.
Virgines apud Ixamatas manent, niſi quae hoſtem interemere I. 19. 129.
——— nupturae publicè aut locantur ducendae, aut veneunt II. 2. 45.
——— probae formoſaeque in pretio ſunt apud Thraces II. 2. 47.
*per* Virgines primitias ſacrorum Apollinis Delon initio mittebant Hyperborei III. 5. 15.
Virginum inter ſe decertantium ludicris natalem Minervae celebrant Syrtis minoris accolae I. 7. 29.
Virginitas poenae eſt apud Sauromatidas III. 4. 17.
Viri in Aegypto penſa ac domos curant I. 9. 83
Viris abundat Hiſpania II. 6. 12.

Viros benignè alit Thracia II. 2. 10.
Virtutum ignari cultores Juvernae inſulae III. 6. 70.
—— magnarum multarumque teſtis Marathon II. 3 93.
Viſceribus humanis epulae apparantur apud Anthropophagos II. 1. 120.
—— parentium caeſorum epulari fas & maximè pium eſt apud Indos III. 7. 44.
Vitae ſpatium dimidio ferè, quàm nos, longius agunt Macrobii III. 9. 4.
Vitam alteram ad manes eſſe praecipiunt Druidae III. 2. 26.
Vitem tolerat Thracia II. 2. 7.
Vitro corpora infecti Britanni III. 6. 56.
Vivunt diutiùs, quàm ulli mortalium, & beatiùs Hyperborei III. 5. 15.
Ulyxis nomine maximè illuſtris Ithaca II. 7. 94.
Umbrae rerum ad meridiem jacent in India III. 7. 21.
Volucrum genera multa in Arabia III. 8. 73.
Urbem ligneam habitant Budini I. 19. 140.
Urbibus centum quondam habitata Crete II. 7. 109.
Vultus Blemyarum in pectore eſt I. 8 64
Uxor nulli certa eſt apud Garamantas I. 8. 49.

X.

Xerxen copias ſpatio, quia numero non poterat, menſum ferunt II. 2. 103.
à Xerxe Athos mons perfoſſus tranſjugatusque eſt II. 2. 136,

Z.

Zonam mediam aeſtus infeſtat, frigus ultimas I. 1. 10.
Zonae habitabiles paria agunt anni tempora, verùm non pariter I. 1. 11.
Zonis quinque diſtinguitur terra I. 1. 10.

FINIS.

# INDEX
## RERUM ET VERBORUM,
### Quae in notis illuſtrantur.

*Numerus appoſitus Paginam, Literae* a b *Columnas ſignificant.*

### A.

A & I inter ſe permutantur 775.
A praepoſitio ſaepe omittitur 990.
*A meridie Indicum* 503.
*Ab ea parte* 510.
*Ab proximo* 163. *a*
*Abducere litus* 276. *b*
*Abduci* 29 *b*
Abdera Clazomeniorum & Tejorum colonia 681.
Abderitani Muſicae ſtudebant 692.
Ablativus ſubintellecta praepoſitione ex 912.
*Abluere* pro abluvie abſtergere 982.
*Abluere* pro alluere Latine non uſurpatur 982. 983.
*Abluit terras amnis* 437.
*Alluuntur Libyco mari* 400.
Abnoba mons Germaniae 128. *b* 448.
Abobrica 790.
Aborigines 88 *a*.
Abrotonum 582.
*Abſceſſit* de regione 439. 490.
*Abſciſa* 1016.
Abyla 573.
Abyſtron urbs 191. *a*.
*ac* & *at* particulae in MSS. mixtae 3. *b*.
Acanthus peninſula 638.
——— non incepit à foſſa Xerxis 154. *b*.
——— urbs ex Ὄνου γνάθου 970.
*Accipi* propriè à magiſtro dicitur 527. 552.
*Accuſativus Graecus num. plur.* 17. *a*.
Acheruſia 106. *a*
Acheruſias ſpecus 996.
Achillis ſepulcrum 654.
Acholla, vel Achollas 42. *b*
Acroathon 155 *b*
*Ad alia ſteriles* 999.
*Ad famam pares* 459.
*Ad modum* 735. *a*
*Adane regio* 861.
*Adductior* 32. *a*
*Adhaerere in re aliqua* 720.
*Admiſſum mare* 489.
*Admittit fluvium ſinus* 250. *a*
*Admodum* 483.
Adramyttion & Atramyttion 98. *a*.
Adriacum mare 181. *b*
Adrume urbs 582.
Aduas fluvius Pado miſcetur 716.
*Adverſus* 446. 473.
*Advertit ad meridiem* 509.
Aea urbs Colchorum 235. *a*
Aeas fluvius 717.
Aedui, Oedui & Aeduſii 256. *a*
Aeëtes, frater Calypſûs 235. *b*.
Aegae, regia Macedonum 766.
*Aegaeum* ſcil. mare 907.
Aegaeum pelagus 145. *b*
Aegates inſulae 222. *a*
Aegilia, Aeglia & Aegialia inſula 769.
Aegipanes 53. 418. 601.
Aegis ſepeliebantur reges Macedonum 696.
Aegos 143. *a*
Aegyptiorum chronologia abſurda 612.
Aegyptus expers imbrium 604.
Aenaria inſula, quaſi Aenaria 778. à ſtatione navium Aeneae appellata 237. *a* dicta etiam Pithecuſſae *ibid.*

Viros benignè alit Thracia II. 2. 10.
Virtutum ignari cultores Juvernae inſulae III. 6. 70.
—— magnarum multarumque teſtis Marathon II. 3. 93.
Viſceribus humanis epulae apparantur apud Anthropophagos II. I. 120.
—— parentium caeſorum epulari fas & maximè pium eſt apud Indos III. 7. 44.
Vitae ſpatium dimidio ferè, quàm nos, longius agunt Macrobii III. 9. 4.
Vitam alteram ad manes eſſe praecipiunt Druidae III. 2. 26.
Vitem tolerat Thracia II. 2. 7.
Vitro corpora infecti Britanni III. 6. 56.
Vivunt diutiùs, quàm ulli mortalium, & beatiùs Hyperborei III. 5. 15.
Ulyxis nomine maximè illuſtris Ithaca II. 7. 94.
Umbrae rerum ad meridiem jacent in India III. 7. 21.
Volucrum genera multa in Arabia III. 8. 73.
Urbem ligneam habitant Budini 2. 19. 140.
Urbibus centum quondam habitata Crete II. 7. 109.
Vultus Blemyarum in pectore eſt I. 8. 64.
Uxor nulli certa eſt apud Garamantas I. 8. 49.

X.

Xerxen copias ſpatio, quia numero non poterat, menſum ferunt II. 2. 103.
à Xerxe Athos mons perfoſſus tranſjugatusque eſt II. 2. 136.

Z.

Zonam mediam aeſtus infeſtat, frigus ultimas I. I. 10.
Zonae habitabiles paria agunt anni tempora, verùm non pariter I. I. II.
Zonis quinque diſtinguitur terra I. I. 10.

FINIS.

IN:

Arabes latrones Euphratis accolae 844.
Arabes primi Seras cum Sinis conſuluerunt 560.
Arados 758.
Arae Philaenorum 586.
Aratus poëta Solis habitavit 623. ejus effigies in nummis Pompejupolitarum *ibid.*
Arauris 737.
Araxes fluvius 174. *a* 803. hoc nomen aliis fluminibus quoque attributum fuit 803.
Arbiane regio 20. *a*
Arbor in Ferro inſula, cujus ſtillatitia aqua ſufficit inſulanis 872
Arbores pleraeque in Aethiopia ſemper virent 859.
Arceſilas & Arceſilaus 97. *a*
*Archium* & *Archivum* 856.
*in Arctum ogitur, cogitur, coit* 590.
*Arctare* 13. *a*
Arecomici & Arecomiſci 196. *a*
*Arenae* 516.
Arethuſa, fons in Sicilia 233. *b*
Argivi aliquando Ἀχαιοὶ dicti 623. 959.
Argo navis effigies 168. 6.
Argos Amphilochicum 714.
Ἀρὴ 7.
Aria, nomen unius regionis 561. 757.
Ariane non contigua Indi oſtiis 19. *b.* 20. *a.* totum continet Arianum imperium 561.
Ariane Indis ſeu Indo flumini proxima 894.
Arii & Ariani differunt 561.
Arimaſpoe 114. *b*
Arithmetica & Aſtronomia Phoenicum inventum 680.
Ἀρματοτροφεῖν, ἁρματοτροφία, ἁρματότροφοι 563.
*Armatus* pro armatura 501.
Arotrebae 249. *a*
Artabrum promontorium 242. *a*
*Articuli montium* 717.
*Arundo minuta* 728.
Aryandicum argentum 639.
Arymphaei 500.
Aſcalo 72. *b*
Ἀσμῶν 794.
Ἀσκητικοὶ αὐλοὶ 794.
*Aſinarii* dicti Chriſtiani 602.
Aſpendos 627.
Aſpis urbs poſtea Clupea dicta 407. 408.
Aſsedones, Eſſedones, & Iſſedones 120. *b*
*Aſſius lapis* 644. 645.
Aſſos urbs 644.
Aſtape & Aſtapaei 420. 603.
Aſtigi, tria hujus nominis oppida fuerunt 744.
Ἀστοὶ peculiariter appellabantur Athenienſes 699.
Aſtromela ſtagnum 200. *a*
Ἀστὴρ paſſim pro Sirio aeſtivo numquam pro vergiliis accipitur 824.
Aſtypalaea inſula 231.
*At* pro ſi, ſin 885.
Aterni fluminis oſtium 186. *b.*
*Atho*, vel *Athonem*, in quarto caſu 694.
Athos gigas 693.
Athos mons à Xerxe perfoſſus 694. ejus altitudo 674. 675.
Ἄθωος Ζεὺς 693.
Atlantes ſolem orientem exſecrantur 49. *a*
Atlas mons 315. *b*
*Attingunt in mare* 34. *b*
*Attollere* 426.
*Attri a ſaxa* 341.
Ἀττικὰ 229. *a*
Aucheres 668.
*Avectus Europae* 229. *a*
Aves flumen 580.
Augila, vel Aegila, oppidum Nazomonum 599.
Augilae & Augylae 33. *a*
Auguſta terra 797.
Αὐλοὶ ἀσκητικοὶ καὶ μελετητικοὶ 794.
Avo fluvius 787.
*ab Aurora rapti* 841.
Azotus Arabum fuit emporium 617.

## B.

B in M mutari ſolet 749. 752.
Baalath, nomen urbium circa Palaeſtinam 77. *b.*
Babylon 72. *a*
Bacchus dictus Orthagoras, & Δίφαλλος 543 ὄρθος, ὀρθάνιε 689.
Baeterra oppidum 728. & Baeterrae 1011.
Baeti 2o8.

# INDEX.


Aeoles à Latinis Aeolii dicuntur 437.
Aenos 486.
*Aequa ſedes* 63 *b*
*Aequabiliter* 296. *a*
Aeſtia palus 795.
Aeſtria inſula 774.
*Aeſtus* pro acceſſu & receſſu maris 222. *b*. 780.
Aetates, γενεαὶ 939.
Aethiopes Macrobii 856.
——— nonnulli Loripedes dicti 878.
Aethiopum nigrities 864.
*Afficere* pro conficere 504.
Africa nusquam obtenſa Aſiae litoribus 81. *a*
Africa proprie dicta 4. *a*
Africa tribus modis accipitur 586.
Ἀγάλματα, pocula, vaſa rariora & veſtes. 666.
Agathe Maſſilienſium oppidum prope Rhodani oſtia 745.
Agathyrſi picti 130 *b*.
*Agere bella* 969.
*Agere dorſum, tergum* 435. 641.
*Agere ripam* 247. *a*
*Agnati* 926. 227.
Agragas 1016.
Ἀγρωστις 738.
Ἀιγαὶ. Αἰγαία & Ἀιγαιον 695.
Ἀιγὸς ποταμὸς, urbs 455.
Ἀκτὴν & αἰγιαλὸν diſtinguunt Graeci 568.
Albingaunum 194. *b*. 469.
Alcaeus Mitylenâ oriundus 220. *a*
Aletium, Valetium & Valentium, idem oppidum 722.
*Alfajnaſa* herba medica 810.
Algeſira 131. *a*. veterum Carteia 755.
*Aliquâ* pro aliqua parte 268. 865.
*Aliquot urbes* 457.
*Aliter à ceteris* 424.
*Aliudve quod virus* 1018.
*Alius optimarum virtutum* 836.
*Alius Sejano* 424.
*Alluit terras mare* 970. 983.
Alone urbs, quam Tudemir Arabes, Guardamar Hiſpani vocant 749.
Alopeconneſus 146. *a*.
Alus & Halos 705.
Alpium & Apennini ſitus 717.
*Altero latio amplior* 409.
Altitudo quaenam tribuenda unius diei adſcenſui 976.
*Altius ſummum repetere* 831.
*In Altum excedere* 464.
Alzira, nomen corruptum ex Algezira 743.
*Am* in compoſitione pro circum 791.
Amanides portae 622.
Amanodes promontorium 957.
Amardi 267. *a*. & Mardi 801.
Amaxobioe 120. 664.
Ambracia, Pyrrhi regia 462. 715.
Ambracii ſinus ambitus 714.
Amnodes promontorium 622.
Ampeluſia Afris Κώτης 572.
Amphiarai fanum 169. *b* 708.
Amphilochus 462.
*Amphorûm* pro amphorarum 853. 840.
*Amplexa* 791.
*Ampullae* & *urcei* differunt. 752.
Anas fluvius 742.
*Ancarius* vel *Ancharius*, aſinus 603.
Ancharia familia 603.
Ancon 184. *b* & Ancona 466.
Androphagi 450. & Androphagoe 287. *a*.
*Anfractus* 62. *a*
*Angulus* 506.
Ἀνταιρεῖς, ſuccedaneus 644.
Antandrus inſula prius Edonis & Cimmeris vocata 644.
Anthiachae 898.
Antichthones 10 *a*. ab Antoecis & Antipodibus diſtinguuntur 388. 553.
Anticyrae duae 713.
Antiochia Syria, pro Antiochena 617.
Ἀντισκῦθαι ſunt Scythae auſtrales his Scythis oppoſiti 833.
Antronia 165. *a*
Anthropophagi Scythae 669. 818.
Apelles in inſula Co natus 220. *a*
Aphetae lucus in Theſſalia 168. *b* 461. & Pagaſae pro eodem loco accipi debent 707.
Ἀφροδίσιον ἄκρον, & Ἀφροδίσια ἄκρα 638.
Apollo Βραγχίδης & Βραγχιάδης 639.
Apollo Διδυμαῖος & Διδυμεὺς 639.
Ἀποτίτεσθαι 599.
*Appoſiti gentibus* 998.
Ἀπρόσιτος τόπος 871.
Aquilegia 7. 19.
*Aquileges* & *aquileces* differunt 719.
*Aquilegium* 719.


Arabes

antequam nuberent 615.
*Capit res fidem* 405.
*Capita fluminum* 455. 682.
*Capulare* 739.
*Capulum* 789.
Carbania inſula 778.
Cares 566.
Caria portus 453.
Carmania 562.
Carni, populus in ramento Alpium 282. *a*
Carteia 524. 525.
Cartenna 985. & Cartinna 579.
Carthago non fuit a Didone condita 863.
Caryanda urbs 638.
Caſiae inſulae 218. *a*
Caſius mons 69 *a* 617.
Caſpiani 28. *b*. 396. 560.
Caſpii 20. *b*
Caſpii maris deſcriptio 389. 799.
Caſtanaea urbs 697.
Caſtnios mons 85. *b*
Caſtoris & Pollucis aurigae 113. *a*
Caſtra Cornelia 407.
Caſtra Dellia 582. 920.
Caſtra Laelia 920.
Κατάβολον emporium 175. *a*
Catabathmus 591. 592.
Cataractes fluvius 412. 628.
*Cataractes* avis 628.
Καταῤῥάκτης 628.
Κατ' ὠδύ 765.
Catina & Catana 775.
Cato Uticenſis 407.
Cavares non ſunt litorales 177. *a*
Caucaſi montis altitudo 675. 679.
*Cauſa* pro re 866.
Κιδρωσοὶ & Γεδρωσοὶ 562.
Celadus fluvius 797.
Κελάδω 753.
*Celebratur* 753.
Celenderis 83. *a*
*Cepit eos ſatietas vivendi magis, quam taedium* 497.
Cepoe 114. *b*
Cera ſignatoria excluditur a formicis Indicis 822.
Ceras promontorium Hecatae dedicatum 764
Ceraſtis Mileſiorum colonia 682.
Ceraſus & Ceraſuntum 662.
Ceraunii montes 817.
Cercetae vel Cercetii 899.
Cercina 222. *a* & Cercinna inſula 765.
Cercinnitis inſula 765.
Cerne inſula 869.
*Cernuari*, pro humi affligi 270. *b*
*Certior* 498.
*Cervices*, anguſtiae peninſularum 142. *b*
Ceſtros fluvius 627.
Κεστρωτὸν ξύλον 628.
Cetia 35. *a* 572. vel caetra 755
Cetraria a cetris dicta 751. 755.
Κατὰ δέα 618.
Chalaſtra urbs Macedoniae 163.
Chalce ſive Chalcia Rhodiorum inſula 712.
Chelidoniae inſulae dictae promontorium Tauri 630.
Chelonates vel Chelonites 173. *b*
Chemmis inſula 610.
Cherrone 122. *b*
Cherſoneſus civitas 664.
Cherſoneſus Thraciae & Pallenes ſaepe confunduntur 488.
*Chilminara* Arabicè & Perſicè quinquaginta columnas ſignificat 843.
Chimaera mons 635.
τὰ Χειμφά 931.
Chriſtiani *aſinarii* dicti 602.
Cecynnetus inſula 767.
Cifrae a Phoenicibus ortae 950.
Cifrarum uſus 619. inventio quibus tribuatur *ibid.*
*Cillus*, aſinus 603.
*Cillanus*, agaſo 603.
Cimmerii 898.
Cinara inſula 770.
*Cinctorium* 670.
*Cinis* 841.
*Cinnabari* 549.
Cinyps flumen 44. *b* 400.
Cios & Cianus ſinus 656.
Circe 235. *a*
Circeji 469.
Circius ventus Galliae peculiaris 728. 729.
Cirrha 713.
Cirta 38. *a* & Cirtha 404. Syphacis regia 224. *a*. 478. 706.
Ciſthena & Ciſthene 97. 6.
Citharista promontorium 730.
*Clades* 223. *b* 224 *a* 478. 706.
Clampetia urbs 725.
*Clavoſa*, & *clavata* 734.
*Clauſa Britannia* 275. *b*
Climberrum 792.
Clupea 683.
Cnopia & Iſmene idem oppidum 709.

Coz

Baeticae jugum 273. *a*
Baetis fluvius uno oſtio in mare exit 783.
Bagrada flumen 41. *b*
Baleares παρὰ τὸ βάλλειν 299. *b*
*Balnea* & *balaneas* 428.
Balſa oppidum 786.
Barbeſul oppidum 752.
Barcaei montes 594.
*Bardi*, & *Bargi*, ſacerdotes 812.
*Barginae* ſacerdotes feminae 811.
Bargylia urbs 91. 434.
Baria inſula 775. nunc Vera vocatur 750.
*Barrigenae* 810. 812.
Baſtuli 780.
Baudos 78. *a*
Bechires & Bechiri 661.
Belgae 494.
Belo hodie eſt Tariſa 500.
*Bene navigabilis* 55. *a* 932.
*Benigna materia* 3. *a*
Berenice ſita inter Heroopoliticum & Strobilum promontoria 848.
Berenice alia Αὐρὰ etiam dicta 850.
Bergios, Neptuni filius 200. *b*
*Berris*, Hiſpanica vox, *urbem* ſignificat 157. *b*.
Berytos urbs mater Juriſprudentiae 77. *a* Antiochidi etiam attributa 621.
Beſippo 756.
Betre, planta 820.
Bithynis urbs & flumen 683.
Blemyae, Blemyes, & Blemmyes 33. *b*. 401. 417. 984. & Blemies 910.
Boebe palus 705.
Boebos oppidum 705.
Bocchi regnum 576.
Boii 272. *b*.
Bolbiticum, & Bolbitinum, Nili oſtium 67. *b*
Bombyces Coae & Sericae differunt 827.
Borealium gentium maxima pars veſcitur pane ex piſcibus arefactis compoſito 757.
Borium promontorium 584.
Boſporus Cimmerius dictus quoque Tanais 558.
*Braccati* 694.
Βραγχίδαι & Βραγχιάδης Ἀπόλλων 619.
Βραχεῖα θάλασσα 659.
*Brevis pontus* 440. 659. *Syrtis* 986.
Britannia 549.
Brutium 191. *b*
Βρυῶν αἰγιαλὸς 585.
Bryon promontorium 44. *b* 584.
Bubaſſus urbs Cariae 92. *b* 91. *a* 638.
Bubeſſus ſinus 638.
*Buda*, & *Burda*, pro ſtragulis, tomentis ex papyro 207.
*Burda veſtiti* 267.
*Burgum*, vetus Germanica vox 256. *b*
Buthrotos, ultima Epiri urbs 179. *a*
Buzeres & Buzeri 661.
*Byſſus*, *ſericum*, *lana*, & *linum*, ſaepe idem ſignificant 826.

C.

Cadusi 898.
*Caedere victimam* 254. *a*.
*Caelum* 528.
Caepionis munimentum 782.
Cajus mons, ex quo Durius fluvius profluit 787.
Calarnaea turris 692.
Calaſirium vel Calaſiricum oſtium Nili 68. *b*
Calatis 139. *a* 453. 485. 681. & *ſeq*.
Calbis fluvius 656.
Cale, ſive Calle, portus Portugalliae nomen dedit 743.
Caledonii 178. *a*
Callatis portus Bithyniae 752.
Callipides 127. *b*.
Callipolis 733.
Calpe mons 752. 753.
Κάλπη urceus, hydria 753.
Calydna, Calymna vel Calymnia, inſula 771.
Calydnium vel Calymnium mel 771.
Calydonia ſilva 178. *a*
Calypſo 235. *a*
Cambyſes amnis 806.
Campus lapideus 734.
Campus Thebes 643.
Canaſtraeum promuntorium 458. 696.
Candari 562.
Cane & Canae oppidum 97. *a* 562. 581. 847. & Canna 436.
Canes qui dicti 145. *a*
Cannae ſacchariferae 828.
Canopus inſula 761.
Capharea 225. *a*
Capillos ſuos conſecrabant virgines,

*Decurrere* pro deorſum currere 7. *b* 887.
*Degredi* 200. *b*.
*Dehinc* 398. 439.
Dellia caſtra 582.
Delphinorum beneficia in piſcatores 738. 786.
Delta 55. *b*. aliquid intermedium fuit inter Aſiam & Africam 615.
*Delubra* 703.
Demetrias civitas a rege Demetrio dicta 705.
Demetrion oppidum 705.
*Denſè* 345. *b*
Derbeces, Derbices & Dribyces 267. *b*
Dertoſa 210. *a*
*Detur in manus* 438.
*Devenire* 318. *b*
*Deum* pro Deorum 48. *a*. 925.
*Devolvere* 665.
quae a Dextra ſunt, prius recenſentur a Mela, ominis gratia 445.
Diana Nymphis ſaepe addita 122. *b*
Diana Pergaea 84. Pergaſaea *ibid*.
Dianae templum combuſtum ab Heroſtrato 91. *b*
*Dicere* pro deſcribere 2 *a*
*Didita* 275. *b*
Didyme, & Didymae, inſula 256. *b*
Didymaeus Apollo 639.
*Diffindi* 420.
*Dii manes* & *Dii inferi* pro iisdem accipiuntur 666.
Διωκοδομεῖν 767.
Δίολκος 709.
Diomedis turris, ſtabulum 456. 457.
Dionyſiopolis 139. *a* 140. *b*
*Dioryx*, *diorychos* 301. *b*. & *diorygos* 852.
*Diſpergi* i. dividi 487. de fluvio 509.
*Diſſilire* pro rumpi 0.0.
*Diu ſtatam ſedem agunt* 132. *a*
*Div* vel *Dib* Perſis inſula dicitur 834.
*Diverſa* i. contraria 486.
ex *Diverſo* i contrariis partibus 392.
*Diverſis frontibus* 398.
Donuſa inſula 770.
Draco arbor 875.
Δρακοντόμαλλοι 285. *a*
*Ductae* pro diductae 814.
*Ductae inter ſe ſpatiis anguſtis inſuliae* 280. *a*
*Dunum*, vox veterum Thracum 256. *b*
*Duravêre contemplari* 966.
Duria fluvius 748.
Durius fluvius 787.
*Dux* ſubintelligitur 992.
Dyrrachium peninſula, in qua ſita fuit Epidamnos 715.

## E.

E & I promiſcue inter ſe commutantur in nominibus urbium Hiſpaniae 745.
*Eſe nata* 517.
Ebenus Aethiopica ad nos non advehitur 851.
Ebenum Abaſſini Ebnte vocant 851.
Ebora 786. 788.
*Ebur* 874.
Echymnia oppidum 692.
*Effundere armatos* urbs dicitur 990.
Ei in *e* vel *i* convertitur 274. *a*
Eion urbs 152. *a*
Ἐκτροπὴ, diverticulum, divortium fluviorum 802.
Elaea 97, *a*
Elephanti in Abyla monte 573.
Elephantine 54. *b* & Elephantis, & Elephantin 425.
Ἐλίφας mons 574.
Eleûs 145.
Eliberis 472.
Ἑλληνισμὸς 131. *b*
Eluro & Illuro 745.
Eluſaberris 256. *b* 492.
Ἔμβολος 733.
Emitti de fluvio 419.
Ἐμπορεῖον, locus mercatus 750.
Emporiae, & Emporia 237. *b*
Enchelei & Encheleae 179. *b*
Enneapolis 712.
Eoae Indaeque gentes 26. *b*
Eoum mare 286.
Epidamnus 715.
Ἐπίνειον emporium 175. *a*
Ἐπιστροφὴ fluviorum 802.
Erachi 115. *a*
Ercynia ſylva 252. *a*
Eretus 1013.
Eretria etiam Menelais dicta 226. *a*
Erycinae Veneris tria fana erant in Latio 776.
Erythia, & Erytheia, inſula 274. ejuſdem ſitus 809.
Ἑσπέρου κέρας promontorium 869.
*Et* 3. *a* 459.

Ele-

Coamani 896.
Codani ſinus inſulae ſex 280. *a*
Codie vicus Atticae 144. *b*
Coelos & Coela 144. *b*
*[illegible] familiarium* 1000.
*Colere liberos* 599. 918. *bene culti ſervi* 51. *a*
Coli, incolae regionis Coliaca 661.
Colica regio 757.
Colici & Coliaci 882.
Colis promontorium 291. *a*
Collusſa 107. *b*
[illegible] 854.
Coloëni 149.
Colon, Colis, & Colias promuntorium 832.
Coloniae Romanae Graeci cognominis 216. *b*
Colopitene 71. *a*
Comagene 945.
Commageni 25. *b*
Comani 563.
Κόμανα 564.
Compoſtella prius dicta Iria Flavia 790.
*Compresſa gremio terra* 17. *b*
*Compresſus* & *complexus* commutantur in MSS. 18. *a*
Concordia oppidum 719.
*Condere* pro coloniam ducere 644.
*Conficere aliquem inedia* 440. 504.
*Conſecrata* 1013.
*Conſtituere urbem* 443.
*Conſultare in commune* 413. 594.
Conſtantinopolis 135. *b*
*Contemplati* pro contemplantes 626.
*Continare* 768.
*Continatio* 763.
*Continuus* i. proximus 963.
*Contueri* 595.
Cophen & Cophes 293. *b*
Coraxici montes 112. *a* 269. *a*
Coriacei tubi figura, quo aquam dulcem e fundo maris hauriebant Aradis 760.
Corium promuntorium 789.
Corocondame 998.
Corſicae longitudo & latitudo 484.
Corus, Corius, ſeu Cyrus, fluvius 843.
Corycius ſpecus 434. 604.
Coſa 1009. Coſsa & Coſae 164. *a*
Coſſinites fluvius 148. *b*
Coſſure 1016.
Cothon inſula 769.
Κώθων, Graecis Ἀμφιαλεία 572.
*Covini*, vehiculi genus falcatum, quo Britanni utebantur 278. *b*. 778.
Cragus mons 87 *b* 279. *a* 617.
Creuſa & Creuſis 713.
*Crines* 372.
Κρουνοὶ, portus Dionyſopolitarum 083.
Κτίζειν & οἰκίζειν idem valent 644.
*Cubile* 271. *b*
Cudetus fluvius 148. *b*
Cudum promontorium 432.
*Cultus* 413.
*Cum* pro adverſus 495.
Cuneum promontorium 245. *a*
Cuneus ager 785.
Κυνήτων 859.
Curetes 230.
*Curvatus* 855.
Cynoſſema 685.
Cyalus urbs 645.
Cydna urbs 697.
Cyllenius mons 704. 705.
*Cyma braſſicae* 802.
Cynetes 785.
Cynetum rex Gargoris mellis colligendi uſum primus invenit 785.
Cyprus quondam ſedes novem regnorum 758.
Cypſella 142. *a*
Cyrenaica & Cyrene variis modis accipiuntur 586.
Cyrenaicae termini 585.
Cyrene & Cyrenae 624.
Cyreneicus 43. *b* 410.
Cyrus amnis 808.
Cythnos inſula 228. *b*
Cytoros urbs 441.
Cyzicus urbs 101. *b* 438.

## D.

Dadrae, Dandrae, Dandarae, & Dandaridae, & Δανδάριοι 115. *a*
Dagon numen Syrorum 618.
Danubius fluvius 716 ſexaginta amnes in ſe recipit 129 *b*
Dara flumen & regio 866. 868.
Daſarebii & Daſſarebii 179.
Daſcylos pater Gygis 656.
Daſcylos, & Δασκύλιον, urbs 101. 656.
Dea Ceto 618.
Dea Segeſta, vel Segetia 776.
Deciatum, urbs 197. *a*

*Decurrere* pro deorſum currere 7. *b* 887.
*Degredi* 202. *b*.
*Dehinc* 398. 439.
Dellia caſtra 582.
Delphinorum beneficia in piſcatores 738. 786.
Delta 55. *b*. aliquid intermedium fuit inter Aſiam & Africam 615.
*Delubra* 703.
Demetrias civitas a rege Demetrio dicta 705.
Demetrion oppidum 705.
*Denſè* 345. *b*
Derbeces, Derbices & Dribyces 267. *b*
Dertoſa 210. *a*
*Detur in manus* 432.
*Devenire* 318. *b*
*Deum* pro Deorum 48. *a*. 925.
*Devolvere* 665.
quae a Dextra ſunt, prius recenſentur a Mela, ominis gratia 445.
Diana Nymphis ſaepe addita 122. *b*
Diana Pergaea 84. Pergaſaea *ibid.*
Dianae templum combuſtum ab Heroſtrato 91. *b*
*Dicere* pro deſcribere 2 *a*
*Diditæ* 275. *b*
Didyme, & Didymae, inſula 296. *b*
Didymaeus Apollo 639.
*Diffindi* 420.
*Dii manes* & *Dii inferi* pro iisdem accipiuntur 666.
Διαπεδούμενον 767.
Διόλκος 709.
Diomedis turris, ſtabulum 456. 457.
Dionyſiopolis 139. *a* 140. *b*
*Dioryx*, *diorychos* 301. *b*. & *diorygos* 852.
*Diſpergi* i. dividi 487. de fluvio 509.
*Diſilire* pro rumpi 000.
*Diu ſtatam ſedem agunt* 132. *a*
*Div* vel *Dib* Perſis inſula dicitur 834.
*Diverſa* i. contraria 486.
*ex Diverſo* i. contrariis partibus 392.
*Diverſis frontibus* 398.
Donuſa inſula 770.
Draco arbor 875.
Δρακοντίμαλλοι 285. *a*
*Ductae* pro diductae 814.
*Ductae inter ſe ſpatiis anguſtis inſuliae* 280. *a*
*Dunum*, vox veterum Thracum 256. *b*
*Duravere contemplari* 966.
Duria fluvius 748.
Durius fluvius 787.
*Dux* ſubintelligitur 902.
Dyrrachium peninſula, in qua ſita fuit Epidamnos 715.

E.

E & I promiſcue inter ſe commutantur in nominibus urbium Hiſpaniae 745.
*Eſſe nata* 517.
Ebenus Aethiopica ad nos non advehitur 851.
Ebenum Abaſſini Euste vocant 851.
Ebora 786. 788.
*Ebur* 874.
Echymnia oppidum 692.
*Effundere armatos* urbs dicitur 990.
Ei in *e* vel *i* convertitur 274. *a*
Eion urbs 152. *a*
Ἐκτροπὴ, diverticulum, divortium fluviorum 802.
Elaea 97, *a*
Elephanti in Abyla monte 573.
Elephantine 54. *b* & Elephantis, & Elephantin 425.
Ἐλέφας mons 574.
Eleûs 145.
Eliberis 472.
Ἑλλησπόντιαι 131. *b*
Eluro & Illuro 745.
Eluſaberris 256. *b* 492.
Ἔμβολος 733.
Emitti de fluvio 419.
Ἐμπορεῖον, locus mercatus 750.
Emporiae, & Emporia 837. *b*
Enchelei & Encheleae 179. *b*
Enneapolis 712.
Eoae Indaeque gentes 26. *b*
Eoum mare 286.
Epidamnus 715.
Ἐπίνειον emporium 175. *a*
Ἐπιστροφὴ fluviorum 802.
Erachi 115. *a*
Ercynia ſylva 252. *a*
Ereius 1013.
Eretria etiam Menelais dicta 226. *a*
Erycinae Veneris tria fana erant in Latio 776.
Erythia, & Erythea, inſula 274. ejusdem ſitus 859.
Ἑσπέρου κέρας promontorium 869.
*Et* 3. *a* 459.

*Eshâb* 59.
*Etiam* 148. *a*
*Etiamnum tamen* 407.
Eudoxius fuit impoſtor 863.
Euenus 178 *a*
*Evolvi* 665.
Euphratis fluvii deſcriptio 814.
Εὐπρόσωπον ſeu Θεοῦ πρόσωπον promontorium 620.
Euripus Graece Εὔριπος 225. *b*
Euripi pons 767.
Euripi ſtatus fluxus 225. *b* 469. 768.
Europe 14. *b*
Europia regio Macedoniae 687.
Eurytion Geryonis ſubulcus 810.
Euthanae 91. 6.
*Ex* ſubauditur 912.
*Ex diverſo* 390. 891.
Ἐξάμπαιος, fons Hypanis 666.
*Excedere in altum* 464.
*Excedra* & *excetra* 35. *a*
*Excellent* pro excellunt 945.
*Excludere* pro dividere 473.
*Excurrit* 443. 464.
*Eximium id eis funus eſt* 497.
*Exin* 146. *b*
*Exire* i. de navi deſcendere 498.
*Exit in ſpatium* 978.
*Expoſiti in Atlanticum pelagus* 400. *in ordinem* 404.
*Extendere* 12. *a*
*Extendi* 510.
*Extra* 146. *b* 147. *a* 456.
*Exuctus* 88. *b*

F.

*Facie vallis* 456. 686
*Facta Aeolis* 643.
*Familiarum coitus* 1000.
*Fana* a *delubris* differunt 703.
*Faneſtris* 185. *a.* 466.
*Fanus* & *Fanum* 703.
*Faſtigare* 129. *a.* 399. 570. 909.
Feminae canibus comparatae 145. *a*
*Ferè* 526.
*Fertus* 739.
*Fibrae* 459.
*Fidem capit opinio* 457.
*Fimbriae* 164. *a*
*Flexum agit* 396.
Fluminum partes dicuntur ſuperiores & inferiores 567.
Foenum Tabrobaniticum eſt oryza 835.
Fons Solis 46. *a* 589.
Formicarum tria genera in India 507. 508.
Fortunatae inſulae 670. 671.
Foſſa Mariana 201. *a* 732. 733.
Frentani, Ferentani, Ferentini, & Ferentinates diverſi 182. *b*
Frentani ad Aterni & Matrini fluminis oſtia 187. *b.* 188. *b*
*Fretum* 12. *b.* 155. *b*
Freti Magellanici accolae homines vaſti 853.
*Fretu* pro freto 521.
*Fritilla* avis 776. 777.
*Frons* pro promuntorio 845.
*Fronte ingenti*, i. lato ore, lata facie 623.
*Frontes* 358.
*Frontes* pro partibus continentis, quae in mare excurrunt & prominent 683.
*Frutis* dicta Venus 776.
*Frux*, *fructis* vel *frutis* 776.
*Fulgere* vox ambigua 409.
*Funditur in duo cornua Italia* 719.

G.

Gades a Poenis habitata 218. *b*
Gr Gadir 524.
Gaeſus flumen 640.
Gaetuli 983.
Gaetulica purpura 874.
Γάλεων flumen & lacus 640.
Galatha inſula 256. *b* 777.
*Gallicenae* 275. *a*
Gallograeci 902.
Gallorum crudelitas abolita A. V. C. DCLVI 254. *b*
*Ganda* Indis eſt Rhinoceros 562.
Gandari, gens Indiae 21. *a* 502. 895.
Garamantes 415.
Garamantum regio 526.
Garamantum boves ὀπισθονόμοι 596.
Gargara oppidum 644.
Gaza 946.
Γῆ ἀντίχθων 553.
Gedrolia 394.
Gedroſis 19. *b*
Γεδρωσοὶ vel Κεδρωσοὶ 562.
Gedroſii, Cedroſii, ac Gedroſeni 20. *b*
*Geliſia* planta 814.
Gelos 687.
Genitivus ellipticus 309. 969.

Gen-

*Gentiles* 926. 927.
Geographicae definitiones 321.
Geraeſtos & Geraſtos 225. *a*
Γέρρα vel Γύρρα, murium genus 607.
Germania ſuperior & inferior 567.
Geryonis ſepulcrum 781.
Gilda oppidum 876.
Ginetti 786.
*Glaſtum* 277. *a*. 818.
Gnatia 722. 1009.
Gnosſos 1015.
Gobolene, portio Idumaeae 71. *b*.
Γόμιον promontorium 581.
Gorgades 515.
Gorgippi 899.
Gorgones 314. *b*. 515.
Gorgonum inſula eſt Cerne 867.
Gortyna urbs 697.
*Goſſypium* planta 825. 816.
Graeci navigationem unius diei ſtadiis 500. includunt 800.
Graeciae altiſſimi montes 675.
Grandines in nubibus generantur 649.
*Graucaſus* i. nive candidus 965.
Gravii 247. *a*
Grovii 786.
*Gryphi* & *Gryphes* 119.
Gyaros 770.
Gymneſiae dictae Baleares 239. *b*.
Gyrtone 161. *b*
Gythium 174.

H.

*Habere* pro *habitare* 33. *b*. 306. *b*
*Habere uxorem* 138. *b*
*Habilia arma* 36. *a*
*Habilis parma* 35. *b*
*Habitant incertae originis* 958.
*Habitare* 33. *b*
*Hac re* 487.
Hadrumentum & Adrume oppidum 42. *a*. 583. & Adrumetum 407.
Haemi montis altitudo 672.
Halicarnaſos 969.
Halmideſſos, & Halmydeſſos, & Salmydeſſos 141. *a*. 454.
Halonneſos 224. *b*
Halos, & Alos 785.
Hamaxobioe 121. *a*
Hammonis effigies 588. oraculum 410.
Harmatotrophi 563.
Harmozia oppidum non eſt hodiernum Hormoz 818.
Hedui, Aedui, Edui, & Oedui 236. *a*
Helĭŏpolis 853.
Heliopolitanus nomus 853.
Helleſpontius, Helleſponticus, & Helleſpontiacus 17. *a*
Helleſpontus Boryſthenes dictus 553.
Helos portus 637.
Hemeroſcopium urbs, olim Dianium dicta 747.
*Hemicillus*, [illegible] 803.
*Hemiſphaeria* 387.
Heneti & Veneti 563.
Heraclea 440.
Herculis in manu tria mala quid notent 13. *b*
Hercynia & Ercynia ſilva, & Orcynium 262. *a*
Hermeus ſinus 95 *a*. campus 643.
Hermiones 796.
Hermus amnis 642.
Heroopolites 511.
Heroopoliticum promuntorium 848.
Heſperiou ceras 314. *b*
Heſperis 590. 591. & Heſperides urbs poſtea Berenice dicta 9[illegible].
Heſperidum horti 590. 591.
Heſtiaea 226. *a*
Hiberi & Iberi 898.
*Hic* relatum ad antecedens remotius 309.
Hilleviones 1023.
Himantopodes 873.
Himera amnis 483.
Hippo 723.
Hippo Diarrhytus 582.
Hippo Regius 41. *b*. 582
Hippocratis patria Cos inſula 220.
*Hippopotami* 423.
Hippuris, & Hippurias, inſula 773.
Hippus urbs 639.
*Hirii* 297. *a*. 509.
*Hoc* [illegible] de mundo ſive caelo 5. *b*. 6. *a*. 883.
*Hoc omne* 6. *b*
*Hormuz* lingua Perſica *palmetum* ſignificat 840.
*Huc* 111. *b*
*Huic medio* 8. *b*
Hydrela urbs Cariae 91. *a*
Hylarima civitas 637.
Hypacaris fluvius 126. *a*. 665.
Hypanis fluvius 127. *a*. 447.
Hyperborei, gens ſacra 263. *b*. 793.

# I N D E X.

### I.


I & A inter ſe permutantur 775.
I & E promiſcue inter ſe permutantur in nominibus urbium Hiſpaniae 745.
*Jacere* pro adjacere 656.
Jalyſos & Jalyſſos 220. *a*
Jaſo 656.
Ibalſa 245. *b*
Iberi & Hiberi 898.
Iberia citerior & ulterior 741.
Iberiam non pro tota Hiſpania, ſed tantùm pro parte litorali ejus, quae a columnis Herculis uſque ad Iberum flumen extenditur, accipiebant Graeci vetuſtiores 746.
Ichna urbs 4.
Idaeus mons 995.
*Idem ingenii* 988.
Ἱερὰ ἄκρα 670.
Igilium inſula 778.
*Ignes* pro ignibus ſacris 670.
Ignis fatui apparitio adeo frequens in zona torrida, ut toti Aethiopum campi noctu ceu ſtellis colluceant 866
Ilicitanus portus 748.
Ilienſes populi 778.
Illiberis 257. *a*
Illicen 211. *a*
Iluro urbs 208. 745.
*Imaus* Indorum lingua *nivoſum* ſignificat 835.
*Imbre* abſolute poſitum 935.
*Immitti* 246. *a.* 451.
*In arctum agitur* 390.
*In ea* 460.
*In latius abit* 435.
*In occaſum porrecta* 888. 978.
*In quae* pro in ea, quae 995.
*Inceſſit materia* 505.
*Incingi* 473.
*Includere* pro terminare, ſeparare 447.
*Inclytus* 334.
Indi & Aethiopes in majoribus tenebris vivunt, quàm boreales populi 817.
India tempore Melae minus nota fuit 287. *b.*
*Inexplicabilis cabilis* 937.
*Inferi* & *manes* pro iiſdem uſurpantur 600.
*Inferiores regiones* 567.
*Inflexus* i. ſinus 721.
*Ingenti fronte* 6 6.
*Ingredi litora* 458.
*Initiante Orpheo* 431.
*Inſignia operibus* 545.
Inſochi 111. *a*
Inſulae beatae 758.
*Inter* 128. *a*
*Interjungere* 134. *a*
*Interiora litorum* 902.
*Interius* i. mediterraneum 438.
*Internodia* 504.
*Intra* 401.
*Intra extraque* 381.
*Introrſus* 427.
Jol oppidum 405. Bocchi & Jubae regia 578.
Jolcos 164. *b.* 701.
Jolenſes 485.
*Ionium* ſcil. *mare* 907.
Jope, & Joppe, urbs 618.
Jope Aeoli filia 618.
Jovi caput, pectus Neptuno, aliae corporis partes aliis Diis fuere conſecratae 675.
*Jeza* Punice eſt *traducta* 754.
Ἴππου oppidum 639. 640.
Iria Flavia, hodie Compoſtella 790.
*Iſatis* herba 278. *a.* 813. 814.
Iſſicus ſinus 303.
Iſſus 957.
Iſter fluvius, Nilo tantùm minor 129. *b.* 716. nullus eſt in Iſtria 281. *a.*
Iſtri oſtia 280. *a.* 448.
Iſthmi Corinthiaci latitudo 700. 701.
Iſthmii ludi 172. *b.*
Iſthmus, quem Xerxes perfodit in monte Atho, Graecis monachis montis incolis vocatur ἐξαμίλιον 695.
*Iſtrianus* ab *Iſtria* 128. *a*
Iſtropolis 139. *a.* 681.
*Iterum iterumque* 55. *b.* 56. *a.*
Ituriſſa patria Michaelis Legde 253. *a*
Juba tres regias urbes habuiſſe memoratur 587.
Judaei credebantur per aſinum jurare 603.
*Judeicus* 45. *b*
*Jugerum*, πλέθρον 610.
*Jugum* 146. *a.* 456. 686.
Jugurthae regnum 575.
Ivia fluvius 791.
Iulia Joza, & Julia Traducta, ejusdem oppidi nomen 754.

Jupiter Ammon 586. ejus effigies 588.
Jupiter Sardeſſius 628. Urius 104 *a*
Ius. vel Jures mons 727.
Ἴυγξ frigilla 776.
Ixamatae 115. *b*

L.

Labyrinthus Aegyptius 610. 611.
Labyrinthi quatuor fuerunt 61. *a*
*Lacerant oram ſinus & promuntoria* 463.
Lacydon Maſſilienſium portus 471.
Laepia oppidum 784.
*Λαῖος Ζεὺς* 591.
Laeros fluvius 788.
Lambriaca urbs 788.
Lametum oppidum 724.
Λάμπειν & *fulgere* voces ambiguae 636.
Lampetia oppidum 728.
Lampſacus urbs 100. *b*. 101. *a*. 436. 656.
*Lana* de ſerico 806.
*Lamaria* lacus inter oppidum Brigantium & Trileucium Promuntorium 789.
Lappones 898 872.
Latera caſtellum 785.
*Latitudo*, ſpatium ab ortu in occaſum 555.
*Latius patet* 1004.
*Latus* a Pomponio uſurpatur non niſi de parte mari adſita 743.
*Latus* pro fronte 398. 461. 473.
*Latera* pro partibus 886.
*Latera orbis* ſunt partes inter ortum & occaſum 535.
*Latera* quibus rebus propriè tribuantur 685.
*Latera terrae* 437.
Λατύπη 456.
Laudinum civitatem hodié Laon appellatur 734.
Lebynthos inſula 770. & Lebinthos 1015.
Ledus flumen 785.
*Lechinus*, vel *Lothinomer* genus nitrium 606
Leontini urbs 485.
Lepteacra promuntorium 592.
Leptis urbs 583.
Leptis minor ignota Pomponio 215. *b*
Lerne oppidum 742.
Lernaeus lacus 711.
Λιβαῖον, aliis Λιθαῖον vel Λίθων, fluvius 591.
Λίβυες & Λίβυες mixti 733.
Libya nullos gignit urſos 746.
Libya trapezii ſcaleni figuram habet 557.
Libyes Aegyptii 910. 983.
Λιγυσὶν & Λιγυστικὴν a Λιγύς 733.
Ligures appellati fuerunt interioris Hiſpaniae incolae uſque ad Fretum 783.
Ligyci & Ligyſtici urſi 734.
Liguſticus lacus 783.
Lilybaeum promontorium 482.
Limia flumen 788.
Λιμνοθάλαττα 149. *b*
Limyra flumen 87. *a*
*Linquit* pro defluit, decreſcit, λείπει 721.
*Liquatae nives* 721.
*Literae* pro numeris vel elementis Matheſeos 619.
Literae Phoenicum inventum 74. *a*
*Literae & literarum operae* 948. & *ſeqq.*
*Literarum operae* i. ſummae 427.
Literarum transpoſitio in MSS. 78. *a*
*Litus & ora* differunt 568.
Longitudo pro ſpatio a polo ad polum 555.
Lotophagorum ſedes 584 585.
Λίμναι & Λιμναία, urbs & flumen 660.
Lucentia urbs nunc Alicante 719.
Lupi in homines & homines in lupos evaſerunt 135.
Luſitania & Lyſitania 206. *a*
Luſitaniae termini 742. 743.
Lycia primo Ciliciae fuit contigua 567.
Lycus frater Aegei regis Athenienſium 964.
Lyde 85.
Lynxo urbs 876.

M.

Macedonia 157. *a*. 159. *a*
Machtyes 585.
Maciones 24. *a*
Madytos 455. 456.
Maenoba 211, 750.
Maeotidae ſunt Maeotarum & Amazonum ſoboles 653.
Maeotidae γυναικοκρατούμενοι 653.

Maeotides Amazones 61.
Maeotis palus mater Ponti & obſtetrix dicta 558.
*Magnus* minùs eſt quàm *ingens* 391.
*Majores* pro parentibus 667.
Majus fluviu 209. *a*
Μάννα & Μαναγρὶς 758.
Malabarrorum pandae & promisſae aures 816.
*Malabathrum* ἁδρόσφαιρον μεσόσφαιρον, & μικρόσφαιρον 794. apud Sinas & Seras copioſè provenit 820.
Malaca urbs cum Maenaca confunditur 750.
*Maligne* 451.
*Mambu* vel *Bambu* arundo ſaccharifera 828. 831.
*Manes* & *inferi* pro iisdem accipiuntur 600.
Manna duplex, liquida & concreta 812.
*Mapalia* & *magalia* 413. 592.
Marathuſa inſula 230. *b*
Mardi & Amardi vocantur a Perſis latrones 808.
Mare ſuperum & inferum 718.
Mares, populus vicinus Moſynoecis 565.
Margaritae Britannicae 277. *a*
*Margo* pro litore 394.
Mariaba 511.
Mariana foſſa 732. 738.
Mariandyni 100. *a*. 438.
Maritima Avaricorum oppidum 782.
Maronea urbs, aliquando etiam Orthagoria & Κινέσημα dicta 688.
Marti pars illa, qua cingimur, conſecrabatur 670.
Μάσωνς 120. *b*
Maſſilia 199. *a*. Phocaeënſium colonia 199. *b*
Maſſilia vetus non ſita fuit, ubi eſt hodierna 781.
Maſſilienſium mores 199. *b*
Maſtuſium mare 686.
*Materia benigna* 3. *a*
Mathae, gens Indiae 299. *a*
Matiani & Mantiani 564. Matieni & Mantieni 900. 501.
Mauritaniae Caeſarienſis & Tingitanae nomina Romae demum audita ſub Cajo & Claudio Caeſaribus 576.
Maurorum multi fines 574.
Mearus fluvius 791.
Mecyberna 157. *b*
Medama, Medana, Medma & Medna urbs 472.
Medea duos maritos habuit 772.
Medi non fuerunt dicti Arii ante adventum Medeae 561.
*Medica herba* 811.
*Medica ſtola* 772.
*Medius ſinus, pontus, medium mare* 250. *b*
*Medium litus* 440.
*Mel Calydnium* 771.
Mela à Mellaria dictus 523.
Mela Caetrarienſis fuit natione, genere vero Poenus 755.
Mela non perpetuo ordine, quo jacent, urbes enumerat 426.
Mela cognomen gentis Anniae & Pomponiae fuit 1. *a*
Melae patria 521. & *ſeqq.*
*Melamboreas* ventus idem quem Latini *circium* vocant 728.
Μελιτητικοὶ αὐλοὶ 794.
Μίλα poculi genus 2. *a*
*Meliboea purpura* 698.
Meliboeae urbis ſitus 696.
Melis urbs 56. *a*
Mella frondibus defluunt 289. *a*
Mellaria urbs 755.
*Memoratus*, δεδηλωμένος 892.
Memphis 56. *b*
Meninx & Menix inſula 222. *a*. 508. 1013.
*Mens cinctoria* 670.
Menuthias inſula nunc Zanzibar appellatur 805.
*Mercedibus bella agere* 968. 993.
*Merere pedibus* 662.
*Meridies* 8. *a*. 384.
Meroë regio Aethiopum 857.
Meropes Theſſali 772.
Meros mons Jovi ſacer 290. *b*.
Μέροψ ἀνὴρ, *Theſſalus maritus* 772.
Meſembria & Meſambria 140. *a*
Meſua vel Menſua collis 787.
*Meta lactis, cupreſſi* 606.
Metagonitae 980.
Metagonitis regio 581.
Metagonium promontorium 40. *c*. 580. 581. 919.
Metalpium, alterum Rhodani oſtium 784.
Metapontium 190. *b*
Metelis urbs 56. *b*
Μίτρα 839.
*Militia, milium* 940.

Mi-

*Minuta animalia* 783.
*Miſcere* 955.
Moenis & Moenus 262. *b*. 1023.
Moeridis paludis ambitus 610.
*Molli ambitu* 455.
*Mollia faſtigia* 439.
*Molliter* 399. 455. 909.
*Montium articuli* 717.
*Monumentum regiae gentis* 38. *b*. 917.
Monumenta ad litus ſita 39. *b*
Mopſus Mantûs filius 963.
Mopſi tres 94. *b*
Mori apud Sinenſes bombycibus deſtinatae feruntur 826.
Morimeni 25. *a*
Moſſyni 441. 442. 448.
Moſynoeci 109. *b*. 448.
Muluoha 34. *b*. 35. *a*. 575. 914.
*Mundus* pro caelo 491. pro terra 486.
*Mundus caelumque* 384. 528.
Murci vel Murgi hodie Almazaran 750.
Μυὸς ὅρμος promontorium 300. 301.
Mures, qui in limo naſcuntur 606.
Muriani 565.
Murrani 24. *b*. 565.
Muſagoroe tres 231. *a*
Muſagorûs in quarto caſu plur. num. 481.
Μύσιοι, & Μυσοὶ 656.
Myrlea urbs 439.
Myrtili 1019.
Myrtoum pelagus 162. *b*
Mytilene & Mitylene 758.

N.

Nabar fluvius 916.
Nagidos urbs 83. *a*
*Nani* 854.
Nardinium urbs 252. *a*
Naro fluvius 180.
*Nata e ſe* 517.
*Natura regionum* 381.
*Navia* 827. 828.
*Navigabilis alvei* 428.
*Navigatu maria transgredi* 144. a
Navium capacitatem veteres per amphoras & modios indicabant 840.
Naupactus 705.
Nauſtathmos & Nauſtathmon 412.
*Nec* pro *haec* in MS. 258. *a*
*Nec uſquam* 81. *b*
Nemeſis Phidiaca 461.
Nerici s inſula ... *b*
Nerites mons Ithacae 22.. *b*
Nerium promontorium 218. *b*
Neſſus, vel Neſus, flumen 688.
Neſtos flumen 688.
Neuri 669.
Nigritae 317. *b*
Nilus 53. *a*. 55. *a*. 56. *b*
Nili fontes 597.
*Niſi ubi* 19. *b*. 505.
Niſyros inſula 770.
Nives, pluviae, & grandines in nubibus generantur 403.
*Nobilis urbs exitu amnis* 994.
*Nominant* ſcil. homines 888.
*Non* & *haud* mixta in MSS. 281. *b*
Nox in quatuor partes dividebatur a Romanis, in tres ab Hebraeis & Graecis 944.
*Noxii appulſis* 442.
Nubae Pygmaei 853.
Nuchul 867.
Numen locis tribui ſolitum 961.
Numidae Graecis Νομάδες 48.
Numidia quousque extendebatur, quum Jugurthae parebat 575.
Nymphae tres ſtatuebantur ad fontes, & in antris 122. *b*
Nyſa urbs Baccho ſacra 290. *a*
Nyſii 832.

O.

Oaeones 815.
Ὠαίων, *ovis vivens* 815.
Obarani 24. *b*
*Obducta arenis terra* 899.
*Obducta perpetuo litoris margine terra* 502.
*Obliqua plaga. regio* 455.
*Oblonga litorum* 279. *b*
Obris fluvius 202. *a*
*Obtenditur ora litoribus* 454.
*Occidens* 7. *b*
Oceani effigies 241. 242.
Ochani 22. *a*
Octavanorum colonia 470.
Odeſſos 453.
Oeanthia & Oeanthis 713.
Oenuſſae & Oenuſae 226. *b*
Ogyris inſula, etiam Gyris & Gyrine appellata 510. 845.
Oleaſter lucus 781.
Oliaros inſula 227. *b*.
Oliſipo 246. *b*
Olitingi 784.

Olympus Myſius mons 122. a. 635.
Olyros portus Pellenaeorum 713.
Ombrios inſula 871. 872.
*Omne ſoc.* 382.
*Omnibus aevis* 684.
Ὀμαχρία 668.
Onoba urbs 784.
Ὄνοβα Αἰστουρία 784.
Onochoirites Chriſtianorum deus 602.
Onychotes 53. b
Onacrees 983. a
Ὀστεῶν 283. a
*Operari* pro ſacrificare 495.
*Opes belli* 947.
Ὀπεας, *ſubula* 668.
Ophanitae 564. 899.
*Oppidum* 41. b
Opoës & Opûs urbs 59. a
Ὀπὸς pro ſilphio 594.
*Optima victima* 490. 792.
*Ora* 401. 568. pro termino, extremitate 393.
*Orae & litora* 381.
*Orbis* 382.
Orbis diviſio in duas vel tres partes 391. 392.
*Orbis Iberus* Hiſpania 381.
*Orbis terrarum* Aſia 380.
Orbis, vel Orobis, flumen 737.
Orchomenos 1006.
Orgenomeſci 1021.
Oricos & Oricum 180. a
Ὅρμος, *ſtatio* . *promontorium* 301. a
*Ornans ingenium* 884. 997.
Orontes 78. b
Oropus urbs 708.
Orthagoras ſcriptor 639. 846. dictus Bacchus 689.
Ὀρφίας δεύς 687.
Orthagoria urbs 689.
Ortygius Cayſter 641.
*Os fluvii* pro fonte 465. 509.
Oſtia vel Oſtia Tiberina 186. & *ſeqq.*
*Oſtreae* & *oſtrea* 919.
Οὐάδας oppidum 580.
Ouatmalli 284. a. 286.
Ovium duo genera in Africa 388.
Oxus fluvius ante Alexandrum Araxes appellatus fuit 803.

P.

P*aciſci* & *pangere* de una parte seque accipiuntur ac de duabus 923.
Pachynus & Pachynum 232. a. 482.
Padon fluvius 195. a
Padus fluvius 184. a
Paeſiacae, Paſiacae, & Apaſiacae 801.
Paeſicae & Paeſici 267. a
Pagaſae 168. b. 703.
Pagaſeus ſinus 161. a
Paliborhra & Palimbothra urbs 291. b
Pallacopa 844.
Pallantia & Palantia 1012.
Pallene urbs Thraciae 687.
*Palou* & *Polou* Indis inſula appellatur 834.
Paltos 77. b. Πάλτος & Βάλος 622.
Pamiſus 175. b
Pamphyliae ora litoralis olim Lyciae fuit attributa 567.
Panchaei 852.
Panchaia 855.
Panchaicum thus 859.
Pandataria & Pandateria inſula 237. a
Panhormus 1016.
Panticapaeum 122. a
Paraetonius portus 47. b
Pariani 563.
*Par & adverſum* 445.
*Partes* 597.
Partheni gentile nomen a Partho Illyria urbe 179.
Paſargadae gens & oppidum 842.
Paſiphaa 1015.
Paſſus curſorum, ſive Geometricus, eſt quinque pedum 676.
Paſſuum alia ratio in montibus ac in plano 676.
vox *Paſſuum* ſubintelligitur 1000.
Patalene inſula 295. b. 841.
Patalene regio Indiae 295. b. 507.
Patara urbs 631. & *ſeqq.*
*Patet in circuitu*, & *in circuitum* 936. 937. 989.
*Pecora* 611.
*Pecudes*, equi & boves 938. 939.
*Pedibus merere* 662.
Πελαγίζειν 390.
Pella urbs Macedoniae 458. non fuit regia Macedonum ante Philippum 458.
Peloponneſus platani folio ſimilis 741.
Peloponneſi grandes ſinus quatuor 711.
Pelorus 232. b. 482.


Pelo-

Pelorus gubernator Annibalis 482.
Πέμματα erant ſacrificia, quae pueri Apollini offerebant 634.
*Pendentes luci* 950.
*Pene insula* 971.
*Penetrare* 468. *penetratur* 297. *a*
Peneus dividit Macedoniam a Theſſalia 159. *a*
Πέντε in compoſitione extendit ſignificationem 806.
*Perdurare* 649.
Pergaea Diana 84. *a*. 962. & Pergaſaea 628.
*Permiſſa huc uſque* 398. 908. 981.
*Permutare* 945.
*Perpaulatim* 47. *a*
*Perpetua fronte* 392.
Perſepolis urbs 843.
Perſicus ſinus etiam Arabicus vocatur 842.
*Pertenues rivi* 298. *b*
*Pertinere* 425.
Πετρῶνες 819.
φάρος a φαίνω 762.
Pharos Alexandrina 761. quondam inſula 221. *a*. Dianae conſecrata 764. inſiſtit quatuor cancris vitreis 762.
Pharos Puteolana nunquam exſtitit 763.
Pharos Ravennas 763.
Pharos, Paros, ſive Pharia orae Liburnicae inſula, nunc *Lierina* 775.
Pharaſii 874.
Phaſelis oppidum 431. 629. a P. Servilio everſum 629.
Phidiaca Nemeſis 461.
Philaeni, φιλαινοί 920.
Philippi 150. *a*
Philotera & Philoteris urbs 849.
Phinton, vel Pinton, inſula 237. *b*
Phoenice 73. *a*
Phoenices, qui Africam inhabitarunt, a Romanis Poeni appellantur 753. 754.
Phoenix avis in Phoenice naſcitur, & moritur in Aegypto 855. ſub Claudio Romae viſa 303. *a*. Chriſtianis eſt reſurrectionis ſignum 303. *a*
Φαλίμα vel φαλόμα 858.
Phrygi 176. *b*
Phygela urbs Joniae 93. *a*
*Piniſertus* 739.
Piſa Peloponneſi urbs 166. *a*. & Piſae 400.
Piſae urbs Italiae 166. *a*
Piſces e terra eruti 738.
Pithecuſae inſula 237. *a*. 778.
Πλαγίαυλος ſive obliqua tibia 794.
Plantae laniferae 825. 826.
Platonici mundum unum animal eſſe credebant, quod omnia alia animalia in ſe continebat 780.
Platonis opinio, ſidera non redire ad eundem ſitum, niſi quadraginta novem annorum millibus exactis 612.
Πλέθρον 610.
*in Plenum* 496.
Pluviae in nubibus generantur 619. in inferiore Aegypto aliquando deſcendunt, in ſuperiore nunquam 601.
Pluvialia inſula 871.
Poëtae fabulas ſolent confundere 161. *a*
Pogonus portus 174. *b*. 710.
Pollucis & Caſtoris aurigae 129. *a*
Polonorum cum Perſis comparatio 796.
Polyaegos inſula 767.
Pontus Axenus poſtea Euxinus dictus 105. *b*
Populonia & Populonium 194. *a*
Πόρος 13. *a*
*Porrecta ab ortu ad occaſum* 388. 500.
*Porrecta facie poſiti enſis* 447.
*Porrò* adverbium temporis 623.
Πορθμὸς 13. *a*
Portucale urbs 743.
Portugallia unde dicta 742.
*Portus cingens urbem* 199. *b*
Portus ἐμπόριον 151. *b*
Portus Saronicus 710.
*Portus a poculis nomen acceperunt* 733.
*Poſſidere* 27. *b*
*Prae quod*, & *praeter quod* 934.
*Praecipua fama* 483.
*Praetervecti* 146. *a*
*Praevecti* 435.
*Pretium operae* 380.
*Primi* 489. *primi hominum* 893.
*Prior* pro propiore, & *primus* pro proximo 623.
Priſciana oppidum 875.
Proconneſus 214. *a*
*Projecta inter ſeptentrionem occidentemque* 388.
*Promittitur ad Arymphaeos* 444.

*Promontorium* 41. *b*
*Promontoria* vocantur inſulae litoribus vicinae, & peninſulae 637. 637.
Promuntoria ab Arabibus *naſi* dicuntur 621.
Promuntoria litora faciunt, non montes 625. 630.
Πρὼν mons vicinus Hermionae 711.
*Prones* 613.
*Propior Iſſo Pyramus* 958.
*Propiores terrae* 996.
*Proprie vocata Africa* 41. *a*
Proteſilai ſepulcrum 684.
Proverbia.
Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία 691.
*Africa ſemper aliquid novi adfert* 32. *b*
*Corycius auſcultans* 82. *b*
Εἰς φώκαια αἶθε βάλτων βατράχων γυναῖ 65.
Μίαν αὐτὶ συχεῖς 763.
Πλάσσειν ἐκ Τροιζῆνα 710.
*Sarpedonium litus* 82. *b*
*Proxima* i. ſimilis 495.
*Proximò* 1005.
Pteleos urbs 168. *a.* urbs Theſſalica & Meſſenica 705. 706.
Pteria regio 25. *b*
Pterophoritae 564.
Ptolemaeus Philadelphus & Euergetes primi Graecorum Elephantorum venationem inſtituerunt 849.
Ptolemais Θηρῶν, ſive ἐπὶ θήρας, nunc inſula eſt 849. 850
*Puac*, vel *Buda*, papyrus 869.
*Pueritia*. ἀναφαλαντίας 795.
*Pulvis* 841.
Purpurariae inſulae 875.
Pygmaei 372. 853. 854.
Pyli tres fuerunt 175. *b.* 712.
Pyramides 60. earum altitudo 676.
Pyramidis maximae laterum ſpatium 610.
Pyrrha urbs 219. *b*
Pythagoras Samius 220. *a*

Q.

*Qua* 29. *b.* 889.
*Quaad* 569.
*Quam diu* pro quam diutiſſime 798.
Queiſſome inſula a Perſis *Broet* appellatur 842.
*Quis* 137. *a*
*Quidquid id eſt* 382.
Quiza caſtellum 579.

R.

*Rata* pro certa 779.
*Recedentia litora* 508.
Ῥῆον αἷμα pro teneriore rhei cauliculo 892.
*Rha Barbarum & Rha Ponticum* 892.
Rha flumen 268. *a.* 801. 802.
Rhaptum promuntorium 863.
Rheni effigies 259.
Rheſus Thracum rex 141. *b*
Rhion 713.
Rhipaei montes quo usque extenſi à Veteribus 119. *a*
Rhiphaces & Rhiphaei 564.
Rhoda oppidum Hiſpaniae 744.
*Rigua* 582.
*Ripae* pro litoribus, quae rectâ tendunt 123.
*Ripae & litora* παραθαλασσίας pro *ripa & litore* 559. 892. 204.
Ῥογαλέξ 22.
Rotes 428.
Rubrum mare 425. 508. pro ſinu Arabico 943. 944.
Ruſadir 37. *b*
Ruſeada vel Ruſgada 913.
Ruſcino 472

S.

S in innumeris vocabulis modò additur, modò demitur 842.
Sabis flumen 842.
Saccharum hodiernum perperam a quibusdam diſtinguitur a veterum ſaccharo 829. liquidum & concretum 829.
Saccharum Tabaxir 829.
Saenum oppidum 723.
Saetabis flumen 746.
*Saeva hiemis* 13. *a.*
Sagae 265.
Sagalaſſus, urbs Piſidiae 188. *b*
*Sagati* & *palliati* diſtinguuntur 996.
*Sagmarus* vel *ſaumarius* de jumento atque homine accipitur 603.
*Sagum*, veſtis militaris 261. *a.* 495.
Saguntos & Saguntum 210. *b*
Salabina & Salambina 751.
Salacia patria P. Nonii 246. *a*
Salamis Cypri urbs 220. *b*

Salen-

Salentini campi, & Salentina litora 722.
Salentini a Salo dicti 723.
*Salicippium* dictus Calvus orator 777.
Salona & Salonae 462.
Samoyedae obliquè currunt, more cancrorum 873.
Sana, vel Sane, oppidum 695.
Sandis, Andis, vel Adanis 841.
Sanga fluvius 251. *a*
*Sanguis draconis* 875.
Sanni 24. *a*
Santones & Santoni 258. *b*. 493.
Sardabal fluvius 579.
Σάρδησσος oppidum 628.
Sardeſſius Jupiter 628
Sardinia in orientem, quàm in occidentem latior 484. 485. peſtilentia infamis 239. *a*
Σαρκοφάγος pulvis ſimilis pollini, qui parietibus piſtrinorum adhaerebat 644. 645.
Sarmatae 619.
Saronicus portus 710.
Sarpedon 82. *b*
Sars fluvius 788.
Satarchae 121.
*Satis de ſe conſurgens mons* 516.
Satyri 52. *b*. 418.
*Saxa attrita* Graeci χερμάδας & χεραμίδας vocant 581.
Scalae Annibalis 745.
Scamander fluvius 99. *a*
Scandile inſula 767.
Scandinovia inſula 815.
Scarpha 1006.
Scenitae 895.
Schoenitas portus 711.
*Schoenus* 56. *b*
*Scinditur in cornua* 464.
Sciron 171. *b*. 172. *a*
Scironia & Scirronia ſaxa 171. *b*
*Scirpus* 313. *a*
Σκίλλυς 283. *b*
Σκίρος vel σκῖρος 644.
Scuta Maurorum & Ginetorum Hiſpanicorum ex bubalicis pellibus conficiebantur 572.
Scylla 481. 482.
Scyllaeon 173. *a*
Scythae Agathyrſi corpus notis pingere ſolent 667.
——— Hamaxobii 563.
——— Heniochi 563.
Scythici arcus figura 638.
Sebennyticum & Sebennuiticum oſtium Nili 67. *b*
*Secare oram* dicuntur fluviorum alvei 66. *b*
*Sed* particula omiſſa 298.
*Sedere* 60. *a*
*Sedes* 857.
Sedochezi 112. *b*
*Segnis* 451.
Sena inſula 811.
Sepias promuntorium 459.
*Septentrio* 8. *a*
*Septentriones* pro auſtro & borea 718.
*Sequentia litora* 396.
*ea quae Sequuntur* 495.
Seraci 115. *a*
Seres muti a quibusdam credebantur 819. eorumdem limites 812.
Serrium promuntorium 456.
*Servare Deos patrios* 985.
*Si* pro poſtquam 852.
Sicana & Sucro, eadem urbs 747.
Sicanus & Sucro, idem fluvius 747.
*Sicci fluctus* 46. *b*
Sicenus inſula 777
Sicilia Italiae olim conjuncta fuit 282. *a*
Sideris, vel Sideruntis, portus 965.
*Silus* pro tempeſtate 428.
Siga Syphacis urbs regia in Mauritania 578.
Silarus, Silerus, & Siler amnis 726.
*Sileni* ſeniores Satyri 602. Silenorum ſepulcra apud Hebraeos 602.
Σιλφιοφόρος regio 593. 594.
Silphium naſcitur in locis aridis 593. 594.
Silvanus & Hercules Nymphis adjungi ſoliti a veteribus 123.
Silvanorum forma 602.
Simenes portus 965.
*Similis* 453.
*Simul ebrietate* 1002.
Sinae veteribus celebrati, ſunt hodierni Siamenſes 560.
Sindi 113. *a*
*Sine nomine* 655.
Sinenſes hodierni iidem qui antiquorum Seres 560.
*Sinus* 753.
Sinus Arabici principium 847.
Sinus Perſicus 576.
Sinus Perſici initium 847.
Sipontum 1009.
Sipus 189.
Sirenides dictae inſulae Sirenum 726.

Sittianorum colonia 577. 915.
P. Sittius portionem regni Maſiniſſae dono a Caeſare accepit 577.
*Situs* poſitionem, formam, regionem & habitationem ſignificat 179.
*Situs* 418.
Smyrna 61?.
Sol hieme terris propior 59. *a*
Sol multo major videtur oriri in Ida, & aliis montibus, quam alibi terrarum 646. 654.
Sol ſi plus quatuor gradibus depreſſus ſit infra horizontem, ex ſummo monte non eſt conſpicuus 646.
Solem ſemel oriri ſolſtitio, bruma ſemel occidere, apud quos recte dicatur 797.
*Solida procedit* 393. 464.
Solis inſula 810.
Soloe 80. *a*
*Soloecismus* 80. *a*
Sordi & Sordones 739.
Sordus flumen 739.
Σογδιανοὶ & Σοδιανοὶ 563.
*Spatio pelagoque diviſae* 455.
*Spectans orientem terra* 171. *a*. 460.
Specus Corycius 614.
Stagiros patria Ariſtotelis 151. *a*
*Stant urbes* 552.
*Statum tempus* 450.
*Stata domicilia* 48. *b*. 412. 413.
*Storeae* 649.
*Strictim* 380.
*Stringere litora* 401.
*Stringit iter alveo* 447.
Strobilum promunrorium 818.
Styra oppidum Euboeae 1014.
Suagelos & Suagela 89. *b*
*Subinde* 412.
*Subit mare* 446.
*Sublimis* 385.
Subur fluvius 209. *a*
Sucro & Sicana, eadem urbs 747.
Sucro & Sicanus, idem fluvius 747.
Sulci 238. *b*. 239. *a*
*Super* 22. *b*. 209. *b*. 395. 548. pro ultra 408. ſimplicem progreſſum quamcunque in partem notat 897.
*Super* & ὑπὲρ de locis verſus ſeptentrionem 209. 565. de illis qui interiores terras colunt *ibid.*
*Superantior ignis* 595.
*Superiores regiones*, *provinciae* 565.
*Surgere* pro oriri 483.
Syria Antiochia 617. 618.
Syriae urbibus patria cognomina indidere Theſſali & Macedones 698.
Syrictae 864.
Syros inſula 228. *b*.
Syrtis ἀπὸ τοῦ σύρειν 44. *a*
Syrtis minoris ambitus 43. *b*. 584.
Syrtis utriusque ambitus 408. 584.

T.

Taber fluvius vulgò Segura vocatur 749.
Tabis mons 818. promuntorium 287. *a*. 291. *b*. 292. *a*
*Tabum* 304. *a*
Tachempſo 420.
Talus, aereus gigas 229. *a*. 489. 771.
Talys fluvius 933.
*Tamen etiamnum* 407.
*Tamen quidem* 156. *b*
Tamus promuntorium 833.
Tanais 558.
*Tangit terras Oceanus* 392.
Taniticum Nili oſtium 19.
Taprobanae inſulae deſcriptio 834. & *ſeqq.*
Tarentus & Tarentum 190. *b*.
Tarſus 429.
Tarteſſus 524.
Taulantii & Taulantini 176. *b*.
Taurentum, vel Tauroëntum, Maſſilienſium oppidum 730.
Taurois 198. *a*. 730.
Tauromenium 1016.
Taurus mons 86. 630.
Teanum & Tianum 189. *a*
Teanum & Theanum 467.
Tegea oppidum Arcadiae 167. *a*
Telis flumen 740.
Telmeſſos & Telmiſſos urbs 87. *b*. 635.
Telmeſſus mons 635.
Telobis 208. *b*
Tempe 700.
Τέμπεα & Τέμπεα *lucus*, *fanum* 700.
*Tempulum* vel *templum* a τέμπεα 700.
*Tergore* & *tergori* 912.
Tenea & Tegea ſaepe confunduntur 704.
*Terebinthus* 317. *a*
Tergeſtum & Tergeſte 181. 1007.
Termeſos & Termeſſos 993.

Ter-

Terra diviſa eſt ab oriente in occaſum 554.
Terra animal vivum 243. *b*
Terrae motus in Syria & Meſopotamia 702. Methonenſis quando contigit 702.
*Terrenus* 934.
*Terreus*, vox incertae Latinitatis 934.
Teutoni 494. & Teutones 263. *b*
Thamyris ubi excaecatus 704.
Thebae ἑκατόμπυλαι 65. *b*
Thebae olim vocata fuit univerſa Aegyptus 614.
Thebarum Aegyptiarum longitudo 614.
Thebe campus 648.
Thelis 472.
Themiſcyrium oppidum 662.
Θεοῦ πρόσωπον 76 *a*
Θεῶν ὄχημα mons non flagrat perpetuis ignibus 867.
Therae & Theraſiae inſularum ſitus 769.
Therapnae Laconicae 774.
Therapne & Therapnae 165. *b*.
Theſſalia olim Thracia dicta fuit 687. 707.
a Theſſalia incipit Graecia 460.
Theſſalicae conchae 693.
Thia inſula 769.
Thicis 472.
Thraces plerique barbari & bellatores 671.
Thorax mons 640.
Thoricos 170. *a*
*Threca terra* 688.
Θρᾳκίδα 451.
Thucydides mortuus eſt Coelae 144. *b*
Thule inſula 791. 817.
Thurium 190. *b*
Thus Panchaicum 852.
Tibarani & Tibareni 24. 906. 907.
Tichis flumen 740.
Τίγγις Καιτρερία 755.
Tigris ſub Auguſto Romae demum conſpecta fuit 807.
Tigrides Americanae 807
Timavus fluvius 183. 465.
*Tinctoria*, βάμματα 670.
Tinda urbs 682.
Tingi 35. *a*. & Tingis, & Tinx 402.
Tingitana provincia 402.
Tios 106 *b*
Triſtis 139. *b*. & Triſtris 453.
Tirida urbs Thraciae 670.
*Titivillitium* 720.
*Titulus* pro inſcriptione 917.
*Tollere liberos* 416. 898.
Tolobis amnis & urbs 745.
Tomus & Tomis 453.
Toretae & Tereatae, populus Ponticus 112. *b*. 899.
Τοῦτο 383.
Traducta Maneorum 528.
Τραγαντταγῶνες 308. *b*
*Τραγοπώγωνες*, aves cornutae 308.
Τραγόπανες 859.
Tragopogones 309. *a*
*Trajectus* 279. *b*
*Transgredi* pro inundare 795.
*Tranſita flumine* 184. *b*
*Transjugare* 694.
*Transnavigatus Athos* 153. *a*
*Transverſo margine* 394.
Treviri 492.
Trileucium promuntorium 789.
Τρῶγλαι & τρωγλαι, *foramina* 50. *a*
Τρωγλοδύται & Τρωγλοδῦται 50. *a*. 414. 571.
Troezene 1006.
Tulcis Hiſpaniae fluvius 817.
Turcae 117. *a*
Turduli quadruplices in Hiſpania 781.
Turdulorum regio diverſa eſt a Turditania 781.
Turia & Turias fluvius 200. *b*. 748.
Tyde, vel Tude, in Hiſpania ad Minium ſita 691.
Typhonis cubile 82. *b*
Tyra amnis 1001.
Tyros purpurae tinctura floruit 620. Metropoleos titulo in Nummis ornata 781.

V.

V in B mutari ſolet 749.
Vabar fluvius 580.
Valetium, Valentium, & Alentium, idem oppidum 728.
*Valetudo* 89. *a*
Valo amnis 574.
*Vaſca tibia* 794.
*Vascus* 794
*Vaſte* pro inculte 794.
*Vaſtum* pro inani 794.
Vecta & Vectis inſula 814.
*Vectae contra Germaniam Hemodae* 280.
*Vecta a ſeptentrione in meridiem* 888. 501.

Velia

Velia 468.
*Venerati* pro venerantes 626.
*Veniunt imbres* 807.
*Venus Frutis*, vel *Fructis* 776.
Veneris Erycinae templum 776.
*Verſa ad orientem* 394. 489.
Veſtales virgines tonderi ſolitae 615.
*Vici* pro caſtellis 953.
*Victus* 413.
*Vigilia quarta* 69. *b.* 944.
*Villa* diminutivum ex *vinea* 825.
*Vincta auro* 440.
*Vinum Biblinum* 671.
——— *Maroneum* 671.
Virgines pridie quam nuberent, capillos ſuos conſecrare ſolebant 615.
Viſula 495. & Viſtula amnis 1024.
*Vitrum* herba 803. 804.
Ulia urbs, & fluvius 788.
*Ultra* 21. *a.* 395. 444.
*Umber*, *umbriculus* 588.
Umbri ex muſmonibus & ovibus naſcuntur 588.
*Unde coeperit* 401.
*Univerſa* 380.
*Univerſum* 380.
Volcarum ſtagna 735.
Volubile & Volubilis oppidum 875.
*Votum eximium habere* 452.
Τραχαιοὶ olim dicti Cilices 683.
Ὑπερβάλλοντι ἡλίῳ, ſole ſuperantiſſimo 595.
Ὑπερκεῖσθαι ſemper accipitur de locis a mari remotis 701.
Urci, Urgi, Virgi, Birgi, Murgi, idem oppidum 748.
Urſi Numidici Domitii meri fuere leones 734.
*Uſque* pro ſemper 569.
*Uſque ea* 1002.
*Ut qui* 504.
*Uti elephantis* 36. *a*
*Utique* pro praecipuè, maximè 940. 941.

X.

Xamatae 105. *b*
Xerxis foſſa num fabuloſa 694

Z.

Zacynthos ante Hyria dicta 287. *b.*
Zerynthium promuntorium 687.
Zerynthia litora 141. *b*
Zerynthus ſacra Hecatae 141. *b*
Ζεὺς αἴθιος 693.
Ζεὺς λαῖος idem qui [illegible] 691.
Zilia fluvius 319.
Zygi, Zygiani 898.

FINIS.

# INDEX

# AUCTORUM,

*Qui in Notis explicantur, aut emendantur,*


Aelianus 596. 694. 785. 864.
Aeſchylus 592. 608. 711. 728. 735.
Aethicus 220. *b.* 267. *b.* 867.
Agatharchides 849.
Agatho poëta Tragicus 658.
Ambroſius 808.
Ammianus Marcellinus 658. 662. 669. 670. 682. 694. 764. 797. 817.
Antigonus Caryſtius 590.
Antoninus 405. 743. 766. 807.
Apollodorus 74. 591. 750. 992.
Apollonius Rhodius 110. *a.* 660. 774.
Appianus Alexandrinus 140. *a.* 577.
Apulejus 813.
Ariſtophanes 689.
Ariſtoteles 235. *a.* 599. 647. 678. 770. 803. 809. 824. 833. 854.
Arrianus 188. *b.* 593. 594. 844.
Artemidorus 856.
Athenaeus 658.
Auctor libelli *περὶ τῆς Νείλου ἀναβάσεως* 609.
Auctor Vitae virorum illuſtrium 234 *b.*
Auctor Panegyrici Conſtantino dicti 199.
Auctor Peripli Maris Erythraei 639. 673. 682. 819. 820. 838.
Auctor Pervigilii Veneris 815.
Auguſtinus 776.
Auſonius 726. 978. 1018.
Boëthius 919.
Caelius in Epiſtola ad Ciceronem 719.
Caeſar 159. *a.* 179. *b.* 261. *a.* 277. *b.* 716. 727. 731. 766.
Calaber 684.
Callimachus 623. 656.
Capitolinus 619.
Catullus 693. 771. 777. 792.
Chronicon Hirſaugienſe 805.
Cicero 5. *b.* 19. *b.* 261. *b.* 386. 599. 607. 634. 703. 704. 719. 720.
Claudianus 748. 807.
Clemens Alexandrinus 634.
Clementis Acta 664.
Conſtantinus Porphyrogennetа 741. 742.
Curtius 428. 568. 588. 590.
Deſcriptio terrarum facta ſub Theodoſio 742.
Dicaearchus 699. 700. 708.
Diodorus Siculus 594. 608. 654. 655. 704. 765. 766.
Dion Caſſius 983.
Dionyſius Alexandrinus 9. *b.* 554. 556. 632. 662. 803. 899.
Dionyſius Halicarnaſſenſis 686. 687.
Dioſcorides 644.
Doſiadas 771. 772.
Ennius 688.
Epigrammata Latina 619. 868.
Etymologici magni Auctor 634.
Euphorion 715.
Euripides 571. 608.
Euſebius 612.
Euſtachius 856.
Euſtathius in Dionyſium 555. 595. 662. 770.
Ezechielus Poëta Tragicus 856.
Feſtus Avienus 627. 731. 732. 736. 737. 739. 740. 746. 747. 752. 756. 983.
Feſtus Pompejus 173 *a.* 516. 552. 615. 698. 704. 776. 792.
Frontinus 696.
Galenus 728.
Gellius 794.
Gloſſae 679.
Gloſſae Philoxeni 719.
Hanno 864. 865. 869.
Heraclides 692.
Herodotus 50. *b.* 52. 67. *a.* 168. *b.* 417. 565. 599. 610. 612. 632. 662.

668. 695. 765. 799. 800. 803.
Heſiodus 706.
Heſychius 113. *a.* 171. *b.* 562. 571 662. 634.
Hieronymus 72. *b.* 85. *a.*
Hipparchus 558.
Hippocrates 1024.
Homerus 623. 648. 706. 712. 764.
Horatius 858.
Hyginus 686.
Inſcriptiones 17. *a.* 606. 808. 853.
Jornandes 666. 782. 1001.
Joſephus 848.
Iſidorus 743. 829.
Jubae regis commentarios 868. 870.
Julius Orator, qui vulgo Aethicus dicitur 787. 867.
Julius Pollux 602. 644. 668. 770. 828. 839. 869.
Juſtinus 696. 785.
Juvenalis 827.
Lactantius 274. *a.*
Licentius 666.
Livius 223. *a.* 454. 648. 749. 786. 787. 794.
Lucanus 16. *a.* 160. *b.* 587. 531. 629. 705. 753.
Lucianus 668.
Lucretius 382. 698.
Lycophron 723.
Macer 814.
Macrobius 553.
Marcianus Capella 314. *b.* 448. 672. 819. 1006.
Marcianus Heracleota 245. *b.* 600. 603. 606. 616. 708. 787. *bis.*
Minutius Felix 792.
Nicander 698.
Nicas Grammaticus 655.
Nicolaus Damaſcenus 585. 595.
Nonius Marcellus 756. 766.
Nummus Calatianorum 682.
——— Ἰστρίων 681.
——— Σαρδιανῶν 528.
——— Πολυαργιτῶν 625.
——— Pompejopolitarum 80.
Nummi, in quibus exhibentur,
Acrocorinthos 173.
Amoris commercium inter Hero & Leandrum 100.
Apollo Colophonius 94. Mileſius 92.
Argo navis 198.
Cyme dux Amazonum 96.
Danubius 128. 129.
Heraclea cum ſuo Hercule domitore Cerberi 108.
Hercules Gaditanus 15.
Julia Traducta 214.
Jupiter Hammon 588.
Labyrinthus 61.
Liber Pater 136.
Mauſolei falſa forma 90.
Nemeſis 170.
Nilus 54.
Orbis terrarum diviſio in duo latera 9. 10. & in tres partes, Africam, Europen, atque Aſiam 14. & in plures partes 6. 7.
Pergaea Diana 84.
Phoenice 78.
Pompejus 80.
Rhenus 259.
Rhodope mons 136.
Septem Fratres 37.
Taurus, & Pylae ejus in Armenia 87.
Univerſum hoc partibus differens 6.
Oppianus 750.
Origenes 413.
Orpheus 100 *b.*
Oroſius 47. *b.*
Ovidius 141. *a.* 716. 722. 724.
Palaephatus 766. 869.
Pandectae 806.
Parthenius 636.
Pauſanias 239. *a.* 682.
Pentadius 700.
Petronius 608. 874.
Phavorinus 789.
Philo Byblienſis 618. 619.
Philoſtorgius 835.
Philoſtratus 685.
Plato 50. *a.* 229. *b.* 858.
Plato Comicus 710.
Plinius 1. *b.* 20. *b.* 35. 58. *a.* 68. *a.* 87. *a. bis.* 50. *a.* 91. *a.* 101. *a.* 103. *b.* 121. *a.* 124. *b.* 125. *a.* 134. *a.* 142. *a.* 143. *a.* 150. *b.* 160. *a.* 165. *a.* 166. *a.* 167. *b.* 178. *b.* 179. *b.* 185. *b.* 189. *a.* 191. *a.* 194. *b.* 196. *b.* 200. *a.* 207. *a.* 208. *a.* 211. *b. bis.* 212. *a.* 218. *b. bis.* 219. *b.* 221. *a.* 228. *a.* 230. *b.* 231. *a. bis.* 232. *a.* 234. *b.* 236. *b.* 237. *a.* 251. *a.* 257. 267. *b.* 269. *a.* 274. *b.* 277. *b.* 280. *a.* 283. *b.* 291. *a.* 295. *a.* 297. *a.* 301. *a.* 309. *a. bis.* *b.* 314. *b.* 319. *a.* 407. 410. 412. 415. 432. 481.

481. 562. 568. 572. *bis.* 574. 575. 582. 583. 584. 589. 595. 609. 611. 629. 630. 637. 638. 642. 644. 946. 654. 663. 665. 670. 681. 684. 710. 711. 713. 714. 717. 718. *bis.* 720. 721. 722. *bis* 724. *bis.* 725. 726. 727. *bis.* 730. 733. 736. 738. 740. 744. 751. 755. 757. 768. *bis.* 766. 769. *bis.* 770. 777. 781. 784. *bis.* 786. 798. 800. 802. 817. 818. 819. 824. 840 841. 846. 867. 870. 987. 988. 1016.
Plinius junior 947.
Plutarchus 275. *a.* 386. 588. 600. 601. 609. 610. 634. 871.
Plutarchus auctor libelli de Fluminibus 636.
Polybius 13. *a.* 40. *b.* 676. 738. 801. 804.
Poſidippus 697.
Priſcianus 792.
Probus 44. *a*
Proclus 603.
Procopius 179. 767. 835.
Propertius 641. 855.
Pſellus 763.
Ptolemaeus 88. *b.* 97. *a.* 104. *a.* 121. *b.* 142. *a.* 144. *b.* 150. *b.* 151. *b.* 156. *a. bis.* 174. *b.* 175. *b.* 193. *a.* 204. *b.* 211. 228. *a. b.* 252. *a.* 314. *b.* 523. 574. 578. 579. 585. 629. 659. 665. 685. 696. 697. 713. 737. 745. 748. *bis.* 749. 750. 751. 754. 755. 756. 767. 769. 786. 788. 789. 814. 832. 833. 846. 871. 875. 898. 899. 931. 984. 985.
Quinctilianus 796.
Salluſtius 404. 412. 484. 483. 719. 947. 955.
Scholiaſtes Apollonii Rhodii 701.
——— Ariſtophanis 634.
——— Luciani 762.
——— Pindari 633. 798.
Scylax 43. *a.* 44. *b.* 632. 688. 696. 713. 767.
Scymnus Chius 744. 745.
L. Seneca 682.
Servius ad Virgilium 718. 743. 747. 778. 806.
Silius Italicus 581. 690. 743. 786.
Solinus 97. *a.* 149. *b.* 282. *a.* 287. *b.* 450. 573. 578. 581. 585. 586. 646. 689. 727. 747. 832.
Sophocles 675.
Statius 763.
Stephanus Byzantinus 52. 77. *b.* 185. *a.* 188. *b.* 193. *a.* 226. *b.* 270. *b.* 300. *a.* 562. 570. 578. 580. 585. 592. 605. 609. 623. 637. 644. 661. 688. 689. 693. 705. 713. 714. 724. 728. 741. 742. 750. *bis.* 758. 769. 770. *bis.* 781. 782. 784. 785. 801. *bis.* 802. 832. 899.
Stobaeus 49. *a*
Strabo 20. *b.* 43. *b.* 67. *b.* 70. *a.* 77. *b.* 78. *a.* 83. *a.* 114. *b.* 143. *a.* 145 *b.* 175. *a.* 179. *b.* 193. *a.* 195. *a.* 228. *b.* 237. *a.* 247. *b.* 248. *a.* 269. *b.* 301. 405. 438. 453. 454. 479. 505. 517. 518. 525. 558. 562. 591. 604. 622. 637. 642. 654. *bis.* 697 701. 705. 706. 715. 737. *bis.* 745. 750. 753. 764. 767. 769. 785. 803. 814. 833. 845. 846. 981. 980. 991. 993.
Suetonius 210. 940. 946.
Suidas 590. 683.
Sulpicius Severus 963.
Tabula Peutingeriana 722. 787.
Tacitus 110. *b.* 202. *b.* 304. *a.* 684. 795. 796 857.
Terentius 619.
Tertullianus 23. *b.* 570. 571. 602. 859.
Theon Smyrnaeus 768.
Theophanes 621.
Theophraſtus 645. 696. 729. 738. 739. 825. 842.
Theophylactus 804.
Thucydides 157. *b*
Topographiae Chriſtianae auctor 834. 849.
Tzetzes in Lycophronem 686.
Valerius Flaccus 662. 669.
Valerius Maximus 639. 717.
Varro 384. 688. 756. 807.
Varro Atacinus 829.
Vellejus 497.
Vibius Sequeſter 131. *a*
Virgilius 191. *a.* 465. 596. 597. 698. 770. 796.
Vitruvius 385. 635. 743.
Xenophon 753.
Zenobius 601.
Zoſimus 603.

FINIS.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410

DUE JUN-2 1918